
INSTITOUTA THEOPHILOU ANTIKENSOROS. INSTITUTIONES THEOPHILO...

Theophilus : Antecessor,
Jacques Godefroy, ...







V. Justinianus.

ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΑ
ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΚΕΝΣΩΡΟΣ.

INSTITVTIONES
THEOPHILO
ANTECESSORE.
Græco interprete.

Paratitla & Notæ ad eundem Theophilum Græcum, Latinúmq; ipsis Institutionibus Latinis ἐκ παραλλήλου conjunctum commissúmque.


GRAECA TITVLORVM DE VERBORVM SIGNIFICATIONE, ET DE REGVLIS juris fragmenta hinc & inde collecta.

DIONYSIO GOTHOFREDO I.C. Authore.

Accesserunt

THEOPHILI BENEDICTORVM ET PERPERAM AB EODEM ADMISSORVM LIBRI IV.

AVCTORE IACOBO GOTHOFREDO IC.





Exlibris Joannis Delane

GENEVÆ,
SVMPTIBVS SAMVELIS CRISPINI.
M. DC. XX.



GENEROSIS ET MAGNIFICIS D. D. GEORGIO A SAYN COMITI in Witgenstein Domino in Homburg. &c.

&,


PHILIPPO A SAYN BARONI IN VVINEMBERG, DOMINO in Beihelstein.

DIONYSIVS GOTHOFREDVS I.C. S.



ÆRET *animo, Generosissimi Comites & Barones, beneuolentiæ mihi à vobis exhibitæ sincera tenaxq; memoria, cujus recordatio diuturnior eo mihi futura est, quò magis in illa ætate ac nobilitate vestra prisca germanæq; virtutis, hoc est humanitatis, pudoris, constantiæ, animi erga studia benè affecti exempla, penè innumera, deprehendi. Quæ vtinam hocce æuo, omnibus ita cumulatè suppeterent omnia, minus vt opinor, malorum nobis à cœlo nunc metuendum foret: quæ nisi numen propitium, nobis, qui nunc viuimus, proximo quasi exitio ac fato. In hoc tamen publico & quasi totius vniuersitatis luctu cùm animo frangi debilitariq; turpe est, tum maximè,*

præsens remedium ab vna re litteraria, jurisq́ studio mihi petendum esse existimaui. Pars operæ in illo otio, aut potiùs negotio, Theophilus Græcus juris interpres: quem dudum & animo & voto, vobis (hîc tunc agentibus, & in juris studio adsiduis) dictũ destinatumq́, nunc in vulgus editũ, generositati vestræ, ex animo palàm nuncupo atque offero. Cultus erga vos mei, pro vestra æquanimitate, id, uti spero, pignus perpetuum habebitis. Valete. Datum Kal. Mart. 1587.





AD LECTOREM.



THEOPHILVM juris antecessorem, Lector, tripartitum, hoc est Græcum ipsum cum Latina interpretatione Iacobi Curtij, & ipso Institutionum textu, editum tibi exhibeo: vt qui Græca Latinis adjungere volent juris studiosi, vel ab ipsis Institutionibus voti sui initium faciant. Fuit & alia consilij mei ratio, quòd vt Græcus à paucis, ita Latinus tantùm dimidiatè, hoc est, non perfectè: ab ipso verò Institutionum textu separatus, non nisi obscurè ac molestè intelligatur. Vt perfecta ac plena tibi editio constaret, tripertitum feci. Paratitla singulis titulis adjeci: sed & in oram notas atque scholia rejeci: Græca titulorum de verborum significatione & de regulis juris fragmenta hinc & inde emendicata, in vnum ita collegi, atq; commisi, vt suis ac ipsis legum capitibus Latinis respondeant. Munus, lector, æquo ac placido animo accipe, & vale.





TITVLI QVATVOR *Librorum Institutionum D. Iustiniani.*

Proœmium Institutionum.

LIBRI I.

LIBRI II.

ΤΙΤΛΟΙ ΤΩΝ ΤΕΣσάρων βιβλίων τῶν ἰνστιτούτων Ἰουστινιανοῦ.

Διάταξις βεβαιοῦσα τὰ ἰνστιτοῦτα.

ΤΗΣ α ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΖΙΩΝΟΣ.

ΤΗΣ β ΙΝΣΤΙΤΟΥΤ.

LIBRI IIII.

ΤΗΣ Δ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤ.

FINIS.

PROŒMIVM DE CONFIRMATIONE INSTITUTIONUM.

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ Η βεβαιοῦσα [a] τὰ ἰνστιτοῦτα. [b]

CONSTITVTIO QVA CONFIRMANTVR Instituta.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,

IMPERATOR CÆSAR, FLAVIVS, IVSTINIANVS, ALEMANICVS, GOTTICVS, FRANCICVS, GERMANICVS, ANTICVS, ALANICVS, VANDALICVS, AFRICANVS, PIVS, FOELIX, INCLYTVS, VICTOR AC TRIVMPHATOR, SEMPER AVGVSTVS, cupidæ legum iuuentuti, S.

¶ *De duabus virtutibus Imperatoriis.1. De rebus bello: 2. & pace feliciter à Iustiniano Imperatore gestis: De Codice, Pandectis. 3. & Institutionibus eiusdem iussu editis. 4. Quando & per quos Institutiones compositæ atque editæ. 5 Quæ earum materia. 6. Vnde seu quibus ex libris collectæ & quæ earum auctoritas, 7. ac vtilitas: & quas ob causas adolescentibus summo studio legendæ.*

IMPERATORIAM Maiestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt vtrũque tempus, & bellorum & pacis, rectè possit gubernari: & Princeps Romanus non solùm in hostilibus præliis victor existat, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat: & fiat tam Iuris religiosissimus, quàm victis hostibus triumphator magnificus.

ΒΑΣΙΛΙΚΗΣ [c] Μεγαλοφροσύνης [d] ἐστὶν ἴδιον οὐ μόνον ὅπλοις κοσμεῖσθαι [e] ἀλλὰ καὶ νόμοις ὁπλίζεσθαι ὥστε ἑκάτερον [f], καὶ τὸν τοῦ πολέμου, καὶ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν, ὀρθῶς κυβερνᾶσθαι· καὶ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἀποφέροιτο νίκας οὐ μόνον ἐν ταῖς τῶν πολεμίων συμπλοκαῖς εὐδοκιμῶν, ἀλλὰ καὶ νομίμοις [g] ἐπινοίαις, τὰς τῶν συκοφαντῶν [h] ἀδικίας ἐξωθῶν. Καὶ γένοιτο μὲν ἐν νόμοις σεβάσμιος, θριαμβεύοι δὲ τῶν πολεμίων κρατήσας.

IMPERATORIÆ Maiestati proprium est non solùm armis decorari, sed etiam legibus armari: vt vtrunque tempus, & belli & pacis rectè gubernetur: ac Princeps Romanus victoriam reportet, non tantùm fusis congressu hostibus nomen sibi comparans, sed etiam per legales adinuentiones calumniatorum iniquitates expellens. Atque tam iure constituendo venerabilẽ se præbeat, quàm de victis hostibus triumphet.

a hoc est quod paulò post §. 6. in f. infra eod. scribit. scilicet his Institutionibus εἰσαγωγικαῖς [illegible] *φιλονομίαν.*

b sic Græci, in queis Harmenopulus 1. tit. 1. §. 8. Latinè non modò Iurisconsulti, sed & Theologi Institutiones dixissent: Lactantius 1. c. 1. Si quidam prudentes, & arbitri æquitatis Institutiones iuris ciuilis compositas ediderunt, quanto melius nos diuinas Institutiones, in quibus non de stillicidiis, aut aquis arcendis, aut de manu conserenda, sed de spe, de vita, de salute, de immortalitate, de Deo loquemur.

c ad verbum, regia. Sed βασιλεὺς pro imperatore seu principe: vt & βασίλισσα pro Augusta, Imperatrice. Hinc lex Regia, quæ de imperio lata est §. 6. inf. de iure naturali, *vbi quid βασιλεὺς definitur. Perinde est ergo, ac si, αὐτοκρατορικῆς dixisset.* d *Æquè commodè dixisset μεγαλειότητος, hæc enim maiestas, μεγαλοφροσύνη, magnanimitas. Vt sæpius his libris γαληνότης, hoc est serenitas, tranquillitas Imperatoribus tribuitur: idque maiestatis loco. Quid autem maiestas dixi titulo Pandectarum* ad l. Iul. maiestatis. e *κοσμεῖσθαι. tribuit enim τοῖς ὅπλοις κοσμεῖσθαι· τοῖς νόμοις, ὁπλίζεσθαι, magis propriè post aliquot verba ait Imperator, Principem τοῖς νόμοις σεβάσμιον, θριαμβεύοντα τοὺς πολεμίους κρατήσαντα. His adde quæ ad iuris laudem in* l. 14. Cod. de aduoc. diuers. iud. f *sic Iustinianus* Nouell. 24. c. 1. in f. *Quis non reuereatur, si quit, ὃ ποῦ μὲν τοὺς νόμους, ὃ ποῦ δ' ἑτὰ ὅπλα* [illegible] *ταυτὸ συνιέντα.* g *νομίμους ἐπινοίας pro legum tramitibus posuit.* h *Calumniatores, legum hostes,* l. 1. §. ff. de regula Catoniana. l. 2. §. 1. ff. ad Tertul. *Calumniari, scienter falso vti.* l. 177. l. 234. ff. de verb. sign. sic. l. 65. ff. de reg. iur.

1 ¶ Horum vtramq; viã cum summis vigiliis, maximáque rerum futurarũ prouidentia, Deo iuuante Imperator noster confecit. Et bellicos quidẽ sudores eius Barbaræ gentes sub iugũ missæ testantur, re ipsa fortiorẽ potentiorémq; expertæ: & tã Africa, quàm aliæ innumeræ Prouinciæ post multas annorũ circũuolutiones, victoriis eius à cœlesti numine præstitis, iterũ Romanæ ditioni & imperio ipsius additæ clamant.

2 ¶ Porrò & omnes populi legibus ab ipso editis & compositis reguntur: quasi ipse Lex sit.

¶ Et Principum quidem constitutiones, quæ olim confusè iacebant & inter se pugnabant, in lucolentissimam erexit consonantiam. Cùm autem tres essent Codices, Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus: ad hæc & multæ extarent aliæ constitutiones, quæ post Theodosianum Codicem fuerant emissæ: ac magna etiam esset contrarietas, atque discordia inter eas quæ in præfata volumina erant relatæ: optimus hic noster & maximus Princeps, resectis his, quæ aut inutiles erãt, aut eadem repetebant, aut cum aliis, quarum iure vtimur, pugnabant: Codicem iussit cõscribi, quem de suæ serenitatis nomine vocauit. Sed & his non contentus ad immensa veterum legum volumina curam suam extendit, & opus quod omnem spem vincebat, veluti per medium pelagus incedens, Deo fauente correxit, & probatas receptásq; veterum sententias vno libro conclusit.

3 ¶ Atque id cùm peractum esset, Triboniano

1 ¶ Τούτων ἑκατέραν τὴν ὁδὸν ἀγρυπνιῶν ὑπερβολαῖς, καὶ μεγίστῃ προμηθείᾳ τῶν ἐσομένων, θεοῦ συνεργοῦντος ὁ ἡμέτερος ἤνυσε βασιλεύς. Καὶ τοὺς μὲν ἐν πολέμοις ἱδρῶτας αὐτοῦ, τὰ βαρβαρικὰ ἔθνη δουλωθέντα κηρύττει, [a] πείρᾳ μαθόντα τὴν κρείττονα· καὶ τοῦτο μὲν Ἀφρικὴ, [b] τοῦτο δὲ καὶ ἕτεραι τὸ πλῆθος ἀναρίθμητοι ἐπαρχίαι, μετὰ πολλὰς ἐνιαυτῶν περιόδους, ταῖς αὐτοῦ νίκαις, ἄνωθεν φιλοτιμηθείσαις, πάλιν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ τῇ αὐτοῦ προστεθεῖσαι βασιλείᾳ βοῶσιν.

2 ¶ Ἅπας δὲ δῆμος, ὑπὸ νόμων ἐκφωνηθέντων τε ὑπ' αὐτοῦ καὶ συνθέντων ἰθύνεται, καθὸ καὶ νόμος αὐτός.

¶ Καὶ τὰς μὲν βασιλικὰς διατάξεις πάλαι συγκεχυμένας, καὶ μαχομένας ἀλλήλαις, εἰς σαφεστάτην ἤγαγε συμφωνίαν· τριῶν [d] δὲ ὄντων κωδίκων, τοῦ τε Γρηγοριανοῦ φημὶ, καὶ Ἑρμογενιανοῦ, καὶ Θεοδοσιανοῦ, προσέτι δὲ καὶ ἄλλων πολλῶν διατάξεων, αἳ μετὰ τὸν Θεοδοσιανὸν ἐτέθησαν, καὶ πολλῆς οὔσης ἐν ταῖς ἐμφερομέναις διατάξεσι, τοῖς εἰρημένοις συντάγμασιν ἐναντιώσεως, ὁ κράτιστος ἡμῶν βασιλεὺς, τὰς ἀχρήστους [e], καὶ τὰ αὐτὰ λεγούσας, καὶ τὰς ταῖς κρατούσαις μαχομένας, περιαιρεθῆναι διαγνωσάμενος, κώδικα ἐκέλευσε συγγραφῆναι, ὁμώνυμον τῇ αὐτοῦ γαληνότητι· ἠξίωσε δὲ τῆς οἰκείας φροντίδος, καὶ τὰ ἀναρίθμητα τῶν πάλαι [f] νομικῶν βιβλία· καὶ πρᾶγμα πάσης κρεῖττον ἐλπίδος [g], ὥσπερ διὰ μέσου βαδίζων πελάγους, θεοῦ κατώρθωσεν εὐνοίᾳ, καὶ τὰς εὐδοκιμούσας τῶν παλαιῶν γνώμας, ἐν ἑνὶ [h] συνήγαγε βιβλίῳ.

3 ¶ Τοῦτο δὲ πρᾶξαι, Τριβουνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ, καὶ ἀπὸ κοια-

1 ¶ Quorum vtramque viam cum summis vigiliis, summaq; prouidentia annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidẽ sudores nostros Barbaricæ gentes subiuga nostra redactæ cognoscunt: & tã Africa quàm aliæ innumeræ prouinciæ post tanta temporũ spatia, nostris victoriis à cælesti numine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostroque additæ Imperio protestantur.

2 Omnes verò populi legibus tam à nobis promulgatis quàm compositis, reguntur.

¶ Et cùm sacratissimas constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consonantiam, tunc nostram extendimus curam ad immensa veteris prudentiæ volumina, & opus desperatum quasi per medium profundum euntes cælesti fauore iam adimpleuimus.

3 ¶ Cumque hoc Deo pro-

a κηρύττειν plus est quàm cognoscere: & nosse est & eò amplius prædicare. Hoc sensu scriptura κηρύσσειν & κήρυξ Act. Apost. 15. ver. 21. 2. Petr. 2. vers. 5.

b Vide Procopium. 1. de bello Vandalico circa finem.

c Africa à Iustiniano recepta est post 95. annum l. 1. Cod. de off. P. prætorio Africæ. Italia post 60. annum.

d De Gregoriano Hermogeniano, Theodosiano Codice, adde 1. Harmenop. 1. 6. 7

e In legislatione hac vitia, leges proponi ἀχρήστους, τὰ αὐτὰ λεγούσας, ταῖς κρατούσαις μαχομένας.

f πάλαι νομικοὶ idem quod veteres prudentes tit. D. de orig. iur. & authoritate veterum prudentium.

g Prouerbij species.

h Pandecta igitur nihil aliud quàm εὐδοκιμοῦσαι τῶν παλαιῶν γνῶμαι selecta, recepta & illustres veterũ prudentum sententia Sententiarum libri.

pitio peractum est, Triboniano viro magnifico, Magistro, & Exquæstore sacri palatij nostri, & Exconsule. nec non Theophilo & Dorotheo viris illustribus & antecessoribus, (quorum omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras iussiones fidem, iã ex multis rerũ argumentis accepimus) conuocatis, mandauimus specialiter, vt ipsi nostra authoritate, nostrisque suasionibus Institutiones componerent: vt liceat vobis prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis discere, sed ab Imperiali splendore appetere: & tam aures, quàm animi vestri nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accipiant. ¶ Et quod priore tempore vix post quadriennium prioribus contingebat, vt tunc constitutiones Imperatorias legerent: hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore tantáque reperti felicitate, vt & initium vobis, & finis legum eruditionis à voce Principali procedat.

σώζοντι τοῦ θείου παλατίου προσέταξεν οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ Θεοφίλῳ καὶ Δωροθέῳ, ἀνδράσιν ἰλλουστρίοις τε καὶ ἀντικήνσωρσιν, ὧν τὴν σύνεσιν ἁπάντων, καὶ τὴν ἐν νόμοις παίδευσιν, καὶ τὸ περὶ τὰς βασιλικὰς κελεύσεις πιστότατον, ἐκ πολλῶν ἐλέγχων ὁ θειότατος γνοὺς βασιλεὺς, τοὺς εἰρημένους συγκαλεσάμενος παρήγγειλεν ἰδικῶς [a] ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ αὐθεντίαν, καὶ ταῖς αὐτοῦ πειθομένους ὑποθήκαις, [b] τὰ ἰνστιτοῦτα, ἤτοι τὰς εἰσαγωγὰς [c] τῶν νόμων συνθεῖναι· ὥστε τοῖς νέοις ἐξεῖναι, τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια, οὐκ ἐξ ἀρχαίων μύθων [d] παραλαμβάνειν· τὰ γὰρ πάλαι μὲν κρατήσαντα, νῦν δὲ τῆς χρήσεως ἐκβεβλημένα ἀναγινώσκοντες, ἐοίκασι τοῖς ἐντυγχάνουσι μύθοις· ἀλλ' ἐκ τῆς βασιλικῆς λαμπηδόνος ταῦτα γινώσκοντες, τοῦτο μὲν τὰς ἑαυτῶν ἀκοὰς τοῦτο δὲ καὶ τὰς ψυχὰς, μηδὲν ἄχρηστον, μηδὲ εἰκῇ κείμενον, ἀλλ' ὅπερ δὴ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἰσχύει τῆς πείρας μανθάνοιεν.

¶ Καὶ ὅπερ πρότερον μετὰ τετραετῆ μόλις χρόνον τοῖς ἀναγινώσκουσι συνέβαινεν, ὥστε μετὰ τοσοῦτον χρόνου παραδεχομένῳ, βασιλικαῖς ἐντυγχάνειν διατάξεσι, τοῦτο νῦν ἐξ αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, τῶν πραγμάτων [e] ἐφάπτονται, τοσαύτης ἀξιωθέντες τιμῆς, καὶ τοσαύτης ἀπολαύσαντες εὐτυχίας, ὥστε καὶ τὴν τῶν νόμων ἀρχὴν, καὶ

gloriosissimo magistro & exquæstore sacri Palatij, nec non Theophilo, Dorotheóque viris illustribus, & Antecessoribus, quorum omnium solertiam & legum scientiam, ac in Principum iussis fidem, ex multis argumentis cùm cognitam perspectámque haberet Imperator sanctissimus, conuocatis specialiter mandauit, vt sua ipsius auctoritate, suóque imperio obtemperantes, instituta, siue εἰσαγωγαὶ Iuris componerent: quo adolescentibus liceret, prima Iuris exordia, non ab antiquis fabulis discere (nam qui ea legunt quæ olim obtinebant, & nunc ab vsu reiecta sunt, similes videntur his, qui in fabulas incidêre: sed ab Imperatorio splendore ea cognoscere, ac tam aures ipsorum, quàm etiam animi, nihil inutile, nihílque perperam positum, sed quod in ipsa rerum obtineret experientia, addiscerent.

¶ Et ita quod superioribus temporibus, vix post trium annorum tempora Iuri operam danti bus contingebat, vt tanto tempore elapso, Principum constitutiones legerent: id nunc in ipsis rerum (vt ita dixerim) initiis consequentur: tanto digni habiti honore, tantúmque adsecuti felicitatem, vt & Iuris exordium,

a ἰδικῶς *specialiter, expressè, nominatim.*

b ὑποθήκη *hoc loco pro fiducia aut potius suggestione, aut sanè pro vtroque.*

c *Institutiones Iuris hic author (vt & t. Harmenopulus 1. §. 11.) appellat* εἰσαγωγὰς τῶν νόμων, *& post* τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια, *& post,* τῶν νόμων ἀρχὴν: *vt &* προοίμιον τῆς ἰουρισπρουδέντιας *l.* 1. §. 4. inf. eo. (*vt & Harmenop.* d. loco. §. 8) *&* τὰ τῆς νομικῆς παιδεύσεως πρῶτα στοιχεῖα. *non secus ac nascēte Ecclesia* εἰσαγωγικὰ *initio discebãt* τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ. Epist. ad Heb. 5. v. 12. *Sic ab Aelio Tripertita, liber cunabula iuris continens.* l. 2. § 38. D. de origine iuris. *nam & aliàs constat Iuris studiosos, primã legum auditiam, suáque cunabula habuisse* l. vnica. Cod. de nudo iure Quiritum tollendo.

d ἀρχαίων μύθων *quid appelles, multi disputant. Sed rem totam nobis aperit,* lex vnica. Cod. de nudo Iure Quiritum tollendo. *in qua Imperator exosa habens antiqua illa vocabula, Ex iure Quiritum, &. In bonis, hoc est, Bonitarij dominij ac domini (de quo infra titulo de libertinis inf. tandem ait, illa nomina nihil ab ænigmate discrepare nunquam videri, in rebus non apparere, vacua & superflua verba quibus animi iuuenum, qui ad primam legum veniunt audientiam, perterriti, ex primis cunabulis inutiles legis antiqua dispositiones accipiant. Hæc, imò fortè etiam petera studiosis, vt opinor, deuoranda erant, quæ Imperator fabulas antiquas hic appellat. Et sanè non pauci inter antiquos ac nostros, quibus placuit, leges xij. tabularum loqui, vt scribit Seneca, aut cum Euandri matre, vt Ammianus; idque vt altius iura tollere viderentur. Sed hæc aliàs fusius.* e ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων *dixit: pro ab ipsis rerum initiis.*

& huius disciplinę finem à voce Imperatoria adipiscerentur. Nam & præsens volumen ab Imperatoria voce componitur, quod veluti proœmium est atque exordium legalis disciplinæ: & perlecta veteris Iuris interpretatione, necesse est eum qui in iure instituitur, legendis se Principum constitutionibus dedere.

4 ¶ Posteaquàm igitur compositi sunt libri Digestorum siue Pandectarum, in quibus omne ius antiquum collectum est, quos gloriosissimus Tribonianus[a] & cæteri illustres facundissimíq; viri composuerunt: in quatuor hos libellos, dictorum Digestorum institutiones Serenissimus Imperator noster partiri iussit: vt totius legalis disciplinæ prima essent elementa.

5 ¶ In quibus breuibus ac paucis expositum est, & quod apud maiores obtinebat, & quod deinde desuetudine obumbratum, Imperatoria cura illuminatum est.

6 ¶ Has autem institutiones ex omnibus veterum Institutis, præcipuéque ex cōmentariis Caij, tum Institutorum, tum Codicum,[b] in quibus de rebus cotidianis disputat, aliísque multis voluminibus collectas, præfati tres prudentissimi viri maximo Imperatori obtulerunt. Porrò cùm Serenitas eius eas legisset, cognouit opus esse, vt suum plenissimúmque robur per constitutionem eis accommodaret.

[a] De fide Triboniani, in iure constituendo. v. 1. Harmenopul. 1. §. 10. & Suidam.

[b] Quotidianarum rerum libri κώδικες, περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινουμένων πραγμάτων. vnde Glossis Cottidianus καθημερινός.

καὶ τὸ πέρας τῆς τούτων διδασκαλίας, ἀπὸ βασιλικῆς αὐτοῖς προσγίνεσθαι φωνῆς· καὶ τὸ παρὸν γὰρ σύνταγμα, ἐκ βασιλικῆς συντίθεται φωνῆς, προοίμιον ὑπάρχον τῆς τῶν νόμων διδασκαλίας· καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς τῶν παλαιῶν νόμων ἐκθέσεως, ἀνάγκη, τὸν τοὺς νόμους παιδευόμενον, τῇ τῶν διατάξεων ἀναγνώσει ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι.

4 ¶ Μετὰ ταῦτα μὲν οὖν συντίθεται βιβλία τῶν Διγέστων, ἤτοι Πανδέκτων, ἐν οἷς ἠθροίσθαι πᾶσα ἡ τῶν ἀρχαίων νομοθεσία, ἅτινα διὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου Τριβουνιανοῦ[a] καὶ τῶν λοιπῶν περιφανῶν, καὶ ἐλλογιμωτάτων ἀνδρῶν συντέθειται· μετ' ἐκεῖνα δὲ ἐν τέτρασι τούτοις βιβλίοις τῶν εἰρημένων Διγέστων, τὰς εἰσαγωγὰς ἐκέλευσεν ὁ γαληνότατος ἡμῶν βασιλεὺς ἐπιμεληθῆναι, πάσης νομικῆς παιδεύσεως ἐσομένας πρῶτα στοιχεῖα.

5 ¶ Ἐν αἷς διὰ βραχέων ἐκτέθειται, καὶ ὅπερ ἐκράτει πάλαι, καὶ τὸ μετὰ ταῦτα τῇ ἀσυνηθείᾳ συσκιασθὲν, ἐκ τῆς βασιλικῆς θεραπείας ἐφωτίσθη.

6 ¶ Ταύτας δὲ τὰς εἰσαγωγὰς ἐκ πάντων τῶν τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένων Ινστιτούτων, καὶ μάλιστα τῶν ὑπομνημάτων Γαΐου, τοῦτο μὲν τῶν ὡς ἐν Ινστιτούτοις, τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν Κωδίκων αὐτοῦ, ἔνθα διαλέγεται περὶ τῶν[b] καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινουμένων πραγμάτων, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν συνταγμάτων, οἱ εἰρημένοι τρεῖς σοφώτατοι ἄνδρες συνθέντες, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ προσήγαγον· ἡ δὲ αὐτοῦ γαληνότης ἀναγνοῦσα ταῦτας, ἐπέγνω δεῖν οἰκείαν καὶ πλήρες αὐτὴν αὐταῖς διατάξει τὴν ἰσχὺν φιλοτιμήσασθαι.

4 ¶ Igitur post libros quinquaginta Digestorum, seu Pandectarum, in quibus omne Ius antiquum collectum est, quod per eundem virum excelsum Tribonianum, necnon cæteros viros illustres & facundissimos confecimus: in quatuor libros easdem Institutiones partiri iussimus, vt sint totius legitimæ scientiæ prima elementa.

5 ¶ In quibus breuiter expositum est, & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatū est.

6 ¶ Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipuè ex Commentariis Gaij nostri, tam Institutionum, quā rerum quotidianarum, aliisque multis Commētariis compositas, cùm tres viri prudētes prædicti nobis obtulerunt, & legimus, & recognouimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodauimus.

7 ¶ Summa itaque ope & alacri studio has leges nostras accipite: & vosmetipsos sic eruditos ostendite, vt spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partib. eius vobis credendis gubernari. D. C. P. XI. Cal. Decemb. D. IVSTINIANO PP. A. III. COS.

7 ¶ Προσέχετε τοίνυν διὰ τῆς παρούσης διατάξεως ὁ ἡμερώτατος ἡμῶν βασιλεὺς, πρὸς οὓς ταύτην ἐποιήσατο τὴν ἀντιγραφὴν, ὥστε πολλῇ τῇ δυνάμει καὶ προθύμῳ σπουδῇ, τοὺς παρόντας δέξασθαι νόμους. καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἀναγνώσεως, οὕτως ἑαυτοὺς ἐπιδεῖξαι σοφοὺς, ὥς τε αὐτοὺς ὑπὸ καλλίστης τρέφεσθαί τε καὶ ἐγκάλπεσθαι [a] τῆς ἐλπίδος, ὡς παντὸς τοῦ νομικοῦ διανυθέντος ἔργου, διαφόρων τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἄρξειν μερῶν.

7 ¶ Adhortatur igitur per præsentem constitutionem clementissimus Imperator noster eos, ad quos eam rescripsit: vt summa ope, & alacri studio præsentes leges excipiãt: & his legendis ita se prudentes ostendant, vti spes eos pulcherrima foueat, alatque, fore vt toto legali opere perfecto, diuersæ ipsius Imperatoris Reipublicæ partes regendæ credantur.

a hoc verbum ἐγκάλπεσθαι Harmenopulo, vt & nostro familiare est.



INSTITVTIONVM SEV elementorum D. Iustiniani sacratiss. Principis. LIBER I. *De Iustitia & Iure.* Titulus I.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ καὶ [b] νόμου.

Τίτλος α.

INSTITVTIONVM LIBER primus.

De Iustitia & Iure.

Titulus I.

b 1. Harmenopul. 1. Eclog. 1. D. 1.

De definitione Iustitiæ. 1. Iurisprudentiæ. 2. Iuris docendi, discendique methodo. 3. Præceptis. 4. Obiectu seu de publico & priuato iure. 5. Ius priuatum collectum esse ex naturalibus gentium aut ciuilibus præceptis.

IVstitia est constans, & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi.

1 ¶ Iurisprudentia est diuinarum atq; humanarum rerũ notitia, iusti atque iniusti sciẽtia.

2 His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere Iura populi Roma-

ΠΡΟ πάντων δεῖ εἰδέναι τὸν τῆς δικαιοσύνης ὁρισμόν. ἔστιν [c] οὖν δικαιοσύνη σταθερὰ [d] καὶ διηνεκὴς βούλησις, ἡ ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον δίκαιον νέμουσα. Ἐπειδὴ δὲ λέγομεν καὶ πῶς ὁρίζεται ἡ νομική.

¶ Νομικὴ [e] δέ ἐστι θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων γνῶσις, τῶν δὲ δικαίων καὶ ἀδίκων ἐπιστήμη.

¶ Τούτων δὲ γενικῶς προεπιτεθεωρημένων, νῦν ἀρξαμένοις ἡμῖν ἐξηγήσεως τῶν νόμων, καὶ τῶν δικαίων τῆς τῶν Ῥωμαίων πολιτείας, οὕτω δοκεῖ αὐτὰ

ANTE omnia definitionẽ iustitiæ scire oportet. Est igitur iustitia, constans & perpetua voluntas, ius vnicuique suum tribuens. Deinde dicamus quomodo definiatur & Iurisprudentia.

¶ Iurisprudentia autem est, diuinarum atque humanarum rerum notitia, iustiq; & iniusti scientia.

¶ His igitur generaliter præcognitis, incipientibus nunc nobis exponere Leges ac Iura populi Romani, ita maximè

c Iustitia, eodem modo definitur 2. Eclog. 1. c. 10. l. 9. D. de iustitia.

d Hinc Iustus Aristoteli 2. Ethicon 4. qui βέβαιος ἢ ἀμετακινήτως δίκαιος πράττει.

e v. §. 1. in f. eod.

videntur ea commodè tradi posse, si primò facili ac simplici via, post deinde exactissima diligentissimáque interpretatione singula exequamur. Alioqui si statim in ipsis initiis procemiísque rudes etiamnum & infirmas adolescentum aures multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorum alterũ, aut desertores huius studii efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiã cum diffidentia, quæ plerumque iuuenes auertit, seriùs ad ea perducemus, ad quæ leuiori via deducti, sine labore & bona cum spe maturius perduci possent.

a Ius igitur hoc ordine discendum: Priore quidem loco ἁδρομερεῖ & ἁπλῷ τρόπῳ tradendum est: Deinde, ἀκριβεστάτῃ & λεπτοτάτῃ ἐξηγήσει.

3 ¶ Iuris autem præcepta tria sunt hæc. Honestè viuere: alterum non lædere: & ius cuique suum tribuere.

4 ¶ Porrò studij huius duæ sunt positiones siue species, Publicum & Priuatum. Et Publicum quidem ius dicitur, quod ad statum rei Romanæ spectat. Priuatum verò, quod ad singulorum vtilitatem pertinet.

¶ Dicendum est autem de Iure priuato, quod ex tribus constat partibus. Collectum est enim aut ex naturalibus, aut ex gentium, aut ex ciuilibus præceptis.

b l. Harmenopul. 1. §. 18. l. 19. §. 1. ff eo.

c hinc apud Aristotelem 5. Ethicon 1. ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη.

d Aristoteles 5. Ethic. 3. τὸ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες, adde quæ dicuntur initio huius tituli.

e θέσεις hic exponit Theophilus εἴδη non malè. Nã vt apud authorẽ Eclogæ 2. ti. 1. c. 14. & Harmenopulum 1. tit. 1. §. 22. extat. νόμος δημόσιος ἐστι ... δὲ ἰδιωτικόν.

f συνηκται. Eclog. ibidem: vt & infr. pro παραγγελμάτων legit νόμων.

βέλτιστα ἂν παραδοθῇ, ἐὰν πρότερον μὲν ἁδρομερεῖ[a] καὶ ἀπλάστῳ τρόπῳ, εἶτα δὲ μετὰ ταῦτα ἀκριβεστάτῃ καὶ λεπτοτάτῃ ἐξηγήσει ἕκαστα διεξέλθωμεν. ἄλλως τε γὰρ ἐν αὐτοῖς τοῖς τῶν νόμων προοιμίοις, ἀπείρους καὶ ἀσθενεῖς ἔτι τὰς νέων ἀκοὰς, τῷ τῶν πραγμάτων πλήθει καὶ τῇ ποικιλίᾳ βαρήσαντες, τῶν δύο ἕτερον, ἢ ἀφισταμένους αὐτοὺς ταύτης τῆς σπουδῆς, ἢ καὶ μετὰ μεγάλων πόνων ἔσθ᾽ ὅτε καὶ μετὰ δυσελπιστίας τῆς τοὺς νέους ὡς ἐπὶ πολὺ ἀποστρεφούσης ὀψιμαθεστέρους ἀπεργασόμεθα, ὧν περ εὐκολωτέρως ὁδηγησάμενοι, ἀπονητί καὶ δίχα λύπης ἐπιτυχεῖν, διὰ τάχεως ἂν ἠδύναντο.

3 ¶ Τὰ δὲ τοῦ δικαίου παραγγέλματα[b] ταῦτά ἐστι τρία. καλῶς βιοῦν, ἕτερον μὴ βλάπτειν, καὶ τὸ οἰκεῖον δίκαιον ἑκάστῳ[c] νέμειν[d].

4 ¶ Καὶ ταύτης μὲν τῆς σπουδῆς δύο εἰσὶν θέσεις[e] ἤγουν εἴδη, πούβλικον τουτέστι δημόσιον, καὶ πρίβατον τουτέστι ἰδιωτικόν. καὶ πούβλικον μὲν δίκαιον λέγεται ὅπερ πρὸς στάσιν τῆς τῶν Ῥωμαίων πολιτείας ὁρᾷ. ἰδιωτικὸν δὲ πρὸς τὴν τῶν ἑκάστων ὠφέλειαν. ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν περὶ τοῦ ἰδιωτικοῦ ὅτι ἐστὶ τριμερές. συλλέλεκται[f] γὰρ ἢ ἐκ φυσικῶν ἢ ἐθνικῶν ἢ πολιτικῶν παραγγελμάτων.

ni ita videntur posse tradi commodissimè, si primò leui ac simplici via, pòst deinde diligentissima atq; exactissima interpretatione singula tradantur: alioqui si statim ab initio rudem adhuc & infirmum animum studiosi, multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorum alterũ, aut desertorem studiorum efficiemus: aut cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque iuuenes auertit) seriùs ad id perducemus: ad quod, leuiore via ductus, sine magno labore, & sine vlla diffidentia, maturius perduci potuisset.

3 ¶ Iuris præcepta sunt hæc: Honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere.

4 ¶ Huius studij duę sunt positiones, Publicum, & priuatum. Publicum Ius est quod ad statum rei Romanæ spectat. Priuatum, quod ad singulorum vtilitatem pertinet. ¶ Dicendum est igitur, de Iure priuato, quod tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

DE IVRE NATVRALI, gentium & ciuili, Titulus II.

ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ ΦΥΣΙΚΟΥ ἐθνικοῦ καὶ πολιτικοῦ. Τίτλος β.

DE IVRE NATVRALI, GENTIVM & ciuili, Titulus II.

De Iure naturali, & de naturalis, gentium & ciuilis iuris exemplis. 1 De iuris ciuilis & gentium inter se differentia. 2. De Iuris ciuilis & gentium appellatione, & quid ea contineatur. 3. De Iuris ciuilis priuati speciebus scripto & non scripto seu consuetudine, iuris scripti speciebus, nimirum 4. De lege, de Plebiscito. 5. De Senatusconsulto. 6. De constitutionibus principum: & quid princeps & quemadmodum ius constituat per Epistolam, decretum, edictum, inter aliquas personas, inter omnes seu generaliter. 7 De Pratoris vrbani & peregrini, Aediliumque curulium edictis: quid & vnde Aediles: & quibus de causis edicta proponebant. 8. De prudentum responsis, sententia, opinione & earum authoritate. 9. De iure non scripto seu consuetudine. 10. Ius ciuile cur aliud scriptum, aliud non scriptum. 11. De iuris ciuilis mutatione & quemadmodum in eo differat à naturali iure. 12. De Iuris ciuilis obiectis, nimirum de personis, rebus & actionibus: ac primùm de personis.

IVs naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud, non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in cęlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur.

¶ Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos Matrimonium appellamus. Hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia istius iuris peritia censeri.



Φυσικὸν [a] νόμιμόν ἐστι, τὸ κατὰ πάντων ζώων, χερσαίων, ἐνύδρων, καὶ ἀερίων ἐπεκτεινόμενον. οὐ γὰρ μόνον μέχρις ἀνθρώπων ἔστησεν ἡ φύσις τὰ ἑαυτῆς, ἀλλὰ διέταξε τὰ ἐναέρια, τὰ ἐν τῇ γῇ διετύπωσεν. οὐκ εἴασε δὲ οὐδὲ τὰ ἐν θαλάσσῃ τικτόμενα τῆς οἰκείας προμηθείας ἐκτός. ¶ Παράδειγμα δὲ τοῦ φυσικοῦ νομίμου, ἄρρενός τε καὶ θηλείας [b] συνάφεια, ὅπερ ἡμεῖς γάμον προσαγορεύομεν, καὶ ἡ περὶ τοὺς τεχθέντας ἀνατροφὴ, καὶ σπουδή. ὁρῶμεν γὰρ, οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν τοῖς τιμῶσι τῶν τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα. ἡ γὰρ φύσις ὁρῶσα τὸ καθ' ἕκαστον τῶν ζώων, θανάτῳ δαπανώμενον, διὰ τοῦ γάμου, καὶ τῆς ἐντεῦθεν παιδοποιΐας, καὶ τῆς πρὸς τοὺς τεχθέντας στοργῆς [c] τε καὶ ἀνατροφῆς [d] καὶ διαδοχῆς, τὴν ἀθανασίαν τούτοις ἐμηχανήσατο.

¶ Εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, ὅτι τῶν νόμων, οἱ μέν εἰσι φυσικοὶ, οἱ δὲ ἐθνικοὶ, οἱ δὲ πολιτικοί. εἰπόντες οὖν τοῦ φυσικοῦ νομίμου τὸν ὅρον



IVs naturale est, quod ad omnia animalia, quæ in terra, in aqua, vel in aere sunt, extenditur. Nec enim vsque ad solos homines natura vim suam coangustauit: sed etiam, ea quæ in aere sunt, disposuit: & his quæ in terra viuunt, formam dedit. Ac ne illa quidem quæ in mari nascuntur, prouidentiæ suæ expertia esse passa est. ¶ Exemplum autem Iuris Naturalis est, maris atque feminæ coniunctio, (quod nos matrimonium appellamus) & in liberis educandis studium. Videmus enim non homines modò, sed cætera quoque animalia his, qui legem hanc obseruãt, adscribi. Quoniam natura cùm singula quæque animalia videret morte consumi: per matrimonium, & ex eo sequentem liberorum procreationem, ac rursus eorũ, quæ procreata sunt, caritatem, educationémque & successionem, quandam veluti immortalitatem iis commenta est. Diximus suprà, Iura aut naturalia esse, aut gentium, aut ciuilia. Cùm igitur dictum sit de Iuris naturalis

a v. Harmenopul. 1 § 13. 14. Eclog. d. tit. c. 14. vers. [illegible] l. 1. § Ius natura, le 1. ff. de iustitia & iure.

b [illegible] Eclo. d. c. 14. adde Aristotel. 1. Politic.

c vel vt ait Harmenopul. d loco. § 14. [illegible]

d Iuris igitur naturalis hac erunt exempla [illegible] (qua autho[r] Ecloga [illegible]) [illegible]

definitione, & exemplis eius, necesse est, vt & de Iure gentium dicamus. Quoniam quicunq; Rempub. constituit, & eam legibus ornare vult: has duas in legibus ferẽdis vias sequitur: Aut enim Ius gentiũ (quod etiam per abusionẽ Naturale vocamus) aut Ius Ciuile cõstituit: & aut Ius scriptum, aut Ius non scriptum. Quid est Ius gẽtium? Ius gẽtium est quod ad omnes homines, aut eos saltem, qui ratione volunt viuere, extenditur. Exempla autem eius sunt, Homicidas interfici, Adulterum puniri, Furem pecunia multari, quoniã & in pecunia nos læsit. Vt debitor memorẽ se ostendat beneficij, & gratum aduersus eum, qui in rebus angustis necessitati ipsius succurrit. Vt seruus domini iussis, quæ lex non prohibet, obtemperet. Vt cõtractus celebrẽtur, venditiones, emptiones, locationes, cõductiones, deposita, societates, mutui dationes. Vt donationes fiãt, vt testamẽta conscribãtur.

¶ Quid est Ius Ciuile? quod locale, & χρειῶδες appellatur: id est, ex vsu necessitatéq; rerum latum: locóq; circumscribitur, & his quibus cuique loco opus est, subuenit, eáque quæ loco illi perniciosa sunt, tollit: veluti, Ciuitas Atheniensium aduectitio frumento vtebatur, vtpote quæ sterilis esset, nec vlla alia res magis eos premebat ac grauabat, quã annonæ caritas. Huic malo qui finẽ quæreret, quid aliud lege lata constituisset, quã hoc? vt negotiatores omnes frumentarij immunitatem vectigalium haberẽt. Id enim cùm fama per omnes gentes diffudisset, multi erãt in Atticam nauigaturi, duo hæc studentes, vt & propter frumenti

[a] *suc. ef. ones igitur ex iure gentium.*
[b] *adde* 1. Harmenopul. 1. §. 15.
[c] *superius in proœmio tribuerat ἐπακοσμεῖν: hic* ...
[d] *Ius igitur gentium im proprie ius natura dicitur. est enim ius gentium τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων. Ius natura l. μόνων ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν πάντων ζώων.*
[e] *alia exempla iuris gentium vide apud Harmenop. d. loco & authorem Ecloga.*
[f] *forte ἀποτέμνεσθαι. nam post paulò dicit μοιχὸν καὶ κλέπτην.*
[g] *& hac quidem exempla iuris gentium veriora ex l. 5. ff. eod. 1. Eclog. 1. c. 14. quam qua ab Harmenop. ... l. 1 §. 15. adferuntur. apud quem Ius gentium definitur, Ius vnius aut plurium gentium non omnium.*
[h] *Eclog. d. c. 14. 10. ...*
[i] *Inter exempla iuris ciuilis apud authorem Ecloga recensetur nouatio & emphyteusis 2. Eclog. 1. c. 14.*
[k] 1. Harmenop. 1. §. 16.

καὶ τὰ παραδείγματα, ἀναγκαίως ὀφείλομεν εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦ ἐθνικοῦ [a]. ὁ γὰρ πολιτείαν συνιστῶν, καὶ βουλόμενος νόμοις [b] ταύτην κοσμῆσαι [c], τὰς δύο ταύτας προσέχων ὁδοὺς τὴν νομοθεσίαν ἐργάζεται. ἢ γὰρ ἐθνικοὺς τίθησιν, οὓς καὶ φυσικοὺς καταχρηστικῶς [d] ἀποκαλοῦμεν, ἢ πολιτικούς, καὶ ἢ ἐγγράφους, ἢ ἀγράφους.

¶ Τί ἐστιν ἐθνικὸν νόμιμον; ἐθνικὸν νόμιμόν ἐστι, τὸ κατὰ πάντων ἀνθρώπων, ἤγουν τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων ἐπεκτεινόμενον. Παραδείγματα [e] δὲ αὐτοῦ, τὸ τοὺς φόνους [f] ὑποτίμνεσθαι, τὸν μοιχὸν κολάζεσθαι, τὸν κλέπτην εἰς χρήματα τιμωρεῖσθαι. ἐπειδήπερ ἔβλαψεν ἡμᾶς περὶ χρήματα, τὸν χρεώστην εὐγνώμονα γίνεσθαι πρὸς τὸν ἐν καιρῷ ἀνάγκης χρήσιμον ὀφθέντα, τὸν οἰκέτην ὑποτετάχθαι τοῖς ἀλόγοις προστάγμασι τῶν δεσποτῶν. τὸ γίνεσθαι συναλλάγματα, πράξεις, ἀγορασίας, μισθώσεις, ἐκμισθώσεις, παρακαταθήκας, κοινωνίας, δάνεια. τὸ γίνεσθαι δωρεάς, διαθήκας [g] συγγράφεσθαι.

¶ Τί ἐστι πολιτικὸν [h] νόμιμον; ὅπερ τοπικόν, καὶ χρειῶδες προσαγορεύεται, τὸ τόπῳ περικεκλεισμένον, καὶ τὴν τοῦ χρείαν ἀποπληροῦν, καὶ τὸ λυποῦν, ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐκκόπτον. οἷον [i] ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, ἐκέχρητο ἐπεισάκτῳ σίτῳ [k], ἅτε λεπτόγεως οὖσα, καὶ μέγιστον ἦν παρ' αὐτοῖς ἐλάττωμα, τὸ τῆς σιτοδείας βάρος· ὁ τοῦτο τοίνυν βουλόμενος καταπαῦσαι, τί ἂν ἐνομοθέτει ἢ τοῦτο; ὡς τοὺς σιτεμπόρους, ἀτελείας ἀξιοῦσθαι. τούτου γὰρ δήλου γενομένου, πολλοὶ κατέπλεον ἐπὶ τὴν Ἀττικήν, δύο ταῦτα πραγματευόμενοι, ὅτι τὰ ταχεῖα, διὰ τὴν ἔνδειαν ἢ τοῦ-

σίτου γίνεσθαι πρᾶξις, καὶ πρὸς τούτοις, ὅτι τέλος ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὐ κατετίθεσαν ἐμπορείας. πολλῶν δὲ καταπλεόντων, εἰκότως πολὺς εἰσεκομίζετο σῖτος. τοῦτο γοῦν τὸ νόμιμον, Ἀθηναίοις χρήσιμον μόνοις ἦν· Ἀλεξανδρεῦσι [a] δὲ ἢ ἑτέροις, οἷς ἐστὶν ἀφθονία σίτου, οὐ μόνον περιττὸς, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστος ὁ τοιοῦτόν τι νομοθετῶν. Δεύτερον παράδειγμα τοῦ πολιτικοῦ νομίμου ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις, ἥτις ἐκέχρητο ξενηλασίᾳ [b], Λυκούργου τοῦτο νομοθετήσαντος ἵνα μὴ διὰ τῆς τῶν ξένων ἐπιμιξίας διαφθείροιτο καὶ χεῖρον γίνοιτο τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἦθος. ὁ τοιοῦτος νόμος τιμᾶται μὲν παρὰ Λακεδαιμονίοις, Ἀθηναῖοι δὲ τοῦτο καταφρονοῦσι, τοσοῦτον τῆς ξενηλασίας ἀφεστῶτες, ὅτι καὶ βωμὸς [c] ἐλέου τιμᾶται παρ' αὐτοῖς· οὕτως ἑτοίμως τοὺς εἰς αὐτοὺς φοιτῶντας ὑποδεχόμενοι, ὅτι πολλάκις διὰ φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν, καὶ πολεμεῖν ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ ὤκνησαν.

¶ Ἅπας οὖν δῆμος, ἢ ἐγγράφοις κέχρηται νόμοις, ἢ ἀγράφοις. καὶ τῇ μὲν ἰδίοις, τουτέστι πολιτικοῖς· τῇ δὲ κοινοῖς, τουτέστι iure gentium. ὅσα γὰρ νόμιμα ἑκάστη πόλις ἑαυτῇ συνεστήσατο, καὶ μέχρις αὐτῆς ἵστανται, ταῦτα ius ciuile προσαγορεύεται. ὅσα δὲ ὁ φυσικὸς, ἤτοι ἐθνικὸς λόγος μεταξὺ πάντων ἀνθρώπων ἐφεῦρε, ταῦτα παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι φυλάττεται, καὶ ius gentium προσαγορεύεται. καὶ ὁ δῆμος οὖν ὁ Ῥωμαϊκὸς, ποτὲ μὲν πολιτικοῖς, ποτὲ δὲ ἐθνικοῖς κέχρηται νόμοις, ἅ τινα καθ' ἕκαστον καὶ ὁποῖα τὴν φύσιν ἐστὶν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἐκθησόμεθα τόποις.

inopiam statim venderēt, & nullum insuper huius negotiationis nomine vectigal penderent. Cùm autem multi illuc nauigassent, dubium non est, quin magna aduecta fuerit frumenti copia. Ius igitur hoc, solis vtile erat Atheniensibus. Apud Alexandrinos verò & alios, qui frumento abundant, non solum superuacaneū, sed etiam ridiculum sit, tale aliquid constituere. Alterum exemplum Iuris Ciuilis præbet nobis ciuitas Lacedæmoniorum: quæ ex iure quod Lycurgus ipsis composuerat, peregrinos expellebat, quam inde ξενηλασίαν vocant, ne immixtis peregrinis mores ciuium Lacedæmoniorū in deterius mutarentur corrumperentúrque. Ius hoc apud Lacedæmonios magna in veneratione est. At Athenienses penè irrident, qui adeò absunt ab expellendis peregrinis, vt etiam magno apud eos in honore sit ara Misericordiæ, & tam officiosè eos, qui ad se veniunt excipiāt, vt præ ingenti humanitate pro his sæpe bella gerere nō sint veriti. ¶ Omnes igitur populi aut scripto iure vtuntur, aut non scripto: Et aliàs proprio, id est, Ciuili, aliàs communi, id est, iure gentiū. Quæcumque enim iura sibi quæq; Ciuitas constituit, & intra eam consistunt, ea Ius ciuile dicuntur. Quæ verò naturalis & humana ratio inter omnes homines inuenit, hæc apud omnes gentes obseruantur, & Ius gentium appellantur. Et populus igitur Romanus partim Iure Ciuili, partim iure gentium vtitur. Quæ sigillatim, & qualem naturam habeant, suis locis exponemus.

a *Alexandria frumētu copia commēdatur.* Edicto Iustiniani 13. c. 5. *& passim sit mentio αἰσίας ἐμβολῆς ἤτοι ἐμπορίας. solemnis illationis specierum quæ quotannis Alexandria Constantinopolim mittebatur: quæ sacra embola.* l. 10. Cod. de sacros. eccles. & l. vlt. Cod. de nauibus non excusandis. & Nouel. 123. *de quo etiam dixi illo loco dicto* 13. & in l. 5. Cod. de episcopali audientia.

b *Lacedæmoniorum ξενηλασίας meminit Suidas in ξενηλατεῖν.*

c *huius aræ quæ hic βωμὸς ἐλέου ara misericordiæ, meminit Pausanias in Atticis (cui adiungendum quod de ara salutis legitur* l. 3. Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. vbi dixi.

¶ Ius autem ciuile à Iure gētium distinguitur: quòd omnes populi, qui legibus & moribus reguntur partim suo proprio, partim cōmuni omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius cōstituit, id ipsius proprium ciuitatis est: vocatúrque Ius ciuile, quasi Ius proprium ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur: vocaturque Ius gentiū, quasi quo iure omnes gentes vtantur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominū Iure vtitur. Quę singula qualia sint, suis locis proponemus.

¶ Sed ius quidem ciuile, ex vnaquaque ciuitate, in qua obtinet, appellationem sumit, veluti Atheniensium aut Lacedæmoniorum. Nam si quis leges Solonis, qui Atheniensibus leges conscripsit, aut Draconis, qui Lacedęmoniis, Ius ciuile Atheniensium vel Lacedæmoniorum appellare velit; non omnino peccauerit, aut à veritate aberrauerit. Similiter & Ius quo Ciuitas Romana vtitur, Ius Quiritum dicitur, hoc est, quo Quirites vtuntur. Romani enim à Quirino, id est, Romulo, qui se ex Marte natum gloriabatur, Quirites appellantur. Cùm verò quis indefinitè Ius Ciuile dicit, non addito cuiusnam Ciuitatis, Romanum significat. Quemadmodum cùm Poetam dicimus, nec proprium nomen addimus, apud Græcos, subintelligitur Homerus: apud Latinos, Virgilius.

a Draconem hic facit inepte legislatorē Lacedæmoniorum: cùm fuerit Ἀθηναίων νομοθέτης. Draconis meminit Aristotel. 2. politicon vltimo, *Plutarchus & Laertius* in Solone Sell.

b *adde Festū* in Quirites.

¶ Ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam vsu exigēte & humanis necessitatibus efflagitantibus gens humana quædam ex sese inuenit atque constituit. Et bella enim coorta sunt, & ea captiuitates secutæ, & introductæ seruitutes, quæ res maximè iuri naturali contraria est: quoniam natura ab initio liberos homines omnes creauit. Ex hoc Iure gentium omnes ferè contractus inuenti sunt, vt emptio, venditio, locatio, conductio, societas, depositum, mutuum, & alij complures contractus.

c *Lex hoc in re* 5. ff. eod.

2 ¶ Ἀλλὰ τὸ πολιτικὸν νόμιμον ἐκ μιᾶς ἑκάστης πόλεως περιϊὸν ἐν ᾗ καὶ κρατεῖ, δέχεται τὴν ὀνομασίαν, οἷον τὴν Ἀθηναίων ἢ Λακεδαιμονίων. εἰ γάρ τις ἐθέλει τοὺς Σόλωνος τοῦ τῶν Ἀθηναίων νομοθέτου, ἢ τοῦ Δράκοντος [a] τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων ius ciuile Atheniensium vel Lacedæmoniorum, τουτέστι πολιτικὸν νόμιμον τῶν Ἀθηναίων, ἢ Λακεδαιμονίων ἀποκαλέσαι, οὐκ ἂν διαμάρτοι, οὐδὲ σφαλῇ τῆς ἀληθείας· ὡσαύτως καὶ τὸ νόμιμον ᾧπερ ἡ Ῥωμαϊκὴ κέχρηται πολιτεία, ius Quiritum τουτέστι ᾧ κέχρηνται οἱ Κυιρῖται [b]. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, ἀπὸ Κυιρίνου τουτέστι Ῥωμύλου τοῦ ἐξ Ἄρεως τὴν γένεσιν ἔχειν αὐχοῦντος Κυιρῖται προσαγορεύονται, ἡνίκα δέ τις ἀπροσδιορίστως εἴποι ius ciuile, οὐ προστιθέμενος τοῦ τῆς δεῖνα πόλεως, τὸ Ῥωμαϊκὸν σημαίνει. ὥσπερ ἡνίκα ποιητὴν εἰπόντες, καὶ μὴ προσθέντες τὸ κύριον ὄνομα, παρ᾽ Ἕλλησι μὲν δηλοῦμεν τὸν Ὅμηρον, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τὸν Βιργίλιον.

¶ Τὸ δὲ ἐθνικὸν νόμιμον, κοινὸν τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους ἐστί. τῆς χρείας γὰρ καλούσης, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀνάγκης ἀπαιτούσης, τὸ ἡμέτερον γένος ἐφεῦρεν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πάμπολλα, ἤτοι κατεστήσατο· καὶ γὰρ ἀνεφύησαν πόλεμοι, καὶ τούτοις ἐπηκολούθησαν αἰχμαλωσίαι, καὶ εἰσηνέχθησαν δουλεῖαι, ὅπερ ἐναντιοῦσθαι τῷ φυσικῷ συμβαίνει νόμῳ. ἡ γὰρ φύσις ἐξ ἀρχῆς πάντας ἀνθρώπους ἐλευθέρους οἶδε τικτομένους. ἐκ [c] τούτου τοῦ ἐθνικοῦ νομίμου, καὶ πάντα σχεδὸν ἐπενοήθησαν τὰ συναλλάγματα. οἷον ἀγορασία, πρᾶσις, μίσθωσις, ἐκμίσθωσις, κοινωνία, παρακαταθήκη, δάνεισμα, καὶ ἕτερα πάμπολλα συναλλάγματα.

2 ¶ Sed ius quidem ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur, veluti Atheniensium, nā si quis velit Solonis vel Draconis leges appellare Ius ciuile Atheniensium, non errauerit. sic enim & Ius, quo Romanus populus vtitur, Ius ciuile Romanorum appellamus, vel Ius Quiritum, quo Quirites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius sit ciuitatis, nostrum Ius significamus: sicuti quum poetam dicimus nec addimus nomen, subauditur apud Grecos egregius Homerus, apud nos Virgilius.

¶ Ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam vsu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanæ iura quędam sibi constituerunt. Bella etenim orta sunt, & captiuitates sequutæ, & seruitutes quę sunt naturali Iuri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur. Et ex hoc iure gentium omnes penè contractus introducti sunt, vt emptio & venditio, locatio & conductio, societas, depositum, mutuum & alij innumerabiles.

3 ¶ Constat autem Ius nostrum, quo vtimur, aut scripto, aut sine scripto: vt apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptum autē ius est, Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratuum edicta, responsa Prudentum.

4 ¶ Lex est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante (veluti Consule) constituebat. Plebiscitum est quod plebs plebeio magistratu interrogante (veluti Tribuno) constituebat. Plebs autem à populo eo differt, quod species à genere. nam appellatione populi vniuersi ciues significantur, cōnumeratis etiā Patriciis & Senatorib. ¶ Plebis autem appellatione sine Patriciis & Senatorib. cæteri ciues significātur. Sed & plebiscita lege Hortensia lata, non minus valere quàm leges cœperūt.

3 ¶ Εἰπόντες οὖν τὴν πρώτην τῶν νόμων διαίρεσιν, ὅτι οἱ μέν εἰσι φυσικοὶ, οἱ δὲ ἐθνικοὶ, οἱ δὲ πολιτικοὶ, καὶ ἕκαστον ὁρισάμενοι, καὶ παραδείγμασι σαφηνίσαντες, ἔλθωμεν ἐπὶ δευτέραν τῶν νόμων διαίρεσιν. Τῶν [a] νόμων, οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. καὶ ἔγγραφοι μὲν νόμοι εἰσὶν οἷον ἡ lex, τὰ plebiscita, senatusconsulta, διατάξεις βασιλικαὶ, αἱ ἀρχόντων ἔδικτα, τῶν σοφῶν ἀποκρίσεις.

4 ¶ Ἡδέως δὲ ἐμάνθανον, πόσοι παρὰ Ῥωμαίοις εἰσὶν νομοθέται, καὶ τίνες οὗτοι, καὶ πῶς τὰ παρ' ἑκάστου νομοθετούμενα κέκληται. ἓξ παρὰ Ῥωμαίοις εἰσὶν νομοθέται [b], δῆμος, χυδαῖος δῆμος, σύγκλητος, βασιλεὺς, ἄρχοντες, τῆς Ῥώμης σοφοί. Καὶ τί ἐστι δῆμος; κοινῆς τύχης [c] σύνοδος [d], κατὰ ταυτὸ συναριθμουμένων τοῖς ἰδιώταις καὶ τῶν συγκλητικῶν. Τὸ δὲ παρὰ τοῦ δήμου νομοθετούμενον, λέγεται λὲξ, ὡς δὴ ἐγγράφως ὁ δῆμος ἐνομοθέτει κοινὸν δὲ τῶν ἐγγράφων νόμων ὄνομα τὸ λὲξ, καθὸ ἐξ αὐτοῦ κατάγονται αἱ λοιπαὶ νομοθεσίαι· ἐπεὶ δὴ κορυφαιότατός ἐστιν ὁ δῆμος τῶν νομοθετῶν, ἔδει καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ νομοθεσίαν κεκοσμῆσθαι, τῷ κοινῷ τῶν ἐγγράφων νόμων ὀνόματι. Ἐγίνετο δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Τοῦ συγκλητικοῦ ἄρχοντος, οἷον τοῦ ὑπάτου ἐρωτῶντος, εἰ χρὴ τόδε νομοθετεῖν, ὁ δῆμος ἐπένευεν.

¶ Ὀχυδαῖος [e] δῆμός ἐστι, τὸ λοιπὸν ἅπαν πλῆθος, ἐξῃρημένων τῶν συγκλητικῶν [f]. Τὸ δὲ παρ' αὐτοῦ νομοθετούμενον, πλεβίσκιτον ἐκαλεῖτο, τουτέστι τὸ ὑπὸ τοῦ πλήθους γνωσθὲν, καὶ κυρωθέν.

3 ¶ Cùm igitur de prima Iuris diuisione dictum sit, aliud scilicet esse naturale, aliud gentium, & aliud ciuile: & vnumquodque eorum definitione & exēplis explicatum sit: transeamus ad secundam Iuris diuisionē. Ius igitur aliud scriptum est, & aliud non scriptū. Et scriptum quidē ius est, vt Leges, Plebiscita, Senatusconsulta, Principum constitutiones, Magistratuum edicta, Prudētū responsa. 4 ¶ Libenter verò discerē, quot sint qui iura apud Romanos constituant: & quinam hi sint, & quomodo ea, quæ singuli quique eorum cōstituerint vocētur. Sex sunt, qui apud Romanos iura cōstituūt: Populus, Plebs, Senatus, Princeps, Magistratus, & Prudentes vrbis Romæ. Et quid est populus? cōmunis fortunę concilium, in vnum & eundē cum plebe numerū relato Senatu. Ius autem quod à populo constituitur, dicitur Lex, quoniam scriptū ius erat, quod à populo constituebatur. Porrò cōmune est omni scripto iuri nomen, Lex: cùm ex ea & ceteræ quinque Iuris constituendi rationes proficiscantur. Quoniam verò omnium, qui iura constituunt, prima potestas apud Populum erat, necesse erat, vt & ius quod ab eo constitueretur, communi nomine, quod omnes iuris scripti species habent, cohonestaretur. Hunc autem in modum id constituebatur. Senatorio magistratu, veluti Cōsule interrogāte, an hoc constituendum esset, adnuebat populus. ¶ Plebs est, reliqua omnis multitudo exceptis Senatorib. Quod autē ab ea cōstituebatur, dicebatur Plebiscitū, quasi q̄ Plebs sciuit ac ratum esse iussit.

a 2. Ecl. 2. c. 14. l. 6. §. 1. ff. eod.
b Tametsi hæc iuris ciu. cō stituēdi forma varia sint: sūt tamen, quæ hic, enumerantur verisimiliia. Interim vide 2. Eclog. 1. c. 4. vbi paulo aliter hic locus exprimitur. vult enim ius ciuile scriptū venire ἀπὸ δύο ἑξαίνων ex legibus dixit Papinianus in l. 7. ff. eod. τὸ δὲ τῶν δημοτῶν ψηφίσματα (hoc est plebiscita) τῶν δὲ τῆς συγκλήτου δόγματα, τῶν δὲ βασιλέων τὰς διατάξεις, τῶν ἀρχόντων τὰς ...: Facit quoque τὸ ... ἰσμάτων ... τοῦ πολιτικοῦ.
c hæc vox mihi suspecta. Placet itaque potius populū ita definire, συνάθροισιν, hoc est vniuersitatis concilium, cœtū seu vniuersos ciues simul congregatos & collectos. Nisi communi eatenus causa institutā esse hanc societatē, id est populū innuere velit, quemadmodū Halicarnas. sius, uxorem viro adiungit κοινωνὸν ἁπάντων χρημάτων. & lex 4. Cod. de crimine expilatæ hereditat. diuina & humana domus sociam. Isidorus 1. c. 4 Populum definit sociatum humana multitudinis iuris consensu & concordem communionem. d Communem concilium: & vt ex Isidoro antea dixi, sociatus. Sane Aristoteles 1. Politicon 1. κοινωνίαν seu ciuitatem facit κοινωνίαν τινὰ & 3. c. 1. ciuitatem ita definit πλῆθος ἱκανὸν πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς. e πλῆθος. 2. Eclog. 1. c. 138. ff. de verb. significat. f ἐξ ὑπατικῶν. Eclog. d. loco & infra eodem πατρικίων.

Nam plebeio magistratu (vt est Tribunus plebis, quem Græci *δήμαρχον* vocant) interrogante, plebs constituebat ius. ¶ Plebs autem à Populo eo differt, quo species à genere. Nā appellatione populi, omnes ciues significantur, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus. At plebis nomine sine Patriciis & Senatoribus, cæteri ciues veniunt.

a d. c. 238. adde Isid. 1. c. 4. Festum in Populi.

5 ¶ Tertio loco apud Romanos ius constituit Senatus. Senatus est, concilium è selectis viris cōstans, quo nulli plebeio aditus est. Ius autem, quod ab eo constituitur, proprio nomine dicitur Senatusconsultum. Sed dicat hîc mihi aliquis: Quomodo cum Populus facilè conuenire posset & legem condere, ius omne suum in tam varias secuit scidisque appellationes? Et causa eius rei est hæc. Cùm vrbs Roma hominum numero abūdaret, discordia, vt ferè fieri consueuit, & seditio inter Plebem & Senatum coorta est, Senatu fortè primas omnium rerum ad se trahente. Eiusce rei nomine secessio facta est, & vtrique per se agebant, & per se Remp. gerebant. Sed quoniam in Rep. non poterant viuere, quin negotia contraherent, & contractus inirent, ad tollendas controuersias, & iudicandas lites quæ inde exoriebantur: iura quædam à Senatu constituebantur. Idem & seorsum fiebat à Plebe. Nō igitur iniuria, quæ ab iis constituta erant, diuersam appellationem sumpsere. Et quidem quod à Senatu cōstituebatur, Lex dici non poterat, cū Plebis cōsensus nō interuenisset:

b adde l. 2. §. 25. 26. de origine iuris.
c vide l. 2. §. 20. & 24. ff. de origine iuris.
d Senatusconsultum vt differat à senatus decreto, vide apud Festum in senatus decreto.

Τοῦ γὰρ πλεβειστικίου ἄρχοντος, τουτέστι τριβεύνου (οὗτος δέ ἐστιν ὁ δήμαρχος) ἐρωτῶντος, ἐνομοθέτει τὸ πλῆθος.

¶ Τὸ δὲ χυδαῖον πλῆθος τοῦ δήμου τούτῳ διενήνοχε, ᾧ διενήνοχε γένος ἀπὸ εἴδους. Τῇ γὰρ τοῦ δήμου προσηγορίᾳ, πάντες σημαίνονται πολῖται συναριθμουμένων πατρικίων, καὶ συγκλητικῶν. τῇ δὲ τοῦ πλέβις ὀνομασίᾳ, δίχα [a] πατρικίων τε καὶ συγκλητικῶν οἱ λοιποὶ πολῖται δηλοῦνται.

5 ¶ Ἐν τρίτῃ τάξει νομοθετοῦσι παρὰ Ῥωμαίοις ἡ σύγκλητος. Σύγκλητος δέ ἐστι, σύστημα ἐξ ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, καθαρεῦον [b] ἰδιώτου [c] παντός. Τὸ δὲ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον, λέγεται ἰδικῷ ὀνόματι senatusconsultum [d], τουτέστι τῆς συγκλήτου τὸ θέσπισμα. Ἀλλ' ἔχει τις εἰπεῖν, Πῶς δυναμένου τοῦ δήμου συνιέναι, καὶ λέγομεν, ἤτοι τὸν νόμον ποιεῖν, εἰς διαφόρους διῄρησεν τὴν νόμον ὀνομασίας; ἡ δὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη. ἐν τῇ Ῥώμῃ πολυανθρώπῳ οὔσῃ, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι στάσις καὶ διχόνοια [e] τις ἀνεφύη, μεταξὺ τῶν συγκλητικῶν καὶ τοῦ χυδαίου δήμου, τυχὸν προτίμησιν ἔχειν βουλομένων τῶν συγκλητικῶν. Τούτου χάριν ἀλλήλων ἐχωρίσθησαν καὶ ἰδίᾳ διῆγον, καὶ ἰδίᾳ ἐπολιτεύοντο. καὶ ἐπειδὴ ἐν πολιτείᾳ ὄντας δίχα πραγμάτων οὐκ ἦν βιοῦν, διὰ τὸ τὰς ἐγειρομένας καταπαύειν φιλονεικίας τε καὶ δίκας, ἐτίθεντο νόμοι ὑπὸ τῶν συγκλητικῶν· ἐνομοθέτει δὲ κεχωρισμένος ὁ χυδαῖος δῆμος, καὶ εἰκότως ἐδέχετο τὰ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενα διάφορον προσηγορίαν. Τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς συγκλήτου νομοθετούμενον, λὲξ οὐκ ἠδύνατο προσαγορεύεσθαι, διὰ τὸ μὴ προσεῖναι τὴν τοῦ χυδαίου δήμου προαίρεσιν,

4 ¶ Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atque constituit. Nam cū auctus esset populus Romanus in eum modum, vt difficile esset in vnum eum conuocari legis sanciendæ causa, æquum visum est, Senatum vice populi consuli.

καὶ ἀναγκαίως ἐκ τῶν λεγόντων, ἐκλήθη Σενάτους κονσούλτον, τουτέστι τῆς συγκλήτου τὸ δόγμα. Senatus γάρ ἐστιν ἡ σύγκλητος· consulere δὲ τὸ πρόνοιαν ποιεῖσθαι· ἐπειδὴ οὖν ἡ σύγκλητος πρόνοιαν ἐποιεῖτο τῶν δικῶν τῶν ὑποπιπτουσῶν θεῖσα νόμους, δικαίως ἐκλήθη σενάτους κονσούλτον· καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις[a] δὲ ἐτίκτοντο δικῶν προφάσεις, καὶ νόμος ἐτίθετο παρ᾽ αὐτοῖς ὃς οὐκ ἠδύνατο λέγεσθαι λὲξ, διὰ τὸ μὴ κατὰ γνώμην γενέσθαι τῶν συγκλητικῶν· ἐκαλεῖτο οὖν πλεβίσκιτον[b], τουτέστι[c] τοῦ πλήθους ἡ γνῶσις καὶ νομοθεσία· ἐπειδὴ δὲ τὰς ἔχθρας ἀθανάτους μένειν παρ᾽ αὐτοῖς οὐκ ἐνῆν, Ορτήκιός[d] τις φιλόπολις ὢν συνεβούλευσεν αὐτοῖς, ἀποθέσθαι μὲν τὴν πρὸς ἀλλήλους δυσμένειαν, εἰς ὁμόνοιαν δὲ ἐπανελθεῖν, τὰ διὰ τὴν ἔχθραν συμβαίνοντα δυσχερῆ διηγήσας, καὶ πείσας εἰς φιλίαν συνήλασε· συνελθόντων οὖν κατὰ ταυτὸ, ὁ χυδαῖος ἐβούλετο δῆμος, τὰ παρ᾽ αὐτοῦ νομοθετηθέντα κρατεῖν, καὶ κατὰ τῶν συγκλητικῶν· ἀπῄτει δὲ καὶ ἡ σύγκλητος ὥστε τὰ σενάτους κονσούλτα, καὶ κατὰ ἰδιωτῶν ἰσχύειν. Καὶ ἑκατέρων ἐναντιουμένων, καὶ τῶν μὲν συγκλητικῶν ἀπαξιούντων δέχεσθαι τὰ πλεβίσκιτα, τοῦ δὲ χυδαίου δήμου δυσανασχετοῦντος, καὶ τοῖς σενάτους κονσούλτοις ὑποκύπτειν μὴ βουλομένου, ἔμελλεν ἀνανεοῦσθαι τὰ τῆς ἔχθρας, μέχρις οὗ ὁ αὐτὸς Ορτήκιος[e] παύσας αὐτῶν τὴν διχόνοιαν, ἔπεισε τὰς ἀλλήλων δέξασθαι νομοθεσίας, καὶ ταύταις ὑπείκειν. Καὶ οὕτως λὲξ μὲν οὐκ ἠδυνήθη κληθῆναι τὸ παρ᾽ ἑκατέρου τεθὲν, διὰ τὸ μὴ τὴν ἀρχὴν κατὰ συναίνεσιν τῶν δύο τεθεῖσθαι μερῶν· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ νομοθετηθὲν ἐκ τοῦ ἰδιώτου δήμου

vnde necesse erat, vt ab his qui id constituerãt, nomen caperet, & diceretur Senatusconsultum. nimirum à Senatu, & à consulendo. Consulere porrò est prouidere, & curam gerere. Quoniam ergo Senatus constituẽdo iure lites subinde incidentes ad curam suam reuocabat, meritò vocatum est id Senatusconsultũ. Sed & cùm apud Plebem litium occasiones orirentur, ius ab ea constituebatur, quod nec ipsum lex dici poterat, propterea quòd de sententia Patrum factum non esset. Vocatum est igitur Plebiscitum. Quoniã tamen inimicitias eorum immortales esse non decebat, Hortensius quidam vir patriæ amãs, suasit eis, vt posita mutua maleuolentia, ad concordiam reuerterentur, enarrãs mala quę ex discordiis seditionibúsque consequi solẽt, & tandẽ persuasos, in mutuam gratiã reduxit. Cùm igitur in vnum conuenissent, postulare cępit Plebs, vt ea, quæ ipsa sciuisset, etiam aduersum Senatum tenerent. Petebat autem & Senatus, vt Senatuscõsulta etiam aduersus Plebem valerent. Cúmque his vtrique aduersarẽtur, & Senatus dedignaretur Plebiscita recipere, & Plebs id ægreferens, Senatusconsultis parere nollet, futurum erat, vt veteres inimicitię renouarentur, donec idem Hortensius, sedata eorum dissensione, persuasit, vt alteri alterorum iura acciperent, & his obtemperarent. Et ita quidem, quod vtrique (siue alteri) constituerãt, lex dici non potuit, cùm initio de consensu ambarum partium cõstitutum non esset. Sed cùm ius quod Plebs constituerat,

[a] ἰδιώτας Glossis, ... plebeius. ἰδιώτας igitur hic pro plebeiis, ac pro plebe accipit, vt & infra ἰδιώτην δῆμον.

[b] d l. 1. §. 20. & 24. vbi de plebiscitis.

[c] Plebiscitum igitur erit τοῦ πλήθους νομοθεσία.

[d] forte Ορτήσιος. adde l. 2. §. 8. ff. de origin. iur.

[e] Dictator fuit teste Gellio lib. 15. Lex igitur Hortensia constitutum, post reuocatam à secessione plebẽ, vt plebiscita pro legibus obseruarentur. Eadem quoq; lege constitutum fuit, vt nundinæ, quæ olim feriæ fuerant, fastæ postea essent, teste Macrobio. 1. Saturnal.

(id est, Plebiscitum) eundem exitum haberet, & eundē sortiretur effectū, vt scilicet omnes teneret (id enim dico) ac legis vigorem haberet: ac deinde successu temporis, populus Romanus in magnam multitudinem excresceret, ita vt difficile esset populum in vnum locum iuris constituendi causa conuenire, æquissimum visum est, vt vice totius populi, solus Senatus iura conderet.

6 ¶ Tres diximus qui iura constituerent, Populū, Plebem, & Senatum. Quū igitur dictum sit, quomodo singuli eorum definiātur, quomodóq; ius quod ab his constituitur, vocetur, dicamus nunc & de eo, qui quartus ius constituit. Quartus apud Romanos iura constituit Princeps. Et quid est *Princeps?* Princeps est, qui potestatem imperandi à Populo accepit. Ius autem quod ab eo conditur, generali nomine Constitutio vocatur, hoc est, *διάταξις*, aut *διατύπωσις*. Porrò in tria diuiditur: in Epistolam, in Edictum, & in Decretum.

¶ Et quid est *epistola?* Rescriptum Principis ad relationem magistratus alicuius, de re quapiam dubia emissum. Veluti, Euenit vt in prouincia aliqua, mortuo quopiam cùm neque parentium vllus extaret, neque liberorum, duo de hereditate contenderent, frater & patruus defuncti, horum enim vterque solus ad hereditatem volebat admitti. Ille vt frater, hic vt patruus: Cùm lex nulla posita esset, qua controuersia hæc dirimeretur, Præses Prouinciæ ea de re quid fieri placeret ad Principem retulit. Princeps cùm rem allatam legisset, rescripsit: fratrem defuncti

πλεβίσκιτον τὴν αὐτὴν ἔκβασιν ἔσχε καὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτυχεν ἀποτελέσματος, τοῦ κρατεῖν φημὶ κατὰ πάντων καὶ legis vigorem habet· τουτέστι νόμου τάξιν ἐπέχει. Τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, καὶ τῶν Ρωμαίων εἰς πολὺ πλῆθος αὐξανομένων, ὡς δυσχερῆ τὴν εἰς ἕνα τόπον αὐτῶν γίνεσθαι σύνοδον, τοῦ νομοθετεῖν ἕνεκα, δικαιότατον ἐνομίσθη ἐν [a] τάξει τοῦ παντὸς δήμου τὴν σύγκλητον μόνην νομοθετεῖν.

6 ¶ Εἰρήκαμεν τρεῖς νομοθέτας, δῆμον, χυδαῖον δῆμον, σύγκλητον. Εἰπόντες οὖν τὸν ὅρον ἑκάστου, καὶ πῶς ὠνόμασαι τὸ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον, εἴπωμεν τοίνυν καὶ περὶ τοῦ τετάρτου νομοθέτου. Τέταρτος νομοθέτης παρὰ Ρωμαίοις ἐστὶν ὁ βασιλεύς. ¶ Καὶ τί ἐστι βασιλεύς; Βασιλεύς ἐστιν, ὁ [b] τὸ κράτος τοῦ ἄρχειν παρὰ τοῦ δήμου λαβών. Τὸ δὲ παρ' αὐτοῦ νομοθετούμενον, ὀνόματι κέκληται γενικῷ [c] κονστιτουτζιών, τουτέστιν ἡ διάταξις ἢ διατύπωσις· τέμνεται δὲ εἰς τρία [d], εἰς ἐπιστολὴν, εἰς ἔδικτον, εἰς δέκρετον.

¶ Καὶ τί ἐστιν ἐπιστολή; ἀντιγραφὴ βασιλέως πρὸς ἄρχοντος ἀναφορὰν, περί τινος ἀμφιβόλου πράγματος γενομένη· οἷον συνέβη κατά τινα ἐπαρχίαν τελευτήσαντός τινος, καὶ μὴ ὄντος τινὸς κληρονόμου τῶν ἀνιόντων, ἢ κατιόντων, δύο περὶ τῆς ἐκείνου κληρονομίας ἀμφισβητεῖν, ἀδελφὸν καὶ θεῖον τοῦ ἀποιχομένου. Τούτων γὰρ ἑκάτερος ἠξίου μόνος τὸν κλῆρον λαμβάνειν. Ὁ μὲν ὡς ἀδελφὸς, ὁ δὲ ὡς θεῖος. Νόμου οὖν μὴ κειμένου, ταύτην τέμνοντος τὴν ἀμφιβολίαν, ἀναφορὰ γέγονε πρὸς βασιλέα, παρὰ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος. Αναγνοὺς τὸ ἀνενεχθὲν ὁ βασιλεὺς, ἀντέγραψε τὸν ἀδελφὸν

6 ¶ Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: quum lege Regia, quæ de eius Imperio lata est, populus ei & in eum omne imperium suum & potestatem concedat. Quodcunque ergo Imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hæ sunt quæ Constitutiones appellantur.

a l. 2. §. 9. ff. de orig. iur.

b *hoc est cui & in quem populus omne imperium suum ac potestatem contulit, vt hic* & l. 1. ff. de const. principum.

c *Sic supra* §. 4. *λεξ dicitur κοινὸν τῶν ἐγγράφων σίμαινον* ὄνομα.

d l. 1. ff. de cōstitut. principū. 2. Eclog. 6. c. 2. 1. Harmenopul. 1. §. 34.

e lex. 1. §. 1. ff. de constit. principū: *vt & author Ecloga plures species facit. Epistolam, subscriptionem, causa cognita decretum, de plano interlocutionem, Edictum.*

f *Frater defuncti, patruo eiusdem potior in iure succedendi: ad it versum sequētem &* Nouel lam de heredatibus ab intestato 118. c. 3.

φὸν τοῦ τελευτήσαντος προτιμηθῆναι.

¶ Νομοθετεῖ δὲ καὶ ἐν δεκρέτῳ ὁ βασιλεύς. Καὶ τί ἐστι δέκρετον; Ἀπόφασις βασιλέως μεταξὺ δύο μερῶν παρ' αὐτοῦ δικαζομένων ἐκφερομένη, ὡς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ θέματος. Δύο τινὲς ἐφιλονείκουν περὶ κληρονομίας τελευτήσαντός τινος, ἀδελφός, φημί, καὶ θεῖος τοῦ κατοιχομένου, περὶ τοῦ τίνα δεῖ εἰς τὴν κλῆσιν προτιμηθῆναι τῆς κληρονομίας. Καὶ ὁ βασιλεύς, ἀμφοτέρων ἀκροασάμενος, ἀπεφήνατο τὸν ἀδελφὸν προτιμηθῆναι, καὶ τοῦτο νόμος ἐστὶ βασιλέως. Λέγεται δὲ δέκρετον [a], παρὰ τὸ δεκέρνερε, ὅ ἐστι θεωρῆσαι. Σκοπήσας γὰρ τῇ οἰκείᾳ διανοίᾳ, τὸ νομιζόμενον αὐτῷ δίκαιον ἀποφαίνεται. Λέγεται δὲ ὁμωνύμως δέκρετον, καὶ ἡ τοῦ ἄρχοντος ἀπόφασις· ἀλλὰ τοῦτο διεγνώκασιν [b] ὅτι τὸ μὲν τοῦ βασιλέως δέκρετον, καὶ αὐτὴν καὶ ἄλλην τοιουτότροπον ὅτε δήποτε ἀναφυομένην ὑπόθεσιν ἐκτέμνει· τὸ δὲ τοῦ ἄρχοντος, αὐτὴν· ἔσθ' ὅτε οὐδὲ αὐτήν, εἴγε ἔκκλητος παρακολουθήσει.

¶ Νομοθετεῖ δὲ καὶ ἐν ἐδίκτῳ ὁ βασιλεύς. Καὶ τί ἐστιν ἔδικτον; [c] Πᾶν ὅπερ ἐξ οἰκείας [d] φύσεως κινηθεὶς ὁρίσῃ ὁ βασιλεύς, πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων εὐταξίαν καὶ λυσιτέλειαν. Λέγεται δὲ ἔδικτον, παρὰ τὸ ἐδίκερε, ὅ ἐστι προλέγειν, καὶ προαναστέλλειν τὰ ἔσθ' ὅτε τοῖς ὑπηκόοις συμβησόμενα λυπηρά· πολλάκις γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἐλογίσατο ὁ βασιλεύς, ἄτοπον εἶναι τὸ παρὰ τῶν ὑποτελῶν αὐτοῦ γινόμενον· οἷον δανείσας τις ρ νομίσματα λόγῳ τόκου ἐπηρώτησε δίδοσθαι κατ' ἔτος αὐτῷ νομίσματα η.

debere præferri.

¶ Per decretum quoque Princeps ius constituit. Et quid est *Decretum*? Est sententia Principis inter duas partes, de quarũ ipse causa cognoscit & iudicat, pronũtiata. Vt in eadẽ specie. Duo aliqui magnis contentionibus de defuncti cuiusdam hereditate agebant, frater inquam & patruus defuncti, nempe vter eorum potiùs ad hereditatem deberet vocari. Princeps causa cognita & vtroque audito, pronuntiauit: fratrem præferri. Et hoc lex est Principis. Dicitur autem Decretum à decernendo, quod dispicere significat: quoniam is vbi cum animo suo de tota re dispexit, id quod iustum sibi videtur, pronuntiat. Æquè autem & decretum dicitur sententia magistratus. Sed in hoc differunt: Quòd Principis Decretum, & eam ipsam & aliam similem causam quocunque tempore exortam dirimat. Magistratus autem decretum, eam tantùm de qua agitur, ac interdum ne eam quidem si intercesserit appellatio.

¶ Per edictum quoque ius constituit Princeps. Et quid est edictũ? Quicquid ex sua natura motus Princeps statuit ad honestatẽ & vtilitatem subditorum. Dicitur autem *Edictum* ab edicendo, quod prædicere significat, & obuiã ire rebus, quæ si contingant, damno aut dolori sint subditis futuræ. Nam sæpe Principes, cùm apud se de vita ac moribus suorum cogitationem instituerẽt, deprehenderunt aliqua quæ admodum iniqua & praua essent. Quale hoc fuerit: Quidam cùm centum aureos mutuò daret, octonos aureos sibi quotannis dari vsuræ nomine stipulatus est.

a *Decretum Principum quid.*

b *Decreti principis & magistratus differentia.*

c *Edictum Principis quid & quemadmodum per edictum quid constituat.*

d ἐξ οἰκείας φύσεως *dixit, pro spontaneo motu* vt l. 3. Cod. de legib. *Barbari, de motu proprio dixissent.*

Id cùm Princeps apud ſe valde iniquum eſſe videret, commotus aduerſus eos qui tam grauiter peccarẽt, conſtitutione emiſſa cauit, vt in centum aureos mutuò datos, ſeni tãtũ (verbi gratia) quotãnis vſuræ nomine darentur. Porrò in confeſſum venit, ea quæ à Principe conſtituũtur, legis vim habere. Sed dixerit hic mihi aliquis: Quare cum in Senatuſconſultis faciendis frequens ſit Senatus, ea tamẽ plebem non tenerent: Et rurſum, cum immẽſus ſit Plebis numerus, aduerſus tamen Senatum Plebiſcita non valerent, niſi Hortenſius aliquis ita cum eis egiſſet, vt eo iure, quod alteri conſtituerẽt, vtroſque teneri vellent: & tamẽ nemo Principis conſtitutionibus, quæ ab eo vno homine emittũtur, parẽre detrectat? Sed dicimus eum, qui rationem eiuſce rei cognoſcere velit, in memoria habere definitionẽ Principis debere. Eſt enim Princeps, qui poteſtatem imperãdi à populo accepit. Porrò autẽ populi appellatio, & Senatum & Plebem in ſe continet. Atque ita, neque Plebs conſtitutionib. eius parẽre renuebat, neque Senatus ea aſpernabatur. Alioquin enim ipſi ſecũ & cũ ſuffragiis ſuis pugnaſſent: populus enim eũ in comitiis creauit vim obtinẽte lege Regia, quæ de imperio eius lata eſt, & omnẽ Principi in populum poteſtatẽ conceſſit. Quæ igitur cõſtituuntur à Principe, cõmuni nomine Cõſtitutiones vocantur. ¶ Atque harum quædam ſunt perſonales, neque in exemplũ trahuntur: quia non hoc Princeps voluerit. Nam ſi cui Princeps ob egregia in rempub. merita aliquid conceſſerit, veluti immunitatem à tributis aut vectigalib.

Ἄτοπον τοῦτο καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμηθεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ κινηθεὶς κατὰ τῶν τοιαῦτα πλημμελούντων τίθησι διάταξιν, ὥστε καθ' ἕκαστον ἔτος, ἕνεκα νομισμάτων ἑκατὸν δεδανεισμένων, ς λόγου χάριν τόκου δίδοσθαι νομίσματα. Τὰ δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως νομοθετούμενα, ἰσοδυναμεῖν [a] τῇ λέξει τῶν ὡμολογημένων ἐστίν. Ἀλλ' ἔχει τις εἰπεῖν, Διατί νομοθετησαίτων τὰ σενάτους κονσοῦλτα πολλῶν ὄντων, ἡ γνώμη κατὰ τῶν ἰδιωτῶν οὐκ ἐκράτει; Καὶ πάλιν τοῦ χυδαίου δήμου ὄντος ἀμέτρου, οὐκ ἴσχυον αἱ νομοθεσίαι κατὰ τῶν συγκλητικῶν, εἰ μὴ [b] Ὀρτήσιός τις, κατὰ ἀμφοτέρων τὰ παρ' ἑκατέρων κρατεῖν ἔπεισε· βασιλεὺς δὲ εἷς ἄνθρωπος ὢν νομοθετεῖ, καὶ οὐδεὶς τοῖς τούτου δόγμασιν ἐναντιοῦται; Ἀλλ' ἐροῦμεν, ὡς εἴ τις βουληθείη τὴν αἰτίαν γνῶναι, τὸν ὅρον ὀφείλει λαβεῖν κατὰ διάνοιαν τοῦ τοῦ βασιλέως, ὅτι βασιλεύς ἐστιν, ὁ τὸ [c] κράτος τοῦ ἄρχειν παρὰ τοῦ δήμου λαβών. Δῆμος δὲ ἐν ἑαυτῷ τὴν σύγκλητον ἔχει, καὶ τοὺς ἰδιώτας. Ὥστε οὖν, οὔτε τὸ χυδαῖον πλῆθος ταῖς τούτου διατάξεσιν ἠναντιοῦτο, οὔτε ἡ σύγκλητος ταύτας ἀπεδοκίμαζε. Τοῦτο γὰρ πράττοντες, ταῖς ἑαυτῶν ἐμάχοιντο ψήφοις· ὁ γὰρ δῆμος τοῦτον ἐχειροτόνησε, νόμου ῥεγίου [d] τοῦτο κυρώσαντος, ὃς περὶ βασιλείας τεθεὶς, πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κατὰ τοῦ δήμου τὴν ἐξουσίαν. Τὰ μὲν οὖν ὑπ' αὐτοῦ τεθέντα, κοινῷ ὀνόματι κέκληνται κονστιτουτιόνες. ¶ Τούτων δὲ, αἱ μέν εἰσι περσονάλιαι [e], καὶ οὐδ' εἰς παράδειγμα [f] ἕλκονται, διὰ τὸ μὴ τοῦτο βασιλέα βεβουλῆσθαι· ἐὰν γάρ τινα τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας [g] εὐεργετήσαντα φιλοτιμήσηται, ὁποῖον τὸ ἐξεῖναι αὐτῷ φόρους δημοσίους

¶ Planè ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur: quoniã non hoc Princeps vult. Nam quod alicui ob meritũ indulſit vel

a hoc eſt, legis habens vigorem.

b De Hortenſio, & lege Hortenſia paulo ante dictũ eſt.

c Princeps qui.

d Legis Regiæ initio huius §. fit mentio & l. 1. §. 7. Cod. de veteri iure enucleando. l. 1. ff. de conſtitu. princi. facit, l. 2. §. nouiſſimè ff. de origine iuris.

e ſeu προσωπικαὶ, l. Harmenop. 1. §. 34. 2. Eclog. 6. 2. l. 1. inſ. ff. de conſtitut. principum.

f ὑπόδειγμα Harmenopul. & Eclog. d. loco.

g Non trahũtur igitur in exemplũ quæ à principe ſiue ἐπὶ φιλοτιμίᾳ, ſiue ἐπὶ τιμωρίᾳ conſtituta.

vel si quam pœnam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non transgreditur. Aliæ autem, quum generales sint, omnes proculdubiò tenent.

μὴ καταβάλλειν. ἐὰν οὖν συμβῇ μετὰ ταῦτα ἕτερον ὅμοια ἢ καὶ ἴσως μείζονα, ὠφελῆσαι τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν, ὁ τοιοῦτος οὐ δυνήσεται ἐξ ἐκείνου τοῦ νόμου περιποιεῖν ἑαυτῷ παραπλήσια, διὰ τὸ προσώπῳ περικεκλεῖσθαι τὸν νόμον. Εἰ δὲ καὶ τιμωρίαν ἔσθ' ὅτε τινὶ τῶν ἐπταικότων τοῦ δέοντος ἐπήγαγε μείζονα, ἢ καὶ ἡμαρτηκότι πολλάκις συνέγνω τινί, οὐ πρὸς μίμησιν τοῦτο πέπρακται. ἀμέλει τοι, οὐδεὶς τῶν μετὰ ταῦτα πλημμεληκότων, τεύξεται τῆς ὁμοίας φιλανθρωπίας, ἢ περαιτέρω τιμωρηθήσεται τοῦ προσήκοντος. Μέχρι γὰρ τῶν τετυχηκότων ἵστανται ταῦτα. Αἱ μὲν οὖν περσονάλιαι οὐχ ὑπερβαίνουσι τοὺς ἐφ' ὧν ἐτέθησαν. Αἱ δὲ γενικαὶ, καὶ κατὰ πάντων ἐκτείνονται προσώπων τε καὶ πραγμάτων.

ac deinde alius quispiam non peius aut etiam lõgè melius de Repub. mereatur, is ex illa lege consimilem sibi immunitatem vindicare nõ poterit: Propterea quòd illa lex intra certam personam consistat. Sed & si cui aut grauiorẽ quã pro delicto vel quam lege cautũ est, pœnam irrogauerit, aut pœnæ gratiam fecerit, id ad consequentiam non pertinet. Itaque nec si quis postea in idem delictum inciderit, aut similem gratiam consequetur, aut grauius quàm par est in eum animaduertet. Quoniam intra personas eorum, quibus subuentum est, vel auctum suppliciũ, ea sistentur. Personales igitur constitutiones, personas eorum de quibus emissæ sunt, non excedunt. Quæ autẽ generales sunt, in omnes tum personas, tũ res valent, atque extendũtur.

7 ¶ Prætorum quoque edicta non modicam obtinent Iuris authoritatem. Hoc etiam Ius honorarium solemus appellare, quòd qui honores gerunt, id est magistratus, authoritatem huic Iuri dederunt.

7 ¶ Εἰρήκαμεν δὲ νομοθέτας [a], δῆμον, χυδαῖον δῆμον, σύγκλητον, βασιλέα. Εν πέμπτῃ τάξει νομοθετοῦσι παρὰ Ῥωμαίοις οἱ ἄρχοντες τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ, οἵτινες καὶ αὐτοὶ, τῇ σέλλῃ [b] τῇ ὑπατικῇ, ἤγουν τῷ δίφρῳ ἐκέχρηντο. Πολλοὶ δὲ οὗτοι καὶ διάφοροι. γενικῷ δὲ πάντες ὀνόματι κέκληνται magistratus populi Romani, τουτέστιν ἄρχοντες τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ. Ενομοθέτουν δὲ οὗτοι, οὐκ ἐν ἐπιστολῇ, οὐκ ἐν δεκρέτῳ, ἀλλ' ἐν ἐδίκτῳ μόνον. Καὶ τί τὸ αἴτιον, τὸν βασιλέα μὲν, καὶ ἐν δεκρέτῳ νομοθετεῖν, καὶ ἐν ἐδίκτῳ· τοὺς δὲ ἄρχοντας, ἐν ἐδίκτῳ μόνον [c]; ἐνταῦθα ἡ αἰτία· οἱ πάλαι τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν καταστήσαντες, καὶ ταύτην εὐνομεῖσθαι βουληθέντες, ἀνεπίληπτον τὴν οἰκείαν γενέσθαι νομοθεσίαν ἐσπούδασαν. Τούτου δὲ ἐπετύγχανον, βασιλεῖ, καὶ ἐν δεκρέτῳ καὶ ἐν ἐδίκτῳ νομοθετεῖν ἐπιτρέψαντες,

7 ¶ Quatuor diximus qui Iura constituerẽt, Populum, Plebem, Senatum, & Principem. Quinto loco apud Romanos Iura constituunt, Magistratus Populi Romani: qui & ipsi sella consulari siue curuli vtebantur. Multi autem hi, & varij sunt: & cõmuni nomine Magistratus Populi Romani vocãtur. Porrò constituebant hi Iura, non per epistolã, nec per decretũ, sed per edicta tantum. Et quænã ratio est, vt Princeps & per decretum & per edictũ Iura constituat: magistratus autẽ tantũ per edictũ? Et inde huius rei causa fluxit. Veteres cùm Remp. Romanã constituerent, & eam bonis legibus instirui vellent, id summo opere laborarunt, ne quid in constituendo Iure admitteretur, quod meritò reprehendi posset. Id autem maximè videntur esse consecuti, cùm Principum

a §. 4. supr. eo.

b *adde finem huius paragraphi. Apud veteres, Consules & Pratores propter itineris longinquitatem curru vtebantur. sella autem, qua post eos vehebantur (quibus sedentes iura dicere solebant) à curru curules sunt nominata 20. Isid. 12. hinc Festo, magistratus Curules: qui curru vehebãtur. adde qua de sella pratoria dicuntur in l. 1. §. casũ.* ff. de postulã do *gestatoria* l. 7. ff. de seruit. rusticorum: l. 49 ff. de leg. 3. *balneari.* Paul. 3. sent. 6.

c *Princeps ius edicto & Decreto constituit. Magistratus, edicto tantum & cur.*

decreta & edicta, legis vigorem habere voluerunt: magistratuum verò non item. Satis enim sciebant, Magistratum multis obnoxium esse suspicionibus, verũ amicitiæ aliquid tribuens, aut donis corruptus, an odio incensus ita pronuntiasset. Quæ in Principem non cadunt. Neque enim auro inescatur, (qui non tantum fortunatum nostrarum, sed etiam corporum ipsorum dominus est.) Neque ob amicitiam Iura transgreditur quoniam princeps ei, quem diligit, aliter prodesse potest, vnde & certiorem gratiam, & veriorem gloriam adsequatur. Neque etiam odio cuiusquam aliquid facit. (Nec enim odit Princeps quemquam eorum qui sunt in ipsius Republica: aut si quis inuentus fuerit, is protinus inter mortuos connumerabitur.) Porrò ideò tantum per edictum iura constituere magistratibus permissum est, quòd edicta res ipsas præcedãt, i. quod antequàm negotia & caussæ exsistant, proponi soleant: atque ita omnis sinisterior suspicio cesset. Præcipua autẽ Iuris constituendi potestas Prætori vrbano data est, & Prætori peregrino, & Ædilibus Curulibus. Ac Prætoris vrbani appellatio inde fluxit: quoniam Prætor à præcedendo quod anteire & imperare significat dictus est. Vrbanus autem, quia Vrbs κατ' ἐξοχὴν, idẽ per excellentiam Roma dicitur. Atque is his, qui Romæ agebant, ius dicebat. At alter Prætor Peregrinus dicebatur. Prætor quidem ab eo quod est præcedere: Peregrinus verò, quod inter peregrinos & aduenas ius redderet. Nam cùm innumerabilis hominum turba Romam confluceret, nec omnib. Prætor vrbanus operã dare posset: creatus est Prætor Peregrinus qui peregrinis ius diceret. 8 ¶ Porrò ædiles Curules, & ipsi constituebant Iura, qui ex eo nomen hoc sumpsêre, quòd ædium sacrarum

ἄρχουσι δὲ οὐκ ἔτι. ᾔδεισαν γὰρ ὡς ὁ ἄρχων, πολλαῖς ὑποψίαις ὑπόκειται, ὅτι τι φιλίᾳ χαριζόμενος, ἢ δῶρα λαβὼν, ἢ πρὸς ἔχθραν κρίνων, ἀπεφήνατο τοιῶσδε. Βασιλεὺς δὲ τούτων κρείττων· οὔτε γὰρ χρυσῷ[a] δελεάζεται (ὃς οὐ[b] μόνον τῆς ἡμετέρας περιουσίας, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν σωμάτων ἐστὶ κύριος) οὐδὲ φιλίᾳ ὑπερβαίνει τὸ νόμιμον. (φιλῶν γὰρ βασιλεὺς, ἑτέρως ὠφελῆσαι δύναται, ἐξ ὧν μᾶλλον εὐδοκιμεῖ) οὐδὲ δι' ἔχθραν τι ποιεῖ. οὐ γὰρ μισεῖ τινα βασιλεὺς τῶν ὄντων ὑπὸ τὴν αὐτοῦ πολιτείαν. Εἰ δέ τις εὑρεθῇ, τοῖς τεθνεῶσι συναριθμηθήσεται. Τὸ δὲ ἐν ἐδίκτῳ μόνῳ νομοθετεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἐφεῖται. ἐπειδὴ πρὸ[c] τῶν πραγμάτων τίθενται, τουτέστι πρὸ τοῦ κινηθῆναι τὰ πράγματα καὶ τὰς ὑποθέσεις καὶ πάσης χείρονος ὑποψίας ἐστέρηται. Δεδώκασι δὲ κατεξαίρετον τὸ νομοθετεῖν, τῷ πραίτωρι τῷ οὐρβανῷ καὶ τῷ πραίτωρι τῶν περεγρίνων, καὶ τοῖς ædilibus curulibus, καὶ πραίτωρ οὐρβανὸς ὠνόμασται ἐντεῦθεν. πραίτωρ μὲν παρὰ[d] τὸ præcedere, τουτέστι προηγεῖσθαι καὶ ἄρχειν. οὐρβανὸς δὲ[e], ἐπειδὴ vrbs[f] κατ' ἐξοχὴν ἡ Ῥώμη λέγεται) ἐδικαιοδότει γὰρ τοῖς ἐν Ῥώμῃ. ὁ δὲ ἕτερος ὠνομάζετο πραίτωρ περεγρῖνος[g]. πραίτωρ μὲν διὰ τὸ præcedere, περεγρῖνος δὲ, ἐπειδὴ ἐδικαιοδότει τοῖς ξένοις τε καὶ ἐπήλυσιν. ἐπειδὴ γὰρ πλῆθος ὄντος ἀναριθμήτου, οὐκ ἐξήρκει πάντων ἀκροᾶσθαι ὁ πραίτωρ ὁ οὐρβανὸς, ἐπενοήθη ὁ περεγρῖνος, ὥστε δικαιοδοτεῖν τοῖς περεγρίνοις.

8 ¶ Οἱ δὲ ædiles curules[h], καὶ αὐτοὶ ἐνομοθέτουν. ὠνομάσθησαν δὲ ἐντεῦθεν, ἐπειδὴ φροντὶς αὐτοῖς ἦν ἡ τῶν

8. ¶ Proponebant & Aediles Curules edictũ de quibusdam caussis, quod & ipsum Iuris honorarii portio est.

a *Iudiciorum pestes* χάριν δικάζεσθαι καὶ διὰ δωροδοκίαν ὑπερβαίνειν τὸ νόμιμον δι' ἔχθραν τι ποιεῖν. *adde quæ scripsi ad Harmenopulum* in proœmio ad Iudices §. 2.

b *de iure principis vide quæ scripsi* ad nouel. de consulibus 105. c. 2. § 4. in verbo. cui & *ipsas leges Deus subiecit.*

c *Edicta quãdo proponantur & cur Edictis tantum, magistratus ius constituãt adde* l. 7. ff. de Iurisdict. & 7. Eclog. 3. περὶ διαφθειρόντων τὸ προτεθὲν ἢ μέλλον προτίθεσθαι ἐπὶ δημοσίου αἰτίᾳ πραγμάτων.

d *Prætor à præeundo. Varro* 4. de lingua numer. 14. & 16. Nonius 1. numero 5. 9. Isid. 1. & 3. *adde Festum* in Prætoria porta.

e *de Pratore vrbano* adde l. 2. §. 27. ff. de origine iuris.

f *vrbis appellatione Roma intelligitur.*

g *de Pratore peregrino adde* l. 2. § 28. ff. de origine iuris. l. 9. §. 4. ff de dolo.

h *de Aedilibus Curulibus adde* l. 2. §. 26. ff. de origine iuris. *decorũ edictis* l. 1. ff. de ædilitio edicto.

ναῶν [a] εὐκοσμία. (ædes γὰρ οἱ ναοί. cura δὲ ἡ φροντίς. ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐν ἐπιμελείᾳ ὥστε μὴ [b] πρὸ τοῦ τεσσαρακοστοῦ τυχὸν ἐνιαυτοῦ, ἱερωσύνης ἐπιλαβέσθαι τινά) ἢ μᾶλλον ἐπειδὴ τῆς ἀγορᾶς ἐφρόντιζον, οὕτως ὠνομάσθησαν. ædiles γὰρ οἱ ἀγορανόμοι. ἢ τὸ πάντων ἀληθέστατον, ἐντεῦθεν. ἐν τῷ καιρῷ τῆς διαστάσεως, ὥσπερ παρὰ τοῖς συγκλητικοῖς ἦν ὁ ὕπατος, δικαιοδοτῶν καὶ τέμνων τὰς δίκας, οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις προεβλήθη τις, ὃν ἔδει δέχεσθαι τὰς [c] προσηλύσεις τῶν δεομένων τινὸς βοηθείας. καὶ ἀπὸ τῆς προσηλύσεως, adilis ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς adilίας, ὅ ἐστι προσέλευσις, εἶτα διὰ τὴν εὐφωνίαν, προσετέθη τὸ Ε στοιχεῖον, καὶ γέγονεν αἴδιλες. Κούρουλες [d] διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐκέχρηντο τῇ σέλλῃ τῇ ὑπατικῇ. τὰ δὲ τούτων ἔδικτα, ἐκράτει καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. ἐλέγετο δὲ ἡ τούτων νομοθεσία, ius honorarium, [e] ἐπειδὴ εἰς τιμὴν τῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν τεθέντων, ἐκράτει ταῦτα καὶ ἐπολιτεύετο. καὶ οἱ αἴδιλες οὖν ἐνομοθέτουν περί τινων κεφαλαίων, καὶ τὸ τούτων ἔδικτον, μέρος γέγονεν, ἤτοι συνήφθη τῷ ἐδίκτῳ τῶν δύο πραιτώρων, οὐρβανοῦ τε, καὶ περεγρίνου.

8. ¶ Responsa prudētum sunt sententiæ & opiniones eorū, quibus permissum erat de Iure respondere. nam antiquitus constitutum erat, vt essent, qui Iura publicè interpretarentur, quibus a Cæsare ius respondēdi datum est, qui Iurisconsulti appellabantur: quorum omnium sentētię & opiniones eam authoritatem tenebant, vt iudici recedere à responsis eorum non liceret, vt est constitutum.

8 ¶ Ἐν ἕκτῃ τάξει νομοθετοῦσιν οἱ σοφοί. Σοφοὺς δὲ λέγω, οἷς τὸ νομοθετεῖν ἢ [f] δῆμος, ἢ σύγκλητος, ἢ βασιλεὺς, ἐπέτρεψε. τὸ δὲ παρ᾽ αὐτῶν νομοθετούμενον, γενικῷ ὀνόματι κέκληται responsa prudentum, τουτέστιν ἡ ἀπόκρισις τῶν σοφῶν, ἐπειδὴ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν ἐνομοθέτουν.

¶ Τὸ δὲ responsum [g] τέμνεται εἰς σεντέντζιαν [h], καὶ ὀπινιόνα [i]. καὶ τί ἐστι σεντέντζια [k]; ἡ αὐτοτελὴς καὶ ἀναμφίβολος ἀπόκρισις. οἷον ἔξεστι τόδε ποιεῖν.

curā gererēt. (ναοί, id est, tēpla, Latinè ædes: φροντίς. id est, sollicitudo, Latinè cura. Id. n. ad sollicitudinē ipsorum pertinebat, ne quis ante quadragesimū fortè annū ad sacerdotiū admitteretur.) Aut, quod vel magis est, quod forū curarent, ita vocati sunt Nā & qui Latinè ædiles dicūtur, à Græcis ἀγορανόμοι vocantur. Aut quod omniū maximè ad verū accedit, ex illo. Nā quo tempore plebs secesserat à Senatu, quēadmodū inter Patres Consul ius reddebat, & controuersias dirimebat: ita & in plebe creatus est quidā, quem hi adirēt qui ope aliqua egerēt, & ita ab adeundo dictus est ædilis quasi adilis: nam euphoniæ gratia interposita est littera E, & ita factum est, Ædiles. Curules autem ideo dicūtur, quòd sella Consulari vtelētur. Horū edicta & in prouinciis obtinebāt. Ius autem quod hi cōstituebant, ius honorariū appellabatur: quoniam in honorē magistratuum & auctorum eius id valebat, & in vsum recipiebatur. Ædiles igitur de capite & causis quibusdā ius cōstituebant: & edictum eorū factum est portio, ac cohæret edicto amborum Prætorum Vrbani & Peregrini.

8 ¶ Sexto loco Ius constituūt prudētes. Prudentes dico, quibus iura condere populus aut Senatus aut Princeps concessit. Ius autē quod ab his cōstituitur, generali nomine vocatur, Responsa Prudentum: quoniam per cōsultationem & responsionē iura cōdebant. ¶ Porrò responsum diuiditur in sententiam & opinionē. Et quid est sententia? Est perfecta & indubia responsio. Veluti, hoc facere licet,

a Ædilium triplex denominatio Theophilo: vel quod illis ædium sacrarum cura, vel quod foro præessent. (verum hæc origo nimis plus à sensu remota est) vel quod plebem (quo tēpore secedebat) adirent. quod ex l. 2. §. 2. ff. de origine mutatū esse videtur. non tamen omnimodo, quippe inibi Ædiles, qui præerant ædibus, in queis sacra sua plebs habebat. Simile huic loco postremo Theophili quid extat apud Festum, in Ædilis. quo etiam loco præterea notat, adiuro priuatarū curam habuisse, quod Varro 4. de lingua etiā confirmat.

b vide Nouel. 123. c. 13.

c v. Festum in Ædilis.

d v. quæ scripsi initio huius paragraphi de magistratibus Curulibus & sella Curuli.

e de iure honorario adde l. 2. §. 10. & 12. ff. de ori. iur.

f de Responsis prudentū: & à quo ius respōdendi de iure peteretur. v. l. 2. §. 47. ff. de origin. iuris.

g hinc responsorum libri.

h hinc sententiarum libri.

i hinc opinionum libri.

k Sententia quid.

hoc facere non licet. Opinio verò est; suspensa & timida, ac cum dubitatione elata responsio. Vt, existimo hoc fieri licere: existimo hoc fieri non licere. Concessum autem erat his, vt publicè Iura constituerent, siue interpretarentur: qui & Iuriscõsulti appellati sunt, quòd de iure interrogarentur: nam cõsulere, interrogare est. Quorum sententiæ & opiniones eam auctoritatem obtinent, vt liberum non sit Iudici, à responso eorum recedere: quemadmodum & Principis cuiusdam constitutione cauetur. In his igitur Ius omne scriptum consistit: in his scilicet, quæ vel à Populo constituta sunt, vel à Plebe, vel à Senatu, vel à Principe, vel à magistratibus populi Romani, vel ex responso prudentum.

9 ¶ Ius autem non scriptum est, quod longa cõsuetudo consensu vtentium approbauit, & ad similitudinem Iuris scripti redegit.

10 ¶ Haud igitur culpãdus fuerit, qui dicat in duas species Ius Ciuile distributũ esse, in Ius scriptum, & in Ius non scriptum. Summa autem eorum origo ex institutis duarum ciuitatũ, Athenarum scilicet & Lacedæmonis videtur fluxisse. In his enim Ciuitatibus ita agi solitũ erat, vt Lacedæmonii iura sua magis memoriæ mandarent, Athenienses ea maximè seruarent, custodirentque quæ in litteras essent relata.

11 ¶ Sed iura quidem gentium, veluti diuina quadam prouidentia apud omnes peræquè gentes seruantur, vnde & firma semper atque incom-

a *opinio quid.*

b *De responsis iuris prudentum, & earũ authoritate.* v. *Theodosiũ & Valentin.* in l. 1. Cod. Theodos. de respõsis prudentum.

c *quæ hic dicitur* χρονία *συνήθεια alibi* παλαιὰ *alibi* μακρὰ. 1. Harmenopul. 1. §. 42. 2. Eclo. 1. c. 32. *inueterata, diuturna, longa* l. 32. §. 1. l. 33. l. 34. ff. de legib.

d *duæ igitur iuris ciuilis species seu formæ, ius scriptum.*

e *quippe leges ab Atheniensibus etiam & Lacedemoniis Romani petiere: Halicarnass. 10. Diodor. Liuius 3.* 1. Harmenop. 1. §. 30.

f *hinc illa lex Lycurgi apud* Plutarchum in Lycurgo μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγράφοις.

οὐκ ἔξεστι τόδε ποιεῖν. Opinio [a] δὲ ἡ ὑπεσταλμένη, καὶ μετ' ἐνδοιασμοῦ προσφερομένη ἀπόκρισις· οἷον νομίζω ὅτι ἔξεστι τόδε ποιεῖν. νομίζω ὅτι οὐκ ἔξεστι τόδε ποιεῖν. ἐπετέτραπτο δὲ τούτοις δημοσίᾳ νομοθετεῖν, ἤτοι τοὺς νόμους ἑρμηνεύειν. οἵ τινες Iurisconsulti προσηγορεύθησαν, τουτέστιν οἱ περὶ τῶν νόμων ἐπερωτώμενοι. Consulere δέ ἐστι τὸ ἐρωτᾶν· ὧν αἱ σεντέντζιαι καὶ ὀπινιόνες ταύτην ἔχουσιν τὴν αὐθεντείαν, ὥστε μὴ ἔχειν παρρησίαν δικαστὴν τῶν αὐτῶν ἀπειθεῖν ἀποκρίσεσιν, ὥσπερ καὶ βασιλέως βοᾷ διάταξις. [b] Ἐν τούτοις μέν ἐστιν ἡ ἔγγραφος νομοθεσία, τουτέστιν ἐν τοῖς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθεῖσιν, ἢ τοῦ ἰδιαίου δήμου, ἢ συγκλήτου, ἢ βασιλέως, ἢ ἀρχόντων τῆς Ῥώμης, ἢ τῆς τῶν σοφῶν ἀποκρίσεως.

9 ¶ Ἄγραφος δὲ νόμος ἐστὶν ὅνπερ ἡ [c] χρονία συνήθεια συναινέσει τῶν χρωμένων ἐβεβαίωσε, καὶ εἰς μίμησιν ἀνήγαγε τοῦ ἐγγράφου νόμου.

10 ¶ Ἀνεπιλήπτως οὖν εἴποι τις, εἰς δύο εἴδη [d] ταύτην τὴν πολιτικὴν διαιρεῖσθαι νομοθεσίαν, εἰς ἔγγραφον νόμον, καὶ ἄγραφον. ἡ δὲ τούτων ἀρχαιογονία [e] ἐκ διδασκαλίας τῶν δύο πόλεων, Ἀθηνῶν φημὶ, καὶ Λακεδαίμονος καταῤῥεῦσαι δοκεῖ. ἐν γὰρ ταῖς πόλεσι ταύταις, εἰώθει πράττεσθαι τοῦτο καὶ κρατεῖν, ὥστε Λακεδαιμονίους μὲν μνήμῃ [f] τοὺς οἰκείους νόμους διαφυλάττειν. Ἀθηναίους δὲ ἐκείνους τιμᾶν, ὅσους ἐν γράμμασιν ἴσασιν ὄντας, καὶ τούτους φυλάττειν.

11 ¶ Ἀλλὰ τὰ μὲν iura gentium ἤτοι ἐθνικὰ νόμιμα, παρὰ πᾶσι ἔθνεσι πολιτεύεται ἐκ θειοτέρας εὑρεθέντα προνοίας. ὅθεν τὸ βέβαιον καὶ

9. ¶ Sine scripto Ius venit, quod vsus adprobauit. nam diuturni mores consensu vtentium comprobati, legem imitantur.

10. ¶ Et non ineleganter in duas species Ius ciuile distributum esse videtur. nam origo eius ab institutis duarum ciuitatum, Athenarum scilicet & Lacedæmoniorum, fluxisse videtur. In his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruabant memoriæ mandarent: Athenienses verò ea, quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

11. ¶ Sed naturalia quidẽ Iura, quæ apud omnes gentes peræquè obseruantur, diuinâ quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanẽt. ea verò, quæ ipsa sibi quæque ciuitas constituit sæpe mutari solent vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata.

ἀμετακίνητον ἔχει [a]. ὅσα δὲ ius ciuile, τουτέστιν ἅπερ ἑκάστη πόλις ἐνομοθέτησεν ἑαυτῇ, ἀμείβεσθαι πολλάκις εἴωθεν, ἢ σιωπηρᾷ [b] τοῦ δήμου συναινέσει, ἢ δευτέρου [c] νόμου θέσει.

¶ 12 Εἰπόντες τί ἐστι δικαιοσύνη, καὶ τὴν γενικὴν διεξελθόντες τῶν νόμων διαίρεσιν, μαθόντες δὲ καὶ πόσοι τὸ παλαιὸν ἐνομοθέτουν, καὶ πῶς τὸ παρ' ἑκάστου νομοθετούμενον κέκληται, καὶ ὅτι τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, μετέλθωμεν ἐφ' ἕτερον. καὶ μάθωμεν περὶ πόσα ἡ τῶν Ῥωμαίων καταγίνεται νομοθεσία. περὶ τρία τοίνυν γίνεται, περὶ πρόσωπα, περὶ πράγματα, περὶ ἀγωγάς. καὶ [d] περὶ πρόσωπα μὲν, ὅταν εἴπωμεν, ὁ δεῖνα συγκλητικός ἐστιν, ἢ ἰδιώτης. περὶ πράγματα, ἡνίκα ζητοῦμεν, πότερον ἔρρωται, ἡ γενομένη ὑπό τινος διαθήκη, ἢ ἄχρηστός ἐστι. περὶ ἀγωγὰς, ἡνίκα ἀμφισβητεῖται, πότερον τῷδε πρόσεστιν ἀγωγὴ, ἢ οὐ πρόσεστιν. Δεῖ δὲ κατὰ τὴν πρώτην τάξιν περὶ προσώπων διαλεχθῆναι, εἶτα περὶ πραγμάτων, καὶ μετὰ ταῦτα περὶ ἀγωγῶν. Συμβαίνει [e] δὲ τῷ καλῶς ἔχοντι ἡ τοιαύτη τάξις. προσώπων μὲν γὰρ ὑποκειμένων, ἀναφύεσθαι πράγματα, τῶν ὡμολογημένων ἐστίν· ὑπόντων δὲ πραγμάτων, καὶ περὶ ἀγωγῶν ἀνάγκη ζητεῖν. δεῖ οὖν περὶ προσώπων εἰπεῖν. ἀτελὴς γὰρ καὶ ἀνόνητος ἡ τῶν νόμων κατάληψις, εἴγε τὰ πρόσωπα παρ' ἡμῶν ἀγνοεῖται, ὧν χάριν ἐπινενόηνται νόμοι.

12. ¶ Omne autem Ius, quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de personis videamus: nam parum est Ius nosse, si personæ, quarum caussa constitutum est, ignorentur.

incommutabilia permanent. Quæ verò ex Iure ciuili descendunt, id est, quæ ipsa sibi quæque ciuitas constituit, sæpe mutari solent: vel tacito populi consensu, vel alia lata lege.

12 ¶ Cùm dixerimus quid sit iustitia, & generalem iuris diuisionem exequuti simus, didicerimúsque quot olim iura constituerint, ac quomodo ea, quæ à quoque constituebantur, vocata sint: & quemadmodum aliud sit ius scriptum, & aliud sit ius non scriptum: pergamus ad aliud, ac discamus circa quot ius Romanorum versetur. Circa tria igitur versatur: circa personas, circa res, circa actiones. Et quidem circa personas, quum dicimus, hic Senatorius est, aut ex plebe. Circa res, cùm quærimus testamentum ab aliquo factum valeátne, an inutile sit. Circa actiones cùm in dubium venit, Sítne huic actio, an non sit. Atque in primis de personis differendum est, deinde de rebus, & postea de actionibus. Hic enim ordo verissimus & rectissimus est. Quoniam vbi personæ sunt, ibi & res existere in confesso est. Atque cùm res existunt, tunc & de actionibus necesse est quærere. Dicendum est igitur de personis. nam & exiguũ quiddã fit ac inutile, iura nosse: si personæ, quarum gratia ius constitutum est, à nobis ignorentur.

a 1. Harmenopul. 1. §. 23.

b l. 32. §. ff. de legibus. Loc est ἀγραφία de consuetudine 2. Eclog. 1. c. 32.

c 1. Harmenopul. 1. §. 26. 27.

d Ius quemadmodũ ad personas, res, & actiones pertineat, adde l. 1. ff. de statu hominum.

e l. 2. ff. de statu hominũ.

DE IVRE PERSONARVM TITVLVS III.

ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ ΠΡΟΣΤΑΤΙΚΟΥ[a]. ΤΙΤΛΟΣ γ.

DE IVRE PERSONARum. Tit. III.

¶ De personarum in homines liberos & seruos diuisione. 1. Quid libertas. 2. quid seruitus. 3. vnde dicti. 4. Quo iure fiant. 5. & quæ seruorum liberorúmque differentia: & hominum alios esse ingenuos, alios libertinos.

SVMMA itaque personarũ diuisio est hæc, quòd hominum alii sint liberi, alii serui.

1 ¶ Et libertas quidem (ex qua & liberi vocantur) sic definienda est: Libertas est naturalis facultas, qua cuiq; facere, quæ velit, concessum est, nisi quatenus aut ius, aut vis prohibet. Vis quidem, veluti cùm me agere aliquid volentem quod iure vetitum non est, fortior quispiam & plus habens virium prohibet. Ius autem, veluti cùm pœnarũ minis cohibeor, ne quid quid animo collibitum est, faciam. Nam seruo nec omnia pro animo suo agar, etiam timor domini obstat.

2 ¶ Seruitus autem est constitutio iurisgentium qua quis dominio alieno contra ius naturæ subiicitur. Quoniam natura omnes liberos produxit: bellorum autem machinamenta, seruitutem inuenerũt. Nam ius belli vult, vt victores eorum, quos vicerint, domini fiant.

3 ¶ Serui autẽ ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos quos vẽdere volebant, seruabant, nec occidi finebãt. A seruando igitur serui dicti sunt, qui etiam vocantur mãcipia, quòd ab hostib. manu

Ἡ[b] τοίνυν τῶν προσώπων ἄκρα διαίρεσίς ἐστιν αὕτη, ὅτι τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν εἰσὶν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι.

1 ¶ Καὶ τὴν μὲν ἐλευθερίαν ἐξ ἧς ἡ τῶν ἐλευθέρων ἐπινενόηται προσηγορία, οὕτως ὁριζόμεθα. ἐλευθερία[c] ἐστὶν, εὐχέρεια φυσικὴ, ἑκάστῳ συγχωροῦσα πράττειν ἃ βούλεται, εἰ μὴ νόμος, ἢ βία κωλύσει. βία μὲν ἐπειδὰν βουλόμενόν με ἐῶ ὅτε τι πρᾶξαι, ὃ τοῖς νόμοις οὐκ ἀπηγόρευται, διακωλύσῃ τις ἰσχύϊ μείζονι βιαζόμενος. νόμος[d] δὲ, ὅτε τιμωριῶν ἀπειλαῖς εἴργομαι πράττειν ἃ βούλομαι. οὐκέτι γὰρ ποιεῖν τὰ κατὰ γνώμην, καὶ δεσπότου δέος ἐμποδίζει.

2 ¶ Δουλεία[e] δέ ἐστιν, ἐθνικοῦ νομίμου διατύπωσις, ἐξ ἧς τις ὑποβάλλεται τῇ ἑτέρου δεσποτείᾳ, ὑπεναντίον τοῦ φυσικοῦ νομίμου. ἡ γὰρ φύσις πάντας ἐλευθέρους παρήγαγεν, ἡ δὲ τῶν πολεμίων ἐπίνοια τὴν δουλείαν ἐφεῦρεν. ὁ γὰρ τοῦ πολέμου νόμος, κτῆμα τῶν κρατούντων θέλει τοὺς νενικημένους εἶναι.

3 ¶ Καὶ οἱ δοῦλοι λέγονται σέρβοι, ἐντεῦθεν προσαγορευθέντες, ἐπειδήπερ οἱ τῶν πολέμων[f] ἡγεμόνες, τοὺς αἰχμαλώτους οὓς ἐβούλοντο πιπράσκειν ἐφύλαττον[g], καὶ ἀναιρεῖσθαι διεκώλυον. ἀπὸ οὖν τοῦ σερβάρε, ὅ ἐστι φυλάττειν, ὠνομάσθησαν σέρβοι[h] οἵτινες καὶ μαγκίπια προσαγορεύονται,

SVMMA itaque diuisio de iure personarũ hæc est: quòd omnes homines, aut liberi sunt, aut serui.

1. ¶ Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur.

2 ¶ Seruitus autem est constitutio Iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur.

3 ¶ Serui autem ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos vẽdere, ac per hoc seruare, nec occidere solẽt, qui etiam mancipia dicti sunt, eò quòd ab hostibus manu capiuntur.

a *Huic titulo respondet apud Harmenopulum* 1. περὶ ἐλευθέρων, de libertatibus libro primo tit. 18. adde. *Titulum Pandectarum* de iure personarum: & 46. Eclog. 1.

b *Idem extat apud* 1. Harmenopul. 18. §. 1. l. 3. ff. de statu hominum. 1. Gaiũ 1.

c *Idem vide apud* 1. Harmenopul. 18. §. 2. l. 4. ff. de statu hominum. 46. Eclog. 1. c. 2.

d *libertas aut vi aut iure impeditur.*

e *Harmenopulus* d. titulo §. 3. 46. *Eclog.* 1. c. 2. l. 4. §. 1. ff. de statu personarum.

f d. §. 2 l. pupillus 239. §. 1. ff. de verborum significat. 2. Eclog. 2. c. 239. l. 4 §. 3. ff. de statu.

g [illegible] *h. c. dicuntur, qui Imperatores, Institutionibus hoc loco.*

h *Harmenopulus* d. l. §. 1. l. 5. §. 1. ff. de statu hominum.

quia manu capiuntur. ἐπειδὴ ἀπὸ τῶν πολεμίων χειρὶ λαμβάνονται.

manu capiantur.

4. ¶ Serui autem aut nascuntur, aut fiunt: nascuntur ex ancillis nostris, fiunt aut Iure gentium, id est, ex captiuitate: aut Iurē ciuili, cùm liber homo maior viginti annis ad pretium participandum sese venundari passus est.

4 ¶ Οἱ δὲ δοῦλοι [a] ἢ τίκτονται, ἢ γίνονται. τίκτονται οἱ ἐκ τῶν ἡμετέρων ἡμῖν προστικτόμενοι θεραπαινῶν. [b] γίνονται οἱ ἐκ τῶν ἐθνικῶν νομίμων, τουτέστιν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. ἢ νόμῳ πολιτικῷ, οἷον ἡνίκα τις ἐλεύθερος ὤν, καὶ μείζων τῶν κ ἐτῶν, ἐπὶ τῷ μερίσασθαι τὸ τίμημα, ἑαυτὸν ἠνέσχετο διαπραθῆναι, ἔσθ᾽ ὅτε γὰρ διαλέγομαί τινι ὥστε με πωλῆσαι νομισμάτων, λόγου χάριν, κ, καὶ αὐτὸν μὲν ἀποκερδᾶναι ε, ἐμοὶ δὲ παρασχεῖν ιε. ὁ γὰρ τοιοῦτος, ἐκ τῆς ἰδικῆς τῶν Ῥωμαίων νομοθεσίας ὑφαίρεσιν ὑφίσταται τῆς ἐλευθερίας, ἣν ὕβρισεν, ἀνάξιον ἑαυτὸν ταύτης ἀποδείξας, καὶ τὴν ἐκεῖθεν αὐτῷ προσοῦσαν παρρησίαν προδοὺς, εὐτελοῦς χρυσίου λήψει.

¶ Porro serui aut nascũtur, aut fiunt. Nascuntur, qui ex ancillis nostris nobis gignuntur. Fiunt, aut iure gentium, id est, ex captiuitate: aut iure ciuili, veluti cùm homo liber maior viginti annis, ad participandum pretiũ se venundari passus est. Ego enim fortasse, cũ aliquo, vt me, verbi gratia viginti aureis venderet, & sibi pro lucro quinque haberet, & quindecim mihi redderet. Hic namque talis, eo iure, quod Romanorum proprium est, libertatem amittit, cui tantam ignominiæ notam inussit, simul & seipsum ea indignum ostendens, & liberum arbitriũ quod per eam habebat, vili accepto argento prodens.

a Qui ita nascitur: verna, Latinis: οἰκογενὴς, Græcis. Iisdem vernaculus vernus. domo natus. cuius deminutiuum vernula. Seipsum quēadmodũ quis vendat, pretij partiendi seu participandi causa.
c Harmenopulus d. titulo. §.5. l. 5. ff. de statu hominum.

5. ¶ In seruorum conditione nulla est differentia: in liberis autem multæ. aut enim sunt ingenui, aut libertini.

5 ¶ Καὶ ἡ μὲν τῶν δούλων τύχη οὐδεμίαν ἐπιδέχεται διαίρεσιν, οὐ γάρ ἐστιν εἰπεῖν ἐπ᾽ αὐτῶν, ἧττον δοῦλος, ἢ μᾶλλον δοῦλος. ἔστιν οὖν ἄτομον ἡ δουλεία. ἐπὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων, πολλὰς εὑρίσκομεν διαφοράς. ἢ γὰρ εὐγενεῖς εἰσιν, ἢ ἀπελεύθεροι.

5 ¶ Et seruorum quidem condicio nullam recipit diuisionem, neque enim de quoquam eorum dicere possis, minus seruus aut magis seruus. Scindi igitur in species seruitus non potest. In liberis verò multas inuenimus differentias: aut enim ingenui sunt, aut libertini.

d Seruitus neque maius neque minus recipit, vide infra. tit. 5. in f. pr. vbi seruitutem ἄτομον esse ait.

DE INGENVIS. TIT. IV. | ΠΕΡΙ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ [e]. Τίτλος δ. | DE INGENVIS. TIT. IV.

e Gaius 1. §. 1. 1 Harmenop. 13. §. 5.

¶ De Ingenuis & qui ingenui. 1. & vtrum ingenuitati seu natalibus officiat manumissio.

Ingenuus est is, qui statim, vt natus est, liber est: siuè ex duobus ingenuis matrimonio edit⁹ est,

Εἰρήκαμεν τὴν ἐλευθέρων εἰς [f] δύο διαιρεῖσθαι, εἰς εὐγενεῖς καὶ ἀπελευθέρους. ¶ Καὶ εὐγενής ἐστιν, ὁ εὐθέως ἅμα τῷ τεχθῆναι ἐλεύθερος ὤν, καὶ μήπω τοῦ ζυγοῦ τῆς δουλείας γευσάμενος,

Diximus liberos in duo diuidi, in ingenuos, & libertinos. ¶ Et ingenuus est, qui simul ac natus est, liber est, nondum seruitutis iugum expertus,

f idem apud Harmenopulũ 1. titul. 12. §. 6. idem author ibidem §. 7. l. 5. §. 1. ff. de statu hominum. Gaius, 1. §. 1.

siue ex duobus ingenuis matrimonio editus est, siue ex duob. libertinis, siue vna persona ingenua sit, & altera libertina.

¶ Sed & si quis ex matre nascatur libera, sed patre seruo, nihilominus ingenuus erit: quemadmodũ & is, qui ex matre libera, & incerto patre, hoc est, ex meretricio concubitu natus est. Neque enim pueri ingenuitatẽ offendit, ex meretricio coitu conceptum esse. Sufficit autem liberam esse matrem, eo tempore quo nascitur: quãuis eo tempore, quo conceptus est, serua fuerit. ¶ Et ex contrario, si libera concepit, & ancilla facta peperit, vt quia vendi se passa est, & ex pretio accepit, liberũ est quod nascitur. Quoniam ei, qui in vtero est, calamitas matris non nocet. ¶ Porrò cùm dictum sit sufficere infanti ad libertatem, quòd mater in pariendo libera fuerit: & quando conceptio in libertate contigit, ac partus in seruitute, liberum esse qui nascitur: vide quid ex hoc quæsitum sit. Ancilla quædam cùm prægnans esset, manumissa est: paulò post ancilla facta est. Posteaquam ancilla facta esset, peperit. Videamus, seruum an liberum pepererit. Et dicimus liberum peperisse: sufficit enim ei, qui in vtero est, matrem ipsius vel medio tempore liberam fuisse. Quod & verum est.

1 ¶ Is, qui ingenuus natus est, si status sui ignarus seruierit, & deinde manumissus fuerit, ingenuitas eius per manumissionem non læditur. Nam id

a *hinc illud* πορνογένητος ἕπεται τῇ μητρί. 46. Eclo. 1. c. 16. l. 19. ff. de statu.

b *hinc illud Pauli 2. sent. 24. §. 1. si serua concepit & postea manumissa peperit, liberum parit.* adde Gaium 1. tit. 5. §. vlt. in fi.

c l. 5. §. vlt. ff. de statu hominum: *quæ libera concepit, ancilla peperit, liberum parit.* 2. Paul. sent. 24. §. 1.

d *Idem apud* Harmeno. 18. § 8.

e d. §. vlt. ff. de statu hominum. *Pau.* 2. sent. 24. §. 3.

f *adde* titul. prox. inf. eo. *in prin.*

εἴτε ἐκ συνοικεσίου, δύο εὐγενῶν ἐτέχθη, εἴτε ἐκ δύο ἀπελευθέρων. εἴτε τὸ ἓν πρόσωπόν ἐστιν εὐγενὲς, τὸ δὲ ἕτερον ἀπελεύθερον.

¶ Εἰ δὲ καί τις ἐξ ἐλευθέρας τεχθῇ μητρὸς, δούλου δὲ πατρὸς, εὐγενὴς ὁμοίως ἔσται, ὥσπερ ὁ ἐξ ἐλευθέρας μητρὸς, καὶ ἀδήλου πατρὸς, τουτέστιν ὁ ἀπὸ πορνείας. οὐδὲ γὰρ βλάπτει τὴν τοῦ παιδὸς εὐγένειαν, τὸ [a] ἐκ πορνείας γενέσθαι τὴν σύλληψιν. ἀρκεῖ δὲ ἐλευθέραν εἶναι τὴν μητέρα κατὰ τὸν χρόνον τοῦ τοκετοῦ [b], εἰ καὶ ὁ τῆς συλλήψεως καιρὸς, εἶδεν αὐτὴν δούλην. καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου εἰ [c] ἐλευθέρα συλλάβῃ, καταδουλωθεῖσα δὲ, ἐπειδὴ ἠνέσχετο ἑαυτὴν πραθῆναι, καὶ ἐκ τοῦ τιμήματος εἰληφέναι, καὶ τέκῃ, ἐλεύθερον τὸ τεχθέν. ὁ γὰρ κυοφορούμενος οὐ βλάπτεται ἐκ τῆς συμφορᾶς τῆς φερούσης τὴν μητέρα.

¶ Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν, ἀρκεῖν πρὸς ἐλευθερίαν τῷ παιδὶ, τὸ ἐλευθέραν ἐν τῷ τίκτειν εἶναι τὴν μητέρα, καὶ ὅτι ἐὰν γένηται σύλληψις ἐν ἐλευθερίᾳ, τοκετὸς δὲ ἐν δουλείᾳ, ἐλεύθερος ὁ τικτόμενος, ἐντεῦθεν ὅρα οἷον ἐζητήθη. δούλη [d] τις οὖσα κατὰ τὸν καιρὸν ὃν συνέλαβε, τῆς δουλείας ἠλευθερώθη. ὀλίγου χρόνου παραδραμόντος, κατεδουλώθη. τέτοκε κατὰ τὴν καταδούλωσιν. σκοπήσωμεν, πότερον ἐλεύθερον ἢ δοῦλόν ἐστι τὸ τικτόμενον. καὶ φαμὲν ἐλεύθερον εἶναι. ἀρκεῖ [e] γὰρ τῷ ὄντι ἐν γαστρὶ, τὸ κατὰ τὸν μέσον καιρὸν ἐλευθέραν εἶναι τὴν μητέρα, ὅπερ καὶ ἀληθές ἐστι.

1 ¶ Ὁ δὲ τικτόμενος εὐγενὴς, ἐὰν ἐν ἀγνοίᾳ [f] τῆς οἰκείας δουλεύσῃ τύχης, εἶτα ἐλευθερωθῇ, οὐδεμίαν ὑποστήσεται περὶ τὴν εὐγένειαν βλάβην, ἐκ τῆς ἐλευ-

siue ex libertinis duobus, siue ex altero libertino, & altero ingenuo.

Sed & si quis ex matre nascitur libera, patre verò seruo, ingenuus nihilominus nascitur: quemadmodũ qui ex matre libera, & incerto patre natus est: quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit.

¶ Et è contrario, si libera cõceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eũ qui nascitur, liberum nasci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in vẽtre est.

¶ Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnãs manumissa sit, deinde ancilla postea facta pepererit, liberum an seruum pariat? Et Martianus probat liberum nasci: sufficit enim ei qui in vtero est liberam matrem vel medio tempore habuisse vt liber nascatur: quod & verum est.

1. ¶ Quum autẽ

ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in seruitute fuisse, & postea manumissum esse: sæpissimè enim constitutum est, natalibus non officere manumissionem.

θερωθῆναι. τοῦτο γὰρ πολλάκις ταῖς βασιλικαῖς εἴρηται διατάξεσι, τὴν [a] κατὰ τὸ περιττὸν διδομένην ἐλευθερίαν, πρόκριμα μὴ ποιεῖν τῇ [b] εὐγενείᾳ. πῶς δὲ συμβαίνει τὸν εὐγενῆ ἐλευθερωθῆναι; εἴπωμεν ὡς ἐπὶ θέματος. εἶχον ἐγὼ ἐλευθέραν τινὰ γυναῖκα πρὸς ὑπηρεσίαν. τέτοκεν αὐτὴ, καὶ ἐνιαυσιαῖον, λόγου χάριν, καταλιποῦσα τὸ τεχθὲν, ἐτελεύτησε. συνέβη καὶ με τελευτῆσαι μικρὸν ὕστερον. ὁ ἐμὸς κληρονόμος εὑρὼν ἐν τῇ ἐμῇ περιουσίᾳ τὸ παιδίον, ἐνόμισεν εἶναι δοῦλον, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ παιδίον τέλειον γεγονὸς, τὴν οἰκείαν ἠγνόει τύχην. ὁ δὲ νόμος εἰδὼς τὸ ἀληθὲς, ἐκ τῆς τοῦ κληρονόμου, καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ παιδὸς πλάνης, οὐκ ἤμειψεν αὐτοῦ τὴν εὐγένειαν. κἂν ὁ ἐμὸς πειραθεὶς κληρονόμος, εὐνοίᾳ ἑαυτοῦ ἠλευθέρωσεν, ἡ κατὰ τὸ περιττὸν ὡς εἴρηται προστεθεῖσα ἐλευθερία, διὰ τὴν ψευδῆ δουλείαν, τὴν ἐξ ἀληθείας οὐκ ἠδίκησεν εὐγένειαν.

id ita sæpissime Principũ constitutionibus cautum est, Libertatem ex abundãti & superuacuo datam nullum ingenuitati præiudicium parere. Et quomodo contingat, vt ingenuus aliquis manumittatur, exemplo aliquo velut ex facto ostendamus. In ministerio meo liberam habebam mulierem. Ea peperit: Et anniculum (verbi gratia) relinquens puerum decessit. Non multò post euenit, vt & ego morerer. Heres meus cùm in hereditate mea infantem hunc reperisset, seruum esse putauit: Sed & is cùm adoleuisset, conditionem suam ignorabat. Verùm ius cui nota est veritas: ex heredis & ipsius pueri errore, ingenuitatem eius non mutauit. Et si heres beneficium manumissionis in eum conferre voluerit, libertas frustrà & superuacuò, vt dictũ est, data, propter fictam seruitutem, veram ingenuitatem non corrumpet.

a adde l. 22. C. de probat. l. 2. Cod. de ingenuis manumiss.

b εὐγένειαν hic vsurpat pro natalibus, vt sit sensus, natalibus seu ingenuitati non officere manumissionem, vt hic. vel vt apud Paulum 5. sent. 1. §. 2. veritatis & ingenuitatis originis non officere manumissionem. Tametsi vt Plutarchus in Lucullo scribit, ἀφαιρεῖς τοὺς δυσπραχοῦντας, ἢ τοὺς δεσπότας ἐλευθερίας δίκην.



DE LIBERTINIS. TIT. V.

ΠΕΡΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΩΝ. ΤΙΤΛΟΣ ε.

DE LIBERTINIS. TIT. V.

¶ *De libertinis & quid Libertinus: quid, & vnde dicta manumissio, quo iure introducta: manumissione libertinos fieri, & Libertinorum statum hodie vnum esse.* 1. *Manumissio quibus modis.* 2. *Quo tempore & loco fiat.* 3. *Manumissionis hunc hodie esse effectum vt manumissi ciues Romani fiant, Latinis, Iunianis dedititiis, iure Quiritium & Bonitariis dominiis sublatis, in quem nonnulla à Theophilo dicuntur de ætate legitima & naturali: De dominio naturali seu in bonis, & legitimo seu iure Quiritium. De manumissionis modo naturali & legitimo, & de ciuibus Romanis.*

Libertini sunt qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

Εἰρήκαμεν τίνες εἰσὶν εὐγενεῖς, εἴπωμεν καὶ τοὺς ἀπελευθέρους. [c] ἀπελεύθερος δέ ἐστιν, ὁ ἐκ [d] δικαίας δουλείας ἐλευθερωθείς. πρό-

Diximus qui sint ingenui, dicamus & de Libertinis. Libertinus est, qui ex iusta seruitute manumissus est.

c 5. Harmenop. 1. §. 1. 46. Ecl. 1. c. 1. in fin. l. 6. ff. de stat. hom.

d Gaius 1. tit. 1. §. 1. pro iusta seruitute manumissũ dixit.

Verùm adde. Et Legitima. Libertinus igitur est, qui ex iusta & legitima seruitute manumissus est. Additum est autē definitioni, Iusta, vt eum eximerem, qui suæ conditionis ignarus seruiit. Adiectum quoq; est, Legitima, propterea, quòd natura seruos nesciat, sed ex bellis inuenta sit seruitus. Porrò liberatio horum, Latinè dicitur Manumissio.

¶ Et quid est Manumissio? Est datio libertatis. Etenim quamdiu quis in seruitute est, manui potestatique nostræ subiicitur: & manumissus, ab ea potestate liberatur. Manumissio autem hæc à Iure gētium primam originem sumpsit, cùm iure naturali omnes homines liberi nascerentur. Nec enim nota erat manumissio, cū seruitus esset incognita. Sed postquam Iusgētium seruitutem introduxit, consequenter & beneficio manumissionis opus esse visum est. Et cùm natura nobis vnum nomen hominis dedisset. (Omnes enim, homines appellamur) iure gentium tria esse hominū genera cœperunt. Sunt enim liberi, & qui his opponuntur serui. Est & tertium genus Libertinorum, id est, eorum, qui serui esse desierunt. Diximus hominum alios esse seruos, alios liberos. Et seruitutem quidem indiuiduam esse, libertatem verò in duas species diuidi: In ingenuos, & libertinos. Ingenuitas quoque indiuidua est, neque magis aut minus in se recipit. Videamus & de Libertinitate, quæ & ipsa hodie indiuidua est, quamuis olim tres eius fuerint species,

3 ¶ Fratris verò, vel sororis filiam vxorem ducere non licet: sed nec neptem fratris, vel sororis quis ducere potest, quāuis quarto gradu sint. cuius enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur. Eius verò mulieris quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure tibi coniungitur.

4 ¶ Duorum autem fratrum, vel sororum liberi, vel fratris & sororis, coniungi possunt.

5 ¶ Item amitam, licet adoptiuam, ducere vxorem nō licet. item nec materterā: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnā quoque amitam & materteram magnam prohiberi vxorem ducere.

a l.17. Co. de nuptiis. 1. Gaius 4. §. 4. l. vlt. Cod. si nuptiæ ex rescripto.
b l.17. Cod.
c *Imo ne proneptem quidē* l. sororis proneptem 39. ff. de ritu.
d *intellige fratris vel sororis*
e *Adoptiuæ sororis filiam ducere possumus.*
f *eadem negatio extat apud Gaium* 1. tit. 4. §. 7. *Deest autem in ipso institutionum authentico quod etiā confirmatur* l. 3. ff. de ritu l. 19. C. de instit. & substitutionibus.
g l.17. §. 2. ff. de ritu nuptiarum.
h *āmita glossæ* θεία πρὸς πατρός. *quasi à me tertia Festo.*
i ματερτέρα *glossis* μητρὸς ἀδελφή.
k *hinc Festo matertera quasi mater altera.*
l *Magna amita aui soror* l. 1. §. 6. l. 10. §. 15. ff. de grad.
m *Matertera patris & matris, mihi magna matertera est (Sic enim legendū apud* Festum *mater magna) Igitur magna matertera, soror est auiæ.* d. §. 4. d. §. 15.

λὴν ματερτέραν. εἴρηται ἐπὶ τῆς ἀμίτας, ὅτι οὐ δύναμαι ταύτην λαβεῖν, οὐδὲ εἰ ὑπάρχει θετή. οὐκέτι δὲ ἐπὶ τῆς ματερτέρας. ¶ καὶ πῶς [a] συμβαίνει εἶναι θετὴν ἄμιταν, ἢ μεγάλην θετὴν ἄμιταν; οἷον ὁ πρὸς πατρὸς πάππος μου ἔχων υἱὸν τὸν ἐμὸν πατέρα, ἔλαβε κόρην τινὰ εἰς θέσιν, καὶ ὁ μὲν ἐμὸς πατὴρ, ἐκάλει αὐτὴν θετὴν ἀδελφήν, ἐγὼ δὲ θετὴν ἄμιταν. ¶ μεγάλη [b] δὲ θετὴ ἄμιτα πῶς συμβαίνει; ὑπόθου ὅτι ὁ πρόπαππός μου ὁ πρὸς πατρὸς, ἔχων υἱὸν τὸν ἐμὸν πάππον ἔλαβεν εἰς θέσιν κόρην τινὰ, ἣν ὁ ἐμὸς πάππος ἐκάλει θετὴν ἀδελφήν, ὁ δὲ ἐμὸς πατὴρ θετὴν ἄμιταν, ἐγὼ δὲ μεγάλην θετὴν ἄμιταν. διὰ τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς ἀμίτας προσετέθη, τὸ τῆς θέσεως, οὐ μὴν ἐπὶ τῆς ματερτέρας, ἐπειδὴ κατὰ ἀρρενογονίαν μοι συναπτομένη, δίεστηκε τοῦτο ἀδνάτα. ἣν δὲ αὐτὴ καὶ κογνάτα. ὁ γὰρ ἀδνάτος πάντως καὶ κογνάτος. ἐπὶ δὲ τῆς ματερτέρας ἡ θέσις πάντως οὐκ ἐνεπόδιζε τῷ γάμῳ ματερτέρας οὔσης, ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ θηλυγονίας ἐγινώσκετό μοι, κογνάτα ἐστίν. ὑποκειμένης δὲ θέσεως, οὐδὲ ἓν εἶδος ἔχει πρός με συγγενείας, [ἐπειδὴ τὴν θετὴν ματερτέραν δύναμαι λαβεῖν, τουτέστι τὴν μάμμην μου τῆς πρὸς μητρὸς, τὴν δὲ θετὴν ἄμιταν οὐ δύναμαι, τουτέστι τὴν μάμμην μου τὴν πρὸς πατρός.] διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, τὸ [c] ἐν φύσει κογνάτον, ἐν θέσει οὐδὲν εἶναι νομίζεται. ὡς οὖν μὴ κεκωλυμένου τοῦ γάμου, διὰ τοῦτο οὐκ ἐθεμάτισα θετὴν ματερτέραν. ¶ πῶς [d] δὲ ἐνταῦθα συμβαίνει γενέσθαι ἐκ θέσεως ματερτέραν; οἷον ὁ πάππος μου ὁ πρὸς μητρὸς

matertera. Dictum est de amita, eã in vxorẽ accipi nõ posse, neq; si adoptiua sit. Quod tamẽ in matertera non æquè placuit. ¶ Et quo modo contingit vt amitã adoptiuã vel amitam magnã adoptiuam habeã? Verbi gratia, Auus meus paternus cũ patrem meũ filiũ haberet, puellam aliquã in adoptionẽ accepit. Et pater meus hanc adoptiuam sororem vocabat, egóq; adoptiuam voco amitam. ¶ Magna autẽ amita adoptiua quomodo contingit? Finge à proauo meo paterno, cùm auum meũ filium haberet, puellã aliquam in adoptionẽ acceptam esse: quam auus meus sororẽ adoptiuam vocabat, & pater meus amitam adoptiuam, at ego magnam voco amitam adoptiuam. Ideo autem in amita adoptionis mẽtio semper fit, in matertera verò, non item: quia cũ per virilẽ sexum illa mihi cõiungeretur, dubium non erat, quin esset mihi agnata, atque ideo erat & cognata, quoniam qui agnatus est, is omnino & cognatus est. In matertera autem, per adoptionem nuptiæ non impediebantur. Quoniam cùm matertera me per feminæ personã cõtingat, cognata cãtũ mihi est: & ex adoptione, nullo iure cognationis mihi iũgitur, propter regulam qua dicimus, cognationem, quæ natura contingit, in adoptione pro nulla haberi. Quando igitur cum hac nuptiæ non prohibentur, ideo in fingenda exempli specie, materteram adoptiuam non posui. Et quomodo accidit, vt quis materterã adoptiuam habeat? Veluti, si auus meus maternus habe-

a Adoptiuam amitam quẽadmodum habere quis possit adde 18. Eclog. 5. c. 2.

b Adoptiuam amitam magnam quemadmodum quis habeat.

c Cognatio naturalis in adoptione pro nulla habetur.

d Adoptiuam materteram ubi quis habeat.

cùm matrem meã haberet filiam, puellam quampiam in adoptionem accepit quam mater mea sororem adoptiuam vocabat, eam ego materteram adoptiuam appellabo.

6 ¶ Diximus iam de nuptiis propter cognationẽ prohibitis. Sunt & aliæ, quæ non per cognationis iura, sed per adfinitatis venerationem parum procedant. Est autem adfinitas, propria quædam personarum qualitas, quæ citra cognationem nobis ex nuptiis coniunguntur, veluti priuignã nurúmve meam vxorem non possum ducere, quoniam loco filiarum habentur. Et nurus quidẽ est, filii mei vxor, priuigna verò, vxoris meæ filia. Porrò in his addenda est dictio (Quondam) & dicendum est, in vxorem accipere non possum priuignam quondam meam, aut quæ nurus quondam mea fuerit. Nã addita dictione (Quondam) ostendimus personas eas non extare, quæ adfinitati causam dederunt. Atqui ne sic quidem his possum matrimonio coniungi, sublatis personis, per quas contracta est adfinitas, sed adfinitatis veneratione ab huiusmodi coniunctionibus abstinẽdum est. Nam cùm dico, Quæ quõdam nurus mea fuit, ostendo maritum illius, filium meum, defunctum esse. Item cùm dico, Quæ quondam priuigna mea fuit, ostendo matrẽ illius, vxorem meam, mortuam esse. Etenim si hæc adhuc priuigna mea est, & illa adhuc nurus: maior est ratio, quę prohibet ne eam vxorem ducam, quoniam futurum est, vt aut vnus vir duas habeat vxores, aut vna mulier duobus maritis nupta sit. Si.n. nurũ meã duxero, & filiũ meũ & me illa habebit maritos. Sin verò priuignã meã, cõtinget vt mihi duæ sint vxores, ea sc. quæ mea nũc vxor est, & filia quoque

a Adfines qui. v.25. Eclog. 5. c. 2. l. 4. §. 5. ff. de gradibus vnde dicti pete ex Festo. adde 4. Harmenopu. 6. c. περὶ ἀγχιστείας.
b adde l. 4. §. 6. ff. de gradibus.
c Festo priuigni qui antequam mater secundo nuberet progeniti. adde l. 4. §. 6. ff. de gradib.
d Priuignus quondam nouercam ducere non potest. l. 17. Co. de nuptiis. & Gaius 4. 6.
e ποτὲ νύμφη ποτὲ προγόνη quid.
f Duas simul vxores quis habere iure nõ potest. v. l. 18. Co. ad l. Iul. de adult. & quæ scripsi ad l. 7. Cod. de Iudæis.

ἔχων θυγατέρα τὴν ἐμὴν μητέρα, ἔλαβεν εἰς θέσιν κόρην τινὰ, ἣν ἡ ἐμὴ μήτηρ ἐκάλει θετὴν ἀδελφὴν, ἐγὼ δὲ θετὴν ματερτίραν.

6 ¶ Εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι τοὺς διὰ συγγένειαν κεκωλυμένους γάμους. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, οὐ διὰ θεσμὸν συγγενείας, διὰ δὲ ἀγχιστείαν μὴ προβαίνοντες. ἀγχιστεία [a] δέ ἐστιν, οἰκειότης προσώπων, ἐκ γάμων ἡμῖν συνημμένων συγγενείας ἐκτός. οἷον, οὐ δύναμαι ἐγὼ λαβεῖν τὴν ἐμὴν προγόνην, ἢ νύμφην, ἐπειδὴ θυγατέρων τάξιν ἔχουσι. καὶ νύμφη [b] μέν ἐστιν ἡ τοῦ υἱοῦ γαμετή. προγονὴ [c] δὲ ἡ τῆς ἐμῆς γυναικὸς θυγάτηρ. δεῖ δὲ προστεθῆναι τὸ Ποτὲ, καὶ λέγειν, οὐ δύναμαι λαμβάνειν πρὸς γάμον, τὴν ποτέ μου νύμφην, ἢ τὴν ποτέ μου προγόνην. [d] προστεθέντος γὰρ τὸ Ποτε δεικνύομεν, μὴ ὄντα τὰ τῆς ἀγχιστείας αἴτια γεγονότα πρόσωπα. καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτως δύναμαι συναφθῆναι καὶ ἀπογινομένων τῶν προσώπων δι' ὧν ἡ ἀγχιστεία γέγονεν, καὶ αἰδοῖ τῆς ἀγχιστείας τὴν συνάφειαν ἀπεχόμεθα· ἐὰν γὰρ εἴπω τὴν ποτέ [e] μου νύμφην, ἔδειξα ὅτι ἐτελεύτησεν ὁ ἐμὸς μὲν υἱός, αὐτῆς δὲ ἀνήρ. ἐὰν δὲ εἴπω τὴν ποτέ μου προγόνην, ἔδειξα ὅτι ἐτελεύτησεν, ἡ αὐτῆς μὲν μήτηρ, ἐμὴ δὲ γαμετή. εἰ γὰρ ἔτι, ἡ μέν ἐστι νύμφη, ἡ δὲ προγόνη, μείζονι κεκώλυμαι λόγῳ ταύτην ἀγάγεσθαι· διείρηται γὰρ, ἢ ὁ ἀνὴρ ἔχων δύο [f] γαμετάς, ἢ ἡ γυνὴ δύο ἔχουσα ἄνδρας. ἐὰν γὰρ λάβω γυναῖκα τὴν υἱοῦ μου νύμφην, διείρηται ἐκείνη ἔχουσα τὸν ἐμὸν παῖδα, καὶ ἐμέ. εἰ δὲ τὴν μου προγόνην, συμβήσεταί μοι, δύο γαμετὰς ἔχειν, τὴν υἱοῦ μου γαμετὴν καὶ τὴν

6. ¶ Adfinitatis quoque veneratione à quarundam nuptiis abstinere necesse est: vt ecce priuignam, aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtrẽque filiæ loco sunt. Quod ita scilicet accipi debet, si fuit nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nurus tua est, id est, si adhuc nupta est filio tuo: alia ratione vxorem eam ducere non poteris: quia eadẽ duobus nupta esse non potest. Item si adhuc priuigna tua est, id est, si mater eius tibi nupta est: ideo eam vxorem ducere non poteris, quia duas vxores eodem tẽpore habere non licet.

que

7 ¶ Socrum quoque, & nouercam prohibitum est vxorem ducere: quia matris loco sunt. Quod & ipsum dissoluta demũ affinitate procedit: alioqui si adhuc nouerca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est: communi iure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupta esse non potest. Itẽ si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia eius tibi nupta est: ideo impediũtur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere non potes.

8 ¶ Mariti tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito: vel cõtrà, matrimonium rectè contrahũt: licèt habeant fratrẽ, sororémve ex matrimonio postea cõtracto natos.

9 ¶ Si vxor tua post diuortium ex alio filiã procreauerit, hæc non est quidem priuigna tua, sed Iulianus ab huiusmodi nuptiis abstinere debere ait. Nam constat nec spõsam filij, nurum esse, nec patris spõsam, nouercam esse: rectius tamen, & iure facturos eos, qui ab huiusmodi nuptiis abstinuerint.

αὐτοῦ θυγατέρα τὴν ἐμὴν προγόνην. κεφαλικὴ [a] δὲ ὥρισται τιμωρία κατὰ τῶν διπλοῦν γάμον συνιστώντων. οὐδεὶς οὖν τὴν μείζονα κόλασιν ἀφεὶς, λέγω δὲ τὴν κεφαλικὴν τιμωρίαν, τεχνάζει τὴν ἐλάττονα, καὶ λέγει κεκωλῦσθαι τὴν συνάφειαν, διὰ τὴν τῆς ἀγχιστείας τιμήν.

7 ¶ Οὐ δύναμαι λαβεῖν τὴν ποτὲ [b] μου πενθερὰν, ἢ τὴν ποτέ μου μητρυιὰν, ἐπεὶ μητέρων τάξιν ἐπέχουσι· καὶ πενθερὰ μέν ἐστιν ἡ τῆς ἐμῆς γαμετῆς μητήρ. μητρυιὰ ἡ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς γαμετὴ ἐξ ἧς οὐκ ἐτέχθην. προσέθηκα δὲ κἀνταῦθα τὸ Ποτὲ, ἵνα δείξω μὴ ὑπόντα τὰ τῆς ἀγχιστείας αἴτια πρόσωπα, διὰ τὸ τελευτῆσαι τὴν ἐμὴν γαμετὴν, ἤγουν τὸν ἐμὸν πατέρα· εἰ γὰρ ἔτι ζῶσι, διπλῶς ἐπεισάγεται γάμου· εἰ γὰρ λάβω τὴν ἐμὴν πενθερὰν, εὑρίσκομαι δύο ἔχων γαμετὰς τὴν πενθερὰν καὶ τὴν αὐτῆς θυγατέρα. εἰ δὲ τὴν νῦν μητρυιὰν, ἀποτελεσθήσεται ἐκείνη δύο προσώπων γαμετὴ, τοῦ πατρός μου καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ· οἶδας δὲ κεφαλικὴν εἶναι τὴν ἐπὶ τῶν διπλῶν γάμων τιμωρίαν.

8 ¶ Πατρίμιος, ἔχων υἱὸν ἀπὸ Τιτίας, ἔλαβε Πατριμίαν πρὸς γάμον ἔχουσαν θυγατέρα ἀπὸ Τιτίου· εἴτε ἐκ τοῦ ἐναντίου, ὁ μὲν εἶχε θυγατέρα, ἡ δὲ υἱόν· οἱ τούτων παῖδες, οἱ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενοι ἀλληλοπρόγονοι, [c] καλῶς ἀλλήλοις συνάπτονται· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ αὐτοῖς τεχθείη, ἐκ τοῦ συνισταμένου μετὰ τὴν αὐτῶν γέννησιν γάμου.

9 ¶ Ἡ [d] ἐμὴ γαμετὴ, τὸ πρὸς ἐμὲ ῥεπουδίῳ διαλύσασα γάμον, ἀνδρὶ δευτέρῳ συνήφθη, ἔσχεν ἐκ τούτου θυγατέρα, ζητοῦμεν εἰ τὴν ἐξ αὐτοῦ θυγατέρα δύναμαι λαβεῖν;

que eius priuigna mea. Porrò capitalis in eos pœna constituta est, qui binas nuptias contrahunt. Nemo igitur maiore prohibitione omissa, (de capitali pœna sentio) de minore disputat: & in honorem affinitatis coniunctionem dicit prohibitam esse.

7 ¶ Vxorem non possum ducere, quæ quõdam aut socrus mea aut nouerca fuerit. Quoniam matrũ loco habentur. Et socrus quidẽ est, vxoris meæ mater. Nouerca verò, patris mei vxor, ex qua ego natus non sum. Addidi autẽ & hic dictiunculam illã, (Quondam) vt ostendam personas, quæ causam adfinitati dederunt, non extare, quia aut vxor mea, aut pater meus defunctus sit. Nam si adhuc supersint, fiet vt geminentur nuptiæ. Etenim si socrum meam vxorem duxero, futurum est, vt duas habeã vxores, socrum & filiam eius. Sin nouercam, duorum illa vt vxor sit continget, patris scilicet mei, & mea ipsius. Porrò ex his quæ diximus, nosti capitalem esse binarum nuptiarum pœnam.

8 ¶ Patrimus, cùm filium ex Titia haberet, Patrimã quæ filiam ex Titio habebat, vxorem duxit: Aut ex contrario, ille filiam, hæc filium habebat. Horum liberi (qui vulgò dicuntur ἀλληλοπρόγονοι quasi dicas inuicem priuignos) rectè inter se nuptias contrahunt, licet frater aut soror his natus fuerit ex matrimonio, postea quam ipsi nati essent, contracto.

9 ¶ Vxor mea diuortio à me digressa, alii viro denupsit. Ex eo filiã cõcepit. Quæritur an filiã hãc ex ea nati vxorẽ possim ducere?

a *Bigami pœna capitalis vt* hic & §. 7. inf. *eo quod Romanus sin*gularis §§. *notauit ex* d. l. 18. *sanè infamem esse ex eadẽ lege constat vbi plenius dixi.*

b μετὰ πενθερὰν, μετὰ μητρυιάν. *sic itaque, quõdam socrum aut nouercam ducere non possumus. parentum enim liberorumve loco habentur.* l. 4. §. 7. ff. de gradibus. *adde* 1. Corinth. 5.

c ἀλληλοπρόγονοι *comprinigni. priuigni simpliciter dicuntur in* l. 34. §. 2. ff. de ritu.

d l. 12. §. vxor 3. ff. de ritu.

Et adfirmo hãc priuignã non esse, quoniam priuigna est, quæ ante meas nata est nuptias. Attamen honestas exigit, vt ab huiuscemodi coniunctione abstineã. Nam & filij mei sponsa, non secutis nuptiis nurus mihi non est facta: neque patris mei sponsa, nuptiis impeditis, nouerca mihi facta est: & tamen quamuis nihil eorũ, quæ antè dicta sunt, obstet, quo minus eas vxores ducam, Iulianus propter honestatem rectius nos & iure facturos tradit, si ad has & tales nuptias non accesserimus.

[a] l.14.§.seruiles quoque cognationes ff.de ritu.

10 ¶ Cognatio quoque quæ in seruitute cõtracta est, an impedimẽto sit nuptiis tractari potest. Veluti, cum sorore sua aliquis manumissus est: quæritur, an permissum sit eos matrimonio coniũgi. Et quidem quantũ ad iuris subtilitatem attinet, nulla inter eos videtur esse cognatio. Verius tamen est, vt ius sanguinis coniunctionem impediat.

11 ¶ Sunt & aliæ personæ, quas diuersas ob caussas vxores non possim ducere. Sed eas in libris Pãdectarum siue Digestorũ ex multis veteribus collectas, inseri Imperator noster sanctissimus voluit.

[b] libro 13.tit. 2 add. Titul. Cod.de incestis nuptiis. l.18. Cod.de nuptiis, & Cod.de interdicto matrimonio. *& si miles:* 28. Eclo.§.4. Harmenopul. 4. *περὶ κεκωλυμένων γάμων.* [c] Nouell. 12. c.1. *adde* l.4. C.de incestis [d] l.Gaius 4. 6. §. *Nuptia incesta nuptia non intelliguntur.*

12 ¶ Quod si quis aduersus ea, quę dicta sunt, vxorem duxerit, neq; cognationem, quæ inter parentes & liberos est veritus: neque personas, quæ ex latere vetitæ sunt, obseruans: neq; memor prohibitionis, quæ ex adfinitate procedit: aut etiam cognationem quæ in seruitute contracta est, contẽnens, nec mariti ipse, nec illa vxoris habebit nomen: Quin immò nec matrimonium erit, quod gestum fuerit, nec dos quod illatum. Quoniam tamen nec

καὶ φημὶ μὴ εἶναι μὲν αὐτὴν προγονὴν, προγονὴ γάρ ἐστιν, ἡ πρὸ τῶν ἐμῶν τεχθεῖσα γάμων. πλὴν διὰ τὸ εὐπρεπὲς, ἀπέχεσθαι δεῖ με τῆς πρὸς αὐτὴν συναφείας, καὶ γὰρ ἡ γενομένη μνηστὴ τοῦ ἐμοῦ παιδὸς, οὐ γέγονέ μου νύμφη, γάμου μὴ παρακολουθήσαντος. οὐδὲ ἡ τοῦ πατρὸς μνηστὴ γέγονέ μου μητρυιὰ τῶν γάμων ἐμποδισθέντων. καὶ ὅσον ἐκ τῶν εἰρημένων, ἠδυνάμην ταύτας λαμβάνειν πρὸς γάμον. ἀλλὰ κἂν ταῦτα διὰ τὸ εὐπρεπὲς, ἐπαινεῖ ἡμῖν Ἰουλιανὸς τοῖς τοιούτοις μὴ προσιέναι γάμοις.

10 ¶ Ἆρα δὲ ἡ συγγένεια [a] ἡ ἐν δουλείᾳ ἐμποδὼν γίνεται τῷ γάμῳ; οἷον συνηλευθερώθη τις τῇ οἰκείᾳ ἀδελφῇ. ζητεῖται μὲν εἰ ἐπιτρέπονται γάμοι γενέσθαι αὐτῶν ἀναμεταξύ. καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὴν ἀκρίβειαν. οὐ νομίζεται τις ἀναμεταξὺ αὐτῶν εἶναι συγγένεια πλὴν διὰ τὸ τοῦ αἵματος δίκαιον, ὅ ἐστι ius sanguinis, ἤγουν δίκαιον αἵματος, ἡ συνάφεια κεκώλυται.

11 ¶ Ἔστι δὲ καὶ ἕτερα πρόσωπα, ἅτινα διαφόρων αἰτιῶν χάριν, οὐ δύναμαι λαβεῖν πρὸς γάμον. ταῦτα δὲ ἐν τοῖς Διγέστοις, ἤγουν τῷ Πανδέκτῳ ἐκ πολλῶν ἀρχαίων συναχθέντα, ἐγγραφῆναι ὁ θειότατος ἡμῶν ἐπέτρεψε βασιλεύς.

12 ¶ Εἰ δέ τις ἐπεναντίον τῶν εἰρημένων ἀγάγηταί τινα πρὸς γάμον, οὐκ αἰσχυνθεὶς τὴν τῶν ἀνιόντων ἢ κατιόντων συγγένειαν, οὐδὲ τὰ ἐκ πλαγίου κεκωλυμένα πρόσωπα; οὐδὲ ἐν νῷ λαβὼν τὸ τῆς ἀγχιστείας κώλυσιν, καταφρονήσας δὲ καὶ τῆς συνδουλευθέντων συγγενῶν, οὔτε αὐτὸς ἀνήρ, [b] οὔτε ἐκείνη γαμετὴ κληθήσεται, ἀλλ᾽ οὐδὲ [c] γάμος τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ προὶξ [d] τὸ ἐπιδιδόμενον. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ταῦ-

10 ¶ Illud certum est, seruiles quoque cognationes impedimento nuptiis esse: si fortè pater & filia, aut frater & soror manumissi fuerint.

11 ¶ Sunt & aliæ personæ, quæ propter diuersas rationes, nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digestorũ seu Pandectarũ ex iure vetere colectarum enumerari permisimus.

12 ¶ Si aduersus ea, quæ diximus, aliqui coierint: nec vir nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur.

Itaque ij, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt quantùm ad patriam potestatem pertinet) quales sunt ij, quos mater vulgò concepit. nam nec hi patrem habere intelligũtur, quũ & iis pater incertus sit vnde solent spurij appellari παρὰ τὴν σπορὰν, & ἀπάτορες, quasi sine patre filij. Sequitur ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ sacris constitutionib. continentur.

τὰ τῶν ἀκολάστων ἐπισχεῖν οὐ δύναται τὴν περιαίρεσιν, μείζονα ποινὴν ἐπιτίθησιν ὁ νόμος. λέγει γὰρ τοὺς[a] ἐκ τοιαύτης συναφείας τικτομένους ὑπεξουσίους μὴ γίνεσθαι τῷ πατρί, καὶ οὓς ἡ φύσις ἐδωρήσατο, ὁ νόμος ἀγνοεῖ ὡς μὴ κατὰ τὴν αὐτοῦ τεχθέντας περιαίρεσιν. ἀλλ' ὅσον ἀνήκει εἰς τὴν τοῦ πατρὸς ὑπεξουσιότητα, τοιοῦτοί εἰσιν, ὁποίους εἶναι συμβαίνει τοὺς ἀπὸ[b] πορνείας συλληφθέντας. καὶ οὐδὲ οὗτοι πατέρας ἔχειν νοοῦνται[c], ὁπότε ἄδηλος οὗτός ἐστι διὰ τὸ πλῆθος τῶν μιγνυμένων, ἀλλ' εἰώθασι τούτους σπουρίους[d] καλεῖν, ἢ ἀπὸ ἑλληνικῆς φωνῆς, quasi σποράδην concepti, οἷον σποράδην συλληφθέντες, ἢ quasi sine patre filij, ἤγουν ἐπειδὴ παῖδές εἰσιν ἀπάτορες. ἀκολούθως οὖν ἐστὶ λέγειν τῆς τοιαύτης διαλυθείσης συναφείας, μὴ γίνεσθαι προικὸς[e] ἀπαίτησιν. οἱ δὲ τοὺς ἀθεμίτους ἀσπαζόμενοι γάμους οὐ μόνον τὰς εἰρημένας ὑφίστανται ποινάς, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἑτέρας τινάς, ἃς ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐστὶ μαθεῖν διατάξεων.

ne hæc quidem improborum cupiditates coercere possũt, grauior in eos pœna iure constituitur. Cautum est.n. ne qui ex huiuscemodi coniunctionibus nascuntur, in patris potestate sint: (quoniam quos sola nouit natura, eos ius ignorat, vt non secundum præcepta sua genitos) sed quantũ ad patriam potestatem attinet, tales sunt, quales hi, qui ex meretricio coitu & vulgò nascũtur. Nam neque hi patres habere intelligũtur, quãdoquidem illorum pater ignoratur ob magnũ eorum numerũ, qui cũ matribus illorũ consuetudinem habuerũt. Sed recepiũ est, vt Spurij vocẽtur, vel à Græca voce σποράδην, quasi σποράδην, i. sparsim & vulgo ac passim concepti: vel à Latinis notis S. P. quasi sine patre filij. Quibus consequẽs, vt tali coniunctione soluta nec dotis petitio procedat. Nec tamẽ eas tantùm pœnas, quas retulimus, patiũtur hi qui illicitas nuptias contrahũt, sed etiam alias quasdam, quas ex Principum constitutionibus latiùs potes discere.

a l. 52. ff. de ritu, vnde infra negat γνησίους παῖδας ἀ... r.

b Vlpianus t. §. 7. Imo filios habere etiam non videtur l. Gaius 4. §. 9.

c Nati ex incestu nuptiis patrem habere non censentur: l. Gaius 4. §. 9.

d σπούριοι qui. adde d. §. 9.

e 28. Eclog. 5. περὶ γάμων ἀθεμίτων 24. 4. Harmenop. 6. §. 60. l. 52. ff. de ritu.

13 ¶ Aliquando autem euenit, vt liberi, qui statim, vt nati sunt in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris, qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea curiæ datus, potestati patris subiicitur, necnon is, qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus

13 ¶ Ἔστι δὲ ἰδεῖν ποτέ, τὶς ἅμα μὲν τῷ τεχθῆναι οὐκ ἔστιν ἐν ποτεστάτε τοῦ πατρός, μετὰ ταῦτα δὲ γίνεται ἐν ποτεστάτε. καὶ ποῖος οὗτός ἐστι; ἐμιγνύμην ἐγώ τινι γυναικί, πρὸς ἣν νόμιμον οὐκ ἐκωλυόμην συστήσασθαι γάμον. ἐμιγνύμην δὲ αὐτῇ, οὐχ ὡς γαμετῇ, ἀλλ' ὡς πόρνῃ τυχόν, ἢ παλλακῇ. ἐτέχθησαν παῖδες ἐντεῦθεν, οὐκ εἰσὶν ἐν ποτεστάτε, διὰ τὸ γάμον μὴ προηγεῖσθαι, ἀλλ' ἔστι φυσικὸς ὁ παῖς. τοῦτον ἐπιδέδωκα[f] μετὰ ταῦτα εἰς βουλευτήριον,[g] γενήσεταί μοι ἐν ποτεστάτε. τὸ δὲ αὐτό ἐστιν, εἰ καὶ συνεκάθευδον γυναικί τινι, οὐχ ὡς γαμετῇ, ἣν

13 ¶ Inuenias etiã, quando is, qui simul ac natus est, in potestate patris nõ est, tamen postea in potestate patris fit. Et quis hic tandẽ est? Consuetudinem cum muliercula aliqua habebã, cuius matrimonio mihi legibus interdictũ non fuerat, habebam autem cũ ea consuetudinem, non vt cum vxore, sed vt cũ meretrice, forsan vel vt cum cõcubina. Ex ea mihi sunt nati liberi: In potestate mea hi non sunt: quia matrimonium non præcesserit. Sed naturalis est filius. Si hunc ego postea curiæ offeram: potestati meæ subiectus fiet. Ideóq; si cum muliere aliqua nõ vt cum vxore rem habui;

f Nouell. 89. c. 2. & 8.

g βουλευτήριον. curia. ... vnde βουλευτὴς Decurio. curialis. l. 3 Co. de l pt ... pis.

quam ne vxorem ducerē nulla lex vetabat, sed voluntas tātum mea deerat, natus est ex ea mihi filius. Is in potestate mea nō est. Si postea (quemadmodum Imperatoris nostri religiosissimi cōstitutione cauetur) dotalia cū ea fuerint instrumenta confecta, non solùm qui ante ea dotalia nati fuerint, sed etiam hi, quos postea nasci continget, potestati meæ subiicientur: secundum ea quæ præfata Imperatoris nostri constitutione comprehensa sunt.

ἔχειν με γυναῖκα, οὐχ ὁ νόμος, ἀλλ' ἡ τῆς διαθέσεως ἐκώλυσεν ἔλλειψις ἐτέχθη παῖς, οὐκ ἔστιν ἐν ποτεστάτι. εἰ δὲ μετὰ ταῦτα καθὰ εἴρηκεν ἡ διάταξις τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως, προικῷα γένηται πρὸς αὐτὴν, οὐ μόνον οἱ προτεθέντες τῶν προικῴων, ἀλλὰ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα, εἴ τινας συμβαίη τεχθῆναι, ὑπεξούσιοί μοι γίνονται, κατὰ τὰ προειρημένα τῇ τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως διατάξει.

interdictū fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione dotalibus instrumētis cōpositis, in potestate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio præbuit.

---

a adde 1. Harmenopul. 8. περὶ υἱοθεσίας & 23. Eclog. 1. περὶ υἱοθετούντων ἢ υἱοθετουμένων ἢ τίνες δύνανται υἱοθετεῖν, ἢ τίνες οὐ δύνανται. Vlp. 8. 1. Gaius 5. 1. ff. 7.

DE ADOPTIONIBVS. TIT. XI.

ΠΕΡΙ ΥΙΟΘΕΣΙΩΝ[a]. Τίτλος ια.

DE ADOPTIONIBVS. TIT. XI.

¶ Non modo nuptiis sed & adoptione liberos in parentum esse potestate, & quid, quamve ob causam fiat adoptio. 1. *Adoptionis duæ species adrogatio & quæ specialis dicitur adoptio & quid vtraque.* 2. *De iure patris adoptiui in adoptatum, & quam vtilitatem adoptato confert adoptio.* 3. *De adrogationis & adoptionis differentiis & adrogationis solennibus.* 4. *De similitudinibus variis adoptionis & adrogationis, & De ætate adoptantis & qua ætate quis adoptare possit.* 5. 6. 7. *In quorum locum adoptare liceat.* 8. *Vtrum adoptiuum in adoptionem alij dare sit permissum.* 9 *Spadones at non castratos adoptare posse: & Eunuchorum alios spadones, Castratos, Thlibias & qui illi.* 10. *Fœminæ an & quando adoptare possint.* 11. *Adoptatum patrem an vna filius consequatur, vt is quoque adoptatus censeatur.* 12. *seruum manumissum intelligi si à domino adoptatus aut filius nominatus.*

EX his quæ dicta sunt nouimus, in potestate nostra esse liberos, qui ex iustis nuptiis nobis nascuntur. Verùm sciendum est, & adoptiuos liberos in potestate nostra esse. ¶ Et quid est adoptio? Actus legitimus naturam imitans ad eorū qui liberos non habēt, solatium inuentus. Fortè quispiam cùm liberos nō haberet, quia vel vxorem non duxisset, vel sterile matrimonium esset expertus, vel liberos quos habuerat, amisisset: leuare volens aut naturę vitium, aut infelicitatem fortunę, aliquem in adoptionem accepit. Hoc autem ideo dictum est, non quòd hi tantùm adoptent qui liberos non habent: Nam & hi qui habent, citra impedimentum

Ἔγνωμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ὅτι περ ἔχομεν τὴν ἐν ποτεστάτι κατὰ τῶν ἡμετέρων παίδων, τῶν ἐκ νομίμων γάμων ἡμῖν γεννωμένων. εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι [b] αὕτη ἡ ἐν ποτεστάτι, καὶ ἐπὶ τοὺς θετοὺς φέρεται παῖδας.

¶ Καὶ τί ἐστιν υἱοθεσία. [c] νομίμη [d] πρᾶξις μιμουμένη τὴν φύσιν, πρὸς [e] παίδων παραμυθίαν ἐπινενοημένη. τυχὸν γὰρ, οὐκ ἔχων τις παῖδας διὰ τὸ [f] μὴ ἐλθεῖν ἐπὶ γάμον ἢ ἐλθὼν μὲν μὴ παιδοποιῆσαι ἢ παιδοποιῆσαι μὲν, ἀποβαλέσθαι δὲ τούτους· τὸ ἐκ τῆς φύσεως ἐλάττωμα, ἢ καὶ τὸ συμβὰν δυστύχημα βουλόμενος ἐπικουφίσαι, ἔλαβεν εἰς υἱοθεσίαν τινά. τοῦτο δὲ εἴρηται, ὡς οὐ μόνον ἐκείνων εἰς θέσιν λαμβανόντων τῶν οὐκ [g] ἐχόντων παῖδας. καὶ οἱ ἔχοντες γὰρ ἀκω-

NOn solùm autem naturales liberi, secundum ea quæ diximus, in potestate nostra sūt, verum etiam ij quos adoptamus.

b l. 1. ff. eod. Vlp. 8 §. 1.
c *Adoptionē νόμιμον πρᾶξιν actum legitimum esse superius dixit titulo proximo* §. 1. in f. & §. 2. adde l. vlt. Cod. de adoptionibus l. 25. §. 1. ff de adoptionib.
d *al.* νόμιμος.
e *vnde natura similitudo dicitur à Gaio* 1. tit. 5. §. 11.
f *Adoptio quas ob causas inuenta.*
g *Adoptare potest vel is qui vxorem non habet,* l. 30 ff. eod.

λύθεως λήψον), ὡς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται ἐπ' ἐκείνου τοῦ θέματος, ἔνθα [a] εἴπομεν τὸν εἰς θέσιν βουλόμενον λαβεῖν τὸν γαμβρὸν, ἢ τὴν νύμφην, πρότερον τὸν υἱὸν, ἢ τὴν θυγατέρα ὀφείλειν ποιεῖν ἐμαγκιπάτον. ὥστε οὖν ἐν ἐκείνῳ τῷ θέματι, εἰ μὴ ὁ γάμος ὑπῆν, οὐδὲν ἐνεπόδιζε τῇ πράξει τῆς θέσεως. ἀλλ' εἶπον ἐνταῦθα πρὸς παραμυθίαν [b] ἀπαίδων ἐπινενοῆσθαι τὴν θέσιν, ἵνα δηλώσω τὸ γινόμενον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.

mentum adoptant, vt & suprà diximus in illa specie, vbi diximus, eum qui generum aut nurum adoptare vellet, prius filium aut filiam emancipare debere: ita igitur ea in specie nisi nuptiç prohibuissent, nihil fuisset, quo adoptio impediretur. Sed ideo adoptionem dixi ad eorum, qui liberos non habent, solatiū inuentam esse, vt id quod plerumque fit ostenderem.

1. ¶Adoptio autem duobus modis fit: aut principali rescripto, aut imperio magistratus. ¶ Imperatoris authoritate adoptare quis potest eos, easve, qui, quaeve sui iuris sunt. quç species adoptionis dicitur Adrogatio. ¶ Imperio magistratus adoptamus eos, easve, qui, queve in potestate parentum sunt: siue primum gradū liberorum obtineant, qualis est filius, filia: siue inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

1 ¶Ἡ δὲ υἱοθεσία Ρωμαϊκῇ φωνῇ λέγεται ἀδοπτίων. αὕτη οὖσα γενικὸν [c] ὄνομα, εἰς δύο διαιρεῖται, εἰς ἀδρογατίονα, καὶ τὴν ὁμώνυμον ἀδοπτίονα. ἡ δὲ [d] ἀδοπτίων γίνεται δύο τρόποις, ἢ ἐκ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἢ ἐκ προστάξεως ἀρχόντων. ¶ Ἐξ ἀντιγραφῆς βασιλικῆς τούτους ἢ ταύτας εἰς θέσιν λαμβανόμεθα, οἵ τινες εἰσὶν αὐτεξούσιοι. τοῦτο δὲ τὸ τῆς υἱοθεσίας εἶδος, λέγεται ἀδρογατίων, ἤγουν παράκλησις. ¶ κελεύσει δὲ τῶν ἀρχόντων ἔξεστι λαβεῖν εἰς θέσιν τοὺς ὑπεξουσίους, ἢ τὰς ὑπεξουσίας ἑτέρων, εἴτε πρῶτον ἐπέχοιεν παρὰ τοῖς φυσικοῖς γονεῦσι βαθμὸν, ὁποῖός ἐστιν υἱὸς ἢ θυγάτηρ, εἴτε τὸν ἐπ' ἐκεῖνα, ὁποῖός ἐστιν ἔγγονος, ἐγγόνη. τοῦτο δὲ κυρίως ἀδοπτίων λέγεται. ἡ γὰρ υἱοθεσία, καὶ γενικῷ καὶ ἰδικῷ ὀνόματι.

1 ¶Porrò quae Latinè dicitur adoptio: eam Graeci υἱοθεσίαν vocant. Est autem adoptionis nomen generale, & in duas species diuiditur. In adrogationem, & in eam, quae in generis sui nomine stat, & propriè dicitur adoptio. Fit igitur duobus modis: aut ex Principis rescripto, aut per iussum magistratuū. ¶Per principis rescriptū eos easve in adoptionem accipimus: qui quaeve sui iuris sunt: & haec species adoptionis, adrogatio vocatur. ¶Imperio magistratuum eos easve adoptare possumus, qui quaeve in aliena potestate sunt: siue primum gradum ad parentes naturales obtineāt, qualis est filius, filia: siue inferiorem, qualis est nepos, neptis. Et haec propriè adoptio dicitur. Nā adoptionis nomen & generale & speciale est.

¶ Ἀλλὰ πάλαι μὲν ἐξῆν παντὸς ἀλλότριον ὑπεξούσιον εἰς θέσιν λαμβάνειν· καὶ τὸ ἐν ποτεστάτε, τοῦ φυσικοῦ πατρὸς μετέβαινεν ἐπὶ τὸν θετόν.

¶ Atque olim quidem quemuis adoptare licebat, qui in aliena erat potestate, & potestas patris naturalis transibat in adoptiuum.

2. ¶Sed hodie ex nostra constitutione cùm filiusfamiliâs à patre naturali extraneae personae in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè dissoluuntur nec

2 ¶Σήμερον δὲ διάταξις [e] τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως γέγονε κελεύουσα, ἡνίκα τις ὑπεξούσιον εἰς θέσιν λαμβάνει, μὴ διαλύεσθαι τὴν τοῦ φυσικοῦ πατρὸς ὑπεξουσιότητα, μηδέ τι

2 ¶ Sed hodie edita est sanctissimi Imperatoris nostri constitutio, qua cauetur: ne cùm quis eū, qui in aliena potestate est, adoptat, potestas patris naturalis dissoluatur, aut

a titulo proximo §.2.sit. eodem. adde l.Co.eod.

b facit l. 15. §. 2. ff. eo. adde l.5.Cod.eod.

c l. 1. §. 2. ff. eod. l. Gaius §. §. 1.

d l.2.ff.eod.

e l.penult.C. eod.

ad patrē adoptiuum transeat, néve ille in potestate eius sit, quamuis eadem constitutione iura ab intestato successionis ei in bonis eius, qui ipsum adoptauerit, tributa sint. Quod si pater naturalis non extraneo cuipiam, sed socero suo hunc in adoptionem dederit: qui illi erat auus maternus: aut si quis cùm posteaquam emancipatus esset (quod sæpe contingit) liberos suscepisset: filium sibi post emancipationem natum, patri suo, auoque illius paterno dederit in adoptionem: in his casibus, cùm in vnam & eandem personam & naturalia, i. quæ ex genitura comparantur, & adoptionis iura concurrant: dubium non est, quin filius in potestatem patris adoptiui transeat: & iure ciuili & natura illi coniunctus atque in familia & potestate sit aui paterni.

a Differentia adrogationis & adoptionis.

3 ¶ Multæ igitur sunt differentiæ inter adrogationem & adoptionem. ¶ Atque hæc quidem prima Adrogatio fit apud Principem. Adoptio apud magistratus. ¶ Secunda differentia. Adrogatio in patribusfamilias. Adoptio in filiisfamilias locum habet. ¶ Est & tertia differētia. Paterfamilias impubes olim in adrogationē aut adoptionem accipi non poterat. Ad extremum tamen id permissum est, sed quædam in eo obseruanda sunt. Cùm

μετιέναι ἐπὶ τὸν θετὸν πατέρα, μηδὲ γίνεσθαι αὐτὸν ἐν ποτεστάτε τὸν παῖδα, εἰ καὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν, εἰς τὰ πράγματα τοῦ λαβόντος αὐτὸν εἰς υἱοθεσίαν, ἡ εἰρημένη διάταξις αὐτῷ ἐφιλοτιμήσατο. εἰ δὲ ὁ φυσικὸς πατὴρ, οὐκ ἐξωτικῷ τινὶ, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ τοῦτον δέδωκε εἰς θέσιν, ὃς ἦν αὐτοῦ πάππος πρὸς μητρὸς, ἢ πολλάκις γενόμενός τις ἐμανκιπάτος, εἶτα παιδοποιήσας, τὸν μετὰ τὴν ἐμαγκιπατίονα τεχθέντα αὐτῷ παῖδα, τῷ οἰκείῳ μὲν πατρὶ, πάππῳ δὲ πρὸς πατρὸς τοῦ λαμβανομένου δέδωκεν εἰς θέσιν. ἐπὶ τούτων γὰρ τῶν θεμάτων, ἐπειδὴ εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον συντρέχει πάντα φυσικὰ δίκαια, τουτέστι τὰ ἐκ τῆς γενέσεως καὶ τῆς υἱοθεσίας, ἀμάχως ὁ παῖς ἐν ποτεστάτε γίνεται τοῦ θετοῦ πατρὸς, συναπτόμενος αὐτῷ καὶ νόμῳ καὶ φύσει, καὶ τῆς τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου γίνεται φαμιλίας τε καὶ ὑπεξουσιότητος.

3 ¶ Εἰσὶν οὖν πολλαὶ διαφοραὶ [a] ἀδρογατίονος, καὶ ἀδοπτίονος. ¶ καὶ πρώτη αὕτη, ἡ μὲν ἀδρογατίων ἐπὶ βασιλέως γίνεται, ἡ δὲ ἀδοπτίων, ἐπὶ ἀρχόντων.

¶ Δευτέρα διαφορὰ, ὅτι ἡ μὲν ἀδρογατίων, ἐπὶ αὐτεξουσίων. ἡ δὲ ἀδοπτίων ἐπὶ ὑπεξουσίων χώραν ἔχει. ἔστι δὲ καὶ

¶ Τρίτη διαφορά. ὁ ἄνηβος αὐτεξούσιος ἐκεκώλυτο εἰς θέσιν πάλαι λαμβάνεσθαι, τανῦν δὲ ἐπιτρέπεται γίνεσθαι, μετά τινος παραφυλακῆς.

quicquam ad patrem adoptiuum transit, nec in potestate eius est: licet ab intestato iura successionis ei à nobis tributa sint. Si verò pater naturalis non extraneo, sed auo filii sui materno: vel, si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo, vel proauo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt in vnam personam, & naturalis, & adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptiui & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum, vt & in familia, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

3. ¶ Quum autē impubes per principale rescriptum adrogatur, caussa cognita adrogatio fieri permittitur: & exquiritur caussa adrogationis, an honesta sit expediátque pupillo. & cum qui-

busdam conditionibus adrogatio fit: id est, vt caueat adrogator personæ publicæ, si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi essent.

Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi, caussa cognita, dignus emācipatione fuerit: & tunc sua bona reddat. Sed & si decedens pater eum exheredauerit, vel viuus sine iusta caussa emancipauerit, iubetur quartam partem bonorum suorum relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum transtulit, & quorum commodum ei postea adquisiuit.

ἥβικα οὖν διὰ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς ἄνηβος αὐτεξούσιος εἰς θέσιν λαμβάνεται, δεῖ ζητῆσαι, εἰ σεμνή τις αἰτία τὴν υἱοθεσίαν συνεστήσατο, τουτέστι μὴ δι' [a] αἰσχρὸν ἔρωτα, τὴν θέσιν ὁ ἐσόμενος πατὴρ γενέσθαι βούλεται, καὶ εἰ λυσιτελὲς τοῦτο τῷ πουπίλλῳ, ἢ καὶ μὴ συμφέρει. τυχὸν γὰρ ἄπορός [b] ἐστιν ὁ θετὸς πατήρ, αὐτὸς δὲ πλούσιος, ἢ ἔσθ' ὅτε δαπανηρός. καὶ εἰ ἓν ἐξ αὐτῶν φανῇ, οὐ προβήσεται ἡ θέσις. δεῖ γὰρ πρὸς τούτοις, καὶ ἀσφάλειαν ποιεῖν τὸν ἀδρογάτορα ἐν δημοσίῳ προσώπῳ, τουτέστι τῷ ταβουλλαρίῳ [c], ὡς εἰ συμβῇ τὸν εἰς θέσιν ληφθέντα ἄνηβον τελευτῆσαι, ἀποκαταστῆσαι ἐκείνοις τὰ πράγματα, οἳ ἔμελλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν αὐτοῦ κλῆρον, εἴγε μὴ ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς θέσιν. ἀλλ' οὐδὲ ἑτέρως τὸν τοιοῦτον ἄνηβον ἐμαγκιπάτον ὁ ἀδρογάτωρ ποιεῖν δύναται εἰ μὴ εὐλόγου αἰτίας ἀποδειχθείσης. ὅτι πάντων πραγμάτων ὧν ἂν λέγωνται διαφοραί, τούτων καὶ κοινωνίαι τυγχάνουσι. τί γὰρ ὅτι ἢ ἐπεβούλευσε τῷ θετῷ πατρί, ἢ ἔπραξέν τι ἕτερον ὅπερ ἄξιον ἑαυτὸν ἐποίει τοῦ ἐκβληθῆναι τῆς τοῦ θετοῦ πατρὸς ὑπεξουσιότητος, ἀποδιδομένων αὐτῷ δηλονότι τῶν ὑπ' αὐτοῦ προσπορισθέντων πραγμάτων τῷ θετῷ πατρί. εἰ δὲ καὶ τελευτῶν ὁ θετὸς πατὴρ, ἐξερεδάτευσεν αὐτόν, ἤγουν ἀποκλήρονον αὐτὸν ἐποίησεν, ἢ καὶ περιὼν ἀλόγως ἐποίησεν, κελεύεται τὸ τέταρτον [d] μέρος τῶν οἰκείων πραγμάτων αὐτῷ καταλεῖψαι, ἐξῃρημένων δηλαδὴ τῶν ἐπὶ τὸν θετὸν πατέρα μετενεχθέντων, καὶ ὧν αὐτῷ τὸ κέρδος προσεπόρισε μετὰ τὴν θέσιν. ταῦτα δὲ πάντα, ἐπὶ τοῦ εἰς θέσιν λαμβανομένου ἀνήβου ὑπεξουσίου ἀργεῖ.

igitur per rescriptũ principis paterfamiliàs impubes adrogatur: quærendum est, an honesta sit causa, quæ adrogationem constauit, id est, an non ob turpem amorem, is qui pater futurus est, adrogationem velit fieri. Item an id vtile sit pupillo, an verò non expediat. Nam fortè adrogator inops est, aut interdum sumptuosus, & pupillus admodum diues. Et si quid horum compertum fuerit, non procedet adrogatio. Ad hæc & illud necesse est, vt adrogator personæ publicæ, id est, tabellioni caueat, si intra pubertatem pupillus decesserit, quem adrogauerit, restituturum se bona illis qui si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi erant. Sed neque aliter pupillum hunc adrogator emancipare potest, nisi iusta causa approbata dignus visus fuerit emancipatione. Quid enim, si aut patri adoptiuo insidias fecerit, aut aliud quid egerit, propter quod meritò ex adoptiui patris potestate abiici debeat? Sic tamen vt bona, quæ patri adoptiuo per ipsum adquisita fuerint, ei reddantur. Sed & si decedens pater adoptiuus eum exheredauerit, aut viuus sine causa emãcipauerit: quartam partem bonorum suorum ei relinquere iubetur, exceptis videlicet bonis quę ad patrem adoptiuum transtulit & quorum commodum post adrogationem ei adquisiuit. Hæc autem omnia in filiofamiliàs impubere adoptato cessant.

a l. 17. ibi ne forte turpis ff. eod. & §. 1. ibidem sanctissima affectione adde 31. Eclo. 1. c. 17.

b l. 17. §. 2. ibi quę facultates pupilli, & quæ eius qui adoptare velit ff. eod.

c l. 18. ibi seruo publico ff. eod. l. 4. Cod. eod.

d *De quarta adrogato debita in bonis adrogatoris parentis* l. 21. ff. de collationibus vbi dixi.

Primùm quia filiusfamil. nihil habere intelligatur. Secundò quia pater omnibus hisce de rebus perquirere possit, & ita eum in adoptionem dare.

4 ¶ Tres diximus differentias. Dicamus etiam quid commune sit inter adrogationem & adoptionem. Nam ferè, quæ in quibusdā differunt, quædam etiā communia habent. ¶ Atque in primis id vtrisque cōmune est. Eum qui in adoptionē accipit, maiorem esse eo, qui adoptatur oportet: cū ad similitudinem & imitationem naturæ introducta sit adoptio. Porrò natura, pater filio semper senior est. Nā illud pro monstro fit, & à natura alienum dicere, filium patre seniorem esse. Atque hęc tam in filiisfamiliàs quàm patribusfamiliàs procedunt. Porrò necesse est, vt pater octodecim annis præcedat: hæc enim ætas plena pubertas dicitur: quando & in his qui tardiùs pubescunt, habitus corporis tunc omnino concurrit.

5 ¶ Secundò & aliud inter hæc commune est. Nā in locum nepotis aut neptis, vel pronepotis aut proneptis, & deinceps adoptare possum, etiam si filium non habeam.

6 ¶ Quod autem dicturus sum, non tam commune est inter ea, quàm proprium est differentiæ, quę tertia est. Nam in patribusfa. non procedit. In locum enim nepotis alienū filium adoptare possum: & rursus alienum nepotē in locum filij. Quoniam necesse mihi non est, ordinem gradúmque, qui apud patrem naturalem est, seruare.

7 ¶ Quarto cōmune his est. Quòd si quis in locum nepotis aliquem adoptet, velut ex eo natum quem aut naturalem habet aut adoptiuum filium, opus sit omnino & filij consensu. Nam

a *Quæ similitudo adoptionis & adrogationis.*

b Idem 35. Eclog. 1. c. 41. l. 40. §. 1. ff. eodem.

c *Plena pubertas annus xviij. adde* l. 14. §. 1. ff. de alimentis 35. Eclog. 1. c. 51. & in fi. 3. *Paul.* senté. 4. §. 2.

d l. 6. l. 10. l. 11. l. 43. l. 44. ff. eodem.

e l. 77. ff. eod.

f l. 6. l. 7. ff. eod.

διὰ τὸ πρότερον μὲν μηδὲν δοκεῖν ἔχειν τὸν ὑπεξούσιον· δεύτερον ὅτι ἐστὶ πατὴρ δυνάμενος ταῦτα περιεργάζεσθαι, καὶ οὕτως αὐτὸν εἰς υἱοθεσίαν παρέχειν.

4 ¶ Εἰρήκαμεν τρεῖς διαφοράς, εἴπωμεν κοινωνίας [a] ἀδρογατίονος, καὶ ἀδοπτίονος. ἔνθα γὰρ διαφορά, πάντως ἔσται καὶ κοινωνία. ¶ Ἔστι δὲ πρώτη κοινωνία αὕτη. δεῖ τὸν λαμβάνοντα εἰς υἱοθεσίαν εἶναι μείζονα [b] τοῦ υἱοθετουμένου, ἐπειδὴ πρὸς μίμησιν τῆς φύσεως ἐπινενόηται. ἡ δὲ φύσις πρεσβύτερον οἶδε τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα. νομίζεται γὰρ τέρας εἶναι καὶ τῆς φύσεως ἀλλότριον, τὸ λέγειν μείζονα εἶναι τὸν παῖδα τοῦ πατρός. ταῦτα δὲ ἐπὶ ὑπεξουσίων, καὶ αὐτεξουσίων προβαίνει. δεῖ δὲ προηγεῖσθαι τὸν πατέρα ἐνιαυτοὺς ιη. ἡ γὰρ τοιαύτη ἡλικία plena [c] λέγεται pubertas, τουτέστιν ἐφηβότης τελεία. ὅτε καὶ οἱ βραδέως ἡβῶντες, ἡβῶσι τοῦ σχήματος πάντως συντρέχοντος.

5 ¶ Ἔστι δὲ δευτέρα κοινωνία ἐν τούτοις. δύναμαι γὰρ εἰς τάξιν ἐγγόνου [d] ἢ ἐγγόνης, ἢ προεγγόνου καὶ προεγγόνης, ἢ καὶ τῶν ἔτι κατωτέρων εἰς θέσιν λαβεῖν, εἰ [e] καὶ τὰ μάλιστα μὴ ἔχω παῖδα.

6 ¶ Τὸ δὲ μέλλον λέγεσθαι, οὐ κοινωνίας, ἀλλὰ μᾶλλον διαφορᾶς ἐστὶν ἴδιον, ἥτις ἐστὶ τρίτη· ἐπὶ γὰρ αὐτεξουσίων οὐ προβαίνει. εἰς τάξιν γὰρ ἐγγόνου δύναμαι λαβεῖν τὸν ἀλλότριον υἱόν, καὶ πάλιν τὸν ἀλλότριον ἔγγονον εἰς τάξιν υἱοῦ. οὐ γὰρ ἀνάγκη ἕπεσθαί με τῇ τάξει τῇ οὔσῃ παρὰ τῷ φυσικῷ πατρί.

7 ¶ Ἔστι καὶ τετάρτη κοινωνία, εἴ τις ἐν τάξει ἐγγόνου εἰς θέσιν λάβῃ τινά, ὡσανεὶ τεχθέντα ἐκ τοῦ οἰκείου παιδὸς τοῦ φυσικοῦ ἢ τοῦ θετοῦ, δεῖ πάντως καὶ αὐτὸν συναινεῖν [f] τὸν παῖδα. ἐπειδὴ γὰρ τε-

4 ¶ Minorem natu, maiorem non posse adoptare placet. adoptio enim naturam imitatur: & pro monstro est, vt maior sit filius, quàm pater. Debet itaq; is qui sibi filiū per adoptionē facit, plena pubertate, id est, decem & octo annis præcedere.

5 ¶ Licet autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat.

6 ¶ Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepotem in locum filij.

7 ¶ Sed si quis nepotis loco adoptet quasi ex filio, quem habet iam adoptatum: vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestare habet: eo casu & filius consentire debet, ne ei inuito suus heres adgnascatur.

¶ Sed ex contrario, si auus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse, filium consentire.

8. ¶ In plurimis autem caussis adsimilatur is qui adoptatus, vel adrogatus est, ei qui ex legitimo matrimonio natus est, & ideo si quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præsidem prouinciæ non extraneum adoptauerit: potest eundem in adoptionem alii dare.

9 ¶ Sed & illud vtriusque adoptionis cōmune est, quòd & ii, qui generare nō possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt: castrati autem non possunt.

λευτήσαντος τοῦ λαβόντος εἰς θέσιν, ὁ ληφθεὶς εἰς θέσιν μέλλει μεταπίπτειν εἰς τὴν ὑπεξουσιότητα ἐκείνου, ἐξ οὗ τίκτεσθαι αὐτὸν ἡ φύσις ἐσχηματίσατο. διὰ τοῦτο δεῖ συναινεῖν τὸν μέσον, ἵνα μὴ ἄκοντι αὐτῷ σούιος γένηται κληρονόμος. ¶ εἰ μέντοι ἐκ τοῦ ἐναντίου ἔχων τις υἱὸν, καὶ ἐκ τούτου ἔγγονον ἑτέρῳ δίδωσιν εἰς υἱοθεσίαν, οὐκ ἀνάγκη τὸν υἱὸν συναινεῖν.

8 ¶ Ἔστι δὲ πέμπτη κοινωνία ἀδρογατίονος καὶ ἀδοπτίονος ἐν τούτοις. ὅν τινα γὰρ λάβω εἰς θέσιν κατὰ ἀδρογατίονα ἢ κατ' ἀδοπτίονα, εἴτε παρὰ βασιλεῖ, εἴτε παρὰ τῷ πραίτωρι, εἴτε ἄρχοντι, οὐκ ὄντα ἐξωτικὸν, δύναμαι[a] τοῦτον εἰς θέσιν διδόναι ἑτέρῳ. ὥσπερ γὰρ ἐν πλείστοις, οὕτω καὶ τούτῳ μίμησίς ἐστιν ἀδρογατίονος καὶ ἀδοπτίονος.

9 ¶ Ἕκτην κοινωνίαν ἀδρογατίονος καὶ ἀδοπτίονος, δίδωσιν ἡμῖν ὁ εὐνοῦχος. ἔχει δὲ ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ. εὐνοῦχος ὄνομά ἐστι γενικὸν, τέμνεται δὲ εἰς τρία.

¶ Τῶν γὰρ εὐνούχων[b], οἱ μέν εἰσι σπάδωνες, οἱ δὲ κάστρατοι, οἱ δὲ θλιβίαι. καὶ σπάδωνές εἰσιν, οἵτινες διά τι πάθος ἢ ψῦξιν ἐνοχλήσασαν τοῖς γονίμοις μορίοις παιδοποιεῖν κωλύονται. τούτου δὲ ἀπαλλαγέντες παιδοποιοῦσι. θλιβίαι δὲ οἵτινες ὑπὸ τῆς τροφοῦ, ἢ τῆς μητρὸς τυχὸν, ἔκθλιψιν τῶν διδύμων ὑπέστησαν. κάστρατοι δέ εἰσιν, ἐφ' ὧν γέγονεν ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων. ἐπειδή σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. ἐζητήθη εἰ ἄρα ὁ εὐνοῦχος δύναται υἱοθετεῖν; καὶ λέγομεν, ὅτι ὁ μὲν κάστρατος, καὶ ὁ θλιβίας, οὐ[d] λαμβάνουσι εἰς θέσιν, οὐ δὲ αὐτεξούσιον παρὰ βασιλέως οὐδὲ ὑπεξούσιον παρὰ ἄρχοντος. οἷς γὰρ ἡ φύσις ἠρνήσατο,

cū mortuo illo, qui adoptauit, is qui adoptatus est, in potestatem eius recidat, ex quo natus esse per adoptionem fingitur, ideo eū qui in medio est, consentire oportet, ne ei inuito suus hæres agnascatur. ¶ Ex contrario tamē, si quis cùm filium haberet, & ex eo nepotem, nepotem alteri det in adoptionem; filij consensu non est opus.

8 ¶ Est & quinto quod inter adrogationem & adoptionem commune fit. Quemcunque enim in adoptionem accepi siue per adrogationem siue per adoptionē: siue apud Principē, siue apud Prætorem aut Præsidem vel proconsulem: cùm is extraneus non esset: hunc ego & alteri in adoptionē dare possum. Vt enim in multis aliis, ita & in hoc similitudo est inter adrogationem & adoptionem.

9 ¶ Sed & Eunuchi quod sexto inter adrogationem & adoptionem commune fit, nobis præbent. ¶ Tu verò hæc habeto in modum præuiæ cuiusdam inspectionis. Eunuchus nomen generale est, & in tres species diuiditur. Quoniam Eunuchorum, alii sunt Spadones, quidam Castrati, aliqui Thlibiæ. Et spadones quidem sunt, qui propter vitium aliquod, aut frigiditatem membrorū genitaliū liberis operam dare non possunt, sed eo sublato liberos suscipere possunt. Thlibiæ verò sunt, quibus à nutrice vel forsitā matre, extriti sunt testiculi. Castrati autem sunt, quibus exacta sunt membra virilia. Hoc ita præcognito, videto nunc cetera: Quæsitum est, an Eunuchus adoptare possit? Et dicimus Thlibiam, aut castratū adoptare non posse: neque patrēfamiliâs apud Principem, neque filiūfamilias apud Prætorē aut alios. Nā quib. natura negauit liberos,

a l.8.C.eod.

b Idem extat apud 1. Harmenop 8. §. 2 vbi Eunuchorum alios scilicet Thlibias, spadones, castratos: & qui illi sint exponit. adde 33. Eclog 1.c.52. l.2.ff.eod.

c Idem extat apud 2. Harmeno. 8 §. 1.

d hoc abrogatur Nouella Leonis 26. qua potestatē facit Eunuchis & castratis adoptādi. cuius constitutionis etiam meminit Harmenopulus 1. tit. 8. §. 4. adde Gaium 1. tit. 5. §. 4. Vlpianum 1. ff 6. vbi de spadonibus & his qui generare non possunt.

gignere, his neque ius ciuile, quod naturæ vestigia sequitur, concessit. Cum ne sperare quidem possint, vt liberis vmquã dent operam. At spado, quoniam is sperare potest, vt vitio quo tenetur cessante, liberos possit gignere, rectè in adoptionem accipiet tam filium familiàs quàm patremfa. Sed spado qui filiumfam. adoptauerit, in potestate eum non est habiturus. Quoniam omnino futurum est, vt extraneus sit. Nam quomodo spado paternus aut maternus auus esse poterit? Nisi si quis dixerit, Non eum tantum spadonem esse, qui initio liberos gignere non potuit, sed tamen sperabat. Verumetiam illum, qui cum ante liberos gignere potuerit, postea in tale vitium collapsus est, vt liberis operam dare non possit.

10 ¶ Est & quod septimo inter hæc commune sit, id quod a feminis procedit. Nam neque per adrogationem neque per adoptionem feminæ quẽquam adoptare possunt: quoniam per adoptionẽ in liberos patria potestas quæritur. At mulier ne naturales quidem liberos in potestate habet. & ius ciuile naturam sequitur. Haud iniuria igitur neminem adoptabit femina, nisi si ex indulgentia Principis in solamen amissorum liberorum aliquem velit in adoptionem accipere. Itaque mulier quæ liberos non habet, ne ex rescripto quidem Principis aliquem adoptabit.

11 ¶ Præter differentias iam ante dictas, est & hæc, Si quem adrogauero, qui & alium in potestate habeat: filius eum suus sequitur: & ipse mihi erit loco filii: hic verò, loco nepotis. Sin autem quempiam filiumfa. ex quo & filius sit, adoptauero, ipse in potestatem meã solus transibit: & filium suũ apud auum naturalẽ relin-

τούτοις καὶ ὁ νόμος κατὰ πόδας βαδίζων τῆς φύσεως. ἀφῄρηται γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς παιδοποιΐας (ὁ δὲ σπάδων, ἐπειδὴ τούτῳ ἐλπὶς, εἰκὸς γὰρ τοῦ πάθους ἀπαλλαγέντος δυνάσθαι παιδοποιῆσαι) εἰς θέσιν λήψεται, καὶ ὑπεξούσιον καὶ αὐτεξούσιον. ἀλλ' ὁ σπάδων λαβὼν ὑπεξούσιον εἰς θέσιν, οὐχ ἕξει τοῦτον ἐν ποτεστάτι. πάντως γὰρ ὁ λαμβανόμενος ἐξωτικὸς ἔσται. πῶς γὰρ ὁ σπάδων πάππος εἶναι πρὸς πατρὸς ἢ πρὸς μητρὸς δυνήσεται; εἰ μὴ ἄρα τις εἴπῃ τὸν σπάδωνα μὴ μόνον ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἐξ ἀρχῆς οὐ δυνηθέντα παιδοποιῆσαι, ἐλπίζοντα δέ. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον, ὃς πάλαι μὲν ἠδύνατο παιδοποιεῖν, τελευταῖον δὲ διὰ τὸ συμβὰν αὐτῷ πάθος περιέστη εἰς τὸ μὴ δύνασθαι παιδοποιεῖν.

10 ¶ Ἔστι δὲ καὶ ἑβδόμη κοινωνία, τὴν ἀποτελεῖν ἡ γυνή. γυνὴ [a] γὰρ οὐδὲ κατ' ἀδρογατιόνα, οὐδὲ κατ' ἀδοπτιόνα δύναται λαμβάνειν εἰς θέσιν τινά. ἡ γὰρ θέσις, δίδωσιν ἡμῖν τὴν κατὰ τοῦ παιδὸς ὑπεξουσιότητα. αὕτη δὲ τοὺς φυσικοὺς παῖδας ὑπεξουσίους οὐκ ἔχει. ὁ δὲ νόμος ἀκολουθεῖ τῇ φύσει. εἰκότως οὖν οὐ λήψεται εἰς θέσιν τινά, εἰ μὴ ἄρα ἐκ φιλοτιμίας βασιλέως, πρὸς παραμυθίαν τῶν τελευτησάντων αὐτῆς παίδων βουληθῇ λαβεῖν. ὥστε οὖν ἡ μὴ ἔχουσα παῖδας γυνὴ, οὐδὲ διὰ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, λήψεταί τινα.

11 ¶ Πρὸς ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς ἔστι καὶ αὕτη. ἐὰν εἰς υἱοθεσίαν λάβω τινὰ ἔχοντα ὑπεξούσιον, ἕπεται [b] αὐτῷ ὁ παῖς. καὶ ὁ μὲν ἔσται παρ' ἐμοὶ ἐν τάξει υἱοῦ, ὁ δὲ ἐν τάξει ἐγγόνου. εἰ δὲ ὑπεξούσιον ἐξ οὗ γέγονεν υἱὸς λάβω εἰς θέσιν, αὐτὸς μόνος παραγενήσεται, τὸν δὲ ἴδιον υἱὸν ἐᾷ παρὰ τῷ φυσικῷ πάππ-

10 ¶ Fœminæ quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent. sed ex indulgentia Principis ad solatiũ liberorum amissorum adoptare possunt.

11. ¶ Illud propriũ est adoptionis illius, quæ per sacrum oraculum fit, quòd is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandũ dederit, non solùm ipse potestati adrogatoris subiicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt potestate, tanquã nepotes.

a hoc abrogatur Nouella Leonis 27. quæ potestatẽ facit fœminis adoptandi. adde 1. Harmenopu. 8. §. 4. adde l. 5. Co. eodem. Vlpianum 8. §. 9. 1. Gaium 5. 5. §. 3.

b Vlpianus 8. §. 1 Gaium 5. §. 5. l. 2. inst. ff. eod.

πω. καὶ ὁ λογισμὸς δῆλος, ἐπειδὴ ὑπεξούσιος ὢν ὑπεξουσίους ἔχειν οὐκ ἠδύνατο· ὅτι δὲ ὁ ἔχων υἱὸν ὑπεξούσιον, καὶ ληφθεὶς εἰς θέσιν συνεφέλκεται τὸν οἰκεῖον παῖδα, δῆλον ἐξ ὧν Αὔγουστος οὐ πρότερον Τιβέριον τὸν μετὰ ταῦτα γενόμενον βασιλέα ἔλαβεν εἰς θέσιν, πρὶν ἢ τὸν Γερμανικὸν εἰς θέσιν ἔλαβεν· ἐπειδὴ γὰρ ἐβούλετο, Τιβέριον [a] μὲν ἔχειν ἐν τάξει υἱοῦ, Γερμανικὸν δὲ ἐν τάξει ἐγγόνου, καὶ διὰ μιᾶς τοῦτο υἱοθεσίας γενέσθαι, παρεσκεύασε, πρότερον τὸν Γερμανικὸν εἰς θέσιν ὑπὸ Τιβερίου ληφθῆναι, εἶτα οὕτως αὐτὸς τὸν Τιβέριον ἔλαβεν εἰς θέσιν.

Sic etenim diuus Augustus non antè Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptasset: vt protinus adoptione facta inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

12 ¶ Τὸν ἴδιόν τις οἰκέτην ἔλαβεν εἰς υἱοθεσίαν (ζητοῦμεν εἴγε ἔρρωται ἡ θέσις, ἢ τί ἐντεῦθεν ἀποτελεῖται)· καὶ φασὶν οἱ παλαιοὶ τὸν Κάτωνα [b] εἰρηκέναι, τὴν μὲν θέσιν μὴ ἰσχύειν, ἐπ' ἐλευθέρων γὰρ αὕτη προβαίνει· ἡ δὲ θέσις, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ὡς θέσις οὐκ ἔρρωται, ἀλλ' οὖν τὸν οἰκέτην ἐλεύθερον ἀποδείκνυσιν· ὁ γὰρ τὸν δοῦλον βουληθεὶς λαβεῖν, πρόδηλόν ἐστιν, ὥστε δουλείας αὐτὸν σιωπηρῶς [c] ἐσπούδασεν ἀπαλλάξαι· ὅπερ τοίνυν ὁ μὲν ἐξεφώνησεν, οὐκ ἔπραξεν· ὁ δὲ οὐκ ἐνεθυμήθη διεπράξατο· ἐντεῦθεν ὁρμηθεὶς ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς εἰσελθόντος ἐν δικαστηρίῳ τινὸς καὶ εἰπόντος [d] ἐν ὑπομνήμασι περὶ οἰκέτου τινὸς, υἱός μου ἐστὶν, ἐθέσπισεν [e] ἐκ τῶν τοιούτων ῥημάτων, τὸν μὲν οἰκέτην υἱὸν μὴ εἶναι, παύσασθαι δὲ τοῦ εἶναι δοῦλον.

12 ¶ Apud Catonē bene scriptum refert antiquitas, seruos si à domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari. Vnde & nos eruditi in nostra constitutione etiam eū seruum, quem dominus actis interuenientibus filium suū nominauerit, liberum esse constituimus, licèt hoc ad ius filii accipiendum ei non sufficiat.

quet. Et ratio quidem huiusce rei in promptu est, quoniā cùm in potestate esset, aliū in potestate habere nō potuit. Quod aūt is qui filiū in potestate habet, in adrogationem acceptus, vnà secum & filiū suum trahat, vel ex eo apparet, quòd Augustus Cęsar, nō antè Tiberium qui deinde ei in Imperio successit, in adoptionem acceperit, quàm in Germanicū adoptasset. Cū enim vellet Tiberium loco filii habere, & Germanicū loco nepotis: atque id vna adoptione fieri cuperet: curauit, vt prius Germanicus à Tiberio adoptaretur, & ipse deinde adoptauit Tiberium.

12 ¶ Quidam seruum suum adoptauit. Quærimus an valeat adoptio, aut quid inde sequatur? Et scribunt veteres respōsum esse à Catone: adoptionem quidem non valere. Nam ea in liberis personis locū habet. Sed tamen adoptione, quamuis vt adoptio nullā vim habeat: liberum fieri seruum hunc. Qui enim seruū adoptare voluit, dubiū non est, quin tacitè eum manumittere festinauerit. Hic igitur, id quod expressit, non confecit: quod verò in animo non habuit, ac non cogitauit, id peregit. Hæc ratio & sanctissimum Imperatorem nostrum mouit: vt constitueret cùm quis in iudicio & actis interuenienti bus de seruo suo dixerit, Filius meus est: ex huiuscemodi verbis seruum quidem ius filii non habere, sed tamen seruum esse desinere.

a *v. Suetoniū in Tiberio. Tacitum 2.*

b *Qui seruum adoptat, tacite manumittere eum videtur.*

c *Qui seruum filium nominauit actis interuenientibus liberum facit.*

d 1. Harmenopul. 18. §. 25. l. vnica. §. 10. Co. de latina.

QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTESTATIS SOLUITUR. TIT. XII.

ΠΟΙΟΙΣ [a] ΤΡΟΠΟΙΣ τὸ ὑπεξούσιον διαλύεται. Τίτλος ιβ.

QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTESTATIS SOLUITUR. TIT. XII.

a all. le 1. Harmenopul. 17. [illegible] & Vlp. tit. 10. qui in potestate, mancipiove sunt quemadmodum ex iure liberentur. 2. Paul. sentent. 15 Nouell. 81 1 Gaius 6.

¶ *Liberos patria potestate liberari patrum suorum morte, deportatione patrum suáve (2. At non sua, parentumve suorum relegatione) 3. seruitute pœnæ (& quid pœnæ seruitus) 4. dignitatibus nonnullis adeptis. 5. Captiuitate patris, suáve, ius patriæ potestatis non solui sed in suspenso esse propter ius postliminij, & quid postliminium. Et quo tempore mortuus fingatur pater filiusve, qui apud hostes mortuus: & quam ob causam id in controuersiam veniat, & vnde postliminium dictum 6. Emancipatione liberos patriæ potestate liberari & quæ antiqua & noua emancipationis solemnitas. 7. Patrem emancipare filium sine nepote & deinceps: nepotem & deinceps liberos sine filio posse. 8. Patria potestate liberari cum qui auo à parente in adoptionem datus fuerit: cùm illo casu transeat in potestatem aui. 9. Pa[illegible] quando liberetur: seu de nepote concepto post [illegible] potestate patris, quique in vtero est matris vel ante [illegible] adoptionem aut emancipationem. 10. Emancipare liberos suos parentes cogi non posse: siue illi naturales, siue adoptiui.*

b Harmenop. d. c. 17. §. 1.

EX his quæ supra dicta sunt, didicimus qui iuri nostro subiecti sint, nempe serui & liberi nostri, tum naturales tum adoptiui. Executi sumus etiam in quibus adrogatio & adoptio differant, atque in quibus conueniãt. Nã sex inter eas sunt differentiæ, & sept ẽ cõmunitates. Nũc videamus, quẽadmodum potestas nostra soluatur. Quot enim quibusdã modis cõtractũ est hoc etiã quibusdã modis dissolui potest. Et potestas quidem quam in seruos habemus, per manumissionẽ soluitur. Quot autẽ modis manumissio cõtingat, iã ante à nobis diffusè dictũ est. Nam domini mors, nõ seruitutis liberationẽ sed domini mutationem permittit. ¶ Potestas verò quam in liberos nostros habemus, multis soluitur modis. Atque in primis mors parentis, liberos sui iuris efficit. Sciẽdũ est autẽ Parentes dici omnes, qui supra nos sunt, Liberos verò omnes qui infra nos sunt. Quod igitur dictum est, morte paren-

c Morte patris quemadmodum patria potestas soluatur v. Harmenop. d. §. c. 17. 2. Vlpianum 1. §. 2. & Gaiũ 1.
d Parentes qui adde l. appellatione 51. ff. de ver. sign. f.
e Liberi qui. adde l. cognoscere 56. in f. l. liberorum 220 ff de verbor. signif.

Ἐδιδάχθημεν [b] ἐκ τῶν προλαβόντων κατὰ τίνων ἔχομεν τὸ ἴν ποτεστάτε, ὅτι τε κατὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων παίδων. τῶν μὲν φυσικῶν, τοῦτο δὲ καὶ θετῶν· διεξήλθοντες τὰς περὶ τῆς ἀδρογατίονος διαφοράς τε καὶ κοινωνίας· εἰσὶ γὰρ διαφοραὶ μὲν ἕξ, κοινωνίαι δὲ ἑπτά. νῦν σκοπήσωμεν τίνι διαλύεται τρόπῳ τὸ ἴν ποτεστάτε. τὸ γὰρ τρόπῳ τινὶ συνιστάμενον, τοῦτο καὶ τρόπῳ τινὶ διαλύεται· διαλύει δὲ τὸ κατὰ τῶν οἰκετῶν ἴν ποτεστάτε, ὁ τρόπος τῆς ἐλευθερίας· τὴν δὲ ἐλευθερίαν πόσοις συμβαίνει τρόποις φθάσαντες εἰρήκαμεν. ἡ γὰρ τελευτὴ τοῦ δεσπότου, οὐκ ἀπαλλαγὴν δουλείας, ἀλλὰ μετάθεσιν δεσποτείας ἐπαγγέλλεται.

¶ Τὸ δὲ κατὰ τῶν υἱῶν ἴν ποτεστάτε πλείοσι διαλύεται τρόποις. πρῶτος γὰρ ἡ τοῦ γονέως τελευτή, [c] αὐτεξούσιον ποιεῖ τὸν παῖδα· ὀφείλεις δὲ εἰδέναι ὅτι parentes [d] λέγονται πάντες οἱ ἀνιόντες. Liberi [e] δὲ πάντες οἱ κατιόντες. τὸ εἰρημένον, ὅτι ἡ τελευτὴ τοῦ πατρός,

VIdeamus nunc, quibus modis ii qui alieno iuri sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem quemadmodum liberentur serui a potestate dominorum, ex iis intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superius exposuimus.

¶ Hi verò, qui in potestate parẽtis sunt, mortuo eo, sui iuris fiunt. Sed hoc distinctionem recipit nã mortuo patre, sanè omnimodò filii, filiæve sui iuris efficiuntur, mortuo verò auo, non omnimodò nepotes, neptés-

ve sui iuris fiũt: sed ita, si post mortem aui in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaq; si moriente auo pater eorum viuit, & in potestate patris sui est, tunc post obitum aui in potestate patris sui fiunt. Si verò is, quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est aut per emancipationẽ exiit de potestate patris: tunc ij, qui in potestatem eius cadere, non possunt, sui iuris fiunt.

1 ¶ Cùm autem is, qui ob aliquod maleficium in insulã deportatur, ciuitatem amittit: sequitur, vt qui eo modo ex numero ciuiũ Romanorum tollitur, perinde quasi eo mortuo, desinant liberi in potestate eius esse Pari ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis. sed si ex indulgentia Principis restituti fuerint, per omnia pristinum statũ recipiunt.

αὐτεξούσιον δείκνυσι τὸν παῖδα, ἔχει τινὰ διάστιξιν. εἰ μὲν γὰρ πατήρ ἐστιν ὁ τελευτήσας, ἀμάχως ὁ υἱὸς καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτεξούσιοι γίνονται· τελευτήσαντος [a] δὲ τοῦ πάππου, οὐ πάντως οἱ ἔγγονοι, καὶ αἱ ἔγγοναι αὐτεξούσιοι γίνονται· δεῖ γὰρ σκοπεῖν τὸν καιρὸν τὸν τοῦ πάππου τελευτῆς καὶ εἰ μὴ εὑρεθῇ τὸ μέσον πρόσωπον, τουτέστιν ὁ υἱὸς ὑπεξούσιος, οἱ δὲ ἔγγονοι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὑπεξούσιοι τῷ πάππῳ καθ᾽ ὃν τελευτᾷ, ἔσονται ὑπεξούσιοι τῷ πατρὶ τελευτήσαντος τοῦ πάππου, οἱ ἔγγονοι. μεταπεσοῦνται γὰρ εἰς τὴν τοῦ οἰκείου πατρὸς ὑπεξουσιότητα. εἰ δὲ ὁ μέσος, ἢ προετελεύτησεν τοῦ πατρὸς, ἢ τῆς ὑπεξουσιότητος αὐτοῦ ἠλευθερώθη, τότε οἱ ἔγγονοι, ἐπειδὴ οὐ μεταπίπτουσιν εἰς τὴν αὐτοῦ ὑπεξουσιότητα αὐτεξούσιοι γίνονται.

1 ¶ Διαλύει δὲ τὴν κατὰ τοῦ παιδὸς ὑπεξουσιότητα, καὶ ἡ δεπορτατίων [b] τοῦ πατρός· ἐὰν γάρ τις κατηγορηθεὶς ἐπί τινι ἐγκλήματι ἐλεγχθῇ καὶ δέξηται τοιαύτην ἀπόφασιν τοῦ ἄρχοντος. Volo te deportari in illam insulam τουτέστι βούλομαί σε ἀπενεχθῆναι εἰς τήνδε τὴν νῆσον, ἅμα τῷ λεχθῆναι τὴν ἀπόφασιν, ἐξαιρεῖται αὐτοῦ ὁ νόμος τὴν πολιτείαν καὶ τὰ πράγματα, καὶ γίνεται περεγρῖνος τῆς Ῥωμαϊκῆς στερούμενος πολιτείας, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ὥσπερ τῇ αὐτοῦ τελευτῇ, οὕτω καὶ τῇ δεπορτατίονι παύεται ὁ παῖς τοῦ εἶναι ἰν ποτεστάτε· Ῥωμαῖος γὰρ ὢν ὁ παῖς οὐ δύναται ὑπεξούσιος εἶναι τοῦ περεγρίνου· μόνοι γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς παῖδας ἔχουσιν ἰν ποτεστάτε. εἰ δὲ καὶ ὁ παῖς γένηται δεπορτάτος, παύεται τοῦ εἶναι ὑπεξούσιος.

parentis liberos sui iuris fieri, distinctionem quandam recipit. Nam si pater obiit, dubium ea res non habet, quin filius & filia sui iuris fiant. Sed cùm auus decessit, non omnino nepotes & neptes sui iuris fiunt, tempus enim mortis aui spectandum est. Et si quidem interueniat media persona, hoc est filius in potestate: & nepotes eo tempore in potestate aui sint, quo is moritur, auo mortuo nepotes sui iuris non erunt, quoniam in potestatem patris sui recident. Sin autem is, qui in medio est, aut ante patrem iam decessit, aut de potestate eius exiit, tunc nepotes cùm in potestatem eius cadere non possint, post obitum aui sui iuris fient.

1 ¶ Liberat autem liberos à patria potestate & parentis deportatio. Nam si quis alicuius maleficij accusatus, & conuictus huiusmodi acceperit sententiam à magistratu: *Volo te deportari in insulam illam*, simul atque sententia lecta fuerit, lex ei & ciuitatem & bona adimit: & ciuitate Romana exutus fit peregrinus. Atque ita per deportationem perinde atque per mortem eius, liberi in potestate esse desinunt. Neque enim possunt liberi qui ciues Romani sunt, in peregrini potestate esse: cùm soli ciues Romani liberos in potestate habeant. Sed & si filius deportatus fuerit, in potestate parentis esse desinit. Cùm enim sit

a *vt & aqua & ignis interdictio* Vlp. 10. §. 3. *exsiliumt.* Gaius 5. §. 1. *quod qui patiuntur peregrini* Vl. d. loco. l. 1 Co. de hæredib. instituendis *peregrinæ conditionis* Gaius d. loco ἀπολίδες l. 1. §. hi qui 2. ff. de legat. 4. l. sunt quidam 17. §. 1. ff. de pœnis. 60. Eclo. 51. c. περὶ τῶν μεταστομένων c. 22.

b *Plura de deportatis vide* 60. Eclog. 51. c. περὶ τῶν μετοικιζομένων. *de his qui in insulam deportantur.*

peregrinis, in potestate ciuis Romani esse non potest. Si tamen ex indulgentia principis reuocatus & ciuitati redditus fuerit, omnia illi in pristinum statum restituuntur.

2 ¶ Quòd si non deportatus sit; sed tantùm relegatus parens: dixit enim magistratus *Relego te in illam insulam*, lex ei ciuitatem non adimit. Quapropter in suo habitu manent omnia, & ipse liberos in potestate retinet. Et ex contrario, si qui liberûm relegati fuerint, de patria potestate non exeunt.

3 ¶ Quidam criminis accusatus est quasi ab eo commissi: Deinde conuictus eo crimine, ita à magistratu pronuntiatū est, *In metallum ego te mitto*, aut: *Bestiis ego te subiicio*. Hic confestim seruus pœnæ efficitur, non solùm amissa ciuitate, sed etiam libertate. Et hunc quoque in modum liberi ipsius sui iuris fiunt.

4 ¶ Filiusfamilias armatæ militiæ nomen dedit, aut senator vel consul factus est, nihilominus in potestate patris remanet. Neque enim militiæ aut consulatus dignitas de potestate parentum liberos liberant. Quòd si patricius filiusfamiliâs factus est, tunc ex constitutione Imperatoris nostri, simul atque codicillos patriciatus accepit, de patria potestate liberatur. Quis enim ferat patrem per emancipationem nexus patriæ potestatis posse soluere: Imperatoriam verò celsitudinem, cum quem sibi patrem delegit, ab aliena potestate eximere non valeret.

5 ¶ Con-

περεγρῖνος [a] γὰρ ὢν ὑπεξούσιος εἶναι Ῥωμαίου οὐ δύναται, εἰ μέντοι ἐκ βασιλέως φιλανθρωπίας [b] ἀνακληθεὶς ἀναλάβῃ [c] τὴν πολιτείαν, ἅπαντα αὐτῷ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀποκαθίσταται τάξιν.

2 ¶ Εἰ [d] δὲ δηπορτάτος μὲν μὴ γένηται, γένηται δὲ ῥηλεγάτος [e] ὁ πατήρ, εἶπε γὰρ ὁ ἄρχων, Relego te in illam insulam, τουτέστιν ἐξορίζω σε εἰς τὴν δε τὴν νῆσον, οὐκ ἀφαιρεῖται ὁ νόμος τοῦ πατρὸς τὴν πολιτείαν. διὸ μένει ἐπὶ σχήματος ἔχων ὑπεξουσίους τοὺς παῖδας· καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου δέ, εἰ οἱ παῖδες ῥηλεγατευθῶσιν, οὐκ ἀπαλλάττονται τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεξουσιότητος.

3 ¶ Ἐκατηγορήθη τις ὡς δή τι πλημμελήσας, εἶτα τοῦ ἁμαρτήματος ἀποδειχθέντος, ὁ ἄρχων ἀπεφήνατο, Πέμπω σε εἰς μετάλλον [f], ἢ παραδίδωμί σε θηρίοις. οὗτος εὐθέως δοῦλος γίνεται [g], τῆς τιμωρίας ἐκπίπτων οὐ μόνον πολιτείας, ἀλλὰ καὶ ἐλευθερίας. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ αὐτεξούσιοι γίνονται αὐτοῦ οἱ παῖδες.

4 ¶ Ὑπεξούσιος ἔνοπλον ἐστρατεύσατο στρατείαν [h], ἢ γέγονε συγκλητικός, ἢ καὶ ὑπατικός, μένει οὐδὲν ἧττον ὑπεξούσιος τῷ πατρί· στρατείας γὰρ ἢ ὑπατείας ἀξίωμα αὐτεξούσιον οὐ [i] ποιεῖ τὸν παῖδα· εἰ δὲ γένηται πατρίκιος [k] ὁ ὑπεξούσιος, τηνικαῦτα ἐκ διατάξεως τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἅμα τῷ δέξασθαι τοὺς κωδικίλλους τῆς πατρικιότητος, τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεξουσιότητος ἀπαλλάττεται· τίς γὰρ ἀνάσχοιτο, πατέρα μὲν δύνασθαι διὰ τοῦ ἐμαγκιπατίονος διαλύειν τὸν τῆς ὑπεξουσιότητος δεσμόν, τὸν δὲ βασιλικῆς ἐξουσίας τὸν ὄγκον, μὴ δύνασθαι τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεξουσιότητος ἐξελέσθαι ἐκεῖνον, ὃν ἑαυτῷ πατέρα πεποίηκεν;

2 ¶ Relegat autem patres in insulam, in potestate liberos retinent. Et ex contrario, liberi relegati, in potestate parentum remanent.

3 ¶ Pœnæ seruus effectus filios in potestate habere desinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestiis subiiciuntur.

4 ¶ Filiusfamiliâs si militauerit, vel si Senator, vel Consul factus fuerit, remanet in potestate patris. militia enim, vel consularis dignitas, de patris potestate filium non liberat. Sed ex constitutione nostra summa Patritiatus dignitas illico imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat. quis enim patiatur, patrē quidem posse per emancipationis modum, potestatis suæ nexibus filium liberare, imperatoriā autē celsitudinem nō va-

a *Peregrini* qui, dixi ad l. 1. C. de hæredibus instituendis. *Vlp.* tit. 4 & 10.
b φιλανθρωπία *hic pro indulgentia.*
c ἀναλαμβάνειν τὴν πολιτείαν *hic nihil aliud quàm restitui.*
d *Deportati & Relegati differentia est,* hi ἐξόριστοι, & ἐξωρισμένοι: illi περιωρισμένοι. Hinc ἐξορία & περιορισμός. Eclog. 51. περὶ ἐξορισθέντων &c. περὶ τῶν περιωρισμένων.
e *adde* ff. de interdictis & relegatis: l. 8. Cod. de pœnis 60. Eclo. 51. περὶ τῶν περιωρισμένων.
f v. Eclo. d. tit. 51. περὶ μεταλλιζομένων & quæ scr psi ad l. 8. §. 4 ff. de pœnis.
g *hodie nemo fit seruus pœna* Nouel. de nuptiis 22. c. 8. *abrogata* hac lege & 18. ff. de pœnis.
h *Militia non liberat filium patria potestate* l. 7. C. de patria potestate: l. 3. Cod. de castrensi peculio.
i *hodie Consularis dignitas filium liberat patria potestate.* Nouell. 81.
k 1. Harmen. 18. §. 4. *huius aūt sūma dignitas dicitur à Iustiniano hoc loco summa, inquam, non gradu sed duratione. l. ac enim dignitas perpetua, cæteræ temporales*, *adde Cassiodorum in formula patriciatus.*

lere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?

5. ¶ Si ab hostibus captus fuerit parens, quamuis seruus hostium fiat, tamen pedet ius liberorum, propter ius postliminii: quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt: idcirco reuersus etiam liberos habebit in potestate, quia postliminium fingit eum, qui captus est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit, exinde ex quo captus est pater, filius sui iuris fuisse videtur.

5 ¶ Τὸν ἐμὸν πατέρα συνέβη αἰχμάλωτον [a] ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθῆναι, καὶ γέγονε δηλονότι δοῦλος τῶν πολεμίων· ζητοῦμεν εἰ ἄρα ἐγὼ ὁ τοῦ ληφθέντος παῖς, αὐτεξούσιός εἰμι ἢ ὑπεξούσιος; καὶ τέως αὐτεξούσιον ἐμαυτὸν εἰπεῖν οὐ δύναμαι διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦ ποστλιμινίου. ποστλιμίνιον [b] δέ ἐστι δίκαιόν τι τοῖς ἀπὸ πολεμίων ὑποστρέψασιν ἀποκαθιστῶν πᾶσαν τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. διὰ τί δὲ λέγεται ποστλιμίνιον προϊόντες ἐροῦμεν· ὑποστρέψας ὁ πατὴρ, ἀναλήψεται τοὺς παῖδας ὑπὸ τὸ οἰκεῖον ἰν ποτεστάτε· τὸ γὰρ ποστλιμίνιον οὕτως αὐτὸν πλάττει, ὡς ἀεὶ ἐν τῇ πολιτείᾳ μεμενηκότα, καὶ μηδέποτε ταύτης ἐξελθόντα. οὐ δύναμαι δὲ οὔτε λέγειν ἐν τῷ μεταξὺ ἐμαυτὸν ὑπεξούσιον. πῶς γὰρ ἐγὼ ὁ Ῥωμαῖος ἔσομαι ὑπεξούσιος δούλου τῶν πολεμίων, ὥστε οὖν ἐν τῷ μεταξὺ ἐν ἠρτημένῳ ἔσται τὰ τῆς ὑπεξουσιότητος· καὶ εἰ μὲν ὑποστρέψῃ ὁ πατὴρ, ἔσομαι αὐτοῦ ὑπεξούσιος· εἰ δὲ ἐκεῖ τελευτήσει, γενήσομαι αὐτεξούσιος. καὶ ὅτι μὲν γίνομαι αὐτεξούσιος τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς παρὰ τοῖς πολεμίοις, συνωμολόγηται· ἀλλὰ ζητοῦμεν ἐκ ποίου δοκῶ τῆς ὑπεξουσιότητος ἀπαλλάττεσθαι· πότερον ἐξ οὗ ἐλήφθη, ἢ ἐξ οὗ ἐτελεύτησε παρὰ τοῖς πολεμίοις. ἔστι γὰρ ὅλως τις διαφορὰ καὶ πάνυ. ὑπόθου [c] γὰρ ἔχειν τινὰ δύο παῖδας, καὶ δισχιλίων νομισμάτων περιουσίαν, ληφθῆναί τε ὑπὸ τῶν πολεμίων· τούτων δὲ, ὁ μὲν ἦν σπουδαῖος, καὶ λαβὼν νομίσματα χίλια ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς περιουσίας, ἐξ οἰκείων καμάτων, ἠδυνήθη χίλια νομίσματα ἐμπορευσάμενος κερδᾶναι· ὁ δὲ ἕτερος ῥᾴθυμος ὢν, οὐδὲν περιποι-

5 ¶ Contingit, vt pater meus in hostium potestatem veniret, & seruus illorum nempe factus est. Quæritur, an ego filius eius, mei iuris sim, an verò in potestate ipsius? Et quidem ego me patrẽfamilias esse non possum dicere: propter spẽ postliminii. Et postliminium ius quoddam, quod his qui ab hostibus redeunt, pristinã omnem condicionem restituit. Cur autem dictum sit postliminium infrà dicemus. Idcirco reuersus parens etiã liberos in potestatẽ suam recipiet, quoniam postliminium eum fingit, semper in ciuitate mansisse, nec ab ea vnquã exiisse. Neque rursũ medio tẽpore dicere possum esse filiumfamilias. Nam quomodo ego qui ciuis sum Romanus in potestate eius ero, qui hostium seruus est? Necesse est igitur, vt interim ius patriæ potestatis in suspenso sit. Et si quidem reuersus fuerit pater, in potestate eius ero: Sin illic mortuus fuerit, mei iuris fiam. Sed quẽadmodũ in cõfessũ venit, illo apud hostes mortuo, me mei iuris fieri, ita quærẽdũ est, ex quo tempore de potestate eius exisse videar: exeóne tempore, quo ab hostibus captus est, an verò ex eo quo apud hostes decessit. Interest .n. inter vtrũque & quidẽ plurimũ. ¶ Finge enim quẽpiã binos habere liberos, & duo aureũm millia in bonis: captũque eũ esse ab hostibus quorũ liberorum alter diligẽns fuerit, & acceptis de bonis paternis mille aureis, ex negotiationib' suo labore alios mille aureos lucrifecerit: alter cum socors ac negligẽs esset, nihil omnino lucratus fue-

a *Captiuitate patris suspenditur patria potestas. adde Vlp.10.§.4.1. Gaium 6 §.2. Paul.sent.25. §.1.*

b l.postliminium 19. Co. de captiuis & postliminio reuersis 2. Harmenop. 7.§.2.34. Eclog. 1.c.16. *vide Festum* in postliminium.

c *Eadem verba extant apud* Harmenop. 17. §.7.

rit. Post tempus aliquod nuntio allatum est, patrē eorum apud hostes extinctū esse. Cōparauerunt igitur se, vt paternā hereditatem diuiderēt. Et negligēs quidem ille sic dicebat: nunc demū sese cùm verè pater mortuus esset, sui iuris factos esse. Quidquid ergo tu diligēs quæstus fecisti, id patris est. Et necesse est tria aureū millia in diuisionem venire, hoc est, vt vterque millenos quingētenos accipiat. At alter ille diligēs cōtra aiebat: Ex eo tēpore, quo captus esset pater, sui iuris se fuisse. Videtur.n. is, qui non rediit, illo tēpore extinctus esse. Vt igitur paterfam. quæcumq. lucratus sum: ea mihi non alii adquisiui. Et hanc sententiā magis sequimur. ¶ Sed & si filius meus nepósve ab hostibuscaptus fuerit, æquè dicimus ius patriæ potestatis in eū, in suspēso esse. Neque.n.me dico eū in potestate nō habere propter ius postliminij: quippe qui redire possit. Porrò quomodo is qui semel de potestate mea exiit, iterum ei, nulla re interueniente subiicietur? Quoniam postliminium nō solùm mihi reddit potestatem, quam ego in alios habebam: sed etiam eam, quam alii in me habebant, mihi conseruat. Neque rursus saluam mihi esse dico potestatem in filium meum. Quomodo enim eum qui hostium seruus est, in potestate habere possum? In suspenso igitur erit ius patriæ potestatis. 5. ¶ Dictū est autem postliminium à limine & post. Vnde eum qui ab hostibus captus est, & in fines Romanos postea peruenit, rectè dicimus postliminio reuersū esse. Nā sicut limina in domo quen-

κτήσατο, μετὰ χρόνον τινὰ ἀπηγγέλθη, ὅτι παρὰ τοῖς πολεμίοις ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ αὐτῶν. ἠβούλοντο οὖν μερίσασθαι τὸν πατρῷον κλῆρον· καὶ ὁ μὲν ῥάθυμος ἔλεγεν, νῦν ὅτε τῇ ἀληθείᾳ ὁ πατὴρ ἐτελεύτησε, γεγόναμεν αὐτεξούσιοι· οὐκοῦν ὅσα ἐκτήσω σὺ ὁ σπουδαῖος τοῦ πατρός ἐστι, καὶ δεῖ ἡμᾶς τὰ τρισχίλια μερίσασθαι. τουτέστι λαβεῖν ἀνὰ χίλια πεντακόσια· ὁ δὲ σπουδαῖος ἔλεγεν, ἐξ ἐκείνου ἐξ οὗ συνέβη ληφθῆναι τὸν πατέρα, γεγενῆσθαι ἡμᾶς αὐτεξουσίους. δοκεῖ γὰρ, ὁ μὴ ὑποστρέψας, κατ' ἐκεῖνον τεθνάναι τὸν καιρόν. οὐκοῦν ὡς αὐτεξούσιος, ὅσα ἂν ἐκτησάμην, ἐμαυτῷ καὶ οὐχ ἑτέρῳ προσεπόρισα· καὶ ταύτῃ μᾶλλον πειθόμεθα τῇ γνώμῃ.

¶ Εἰ δὲ καὶ ὁ ἐμὸς υἱὸς, ἤγουν ὁ ἔγγονος ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθῇ, ὁμοίως λέγομεν ἠρτῆσθαι κατ' αὐτοῦ τὸ δίκαιον τῆς ὑπεξουσιότητος· οὔτε γὰρ λέγω ἐμαυτὸν μὴ ἔχειν ὑπεξούσιον τὸν παῖδα διὰ τὸ δίκαιον τοῦ ποστλιμινίου. εἰκὸς γὰρ ὑποστρέψαι αὐτόν· πῶς δὲ ὁ ἅπαξ ἐξελθὼν τῆς ἐμῆς ὑπεξουσιότητος, ἀνέτως [a] ὑποβάλλεται ταύτῃ; τὸ γὰρ ποστλιμίνιον, οὐ μόνον ἀποδίδωσί μοι, ἣν εἶχον καθ' ἑτέρων ὑπεξουσιότητα, ἀλλὰ καὶ ἣν ἕτεροι εἶχον κατ' ἐμοῦ ὑπεξουσιότητα ἀποσώζει μοι· οὔτε λέγω σώζεσθαί μοι τὰ τῆς ὑπεξουσιότητος τῆς κατὰ τοῦ παιδός· πῶς γὰρ δύναμαι ὑπεξούσιον ἔχειν τὸν δοῦλον τῶν πολεμίων; ὥστε οὖν ἐν [b] ἠρτημένῳ ἔσται τὰ τῆς ὑπεξουσιότητος. 5 ¶ Εἴρηται δὲ ποστλιμίνιον [c] à limine & post, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ οὐδοῦ, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα· τὸν γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθέντα, εἰς δὲ τοὺς ὅρους τοὺς Ῥωμαϊκοὺς μετὰ ταῦτα παραγενόμενον, καλῶς λέγομεν ὑποστρέφειν διὰ τοῦ ποστλιμινίου· καὶ γὰρ οἱ οὐδοὶ ὥσπερ ἐν τῇ οἰκίᾳ,

¶ Ipse quoque filius, nepósve si ab hostibus captus fuerit: similiter dicimus propter ius postliminii, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse.

5. ¶ Dictum est autem postliminium à limine & post. Vnde eum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limina, sicut in domo finē quēdam faciūt: sic & imperii finē esse limen, veteres voluerūt. Hinc & limen dictum est, quia ad idē limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

a *ἀνέτως fieri dicitur hic, quod ipso iure fit, nullo actu solenni interueniente. aut necessario aliud in uxore dicitur: quippe maritus non iure postliminij uxorem recipit, sed cōsensu interueniente redintegrat matrimonium.* l. cùm dux 14. §. non vt pater. ff. de captiuis.

b *ἐν ἠρτημένῳ in suspenso* vt hic & l. 22 §. 3 ff. de captiuis: *in pendenti* d. l. 22 § 2. in incerto l. 12. §. 2. ff de captiuis *sic Harmenopul. l. 1. tit.* 17. §. 5. *ἐν τῷ μεταξὺ* [illegible] *dixit.*

c *dicitur & postlimen gloss. estque* [illegible] *dicitur quo que Græcis iurisconsultis* [illegible] 34 Eclog. a. c.

6 ¶ Præterea emancipatione quoque desinũt liberi in potestate parentum esse, sed emancipatio antea quidem vel per antiquã legis obseruationẽ procedebat, quæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumissiones celebratur: vel ex imperiali rescripto. Nostra autem prouidentia etiã hoc in melius per constitutionem reformauit: vt fictione pristina explosa, recta via ad competentes iudices, vel magistratus, parẽtes intrent: & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à sua manu dimittant. Et tunc ex edicto Prætoris in bonis eiusmodi filij, vel filiæ, vel nepotis, qui, vel neptis quæve à parente manumissus vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea si impubes sit filius, vel filia, vel cæteri, ipse parens ex manumissione tutelam eius nanciscitur.

τέλος εἰσὶν αὐτῶν τῶν οἴκων, οὕτω καὶ τῆς Ῥωμαϊκοῦ κράτους, οὐδὸν ἤτοι ὅρον οἱ παλαιοὶ ἠβουλήθησαν· ἐντεῦθεν καὶ limes ἐλέχθη ὡσανεὶ τέλος τι καὶ ὅρος· ἐντεῦθεν καὶ ποστλιμίνιον ὠνομάσθη, ἐπειδὴ διὰ τῆς αὐτῆς οὐδοῦ ὑποστρέφει δι' οὗ καὶ ἀπώλετο ληφθεὶς ἐπὶ τῶν πολεμίων. ¶ Οὐ μόνον δὲ ὁ διαφυγὼν τοὺς πολεμίους ἢ ὑπ' αὐτῶν ἀφεθεὶς ἔχει τὸ ποστλιμίνιον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ [a] νικηθέντων τῶν πολεμίων ὑφ' ἡμῶν ἀναληφθείς.

6 ¶ Διαλύει[b] τὸ ἰν ποτεστάτε καὶ ἡ ἐμαγκιπατίων· καὶ τί ἐστιν ἐμαγκιπατίων; πρᾶξις[c] τριῶν ἐμαγκιπατιόνων, καὶ τριῶν ἐλευθερειῶν, ἢ μιᾶς ἐμαγκιπατίονος, καὶ μιᾶς ἐλευθερείας περιεκτική. ἐγίνετο δὲ τὸ παλαιὸν ἡ ἐμαγκιπατίων οὕτω· πέντε παρεγίνοντο μάρτυρες, καὶ ζυγοστάτης, [d] ἐπιφερόμενος ζυγὸν καὶ χαλκοῦν νοῦμμον, καὶ μέσος[e] τις· εἶτα παρόντων αὐτῶν ὁ μέσος ἠγόρασε τὸν παῖδα παρὰ τοῦ πατρὸς, διδοὺς αὐτῷ λόγῳ τιμήματος εἰκονικοῦ τὸν ἕνα νοῦμμον, καὶ οὕτως ὑπεξούσιος ἐγίνετο ὁ παῖς τοῦ μέσου, ὡς ἐν τάξει δούλου· ὁ μέσος ἠλευθέρου βινδίκτα[f]· κἀκεῖνος σιωπηρῷ τινὶ λόγῳ ἀνέτρεχεν εἰς τὸ τοῦ πατρὸς ἰν ποτεστάτε. ἐπίπρασκεν αὐτὸν τὸ δεύτερον κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ὁ λαβὼν ἠλευθέρου αὐτὸν βινδίκτα, καὶ πάλιν ἀρρήτῳ[g] λόγῳ ὑπέστρεφεν εἰς τὴν τοῦ πατρὸς ὑπεξουσιότητα. ἐπίπρασκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ, καὶ οὕτω διελύετο τὸ ἰν ποτεστάτε· ἠλευθεροῦτο δὲ βινδίκτα, καὶ ἐγίνετο αὐτεξούσιος· ὥστε συνῶ διαλύουσι τὸ ἰν ποτεστάτε, τρεῖς ἐμαγκιπατιόνες, καὶ τρεῖς[h] ἐλευθερεῖαι. ἐμαγκιπατίων[i] δὲ λέγεται ἡ πρᾶσις ἡ γινομένη τῷ εἰρημένῳ τρό-

quendam finem faciunt, sic & imperij Romani finem veteres esse limen voluerunt. Atque hinc & limes dictus est, quasi finis quidã & terminus. Ab eo igitur postliminiũ vocatum est, quia eodem limine reuertitur, quo & amissus erat is, qui & ab hostibus captus fuerat. ¶ Nec verò is tantùm, qui vel ab hostibus fugit, vel ab his dimissus est, ius postliminij habet, sed etiã is, qui victis hostibus à nobis receptus est.

6 ¶ Patria quoque potestas per emancipationem soluitur. Et quid est emãcipatio? Actus tres emancipationes & tres manumissiones, vel vnã emancipationẽ & vnam manumissionẽ complectens. In hũc autẽ olim fiebat modum emancipatio. Quinque aderãt testes & libripens, stateram & nummũ æreũ ferẽs, & medius aliquis. Deinde medius ille his præsentibus filiũ de patre emebat, dabátq; quasi in similitudinẽ pretij, vnũ illũ nummũ, & ita filius in potestatẽ medij illius trãsibat, loco serui futurus: & cum medius ille vindicta manumittebat. Sed is tacita quadã ratione in patris potestatẽ recurrebat. Iam iterum igitur eum pater vendebat, idque eundem in modũ: & emptor eum rursus vindicta manumittebat. Atque iterũ tamen tacito in patris potestatem reuertebatur. Tertiũ ergò vendebatur, & ita soluebatur patria potestas. Vindictáque manumittebatur, & ita sui iuris fiebat. Tres igitur emancipationes & tres manumissiones patriam potestatem soluunt. Emancipatio autem dicitur venditio in eum modum,

a l. nihil interest 19. in f. ff. de captiuis. l. 12. Cod. de captiuis.
b *Emancipatione liberi fiunt sui iuris. de eius antiquis solennibus vide* Vlp. 10. §. 1. 2. Gai. 6. §. 4. l. 5. Cod. de dolo. l. 5. l. 6. Cod. de emancipat. liberor.
c πρᾶξις *hoc loco actus legitimus. Nam & sup.* §. 2. de nuptiis. *Emancipatio dicitur* ἄνομος πρᾶξις. *adde* §. 4. 7. de exhaeredat. liberorum.
d ζυγοστάτης *libripens qui stateram tenebat in hac imaginaria venditione.*
e μέσος *quo de agitur hoc* §. *nostris fiduciarius pater dicitur* l. Gai. 1. §. 4.
f *v. quæ scripsi* ad l. 6. Co. de emancipat. liberor.
g ἀρρήτῳ λόγῳ *est & tacito iure & ipso iure.*
h *hoc ad filiũ referendũ: nã in cæteris liberis vna emancipatio sufficiebat.* l. Gai. 6. §. 4. *vnde mox sequitur* τὰς μιᾶς ἐμαγκιπατίονος ἐλευθερίας.
i *Emancipatio pro venditione.*

qui dictus est, facta. Filiũ sui iuris efficiunt tres emancipationes & tres manumissiones. Ideo autem vendebatur filius, vt in seruitutem redigi videretur, & ita commodè ei libertas daretur. Nam liber manumitti non poterat. Filia tamen, & nepos, neptisve & reliquæ personæ per vnam emancipationẽ & vnam manumissionem[a] sui iuris fiebant. Agebantur autẽ hæc & sine Principis rescripto. Sed hæc quidem olim.[b] Nam postea edita est Imperatoris nostri sanctissimi cõstitutio,[c] qua hæc omnia in melius reformata sunt: vt veteri figura, & imaginariis venditionibus[d] explosis, parentibus liceat competentes iudices[e] vel magistratus adire, & filios, aut filias, vel nepotes aut neptes, & ceteras deinceps personas à potestate sua liberare, simpliciter dicendo: *Hunc ego emancipo, & à manu mea dimitto.* Et post huiusmodi emancipationem, si contingat eum eámve, quæve emancipatus emãcipatáve fuerit, sine liberis facto testamento decedere: eadem iura ex edicto Prætoris in bonis ipsius manumissori parenti[f] præstantur, quę & patrono dantur in bonis liberti, qui testamento condito sine liberis decessit. Ad hæc si impuberes sint hi, qui emancipati sunt, parens, qui eos emãcipauit, tutor eorum erit. Quoniam libertatis dationem, & tutelæ onus sequitur.[g]

πω· αὐτεξούσιον τὸν παῖδα ποιοῦσι, τρεῖς ἐμαγκιπατιόνες, καὶ τρεῖς ἐλευθερίαι. διὰ τοῦτο δὲ ἐπιπράσκετο ὁ παῖς ἵνα δόξῃ καταβιβάζεσθαι εἰς δουλείαν καὶ προσφόρως ἐπαχθῇ αὐτῷ ἡ ἐλευθερία· ὁ γὰρ ἐλεύθερος οὐκ ἠδύνατο ἐλευθεροῦσθαι· ἡ μέντοι θυγάτηρ, καὶ ἔγγονος, καὶ ἐγγόνη, καὶ τὰ λοιπὰ πρόσωπα, διὰ[a] μιᾶς ἐλευθερίας, ἐγίνοντο αὐτεξούσιοι· ἐπράττετο δὲ ταῦτα, καὶ δίχα βασιλικῆς ἀντιγραφῆς· ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν.[b] μετὰ δὲ ταῦτα, γέγονε διάταξις[c] τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως· ἥτις ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤγαγε ταῦτα, ὥστε τοῦ παλαιοῦ σχήματος, καὶ τῶν εἰκονικῶν[d] πράσεων παυσαμένους ἡμᾶς παρὰ τῷ ἁρμοδίῳ[e] δικαστῇ, ἤγουν τῷ ἄρχοντι, δύνασθαι τοὺς γονεῖς προσιέναι, καὶ τοὺς οἰκείους υἱούς, ἢ θυγατέρας, ἢ ἐγγόνους, ἢ ἐγγόνας, καὶ τοὺς ἐφεξῆς τῆς οἰκείας ἐλευθεροῦν ὑπεξουσιότητος, λέγοντας ἁπλούστερον, Τόνδε ποιῶ ἐμαγκιπάτον, καὶ τῆς ἐμαυτοῦ ἀφίημι χειρός. καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην ἐμαγκιπατιόνα, ἐὰν συμβῇ τὸν γινόμενον, ἢ τὴν γινομένην, ἐμαγκιπάτον, ἢ ἐμαγκιπάταν τελευτῆσαι ἄπαιδα διαθέμενον, τὰ αὐτὰ παρασχεθήσεται ἐκ τοῦ ἐδίκτου τοῦ πραίτωρος, τῷ ἐλευθερώσαντι[f] γονεῖ κατὰ τῶν τοῦ τελευτήσαντος παιδὸς πραγμάτων, ὅσα δίδοται τῷ πάτρωνι κατὰ τῆς οὐσίας τοῦ ἀπελευθέρου ἄπαιδος ἐπὶ διαθήκῃ τελευτήσαντος· εἰ δὲ καὶ συμβῇ τοὺς ἐμαγκιπατευθέντας ἀνήβους εἶναι, ὁ ἐλευθερώσας ἐπιτροπεύσει τούτων, παρέπεται γὰρ τῇ δόσει τῆς ἐλευθερίας τὸ τῆς ἐπιτροπῆς[g] βάρος.

[a] *Gaius* d. loco.

[b] *Ius legis xij. tabularum intelligit de quo apud Vlpianũ* 10. §. 1. *si pater filium ter venundauit, filius à patre liber esto. Fuit & aliud ius in eo constitutum lege Anastasiana* l. 5. C. de emancip. liberor.

[c] l. 6. Cod. de emancip. liber.

[d] εἰκονικαὶ πράσεις *imaginaria & figurata vẽditiones:* l. 6. Co. de emancipat. liberor.

[e] ἁρμόδιος δικαστὴς *competẽs Iudex. Sic quoque Harmenopulo dicitur.* lib. 1. tit. 1. 7. §. 8. *& infra verò* πρόσωπα.

[f] l. 1. ff. si quis à parente manumiss.

[g] *vide infra titulum de legitima parentũ tutela.*

7 ¶ Quidam filium habebat, & ex eo nepotem vel

7 ¶ Εἶχέ τις υἱὸν καὶ ἐκ τούτου ἔγγονον

7 ¶ Admonendi autem sumus liberum arbitrium esse ei qui filium, & ex eo nepotem, vel neptem in potestate habet, filium quidem de potestate dimittere, nepotem verò, vel neptem retinere: & è cõuerso filium

quidem in potestate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere, vel omnes sui iuris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta esse intelligantur.

ἢ ἐγγόνων ὑπεξουσίαν· δύναται [a] τὸν μὲν υἱὸν ποιεῖν ἐμαγκιπάτον, τοὺς δὲ ἐγγόνους κρατεῖν ὑπεξουσίους· καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τοὺς ἐγγόνους ποιεῖν ἐμαγκιπάτους· παρακρατεῖν δὲ ἰν ποτεστάτε τὸν υἱόν. εἰ δὲ προέγγονον ἔχει ἢ προεγγόνην, τὸ αὐτὸ φαμὲν, ὅτι ἔξεστι τὸν μὲν προέγγονον ποιεῖν ἐμαγκιπάτον, τὸν δὲ υἱὸν καὶ ἐγγόνους παρακατέχειν, ἢ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τὸν υἱὸν καὶ ἐγγόνους ποιεῖν ἐμαγκιπάτους, καὶ τὸν προέγγονον παρακατέχειν, ἢ καὶ πάντας ποιεῖν ἐμαγκιπάτους.

vel neptem in potestate. Filium hic emãcipare potest, & nepotes in potestate retinere: aut ex contrario nepotes emancipare, & in potestate retinere filium. Sed & si pronepotem habeat aut proneptẽ, idem dicimus, licere ei, vt pronepotem emancipet, & filium ac nepotes retineat: aut etiam è diuerso, vt filium & nepotes emãcipet, & retineat pronepotem: aut etiam vt omnes emancipet.

a *Species* l. liberum arbitrium est 28. ff. de adoptionibus. *Idem Gaius* 1. tit. 1. §. vltimo in fine. 1. Harmenopul. 17. §. 10.

8 ¶ Sed & si pater filium, quẽ in potestate habet, auo, vel proauo naturali secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit, id est, si hoc ipsum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifestauerit præsente eo qui adoptatur, & non contradicente, necnon eo præsente, qui adoptat, soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: transit autem in huiusmodi parentem adoptiuũ, in cuius persona, & adoptionẽ esse plenissimã antea diximus.

8 ¶ Ἔστι καὶ ἄλλος τρόπος διαλύων τὸ ἰν ποτεστάτε· ἐὰν γὰρ ἐγὼ τὸν ἐμὸν ὑπεξούσιον εἰς υἱοθεσίαν παράσχω τῷ πρὸς πατρὸς ἢ πρὸς μητρὸς πάππῳ· διαλύεται μὲν ὃ εἶχον ἰν ποτεστάτε κατ' αὐτοῦ, μετατίθεται δὲ εἰς τὸν πάππον· γίνεται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπὶ ὑπομνημάτων [b] πραττομένων ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος τοῦ προσφόρου· δεῖ γὰρ εἰσιόντα τὸν πατέρα, παρόντος τοῦ πάππου τοῦ μέλλοντος εἰς ὑπεξουσιότητα αὐτὸν λαμβάνειν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ παιδὸς τοῦ εἰς θέσιν παρεχομένου συναινοῦντος, καὶ μὴ ἀντιλέγοντος, ἐὰν φανερώσῃ τὴν οἰκείαν γνώμην ὁ πατὴρ εἰπὼν, Ὅτι [c] τόνδε δίδωμι εἰς θέσιν, τότε μετατίθεται ἐπὶ τὸν πάππον τὰ τῆς ὑπεξουσιότητος. ἐπὶ γὰρ τοῦ τοιούτου θέματος εἰρήκαμεν τὴν θέσιν ποιεῖν τὰ οἰκεῖα, καὶ ὑπεξούσιον ποιεῖν τὸν λαμβανόμενον.

8 ¶ Est & alius modus quo patria potestas soluitur. Nam si ego eum, quẽ in potestate habeo, paterno aut materno auo in adoptionem dedero: soluitur quidem potestas, quã ego in eum habebam, sed in auum transfertur. Fit autem id hunc in modũ, actis interuenientibus apud competentem iudicem. Nam cum pater adire debet: & si præsente auo qui adoptaturus est, & eo, qui in adoptionem datur consentiente, nec contradicente, sententiam suam declarauerit, dicendo: *Hunc ego in adoptionem do*, tunc iura patriæ potestatis in auum transferuntur. In hac enim specie, diximus vetera adoptionis iura seruari, & eũ qui adoptatur, potestati adoptantis subiici.

b l. vlt. Co. de adoptionib.

c *Formula in adoptionem dandi.*

9 ¶ Illud autẽ scire oportet, quòd si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua

9 ¶ Εἶχε [d] τις υἱὸν ὑπεξούσιον, ὃς εἶχε γαμετὴν ἐγκύμονα, τὸν υἱὸν ἐποίησεν ἐμαγκίπατον, ἢ δέδωκεν εἰς θέσιν τῷ πάππῳ· ἐτέχθη μετὰ ταῦτα ἔγγονος, ζητοῦμεν τίνος ἔσται ὑπεξούσιος ὁ τεχθεὶς, πότερον τοῦ πάππου, ἢ τοῦ πατρός; καὶ λέγομεν ἰν ποτεστάτε αὐτοῦ

9 ¶ Quidam filiũ in potestate habebat, cui vxor grauida erat. Filium aut emancipauit, aut auo in adoptionem dedit. Natus deinde nepos est. Quæritur vtrius in potestate sit is, qui natus est: aui, an patris? Et dicimus eũ in pote-

d *Idem* 1. Harmenopul. 17. §. 11.

state aui esse. Quoniam in iustis nuptiis tempus conceptionis spectatur. Porrò cùm conciperetur, filius ex quo hic genitus est, in potestate erat: meritò igitur in aui naturalis potestate erit. Quòd si post emancipationem vel adoptionem conceptus & natus fuerit: omnino patris sui, aut aui adoptiui subiicietur potestati.

γίνεσθαι τοῦ πάππου· ἐπειδὴ σκοποῦμεν ἐπὶ τῶν ἐννόμων γάμων τὸν καιρὸν τῆς συλλήψεως· ὅτε δὲ ἡ σύλληψις ἐγένετο, ὑπεξούσιος ἦν ὁ υἱὸς ὁ τοῦτον σπείρας, καὶ εἰκότως ὑπεξούσιος γίνεται τοῦ πάππου τοῦ φυσικοῦ· εἰ δὲ [a] μετὰ τὴν ἐμαγκιπατίονα, ἤγουν υἱοθεσίαν, συλληφθῇ, καὶ τεχθῇ, τῇ οἰκείου πατρὸς ἤγουν τῇ τοῦ θετοῦ πάππου ὑποβάλλεται ὑπεξουσιότητι.

nascitur. Quòd si post emancipationem, vel adoptionē conceptus fuerit, patris sui emancipati vel aui adoptiui potestati subiicitur.

a adde l. 13. ff. de captiuis.

10 ¶ Id autem regulariter scire debemus, filium, qui in potestate mea est, siue naturalis, siue adoptiuus sit, nullo modo me cogere posse, vt sese vel inuitus emancipem.

10 ¶ Τοῦτο δὲ κανονικῶς ὀφείλομεν εἰδέναι, ὅτι ὁ υἱός μου ὑπεξούσιος, εἴτε φυσικός ἐστιν, εἴτε θετὸς, οὐδεμίαν ἀνάγκην ἐπιθεῖναι δυνήσεται, ὥστε [b] αὐτὸν ποιῆσαι ἐμαγκιπάτιν.

10 ¶ Et quidem neque naturales liberi, neque adoptiui vllo penè modo possunt cogere parentes, de potestate sua eos dimittere.

b Emancipare filium pater inuitus non cogitur. v. l. 4. C. de emancip. vide tamen l. 4. Co. de spectaculis. sic è contrario filiusfamilias inuitus nō emancipatur. Nouell. 89. c. 11. 2. Paul. sentent. 25. in f.

c Eundem titulus extat apud Harmenopul. 5. tit. 11 & 17. Eclo. 1. 1. Caiū 7. Vlpian. 11.

DE TVTELIS. Tit. XIII.

ΠΕΡΙ ΕΠΙΤΡΟΠΩΝ [c]. Τίτλος ιγ.

DE TVTELIS. Tit. XIII.

¶ *Connexio huius tituli ad superiores & cur de tutela hoc titulo agatur.* 1. *Quid tutela.* 2. *vnde dicta.* 3. *Liberis quemadmodum parentes tutores testamento dare possint.* 4. *vt & posthumis,* 5. *emancipatis.*

Diximus hominū quosdam seruos esse, alios liberos: Et rursus liberorum alios ingenuos esse, quosdam libertinos. Diximus & secundam diuisionem, aliquos esse sui iuris, & aliquos alienæ potestati subditos. Cùm igitur de potestate, tum de ea, quam in seruos nostros habemus, tum de ea quæ in liberos nostros, vel ex iustis nuptiis vel ex adoptione nobis competit disseruerimus, dictúmque sit etiam quemadmodum eæ soluantur, transeamus ad aliam diuisionem. Ex his personis quæ in potestate non sunt, quædam in tutela sunt, aliæ in curatione, quædam nec tutorē nec curatorem habēt. Sed quoniam multi sunt, qui neutro iure tenentur: dicamus de his, qui vel in tutela, vel in curatione sunt: qui enim inter hos non sunt, nempe haud dubium est, quin

Εἰρήκαμεν, ὅτι τῶν ἀνθρώπων, οἱ μέν εἰσι δοῦλοι, οἱ δὲ ἐλεύθεροι, καὶ τῶν ἐλευθέρων οἱ μὲν ἰνγενεῖς, οἱ δὲ ἀπελεύθεροι· εἰρήκαμεν καὶ δευτέραν διαίρεσιν, ὅτι οἱ μὲν αὐτεξούσιοι, οἱ δὲ ὑπεξούσιοι. εἰπόντες οὖν τὴν ὑπεξουσιότητα τὴν κατὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ τὴν κατὰ τῶν παίδων, ἣν ἔννομος γάμος ἀποτελεῖ, ἤγουν καὶ ἡ θέσις ποιεῖ ὑπεξουσίους, εἰπόντες δὲ καὶ τὰς λύσεις αὐτῶν, μετέλθωμεν ἐπὶ ἑτέραν διαίρεσιν τῶν αὐτεξουσίων, οἱ μὲν ἐπιτροπεύονται, οἱ δὲ κουρατορεύονται, οἱ δὲ οὐδὲ ἐπιτροπεύονται, οὐδὲ κουρατορεύονται· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν οἱ μηδετέρου μετέχοντες, εἴπωμεν τοὺς ἐπιτροπευομένους, καὶ κουρατορευομένους· οἱ δὲ μὴ ὄντες ἐν τούτοις, δη-

Transeamus nūc ad aliam diuisionem personarum. Nam ex his personis, quæ in potestate nō sunt, quędam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro iure tenentur. Videamus ergo de his, quæ in tutela, vel curatione sunt. Ita enim intelligemus cæteras personas, quæ neutro iure tenētur. Ac priùs

dispiciamus de his quæ in tutela sunt.

1 ¶ Est autem tutela (vt Seruius definiuit) vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eũ qui per ætatem se ipse defendere nequit, Iure ciuili data ac permissa.

2 ¶ Tutores autem sunt, qui eã vim ac potestatem habent, éxque ipsa re nomen acceperũt. Itaque appellãtur tutores, quasi tuitores atque defensores, sicut æditui dicuntur qui ędes tuentur.

3 ¶ Permissum est itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in potestate habent, testamento tutores dare. Et hoc in filios filiásque procedit omnimodò: nepotibus verò neptibúsque ita demũ parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatẽ patris sui non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua

λοιπόν τι ἐν ἐκείνοις εἰσὶ καὶ προτέρον σκοπήσωμεν, περὶ τῶν ὑπὸ ἐπιτρόπους τελούντων. πῶς δὲ ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι ἀλλότριον [a] ὑπεξουσίων ἐστὶ, τὸ ἐπιτροπεύεσθαι· ἴδιον δὲ τῶν αὐτεξουσίων.

1 ¶ Καὶ πῶς ὁριζώμεθα, τί [b] ἐστιν ἐπιτροπὴ; ἐπιτροπή ἐστιν ὡς Σέρβιος ὁρίζεται, δικαιόν [c] τι καὶ ἐξουσία κατὰ ἐλευθέρας κεφαλῆς διδομένη, ἐπὶ πρὸς ἀσφάλειαν αὐτοῦ ἐπινενοημένη, διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς [d] οὐ δυναμένης αὐτοῦ ἑαυτῇ περιστῆναι, ἐκ τῆς πολιτικῆς ἀκριβείας ἐπιτετραμμένη.

2 ¶ Ἐπίτροποι τοίνυν εἰσὶν, οἱ τὴν εἰρημένην δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν ἔχοντες, οἷς ἀνάγκη πρόνοιαν ποιεῖσθαι [e] τοῦ νέου, καὶ τὰ τούτου φυλάττειν πράγματα. ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ ὑπ' αὐτοῖς πραττομένου, τὴν προσηγορίαν ἐδέξαντο. εἴρηνται γὰρ Ῥωμαϊστὶ tutores quasi [f] tuitores τινὲς ὄντες ὡσανεὶ ἐν ἀσφαλεστέρᾳ τάξει τιθέμενοι τὰ τοῦ νέου πράγματα, καὶ πανταχόθεν αὐτὸν διαφενδεύοντες ὥσπερ ædi tui [g] λέγονται οἱ ἱερεῖς, qui ædes tuentur, τουτέστιν οἵ τινες τοὺς ναοὺς [h] ἀσφαλίζονται.

3 ¶ Εἴπωμεν κατὰ πρώτην τάξιν, τίνες τισὶ καταλιμπάνουσι ἐπιτρόπους. ἐπιτρόπους καταλιμπάνουσι τοῖς ὑπεξουσίοις παισὶν οἱ πατέρες ἐν διαθήκῃ· καίτοι περὶ βραχέως εἴπομεν, ὅτι ἀλλότριον ὑπεξουσίων ἐστὶ τὸ ἐπιτροπεύεσθαι. ἀλλ' ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι καταλιμπάνονται μὲν ὑπεξουσίοις [i] οὖσι τοῖς παισί. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς, ὅτε γίνονται οἱ παῖδες αὐτεξούσιοι. τότε γὰρ καὶ ἰσχύουσι τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένα· ὥς τε οὖν καταλιμπάνουσιν οἱ πατέρες παισὶν ὑπεξουσίοις ἀνήβοις ἐπιτρόπους ἐν

quin inter illos sint. Et prius videamus de his, qui sub tutoribus agunt. Dum illud ante omnia sciamus, in tutela esse, rẽ esse in his qui alieno iuri subditi sunt, ineptam alienámque: sed eorum propriam esse qui sui iuris sunt.

1 ¶ Atque in primis definiamus quid sit tutela. Tutela est (vt Seruius definit) ius quoddam, ac potestas in liberũ caput data, & ad tuendum eum inuẽta, qui per ætatis imbecillitatem se defendere non potest, iure ciuili permissa.

2 ¶ Tutores igitur sunt, qui dictam vim ac potestatem habẽt: ad quorum sollicitudinẽ pertinet, curam pupilli gerere, & res eius seruare. Ex eo autem quod ab his agendum est, appellationẽ sumpserunt. Latinè enim vocantur tutores, quòd quasi tuitores quidã sint, & rem pupilli indemnem seruent, ac ipsum vbique defendant, quemadmodum & ædítui sacerdotes dicuntur, qui ædes tuentur.

3 ¶ Dicamus primo loco, qui quibus tutores relinquant. Tutores igitur parentes liberis, quos in potestate habent, testamento relinquunt. Atque iam paulò ante diximus pro tutorem habere, rem esse ineptam & absurdam in his, qui in potestate essent. Sed sciendum est, liberis quidem qui in potestate sunt, tutores relinqui: sed in tempus, quod post mortẽ patris futurũ est, cùm sui iuris erũt. Nã & tũc demum ea, quæ testamento cauentur, valebunt. Liberis igitur impuberibus patres quos in

a *In tutela esse, proprium est eorum aut, u soli compe tit qui sui iuris sunt. Idem* §. 4. in f. inf. quibus modis tutela.
b *Tute. aquid. adde* l. 1. ff. eo.
c *Sic* [illegible] §. Harmenop. 11. §. 1. *pro eo quod apud Iustinianum, vis,* [illegible] *vocat. at ætatis imbecillitatem, vt &* §. Harmenop. 11. §. 1. & lib. 1. tit. 3. §. 18. *hoc eo amplius est apud Harmenopulum d.* §. 1 *quod post haec verba sequitur* [illegible] *quod quia maxime corruptum pro* [illegible] *legendum* [illegible]. *Hic duabus enim de causis tutela maximè inuenta: ob ætatem, quæ circumscriptioni obnox a est, & rerum gerendarum atque explicandarum imbecillitatẽ, vt &* Vl. tit. 11. §. 1 *propter forensium rerum ignorantiam.*
e *Hic duobus generaliter officium tutoris continetur,* [illegible]
f *Tutores vnde dicti.* l. 1. §.
i ff. eod.
g *Idem Æditui* [illegible]

fane vix separantur à Sosipatro. Est enim Sosipatro Æditimus qui ædem seruat. Æditum [illegible]
h *Inde Æditimus Glossis* [illegible] *& Nonio* [illegible] *hinc Nonio 2. numero 56. Æditumari in templo* [illegible]
i l. 1. ff. de testament. tutela. Vlp. 11. §. 15.

potestate habent, tutores testamento relinquũt tam masculis quam feminis. Nepotibus autem & neptibus ita demum relinqui possunt, si post mortem aui, in potestatem patris sui recasuri non sint. Itaque si quis filium in potestate habeat & ex eo nepotem, ac nepoti testamẽto tutorem relinquat, sic distinguendum est, vt si quidẽ eo tempore, quo testator moritur, in potestate eius medius ille fuerit, nepotes tutorem illum testamentarium habere non possint. Cùm enim mortuo auo in patris sui potestatem recidãt, null est ratio, cur tutorem habeant: quoniam dictum est, Tutorem habere, rem esse alienam ab his, qui in potestate essent. Sin autẽ eo tẽpore, quo auus moritur, media illa persona sui iuris fuerit, tunc quia nepos per aui mortẽ sui iuris fiat, valet tutoris datio in eum, qui sui iuris est, facta.

4 ¶ Et liberis quidẽ qui in rerum natura sunt, dari tutores posse, iam dubiũ non est. An igitur & postumis? Postumi aũt sunt, qui post mortẽ nostram nascuntur. Et sanè id ita dicimus, quoniam multis in casibus pro iam natis habentur. Porrò tũc rectè postumis tutores damus, cùm si nobis viuis nati fuissent, futurum erat, vt in potestate nostra fierẽt, nec quisquã ante eos ordine prior esset, quos suos heredes vocamus.

5 ¶ Sed & si emancipato filio pater testamento tutorem dederit: datio quidem tutoris, si iuris ciuilis ordinem ac regulam spectes, nõ procedit: quoniam dictum est, solis his quos in potestate habemus, testamentarios tuto-

a d.l.1 §.2.

b In principio huius tituli.

c d.l.1.§.1 l.16. in f. ff. de test.tutel.

d ποστοῦμοι qui. ex l.131. ff. de verborum signific. l.7. ff. de statu.

διαθήκη· τοῦτο μὲν ἄρρεσι, τοῦτο δὲ θηλείαις ἐγγόνοις [a] δὲ καὶ ἐγγόναις, τότε δύναται καταλιμπάνειν, ἡνίκα μετὰ τὴν τοῦ πάππου τελευτὴν, οὐ μέλλουσιν οὗτοι μεταπίπτειν εἰς τὴν τοῦ οἰκείου πατρὸς ὑπεξουσιότητα· ὥστε οἷον ἐάν τις ἔχῃ υἱὸν ὑπεξούσιον, καὶ ἐκ τούτου ἔγγονον, καταλείψῃ δὲ τῷ ἐγγόνῳ ἐπίτροπον ἐν διαθήκῃ, εἰ μὲν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ διατιθεμένου τελευτῆς ὁ μέσος ἔμεινεν ἐν τῇ ὑπεξουσιότητι, οἱ ἔγγονοι οὐκ ἐπιτροπευθήσονται ὑπὸ τοῦ τεσταμενταρίου ἐπιτρόπου· ὑπεξούσιοι γὰρ γινόμενοι μετὰ τὴν τοῦ πάππου τελευτὴν τῷ οἰκείῳ πατρὶ, οὐδενὶ λόγῳ ἐπιτροπευθήσονται· εἴρηται [b] γὰρ ἀλλότριον εἶναι τῶν ὑπεξουσίων τὸ ἐπιτροπεύεσθαι. εἰ δὲ συνέβη τὸ μέσον πρόσωπον εὑρεθῆναι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς αὐτεξούσιον, τότε ἐπειδὴ ὁ τοῦ πάππου θάνατος τὸν ἔγγονον αὐτεξούσιον ἀποδείκνυσιν, ἡ δόσις ἔρρωται τῆς ἐπιτροπῆς εἰς αὐτεξούσιον περιϊοῦσα.

4 ¶ Καὶ ὅτι μὲν τοῖς ἐν φύσει παισὶ δυνάμεθα καταλιμπάνειν ἐπίτροπον, πρόδηλον· ἆρα δὲ καὶ τοῖς ποστούμοις; [c] ποστοῦμοι [d] δέ εἰσιν, οἱ μετὰ τὴν ἡμετέραν τικτόμενοι τελευτήν· καὶ λέγομεν ὅτι καὶ πάνυ· ἐπειδήπερ ἐν [e] πολλοῖς θέμασι, ἀντὶ τῶν ἤδη τεχθέντων παραλαμβάνονται· τότε καλῶς τοῖς ποστούμοις ἐπίτροποι δίδονται, ἡνίκα ἤμελλον εἴ γε ζώντων ἡμῶν ἐτέχθησαν ὑπεξούσιοι ἡμῖν εἶναι, ὑφ' ἑτέρου μὴ προλαμβανόμενοι, οἵτινες λέγονται σοῦοι.

5 ¶ Εἰ δὲ ἐμαγκιπάτῳ παιδὶ καταλείψῃ πατὴρ τεσταμεντάριον ἐπίτροπον, οὐκ ἔρρωται μὲν ἡ δόσις κατὰ τὴν πολιτικὴν ἀκρίβειαν, διὰ τὸ λελέχθαι μόνοις ὑπεξουσίοις τεσταμενταρίους

sit, nepotes ex eo non poterũt ex testamento tuo tutores habere, quamuis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuo te, in potestatem patris sui recasuri sunt.

4. ¶ Quum autem in cõpluribus aliis caussis posthumi pro iã natis habeãtur: & in hac caussa placuit non minus posthumis quàm iam natis testamento tutores dari posse: si modo in ea caussa sint, vt si viuis parẽtibus nascerentur, sui heredes, & in potestate corũ fierent.

5. ¶ Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit, testamento confirmandus est ex sententia Præsidis, omnimodò, id est, sine inquisitione.

ἐπιτρόπους δίδοσθαι. ὁ δὲ πραίτωρ, ἤτοι ὁ ἄρχων, τὴν τοῦ τελευτήσαντος γνώμην ἀναπληρῶν, τὴν τοιαύτην κονφιρματεύει, ἤτοι βεβαιοῖ δόσιν sine [a] inquisitione, τουτέστιν [b] οὐκ ἐπιζητήσας, πότερον εὔπορος ἢ ἡ τῶν δυναμένων τὰ τοῦ νέου διοικεῖν πράγματα, ἀρκούσης αὐτῷ πρὸς τελειοτάτην τούτων παράστασιν, τῆς τοῦ τελευτήσαντος μαρτυρίας.

tutores à nobis dari posse: sed Prætor, aut Præses vel Proconsul mortui voluntatem adimplet, & tutoris dationẽ confirmat, ídque etiam sine inquisitione: hoc est, non inquirens, an locuples sit, aut an possit rem pupilli gerere: cùm ad plenissimam omnium earum rerum fidem probationémque defuncti testimonium ei sufficiat.

a v.l.4. ff. de testament. tutela.
b *sine inquisitione tutorem dare quid.*

QVI TESTAMENTO DARI POSSVNT. TIT. XIV.

ΤΙΝΕΣ ΔΙΔΟΣΤΑΙ ἐν ταῖς διαθήκαις δύνανται. Τίτλος ιδ'.

QVI TESTAMENTO DARI POSSINT tutores, vel non. TIT. XIV.

¶ *Testamento qui tutores dari possint, An filiusfamilias.* 1. *seruus proprius: & si tutor datus sit, non adscripta ei libertate, an directa competat ei libertas, an potius fideicommissaria: & de verbis testamenti variis, fideicommittendi heredis instituendi, legandi, tutoris dandi. & quid verba directa & precaria, quæque sit eorum differentia. An & quomodo seruus alienus tutor dari possit.* 2. *De tutore dato furioso, & minori XXV annis.* 3. *Ad certum tempus ex certo tempore sub conditione, ante heredis institutionem.* 4. *certæ rei vel causæ.* 5. *filiis, liberis, posteris datus, quibus datus intelligatur.*

DARI autem tutor potest testamento non solùm paterfamiliàs, sed etiã filiusfamiliàs.

1 ¶ Sed & seruus proprius testamento cum libertate, rectè tutor dari potest. Sed sciendũ est, cum & sine libertate tutorẽ datum, tacitè libertatem directam accepisse videri: & per hoc rectè tutorẽ esse. Planè si per errorẽ quasi liber, tutor

Εἰπόντες τινὲς καταλιμπάνουσιν ἐπιτρόπους, μάθωμεν καὶ τίνας οἷόν τε καταλαμβάνειν· καταλιμπάνομεν, οὐ μόνον αὐτεξουσίους, ἀλλὰ καὶ ὑπεξουσίους.

1 ¶ Καὶ τὸν ἡμέτερον οἰκέτην ἐν διαθήκῃ cum libertate ὀρθῶς ἐπίτροπον δίδομεν. εἰ δὲ κατέλιπον μὲν τὸν οἰκέτην ἐπίτροπον τῷ ἐμῷ παιδὶ, ἐλευθερίαν δὲ αὐτῷ οὐ προσέγραψα, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον sine libertate ἤγουν χωρὶς ἐλευθερίας αὐτὸν κατέλιπον ἐπίτροπον, διὰ τὴν περὶ τοὺς ἀνήβους σπουδὴν, ἤρεσε σιωπηρὰν ἐλευθερίαν διρέκταν [c] ἁρμόζειν αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐπιτροπὴν ἰσχυροποιεῖσθαι. διὰ τοῦτο δὲ εἶπον διρέκταν ἐλευθερίαν, ἵνα ἅμα τῇ τελευτῇ τοῦ δια-

CVM dictum sit, qui tutores relinquantur, intelligamus & qui relinqui possint. Testamento igitur tutores damus, non patresfamiliàs tantùm, sed etiam filiosfamilias.

1 ¶ Sed & seruum nostrum testamento cum libertate, rectè tutorem damus. Quod si filio meo seruum meum tutorẽ dedero, libertate ei non adscripta, sed sine libertate (quod dicitur) eum tutorem dedero, fauore pupillorum placuit, directam ei libertatem tacitè competere, & per hoc eum rectè tutorem esse. Ideò autem dixi directam libertatem, vt simul atque testa-

c *Facit* l. quæsito 32. in f. ff. de test. tutela. *Imo fideicommissariam* l. si hæreditas te. in f. ff. de testamét. tutel. l. generaliter 24. §. si quis tutorem ff. de fideicommiss. liber. l. etsi 9. Co. de fideicommiss. libert. 4. Paul. sentent. 13. §. vltimo.

a ἀνεμποδίστως. idem hic quod ἀκωλύτως.

tor decessit, ipse seruitute liberatus tutelam suscipiat. Nam si fideicommissaria sit, necesse est, vt à pupillo manumittatur.

b *Fideicommissaria libertas præstatur ab hærede. Directa datur à testatore 4. Paul. sent. 13. §. vlt.*

c *verba testamentorum ad hæc, quasi ea prægeneralia, referuntur vt alia sint quibus heredem instituamus, legemus: alia quibus tutorẽ, libertatẽ, fideicõmissum, fideicommissariam libertatem demus.*

d *Hæredis institutionis formula.*

e *Legandi formula.*

f *Tutoris dandi formula.*

g *Libertatis dandæ formula,*

h *Directa verba quæ.*

i *Precaria verba fideicõmissorum & libertatis dationis quæ.*

¶ Quid autem id sit, paulò clariùs apertiúsque dicendum est. Tu verò hæc habeto in modum præuiæ cuiusdam inspectionis. In testamentis varia & diuersa verba sunt. Sunt enim quædam, quibus heredem scribimus. Sunt & alia per quæ legata damus, & alia, per quæ tutores damus, & alia per quæ relinquimus libertatem, & alia per quę vel fideicommissum vel fideicommissariam libertatem relinquimus. Heredem scribimus dicendo: Illum heredem esse iubeo, & ea vocatur heredis institutio. Legatum damus hunc in modum: *Huic lego decem solidos*, & vocatur legati datio. Tutorem damus sic: *Illum filio meo tutorem do*, & vocatur tutoris datio. Libertatem relinquimus ita: *Ille seruus meus liber esto*, & vocatur libertatis datio. Sed omnia verba hæc directa dicuntur: Porrò igitur & aliis verbis pecunias relinquimus hunc in modum: *Rogo te heres, vt des illi decem solidos*, & vocatur fideicommissum. Libertatẽ verò sic relinquimus: *Rogo te heres, vt seruum illum meum manumittas*: & hæc vocatur fideicõmissariæ

θεμελίου, ἀνεμποδίστως[a] ὁ οἰκέτης τῆς δουλείας ἀπαλλαγείς, ἀναλαμβάνεται τὴν ἐπιτροπήν. εἰ γὰρ ἦν φιδεϊκομμισσαρία[b], ἐδεῖτο τῆς ἀπὸ τοῦ πουπίλλου ἐλευθερίας.

καὶ πατρωνομικὴ ἐπιτροπή. οὐδὲ πατὴρ ἦν κατὰ μίμησιν τῶν πατρώνων ἐπιτροπεύειν ὀφείλων· ἐσχόλαζε δὲ καὶ φιδουκιαρία ἐπιτροπή, τίς κληθήσεται ἐπὶ τὴν ἐπιτροπήν. καὶ λέγομεν ὅτι ἐν τῇ Ῥώμῃ ὁ πραίτωρ ὁ οὐρβανὸς, μετὰ τοῦ μείζονος μέρους τῶν δημάρχων (ι [a] δὲ ἦσαν οἱ πάντες) τουτέστι μετὰ τῶν ς ἢ ζ ἐπιζητήσας, τὸν ἐπιτήδειον δίδωσιν, Ἀτιλλίου νόμου τοῦτο νομοθετήσαντος. ὃς ἐκ τοῦ νομοθέτου τοῦ εὑρόντος, λέγεται Ἀτιλλιανός. [b] στενωτάτη δὲ ἡ τούτου νομοθεσία· μέχρι γὰρ τῆς Ῥώμης, καὶ οὐ περαιτέρω προβαίνει· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις κατὰ μίμησιν τούτου, γεγόνασι β νόμοι. Ἰούλιος καὶ Τιτιανὸς, οἱ κελεύσαντες ἐν ἀπορίᾳ ἐπιτρόπου κρίσει τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας δίδοσθαι ἐπίτροπον ὃς ἐξ αὐτῶν ὠνόμασται Ἰούλιος [c] Τιτιανός.

1 ¶ Οὐ μόνον δὲ τῷ μὴ ἔχοντι ἐπίτροπον δίδοται Ἀτιλλιανὸς, ἢ Ἰούλιος Τιτιανός. ἀλλὰ γὰρ εἰ ὕπεστιν, ἐμποδίζεται δὲ ὑπό τινος αἰτίας ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐπιτροπῆς· τί γὰρ ὅτι τελευτῶν τις, τὸν ἴδιον υἱὸν ἐνστήσατο κληρονόμον· δέδωκε δὲ αὐτῷ ἐπίτροπον ὑπὸ [d] αἵρεσιν, si nauis ex Asia venerit, τουτέστιν εἰ ἡ ναῦς ἀπ' Ἀσίας ἔλθῃ, εἰ in diem τουτέστι μετὰ διετίαν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, ἐφ' ὅσον ἡ αἵρεσις, ἢ ἡμέρα ἤρτηται, Ἀτιλλιανὸς, ἤτοι Ἰούλιος Τιτιανὸς ἐπίτροπος δίδοται. εἰ δὲ πούρως ἐδόθη, ὁ δὲ γραφεὶς κληρονόμος, διασκέπτεται εἰ δεῖ προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ· ὑπόθου γὰρ ἐξωτικὸν γεγράφθαι κληρονόμον, exheredatum δὲ γενέσθαι τὸν παῖδα, ἐπίτροπον δὲ αὐτῷ πούρως καταλειφθῆναι, καὶ διεσκέπτετο ὁ γραφεὶς κληρο-

à Prætore vrbano & maiore parte Tribunorum plebis tutor ex lege Attilia, in prouinciis verò à Præsidibus prouinciarum ex lege Iulia & Titia.

1. ¶ Sed & si testamento tutor sub conditione, aut ex die certo datus fuerat: quandiu cōditio, aut dies pendebat, ex eisdem legibus tutor alius interim dari poterat. Item si purè datus fuerat: quandiu ex testamento nemo heres existebat, tandiu ex eisdē legibus tutor petendus erat: qui desinebat esse tutor, si cōditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

2 ¶ Ab hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatem reuersus fuerat: nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminij.

3 ¶ Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, postea quàm primò Consules pupillis vtriusque sexus tutores ex inquisitione dare cœperunt, deinde Prætores ex constitutionibus. Nam supradictis legibus neque de cautione à tutoribus exigenda, rem saluam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ administrationem quicquam cauebatur.

4 ¶ Sed hoc iure vtimur, vt Romæ quidem Præfectus vrbi, vel Prætor secundum suam iurisdictionem: in prouinciis autem Præsides ex inquisitione tutores crearẽt: vel Magistratus iussu Præsidũ, si non sint magnę pupilli facultates.

νόμος ἐν τῷ μεταξὺ, κἀνταῦθα δίδοται Ἀτιλιανὸς ἤτοι Ἰούλιος Τιτιανός· ἐὰν δὲ συμβῇ τὴν αἵρεσιν ἐκβῆναι ἢ τὴν ἡμέραν παραγενέσθαι, ἢ τὸν κληρονόμον ἀδιτεῦσαι, τότε ὁ τεσταμενταίριος ἀντέχεται τῆς ἐπιτροπῆς· οὗτοι δὲ παύονται.

2 ¶ Εἰ δὲ καὶ ὁ ὢν ἐπίτροπος ὑπὸ [a] πολεμίων ληφθῇ, πάλιν ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ Ἀτιλιανὸς, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις Ἰουλιοτιτιανὸς δίδοται· ὃς παυθήσεται, ἐὰν ὁ ὑπὸ πολεμίων ληφθεὶς, διαφύγῃ τοὺς πολεμίους· ὑποστρέψας γὰρ ἀναλαμβάνει τὴν ἐπιτροπὴν, δικαίῳ τοῦ ποστλιμινίου.

3 ¶ Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν, μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ τῶν Ἀτιλιανῶν, καὶ Ἰουλιοτιτιανῶν ἀνῃρέθη δόσις· ἤρξαντο γὰρ κατὰ μὲν πρώτην τάξιν, οἱ ὕπατοι τῆς ἑκατέρας φύσεως ἀνήβοις ἐπιτρόπους κατὰ iurisdictionem διδόναι· τουτέστι ζητοῦντες εἰ εὔποροί εἰσιν οἱ ἐσόμενοι ἐπίτροποι, εἰ χρηστὸν ἔχουσιν βίον, εἰ δυνάμενοι διοικεῖν ἀλλοτρίαν περιουσίαν· μετὰ δὲ τοὺς ὑπάτους, καὶ οἱ πραίτωρες ἐκ τῶν διατάξεων ταῦτα ἐποίουν· οἱ γὰρ προειρημένοι νόμοι, ὁ Ἀτίλιος, ὁ Τίτιος, οὔτε περὶ ἀσφαλείας ὀφειλούσης ὑπὸ ἐπιτρόπων παρασχεθῆναι διελέγοντο, ὡς σῶα φυλάξουσι τὰ τῶν ἀνήβων πράγματα, οὔτε περὶ τοῦ χρῆναι συνωθεῖσθαι τὸν ἐπίτροπον τὰ τοῦ νέου διοικεῖν πράγματα διηγορεύοντο.

4 ¶ Τούτῳ οὖν χρώμεθα τῷ νόμῳ, ὥστε ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ [b], τὸν τῆς πόλεως ἔπαρχον, ἢ τὸν πραίτωρα κατὰ τὴν οἰκείαν ἰουρισδικτίονα διδόναι· διὰ τοῦτο δὲ εἶπον κατὰ τὴν οἰκείαν ἰουρισδικτίονα, ἐπειδή εἰσί τινες, οἷς ὁ ἔπαρχος, οὐ μὴν

scriptum. Et hac specie datur Attilianus tutor, aut Iulius Titianus. Quòd si cõtingat, vt aut conditio existat, aut dies veniat, aut heres adeat: tũc is, qui testamento datus est tutor, ad tutelam accedet, & hi tutores esse desinent.

2 ¶ Sed & si is, qui tutor est, in hostium potestatem venerit: rursus, in vrbe quidem Roma Attilianus, in prouinciis verò datur Iulius Titianus tutor: qui & ipsi tutores esse desinẽt, cùm is, qui captus erat ab hostibus, hostes effugerit: nam reuersus, tutelam iure postliminij recipit.

3 ¶ Et hæc quidem olim sic habebãt. Postea sublata est Attilianorum tutorum & eorum, qui ex lege Iulia & Titia dabantur, datio: Nã & Consules primò vtriusque sexus pupillis, tutores secundum iurisdictionem suã dare cœperunt: hoc est, inquirentes, an hi, qui tutores erant dandi locupletes essent: an honestam frugique vitam ducerent, an denique alienis bonis administrandis sufficerent. Post Consules autem, etiam Prætores ex constitutionibus eandem rem ad curam suam reuocauerunt. Nam prædictæ leges Attilia & Titia nihil neque de cautione à tutoribus exigenda, rem pupilli saluam fore, cauebant: neque de compellendis tutoribus ad tutelę administrationem, constituebant.

4 ¶ Hoc igitur iure vtimur, vt in vrbe quidẽ Roma, aut Præfectus vrbis, aut Prætor secundùm iurisdictionem suã tutores det, (adeo autem dixi secundùm iurisdictionem suã, quia sunt aliqui quibus Præfectus, non autem

a l. 15. ff. de tutoribus.

b l. penult. §. Romæ ff. de excusat. tutorum.

Prætor, decernere tutores possit.) in prouinciis verò Præsides Prouinciarũ, aut magistratus iussu Præsidum, summodo non amplæ ac magnæ sint impuberum facultates, tutores creent.

5 ¶ Verùm Imperator noster per constitutionem suam, huiusmodi difficultates hominum resecans, disposuit: vt non expectato Præsidum iussu, si facultates pupilli vel adulti vsque ad quingentos aureos valeant: defensores ciuitatum vnà cum eiusdem ciuitatis religiosissimo Episcopo, vocatis & aliis publicis personis, id est, magistratibus, vel Alexandriæ Iuridico: tutores aut curatores creent: legitima cautione secundùm ea, quæ eadem constitutione expressa sunt, præstanda: idque eorum periculo, qui illam accipiunt, si contingat, vt hi qui eam cautionem præstiterunt, locupletes non sint.

6 ¶ Porrò, vt in tutela sint impuberes, naturali iuri congruit, quoniam iustum est, vt is qui perfectæ ætatis non est, alterius cura regatur.

7 ¶ Quum verò puberes facti fuerint pupilli, tutelæ iudicio cum tutoribus ad reddendam rationem agent.

a στρατηγοὶ hic & 5. Harmenopul. n. § 19. magistratus. vt hic: magistratus municipales l. 3 ff. de tutoribus datis qui & Duumuiri. Idem quod de duumuiris seu magistratibus municipalib. constitutũ in defensoribus plebis. qui in-dicat. Nouel. 15.

b l. 30. Cod. de episc. audientia.

c adde Nouell. 15. περὶ τῶν ἐκδίκων.

d forte ἐπισκόπου.

e ἐπίσκοπον hic vocat, quem Iustinianus Antistitem dixit.

f δημοσιεύοντα πρόσωπα publicas personas vocat hic στρατηγοὺς, magistratus municipales.

g ἰουρίδικος Alex. Iuridicus.

h l. 1. ff. de minorib.

i Sic supra de tutelis & 5. 5. Harmenop. 11. § 1.

k l. 1. § 3. ff. de tut. & rationib. distrahendis.

ὁ πραίτωρ δύναται χειροτονεῖν ἐπίτροπον· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις, οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, ἢ οἱ στρατηγοὶ [a] κελεύσει τῶν ἀρχόντων, ἐν ᾧ τῶν ἀνήβων εἰσὶν εὐτελεῖς αἱ περιουσίαι, τοὺς ἐπιτρόπους προβάλλονται.

5 ¶ Ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς οἰκείᾳ διατάξει [b] τὰς τοιουτοτρόπους τῶν ἀνθρώπων δυσκολίας ἐκτέμνων, προσέταξε τοὺς ἐκδίκους [c] τῶν πόλεων, τὴν τῶν ἀρχόντων οὐκ ἀναμένοντας κέλευσιν, ἐν ᾧ ἡ τοῦ ἀνήβου, ἤγουν τοῦ ἀφήλικος ὑπόστασις, ἕως φ νομισμάτων ἐστὶν, ἅμα τῷ τῆς πόλεως εὐλαβεστάτῳ [d] ἐπισκόπῳ [e] συνόντων καὶ ἑτέρων δημοσιευόντων [f] προσώπων, τουτέστι στρατηγῶν, ἢ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἰουρισδίκου, [g] ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας χειροτονεῖν, ἀσφαλείας ἐννόμου καθὰ τῇ αὐτῇ περιέχεται διατάξει παρεχομένης, κινδύνῳ τῶν ταύτην κομιζομένων εἰ συμβῇ τοὺς ταύτην τὴν ἀσφάλειαν δόντας ἀπορῆσαι.

6 ¶ Τὸ δὲ τοὺς ἀνήβους ἐπιτροπεύεσθαι τῷ φυσικῷ συνᾴδει νομίμῳ· δίκαιον [h] γάρ ἐστι τοὺς ἀτελῆ [i] τὴν ἡλικίαν ἄγοντας, τῇ ἑτέρων ἰθύνεσθαι διοικήσει.

7 ¶ Ἐπειδὰν δὲ ἔφηβοι γένωνται οἱ ἄνηβοι, ἔξεισι κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τὴν τουτέλας προσαπαίτησιν. [k]

5 ¶ Nos autem per constitutionem nostram huiusmodi difficultates hominum resecãtes, nec expectata iussione Præsidum, disposuimus, si facultates pupilli, vel adulti vsque ad quingentos solidos valeant, Defensores ciuitatum, vnà cùm eiusdem ciuitatis religiosissimo antistite. vel alias publicas personas, id est, Magistratus vel Iuridicum Alexandrinæ ciuitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela secundum eiusdem constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

6 ¶ Impuberes autem in tutela esse, naturali iuri conueniens est: vt is, qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur.

7 ¶ Quum ergo pupillorum, pupillarumque tutores negotia gerant, post pubertatem tutelæ iudicio rationem reddet.

DE



DE AVTHORITATE TVTORUM. TIT. XXI.

ΠΕΡΙ ΑΥΘΕΝΤΙΑΣ[a] ἐπιτρόπων. Τίτλος κγ.

DE AVTHORITATE TVTORVM. TIT. XXI.

a 27. Eclo. 8. περὶ αὐθεντίας ἢ συναινέσεως ἐπιτρόπων. Vl. 11 §. 25. 26. 27.

¶ *Authoritatem seu consensum tutorum non requiri in iis caussis in quibus pupilli ipsi sibi alios obligant: requiri, in contractibus ex quibus mutuæ obligationes nascuntur & qui illi in quasi contractibus puta hereditate, bonorum possessione, fideicommisso adeundo: petendo, suscipiendo. 2. Authoritatem à præsente tutore statim non post tempus, non ab absente, non per alium interponi. 3. Quis author pupillo esse debeat pupillo aduersus tutorem litiganti.*

Authoritas autem tutoris in quibusdā caussis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria: vt ecce, si quid dari sibi stipulētur, non est necessaria tutoris authoritas. quòd si aliis promittant pupilli, necessaria est tutoris authoritas. Nāmq; placuit, meliorē quidē conditionē licere eis facere etiam sine tutoris authoritate: deteriorem verò non aliter quā cū tutoris authoritate. Vnde in his caussis, ex quibus obligationes mutuę nascuntur, vt in emptionibus, vēditionibus, locationibus, cōductionibus, mandatis, depositis, si tutoris authoritas non interueniat, ipsi quidem, qui cū his contrahunt, obligantur, at inuicem pupilli nō obligantur.

Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν τὸν ἐπίτροπον ἐπὶ διοικήσει τῶν τοῦ πουπίλλου δίδοσθαι πραγμάτων· ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι δεῖ τοῦτον αὐθεντεῖν [b], ἐν πᾶσι γινομένοις ὑπὸ τοῦ πουπίλλου, καὶ τὸ μὴ κατ' αὐθεντίαν τούτου πραχθὲν, οὐδὲ γεγονέναι δοκεῖ· ἔστι δέ τινα ἐφ' οἷς οὐκ ἀναγκαία ἡ τοῦ κηδεμόνος αὐθεντία. οἷον ὁ πούπιλλος ἐπηρώτησέ με, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι δέκα νομίσματα; πρὸς τὸ ἰσχῦσαι τὴν ἐπερώτησιν, ἡ τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντία περιττή· εἰ δὲ αὐτὸς ὁ πούπιλλος ἐπερωτηθεὶς ὡμολόγησε, συνίστησι τὴν ἐπερώτησιν, [c] ἡ τοῦ ἐπιτρόπου συναίνεσις· ἤρεσε γὰρ τὸν ἄνηβον καλλίονα μὲν τὴν οἰκείαν αἵρεσιν ἐξεῖναι αὐτῷ ποιεῖν, καὶ αὔξειν τὴν αὐτοῦ περιουσίαν sine tutoris auctoritate, ἤγουν ἄνευ τῆς τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντίας, ἐλαττοῦν δὲ [d] οὐχ ἑτέρως, εἰ μὴ προσῇ τῷ γινομένῳ ἡ τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντία. ὅθεν ἐπὶ τούτων τῶν θεμάτων, ἐφ' ὧν ἐξ ἑκατέρου πλευροῦ τίκτονται ἀγωγαὶ τοῖς συναλλάττουσιν οἷον ἐπὶ μισθώσεως, μανδάτα, δηπόσιτα· ὁ μὲν γὰρ παραθέμενος, ἔχει διρέκταν δηπόσιτα, ὁ δὲ δαπανήσας. περὶ τὸ

Qvoniam didicimus, tutorem administrandis pupilli bonis cōstitui, sciēdum est, cum in omnib. quæ à pupillo geruntur, auctorem esse debere: & si quid sine auctoritate illius factū fuerit, nihil factum esse videri. Sunt tamen in quibus non admodum tutoris auctoritate opus sit: veluti, stipulatus est à me pupillus, *Decem aureos mihi dare spondes?* ad hoc vt valeat stipulatio, superuacua est tutoris auctoritas. Quòd si pupillus ipse stipulanti promittat, ad cōstituēdam stipulationem consensus tutoris necessarius est. Placuit enim, pupillum meliorem conditionem suam facere posse, & facultates suas augere sine tutoris auctoritate: peiorem verò facere cōditionem, aut minuere facultates non posse, nisi in re agenda interueniat tutoris auctoritas. Vnde in his casibus, in quibus vltrò citroque actiones inter contrahentes nascuntur, vt in locatione, mādato, vel deposito (nam is qui deposuit, directam habet depositi actionem: qui verò aliquid in rem

b αὐθεντεῖν auctoritatem interponere. vnde mox αὐθεντία ... ἐπιτρέπειν.

c l. 1. C. cod.

d l. 28. in pri. ff. de pactis.

depositam impendit, contrariam, nisi interuenerit tutoris auctoritas, is quidem qui cum pupillis cōtrahit, obligabitur: sed ipsi inuicem, contrahenti non obligabuntur.

1 ¶ Sed neque hereditatem adire, neque bonorū possessionem petere, neque fideicōmissariam hereditatem suscipere aliter possunt, quàm tutore auctore, quamuis illis admodum lucrosa sint, nec vllum in se damnum habeant.

a l.9. §.3. ff. eod.
b l 9. ff. eod.
c d.l.9.§.4.

2 ¶ Præsens autē tutor, auctor fieri debet, si id quod agitur, pupillo conducere existimat. Sin autē post tempus adsit, aut absens per epistolā id significet, non vtiliter auctorē se facit, veluti, contraxi ego cum pupillo, necesse erat, vt ipso in contractu tutor præsens diceret, se auctorē fieri: si ergo cùm eo tempore domi in vrbe ageret, post diem forsitan vnum venerit ad me, & dixerit se auctorem fieri: aut etiam nō venerit, sed per litteras significauerit se auctorem fieri: auctoritas hæc (vt dictum est) nihil proderit.

d ea, vt hic pro præsente statim & in ipso negotio. l 9 §. 5. ff eod.
e In ipso negotio auctoritatem præsens nō interponit qui post vnum diē eam interponit.

3 ¶ Iudiciū quoque suscipere cum tutoris auctoritate debet pupillus. Vnde illud quæsitū est: cùm ego tutelam pupilli gererem, litem cum eo habebam, reus aut actor. Pupillus sine auctoritate mea iudicium ingredi non poterat, & ego auctor in rem meam vetabar esse. Porrò nec lis moram patiebatur. Hac in specie olim à Prætore tutor dabatur, qui dicebatur Prætorius, quòd à Prætore daretur. Verùm sublata veteri sollennitate, sublatus est

f v.l.1.ff.eo.
g Tutor Prætorius hic dicitur qui pupillo datur aduersus tutorē litigāti. Idem prætorianus Vlp 11. §.24.

δηπόσιτον, ἔχει κοντραρίαν δηπόσιταν· ἐὰν μὴ ὑπῇ ἡ τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντία, ὁ μὲν συναλλάττων τοῖς πουπίλλοις, ἔνοχος αὐτοῖς γίνεται, αὐτοὶ δὲ τῷ συναλλάσσοντι οὐ γίνονται ὑπεύθυνοι.

1 ¶ Οὐδὲ κληρονομίαν [a] ἀδιτεῦσαι, οὔτε διακατοχὴν [b] αἰτῆσαι, οὔτε φιδεϊκομμισσαρίαν [c] κληρονομίαν καταδέξασθαι ἑτέρως δύνανται, εἰ μὴ αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπιτρόπου· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπικερδὲς ὑπάρχει τὸ φιδεϊκομμισσον, καὶ οὐδεμίαν ἔχει ζημίαν ἐν ἑαυτῷ [d].

2 ¶ Ὁ δὲ ἐπίτροπος παρὼν, αὐθεντεῖν ὀφείλει, εἰ τοῦτο συμφέρον εἶναι ἐκείνῳ τῷ ἀνήβῳ· μετὰ δὲ χρόνον παρὼν, ἢ ἀπὼν διὰ ἐπιστολῆς, οὐκ ἰσχυρῶς αὐθεντεῖ. οἷον συνήλλαξα ἐγὼ πουπίλλῳ, δεῖ τὸν ἐπίτροπον παρόντα ἅμα τῷ γίνεσθαι τὸ συνάλλαγμα, λέγειν, ὅτι αὐθεντῶ. εἰ δὲ ἐνδημεῖ τῇ πόλει, μετὰ [e] δὲ μίαν τυχὸν ἡμέραν ἐλθὼν εἴπῃ, ὅτι αὐθεντῶ, ἢ καὶ ἀπολιμπανόμενος, διὰ ἐπιστολῆς τοῦτο δηλώσει, ὅτι αὐθεντῶ, καθὼς εἴρηται, ἀνίσχυρος ἡ αὐθεντία.

3 ¶ Ὁ ἄνηβος cum tutoris autoritate ὀφείλει δικάζεσθαι. ὅθεν ἐκεῖνο ἐζητήθη. ἐπιτροπεύων ἐγὼ πουπίλλου, εἶχον δίκην πρὸς αὐτὸν, ἢ ἐνάγων ἢ ἐναγόμενος, εἰσιέναι τὴν δίκην οὐκ ἠδύνατο δίχα τῆς ἐμῆς αὐθεντίας· ἐγὼ in rem meam, τουτέστιν εἰς τὸ [f] ἐμὸν πρᾶγμα αὐθεντεῖν ἐκωλυόμην, ἡ δὲ δίκη ὑπέρθεσιν οὐκ ἐπεδέχετο. ἐπὶ τοῦ τοιούτου σχήματος πάλαι ἐδίδοτο ὑπὸ τοῦ πραίτωρος ἐπίτροπος, ὃς καὶ ἐλέγετο πραιτώριος [g]. ἐπειδὴ ἐπὶ τοῦ πραίτωρος ἐδίδοτο· ἀλλὰ τῆς παλαιᾶς ἀναιρεθείσης ἀκριβείας, συνανῃρέθη

1 ¶ Neque tamen hereditatē adire, neque bonorum possessionem petere, neque hereditatem ex fideicōmisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris authoritate (quāuis illis lucrosa sit) ne vllum damnum habeant.

2 ¶ Tutor autem statim in ipso negotio præsens debet author fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit. Post tempus verò, vel per epistolam, aut per nūtiūm interposita authoritas nihil agit.

3. ¶ Si inter tutorem pupillúmque iudicio agendū sit, quia ipse tutor in rē suam author esse non potest: non prætorius tutor (vt olim) constituitur, sed curator in locū eius datur: quo curatore interueniente, iudicium peragitur: & eo peracto, curator esse desinit.

καὶ ὁ πραιτώριος ἐπίτροπος· σήμερον [a] δὲ κουράτωρ εἰς τάξιν αὐτοῦ δίδοται. οὗ καταστάντος, ἀνύεται τὸ δικαστήριον· καὶ τούτου περαιωθέντος, παύεται τοῦ εἶναι κουράτωρ. καὶ ἐν [b] τούτῳ τῷ θέματι κατὰ ταυτὸ ὁ πούπιλλος, καὶ ἐπιτροπεύεται, καὶ κουρατωρεύεται. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις, ἐγώ εἰμι αὐτοῦ ἐπίτροπος. ἐν δὲ τῇ πρὸς ἐμὲ δίκῃ μόνῃ κουρατωρεύεται ὑπὸ τοῦ δεδομένου κουράτορος.

est & tutor Prætorius, Hodie igitur in locum eius, datur curator: quo constituto peragitur iudicium, eóque ad finem perducto, curator esse desinit. Et hoc in casu, eodem tempore & sub tutela est pupillus & in curatione. Nam aliis quidem in rebus ego ei tutor sum. In sola verò lite, quã aduersus me habet, in curatione dati curatoris est.

a v l. 1 Co. de in litem dãdo.

b *Eodem tempore sub tutela & in curatione quando pupillus esse posit.*



QVIBVS MODIS TVTELA finitur. TIT. XXII.

ΤΙΣΙ [c] ΤΡΟΠΟΙΣ Η ἐπιτροπὴ διαλύεται. Τίτλος κβ.

QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR. TIT. XXII.

c v. Titul. C. quando tutores esse desinunt.

¶ Tutelam hodie annis finiri, non vt olim, ex habitu corporis: & quoto anno finiatur in masculis & fæminis. 1. Tutelam finiri pupilli adrogatione, deportatione, seruitute. 2. Conditione tutoris sub conditione dati, existente. 3. morte pupillorum vel tutorum. 4. Capitis diminutione tutoris maxima vel media omnes tutelas: minima solam legitimam: omnes verò, quauis capitis diminutione pupilli finiri. 5. tempore tutoris ad tempus dati finito. 6. tutore ab ipsa tutela remoto vel excusato.

d l. 35. l. 1 l. 103 153 ff. de reg. iur.

Pupilli pupillæque, cũ puberes esse cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autẽ veteres quidẽ non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis æstimari volebant. Nostra autem maiestas indignum esse castitate nostrorum temporum existimans, bene putauit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideò nostra sancta constitutione promulgata, pubertatem in masculis post decimumquartum annum completum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in fœminis bene positam, in suo ordine relinquentes, vt post duodecim annos completos viri potentes esse credantur.

Εἰπόντες τὴν σύστασιν τῆς ἐπιτροπῆς, εἴπωμεν αὐτῆς καὶ τὴν διάλυσιν. τὸ [d] γὰρ τρόπῳ τινὶ συνιστάμενον τρόπῳ τινὶ διαλύεται· διαλύεται ἡ ἐπιτροπὴ τῇ ἥβῃ· [e] τοῦτο μὲν τοῦ ἄρρενος, τοῦτο δὲ καὶ τῆς θηλείας· τὴν δὲ ἥβην οἱ παλαιοί, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐνιαυτοῖς, τουτέστι ἐκ τοῦ ὑπερβεβηκέναι τὸ ιδʹ ἔτος, ἔκρινον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ σχήματος [f] τοῦ σώματος· ὥστε οὖν εἴτε τὸ σχῆμα ἐπιγέγονε πρὸ τοῦ ιδʹ ἐνι-

Cum dictum sit quemadmodum tutela constituatur, dicamus quomodo ea & soluatur. Quod enim aliquo modo constitutum est, hoc & aliquo modo soluitur. Soluitur tutela per pubertatem tum masculi, tum feminę. Pubertatem autem veteres, non solùm ex annis, hoc est, ex eo quòd quis decimũquartum annum egressus esset, æstimabãt, sed etiã ex habitu corporis. Itaq. siue quis eo habitu corporis fuisset an

e *Vlp. 11. § vl.* ἥβη *pubertas, vnde* ἔφηβοι *int. eod. pubes* ἄνηβοι *impubes* & § *inf. de satisdat.* ἡβῶν *Puberem fieri* ἐφηβεύειν *1. Harmenop. 8.* § 5

f σχῆμα τοῦ σώματος *hic appellat corporis habitum, seu habitudinem, quam inspectione Iustinia. hic aspectu* l. 12. ff. de minoribus. l. 3. Co. si minor maiorem se esse dixerit, *indecora atque inhonesta indagatione corporis colligebant*. l. vlt. Co. quando tutores esse definant. *vbi plenius dixi.*

te decimũquartũ annum, siue maior fuisset quatuordecim annis, nec habitus adfuisset, inter puberes non numerabatur, sed tũc demùm cùm vtraque concurrebant. Hodie autem imperator noster sanctissimus, indignum id esse castitate suorum temporum iudicãs, voluit id quod veteres in feminis seruabant (nam solùm in his spectabant tempus, an scilicet maiores essent anno duodecimo, quippe qui habitũ curiosius quęrere existimarunt indecorum esset:) putauit igitur Imperator noster, & in maribus impudicum esse corporis habitum inspicere: atque ideo quod in feminis veteres seruabãt, id & in maribus valere voluit. Eã que de re, & constitutionem edidit: in qua statuit, vt pubertas in maribus post completum annum decimumquartum inciperet, & quæ de feminis erant prodita, in suo statu reliquit, vt ab anno duodecimo impleto, puberes esse intelligerentur.

1 ¶ Præter modũ iã dictum soluitur & tutela, si impuberes aut in captiuitatem venerint, aut in adrogationẽ sese dederint, vel si etiam deportati fuerint. Nam aliquando ini qui proximi sunt pubertati, tale aliquid admittũt, ob quod in pœnã hãc incidant: aut adeò ingrati sunt aduersus patronos suos: vt in seruitutem redigantur: aut nõnumquã etiam in hostium manus veniunt. Tutelam igitur soluit ac perimit, & minima, & media, & maxima capitis deminutio.

2 ¶ Sed & quis impuberi tutor testamento datus fuerit ad certam conditionem, veluti *tutor esto, donec nauis ex Asia venerit*: post conditionis euentum soluitur tutela. 3 ¶ Tutoris quoque morte, vel eius qui in tutela est, tutela finiri solet.

αὐτῷ, εἴτε τις ὑπερέβη τὸν ιδ' ἐνιαυτόν, μὴ ὑπόντος τοῦ σχήματος, οὐκ ἐνομίζετο ἔφηβος, ἀλλ' ἡνίκα τὰ δύο συνέδραμε. σήμερον[a] δὲ ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς, ἀνάξιον τῶν οἰκείων χρόνων σωφροσύνης κρίνας ἐκέλευσεν ὅπερ ἦν τὸ παλαιὸν ἐπὶ θηλειῶν· ἐπ' ἐκείνων γὰρ ὁ χρόνος μόνος ἐζητεῖτο, τὸ ὑπερβεβηκέναι τὸν δωδέκατον ἐνιαυτόν· σχῆμα γὰρ ἐπὶ αὐτῶν πολυπραγμονεῖσθαι ἀπρεπὲς ἐνομίσθη· ἐνόμισεν οὖν ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς αἰσχρὸν εἶναι τὸ σχῆμα τοῦ σώματος ὁρᾶσθαι τῶν ἀρρένων· πεπύπωκεν τοῦτο κρατεῖν, ὅπερ[b] ἐκράτει καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν· ὅθεν τέθεικε διάταξιν ἐν ᾗ διηγόρευσε, τὴν ἥβην ἐπὶ τῶν ἀρρένων ἄρχεσθαι μετὰ τὸ πέρας τοῦ ιδ' ἐνιαυτοῦ. τὸ δὲ ἐπὶ τῶν θηλειῶν, εἴασεν ἐπὶ σχήματος, ὥστε μετὰ τὸν ιβ' πληρούμενον ἐνιαυτὸν ἐφήβους[c] εἶναι ταύτας νομίζεσθαι.

1 ¶ Πρὸς τοὺς εἰρημένους τρόπους ἡ ἐπιτροπὴ διαλύεται, ἐὰν ἄνηβοι ληφθῶσιν εἰς αἰχμαλωσίαν, εἰ εἰς ἀδρογατίονα, ἢ γένωνται δεπορτάτοι, ἤτοι περιωρισμένοι·[d] ἔσθ' ὅτε γὰρ προσέξιμοι ὄντες πουβερτάτι, ἥμαρτόν τι, καὶ ταύτην ἐδέξαντο τὴν τιμωρίαν· ἢ ἐὰν καταδουλωθῶσιν, ἀχάριστοι[e] τυχὸν ὀφθέντες περὶ τοὺς οἰκείους πάτρωνας, ἢ ληφθέντες ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὥστε συναναιρεῖ τὴν ἐπιτροπὴν, ἡ ἐλαχίστη, καὶ μέση, καὶ ἡ μεγίστη κάπιτις διμινουτζίων.

2 ¶ Εἰ δὲ καί τις δοθῇ ἐπίτροπος ἐν διαθήκῃ πρὸς αἵρεσιν μετὰ φανερᾶς αἱρέσεως. οἷον, Ἔστω ἐπίτροπος, ἕως οὗ ἡ ναῦς ἔλθῃ ἀπὸ Ἀσίας, τῆς αἱρέσεως ἐκβάσης[f] διαλύεται ἡ ἐπιτροπή.

3 ¶ Οἶδε καὶ ἡ τοῦ ἐπιτρόπου τελευτή, ἢ τοῦ ἐπιτροπευομένου, διαλύειν τὴν ἐπιτροπήν.

1 ¶ Item finitur tutela, si adrogati fiűt adhuc impuberes, vel deportati. Item si in seruitutem pupillus redigatur, vel si ab hostibus captus fuerit.

2 ¶ Sed & si vsque ad certam conditionem datus sit tutor testamento: æquè euenit, vt desinat esse tutor existente cõditione.

3 ¶ Simili modo finitur tutela morte vel pupillorum, vel tutorum.

a d. l. 3.

b Extensio iuris in fœminis constituti ad masculos.

c ἐφήβους vocat quas Iustinianus appellat viripotentes.

d περιωρισμένους vocat, quos sup. §. 2. quibus modis ius patriæ potestatis [illegible] dici notauimus.

e ἀχάριστοι igitur pœna quadam legibus constituta. adde §. 1. l. de cap. diminu.

f adde l. 8. §. 2. l. 11. ff de testam. tut. l. 6. §. 1. l. 14. in f. ff. de tutelis.

4 ¶ Sed & capitis diminutione tutoris, per quam libertas, vel ciuitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantùm tutela perit: cæteræ non pereũt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit.

5 ¶ Prætereà qui ad certum tempus testamento dantur tutores, eo finito deponunt tutelam.

6 ¶ Desinunt etiam tutores esse, qui vel remouentur à tutela ob id, quòd suspecti visi sunt: vel qui ex iusta caussa se excusant, & onus administrãdæ tutelæ deponunt, secundum ea, quæ inferius proponemus.

4 ¶ Εἰ δὲ καὶ ὑπόσχῃ ὁ ἐπίτροπος μεγάλην κάπιτις δεμινουτζιονα, δι' ἧς ἀποβάλλει τὴν ἐλευθερίαν, ἢ τὴν μέσην δι' ἧς ἀποτίθεται τὴν πολιτείαν, πᾶσα διαλύεται ἡ ἐπιτροπή. τῇ δὲ ἐλαχίστῃ [a] κάπιτις δεμινουτζιονι τοῦ ἐπιτρόπου, οἷον ἐὰν ἑαυτὸν εἰς ἀδρογατιόνα παράσχῃ, ἡ λεγίτιμα μόνη φθείρεται ἐπιτροπή. αἱ δὲ λοιπαί, οἷον τεσταμενταρίαι, καὶ αἱ ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος δεδομέναι, μένουσιν ἐπὶ σχήματος [b]. ἡ γὰρ τοῦ πουπίλλου κάπιτις δεμινουτζίων, εἰ [c] καὶ ἐλαχίστη ὑπάρχει, πάσας ἀναιρεῖ τὰς ἐπιτροπάς· γίνεται γὰρ ὑπεξούσιος ὁ αὐτός· ὑπεξουσίων [d] δὲ ἀλλότριον ἐπιτροπεύεσθαι.

5 ¶ Ἐδόθη τις ἐπίτροπος ἐν διαθήκῃ, μέχρι β ἐνιαυτῶν [e]. τῆς διετίας παραδραμούσης, παύεται τοῦ εἶναι ἐπίτροπος.

6 ¶ Παύει τὸν ἐπίτροπον, καὶ τὸ ὡς [f] σουσπέκτον αὐτὸν ἐκβληθῆναι τῆς ἐπιτροπῆς, τυχὸν γὰρ κακῶς διῴκει τὰ τοῦ ὀρφανοῦ πράγματα· εἰ δὲ καὶ χρήσεται ἐξκουσατίονι [g], τουτέστι παραιτήσεται ἐξ εὐλόγου αἰτίας, μαθησόμεθα δὲ καὶ τὰς εὐλόγους αἰτίας προϊόντες, καὶ οὕτως παυθήσεται τοῦ εἶναι ἐπίτροπος.

4 ¶ Sed & si maximam capitis deminutionem tutor passus fuerit, per quã libertatem amisit: aut mediam, per quam ciuitatẽ exuit, omnis finitur tutela. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si seipsum in adrogationem dederit, sola legitima tutela perit. Cæteræ verò, hoc est testamentariæ, & quæ à magistratibus dantur, in statu suo permanent. Nam capitis deminutio pupilli, etiam si sit minima, omnes tutelas tollit: quoniam alieno iuri subiicitur pupillus. Porrò tutorem habere, aliena res est ab his, qui aliena in potestate sunt.

5 ¶ Datus est aliquis testamento tutor vsque ad duos annos. Biennio finito, tutelam deponit.

6 ¶ Definit autem & tutor esse is, qui vt suspectus à tutela remouetur, quoniam fortè malè administrabat res pupilli. Sed & is qui iusta ex causa se excusat, (quænam verò sint iustæ causæ infrà discemus) tutor haud dubiè esse desinit.

a Minima capitis diminutione sola legitima tutela perit.

b σχῆμα hic pro statu, habitu.

c Capitis diminutio etiamsi sit minima omnes tutelas tollit.

d Idem sup. in pr. de tutelis.

e l. 14 §. 3. ff. de tutelis.

f d. l. 14. §. 4. Vlp. 11. §. 23. l. 11. §. 1. ff. de legit. tutorib.

g l. 11. §. 1. ff. de legit. tutorib. l. 2. Cod. in quibus causis tutor. habent.

DE CVRATORIBVS. TIT. XXIII.

ΠΕΡΙ ΚΟΥΡΑΤΩΡΩΝ.[a] Τίτλος κγ.

DE CVRATORIBVS. TIT. XXIII.

¶ Ad quod vsque tempus curatore quis regatur. 1. Curatores à quibus & an testamento. 2. quibus & an inuitis & quomodo. 3. furiosis, & quomodo, prodigis (licet sint maiores viginti annis. 4. mente captis, surdis, mutis, perpetuo morbo laborantibus dentur. 5. vt & in locum legitimi, testamentarij, ad tempus dati aduersa valetudine vel alia necessitate impediti.

Diximus eorum, qui sui iuris essent, alios in tutela esse, alios in curatione, plerosque neutro iure teneri. Quum igitur de tutorib. dictum sit, & quot sint tutelæ. (Sunt autem hæ, Testamentaria, Agnatorum siue legitima, Patronorum sub qua continetur & tutela parentum manumittentiũ, Fiduciaria, & Attiliana, siue Iulia Titiana, in cuius locum aliam Imperator noster sanctissimus adinuenit:) cúmque etiam dictum sit, quot modis ea finiatur: nunc dicamus & de curatione. Masculi igitur, ad hæc & feminæ, cùm puberes facti sunt curatores accipiunt, donec vicesimum quintum annum egressi fuerint. Quamuis enim puberes sint, adhuc tamen eius ætatis sunt, vt suas facultates tueri non possint.

1 ¶ Dantur autem curatores ab iisdem magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator testamento vtiliter non datur, verùm datus decreto Prętoris vel Præsidis confirmatur.

2 ¶ Item adulescẽs inuitus curatorem non accipit, nisi forte in certam litem. Nam curator & ad certã causam dari potest, vt suprà diximus. Multæ itaq; sunt inter tutores & curatores differentiæ. Nã tutor

Εἰρήκαμεν ὅτι τῶν αὐτεξουσίων, οἱ μὲν ἐπιτροπεύονται, οἱ δὲ κουρατωρεύονται, οἱ δὲ οὐδετέρῳ τούτων ὑπόκεινται, εἰπόντες περὶ τῶν ἐπιτρόπων, καὶ πόσαι εἰσὶν ἐπιτροπαί· εἰσὶ δὲ αὗται, τεσταμενταρία[b] ἀδνατική, ἤτοι λεγίτιμα, πατρωνική. ταύτῃ δὲ περιέχεται καὶ ἡ τῶν ἐλευθερωσάντων πατέρων ἐπιτροπή, φιδουκιαρία, καὶ[c] ἡ Ἀτιλιανὴ ἤτοι Ἰουλιοτιτιανή ἧς ἐν τάξει ἑτέραν νῦν ἐπενόησεν ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεύς. εἰπόντες δὲ καὶ πόσοις διαλύεται τρόποις, νῦν εἴπωμεν καὶ περὶ τῶν κουρατώρων. οἱ ἄρρενες, ἔτι δὲ καὶ αἱ θήλειαι ἔφηβοι[d] γεγονότες, κουρατωρεύονται μέχρις οὗ τὸν κε' ἐνιαυτὸν ὑπερβῶσιν· εἰ καὶ μάλιστα εἰσὶν ἔφηβοι, ἀλλ' οὖν ἔτι τοιαύτην ἄγουσιν ἡλικίαν, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν[e] οἰκείαν διαφυλάττειν περιουσίαν.

1 ¶ Δίδονται δὲ κουράτωρες ὑπὸ[f] τῶν αὐτῶν ἀρχόντων, ἀφ' ὧν καὶ ἐπίτροποι. κουράτωρ οὐ δίδοται μὲν ἰσχυρῶς ἐν διαθήκῃ[g], δοθεὶς δὲ ψήφῳ τοῦ πραίτωρος ἢ τοῦ ἄρχοντος κομφιρματεύεται.

2 ¶ Ὁ νέος ἄκων,[h] οὐ λαμβάνει κουράτωρα εἰ μὴ ἄρα ἐπὶ αἰτίᾳ ῥητῇ[i]. ἐπεὶ δὲ κουράτωρ καὶ ἐπὶ φανερᾷ δίκῃ δίδοσθαι δύναται, ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν. ὥστε οὖν πολλαί εἰσι διαφοραὶ[k] τῶν ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων. ὁ μὲν

Masculi qui dem puberes, & fœminæ viri potentes, vsque ad vicesimumquintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen eius ætatis sunt, vt sua negotia tueri non possint.

1 ¶ Dantur autem curatores ab eisdem magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur: datus tamen confirmatur decreto Prætoris vel Pręsidis.

2 ¶ Item inuiti adolescentes curatores non accipiunt præterquam in litem. curator enim & ad certam caussam dari potest.

a adde Vl. 12.

b *Tutelæ hæ enumerantur à Iustiniano* τεσταμεντάρια, ἀδνατική, λεγίτιμα *(sub qua patronorum parentum, & fiduciaria continentur)* Ἀτιλιανὴ ἡ Ἰουλιοτιτιανή *Iustinianea vt lic. Erat & tutor Prætorius de quo §. vlt. sup de auth. tut. Erat & Cessitia (vnde Cessicius tut. r.) Vl.* 11. §. 7. 8.

c *Iungenda est hæc species tutelæ post legitimam, ne alioqui datiuam hanc tutelam putes sub legitima comprehendi quod tamen Harmenopul.* 5. tit. 11. §. 3. *fa ctus.*

d l. 3. §. Minorem. ff. de minoribus.

e *[illegible] nihil aliud quàm rebus suis superesse* l. 2. ff. eod *aut idoneè sua negotia tueri posse.* Vl. 12. §. vlt. *idque* §. Harmenop. 32 §. 1. *dicitur* [illegible] *vt alio loco emendaui.*

f v. l. 3. ff. de tut. & curat. datis.

g l. 1. in f. ff. de confir. tut. l. 6. Cod. de negotiis l. 7. C. de testament tutela.

h adde §. inf. eod. l. 2. §. 4. 5. ff. qui pet. tutor. l. 3. §. 2. Inf. ff. de tutelis *adde* l. 7. §. 2. ff. de minorib.

i ῥητὴ αἰτίαν *vocat certam ac definitam litem. adde* 5. Harmenopul. 11. §. 17.

k *Differentia tutorum & curatorum.*

3. ¶ Furiosi quoque & prodigi, licèt maiores vigintiquinque annis sint, tamē in curatione sunt adgnatorū ex lege duodecim tabularum. Sed solent Romæ præfectus Vrbi, vel Prætores, & in prouinciis Præsides ex inquisitione eis curatores dare.

4. ¶ Sed & mēte captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborāt, (quia rebus suis superesse non possunt) curatores dandi sunt.

5. ¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, vt puta si legitimus tutor non sit idoneus: quoniam habenti tutorē tutor dari non potest. ¶ Item si testamento datus tutor, vel a Prætore, aut Pręside, idoneus nō sit ad administrationem, nec tamē fraudulenter negotia administret, solet ei curator adiungi.

¶ Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, solent tutores dari.

γὰρ ἐπίτροπος, ἀνήβων[a] μόνον ἐστὶν ἐπίτροπος· ὁ δὲ κουράτωρ, ἐφήβων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀνήβων· ὁ ἐπίτροπος ἐν διαθήκῃ καλῶς δίδοται· ἀνισχύρως δὲ ὁ κουράτωρ· ἄκων οὐδεὶς κουρατωρεύεται, ἐπιτροπεύεται δέ τις καὶ μὴ[b] βουλόμενος· ἐπίτροπος ἐπὶ φανερᾷ δίκῃ δοθῆναι οὐ δύναται, κουράτωρ δὲ καὶ πάνυ.

3 ¶ Κουρατωρεύονται πρὸς τοῖς ἀφήλιξι, μαινόμενοι[c]. ἔτι δὲ καὶ ἄσωτοι[d], εἰ καὶ μείζονες εἶεν τῶν κε ἐνιαυτῶν. κουρατωρεύονται δὲ ὑπὸ τῶν ἀδνάτων, τοῦ δωδεκαδέλτου[e] νόμου τοῦτο κελεύσαντος· ἀλλ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, ἢ ὁ πραίτωρ, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἱ ἄρχοντες διδόασι τοῖς μαινομένοις καὶ ἀσώτοις, ex inquisitione, ἤτοι ἐξ συζητήσεως, κουράτωρας. ἡνίκα μὴ ὕπεστι ἀδνάτος, ἢ ὑπὼν, ἀνεπιτήδειός ἐστι πρὸς διοίκησιν.

4 ¶ Κουρατωρεύονται καὶ ἀνόητοι[f], καὶ κωφοὶ, καὶ ἄλαλοι[g], καὶ νόσῳ κατεχόμενοι διηνεκεῖ[h] διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς τῶν οἰκείων φροντίζειν πραγμάτων.

5 ¶ Ἔσθ' ὅτε καὶ πουπίλλοι κουρατωρεύονται. οἷον ἐὰν ὁ λεγίτιμος ἐπίτροπος οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος[i]. διὰ τοῦτο γὰρ ἕτερος ἐπίτροπος οὐ δίδοται, ἀλλὰ κουράτωρ[k], ἐπειδὴ κανών ἐστιν ὁ λέγων, tutorem [l] habenti tutor dari non potest, ἤτοι τῷ ἐπίτροπον ἔχοντι, ἐπίτροπος δοθῆναι οὐ δύναται.

¶ Εἰ δὲ ὁ τεσταμενταρίος ἐπίτροπος, ἢ ὁ ὑπὸ ἀρχόντων δοθεὶς, ἀνάρμοδιός[m] ἐστι πρὸς διοίκησιν, οὐ μέντοι κακούργως [n] διαγίνεται περὶ τὰ τοῦ ὀρφανοῦ πράγματα, εἴωθε κουράτωρ αὐτῷ συζεύγνυσθαι.

¶ Εἰς τόπον τῶν πρὸς καιρὸν ἐξκουσα-

tutor solis impuberibus datur: curator sæpe puberibus, interdum verò & impuberibus. Tutor rectè datur testamento, sed curator inutiliter. Inuitus nemo curatorem accipit, in tutela sunt & nolentes. Tutor ad certam causam dari non potest, curator autem maximè potest.

3 ¶ Præter adultos, & furiosi in curatione sunt necnon & prodigi, etiam si maiores sint vigintiquinque annis. Sunt autē in agnatorum curatione, quemadmodū lege duodecim Tabularū cautum est. Ac Romæ quidē Præfectus vrbis aut Prętor, in prouinciis verò Præsides furiosis & prodigis ex inquisitione dāt curatores, cùm aut nullus extat agnatus, aut is, qui extat, inutilis est administrationi.

4 ¶ Porrò in curatione sunt & mente capti, & surdi ac muti, & qui perpetuo morbo laborāt, propterea quòd ipsi rerū suarum curam gerere non possint.

5 ¶ Interdum autē & pupilli curatores accipiunt, veluti si legitimus tutor non sit idoneus. Nā ideo ei non alius tutor, sed curator datur, quia regula est, qua dicimus: Tutorē habenti, tutorem dari nō posse.

¶ Sed & si tutor testamētarius, vel quem Prætor aut Præses dederit, inidoneus est ad administrationem, dum tamē malignè aut fraudulenter in rebus pupilli non versetur, curator ei adiungi solet.

In locū quoque eorum, qui se ad tempus à tutela

a 5. Harmenopul. 11. § 16.
b adde inf. eod.
c *μαινόμενοι furentes.*
d v. l. 1 ff. & Co. de curatoribus. Vlp. 12 §. 1 insani. 1. Gaius 8 de mente captis. *adde* §. prox eod.
d *ἄσωτοι prodigi qui neque finē neque modum expensarum habent. qui bona sua dilacerādo & dissipando profundunt.* l. 1. ff de curat. furios. *Vlp.* 12. §. 1 *euersores dicuntur* 1. Gaius 8 *luxuriosē viuētes* l. 15 Co. de cura furiosi.
e d. l. 1. d. §. 1. *v. quæ scripsi ad leges 12. tabularum* Tit. de tutelis. *vbi de curatoribus agitur.*
f *ἀνόητοι id est mente cap[ti] hic separantur à furiosis quos μαινομένους dixit* §. prox. sup. eod.
g 5. Harmenop. 11. §. 13.
h *νόσῳ διηνεκεῖ perpetuus morbus qui & sonticus, de quo dixi ad* l. 4 §. 5. ff. de ædilicio, *& ad leges xij. tabularum* tit. de iudiciis. *vbi de dilationib. & ad Festum* in sonticum morbum.
i *μὴ ἀξιόπιστος hic pro non idoneo, non fide digno.*

k *& hic quidem magis διοικητὴς ἢ, βοηθὸς administrator & adiunctor quàm curator dicitur* l. 13 ff. de tutelis. 5. Harmen. 11. § 15. *adde* l. 11. §. 4. & seq. ff. de excusationib. tut. §. 28. ff. de test. tutela. m *ἀνάρμοδιος ἐστι πρὸς διοίκησιν non idoneus ad administrationē vt hic: vel qui nō potest sufferre administrationi tutelæ* l. 13. in f. ff. de tut. n *κακούργως hic nihil aliud quā fraudulēter, dolo mal*

excusant, curatores dari consueuerunt: de quo & infrà latius.

6 ¶ Si Tutor aduersa valetudine laboret, aut alia qua necessitate impediatur, quo minus pupilli negotia gerat: veluti si suis litibus distentus sit, & pupillus aut absit, aut infans sit, potest tutor suo periculo actorem constituere apud Prætorem aut Præsidē Prouinciæ. Qui ideo actor vocatur, quia per acta constituitur. Quòd si pupillus adsit, & loqui possit, is ab eo cum tutoris auctoritate constitui potest.

τελούντων ἑαυτοὺς τῆς ἐπιτροπῆς, κουράτωρες εἰώθασι δίδοσθαι, ὅπερ μαθησόμεθα προϊόντες.

6 ¶ Ἐὰν [a] ὁ ἐπίτροπος νοσῇ, ἢ ὑπὸ ἑτέρας ἀνάγκης ἐμποδίζηται τὰ τοῦ πουπίλλου διοικεῖν πράγματα, οἷον οἰκείαις συνεχόμενος δίκαις, καὶ ὁ πούπιλλος, ἢ ἄπεστιν, ἢ παρὼν ἴμφανς ἐστὶν, ἤτοι νήπιος, δύναται ὁ ἐπίτροπος, οἰκείῳ κινδύνῳ ἄκτορα προβάλλεσθαι παρὰ τῷ πραίτωρι, ἢ παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι· ὃς ἄκτωρ [b] διὰ τοῦτο προσαγορεύεται, quia per acta constituitur, ἐπειδὴ διὰ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων χειροτονεῖται· εἰ δὲ παρείη ὁ πούπιλλος καὶ δύναιτο φθέγγεσθαι, cum tutoris auctoritate χειροτονείτω.

6. ¶ Quòd si tutor vel aduersa valetudine, vel alia necessitate impediatur, quò minùs negotia pupilli administrare possit, & pupillus vel absit, vel infans sit, quem velit actorem periculo ipsius tutoris, Prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto constituet.

a §. Harmen. 11. §. 13.

b *Actor loco curatoris constitutus cur dicatur.* l. 11 ff. de tutelis. l. 10. §. 7. ff. de accus. tut. ff. de administ. tut.



DE SATISDATIONE TVTORVM, VEL CVRATORUM.

TIT. XXIV.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΓΓΥΗΣ τῶν ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων.

Τίτλος κδ.

DE SATISDATIONE TVTORUM vel curatorum.

TIT. XXIV.

¶ *Satisdare rem pupilli saluam fore tutores (exceptis testamentariis) à prætore cogi: & quæ in dando tutore vel curatore iudex inquirere debeat. 1. Pluribus tutoribus datis qui & quemadmodum satisdare debeant. 2. si iudex satisdationem à tutore non exegerit quæ actio in eum pupillo competat. 3. & si tutores non satisdent qua pœna teneantur. 4. Qui satisdationem exigere non cogantur.*

QVandoquidē de curatoribus diximus, quo modo aut cōstituantur, aut esse desinant: & quòd alii vsque ad vicesimumquintum annū in curatione sint: alii verò qui certo morbi ac vitii genere tenentur, donēc eius mali liberationem consecuti fuerint: nunc generalem aliquem sermonem instituamus, qui ad omnes quicūq. res aliorum administrāt, sese extendat. Omnis igitur tutor

EIπόντες τῶν κουρατώρων τὴν σύστασιν καὶ τὴν διάλυσιν, καὶ ὅτι οἱ μὲν μέχρι τοῦ κε ἐνιαυτοῦ κουρατορεύονται· οἱ δὲ διὰ πάθος, μέχρι τῆς τοῦ πάθους ἀπαλλαγῆς· νῦν εἴπωμεν γενικόν τινα λόγον ἐπὶ πάντων τῶν κηδεμόνων ἐκτεινόμενον· πᾶς ἐπίτρο-

NE tamen pupillorum pupillarúmve, & eorum, qui quæve in curatione sunt, negotia à curatoribus, tutoribúsve consumantur, vel

diminuātur: curet Prætor, vt & tutores & curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum. nam tutores testamēto dati satisdare non coguntur: quia fides eorū & diligentia ab ipso testatore adprobata est. Item ex inquisitione tutores, vel curatores dati satisdatione non onerantur: quia idonei electi sunt.

1 ¶ Sed si ex testamento, vel inquisitione duo, pluresve dati fuerint, potest vnus offerre satisdationē de indemnitate pupilli, vel adolescentis: & contutori suo, vel cōcuratori præferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut concurator satis offerens præponatur ei, vt & ipse solus administret. Itaque per se non potest petere satisdationem à contutore suo, vel concuratoro: sed offerre debet, vt electionem det cōcuratori, vel aliquis exurgere, ac dicere contutori, vel concuratori, Satisda, & tibi omnem habe ad-

πος, καὶ πᾶς κουράτωρ, ἀσφάλειαν [a] ὀφείλει ποιεῖσθαι μετὰ δόσεως ἐγγυητῶν, ἐν ᾗ συνομολογεῖ, [b] σῶα καὶ ἀκέραια φυλαχθήσεσθαι τὰ τῶν κηδεμονευομένων πράγματα· αὕτη γὰρ μεγίστη τῶν πραιτώρων φροντίς· ὑπέξεισι δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιτρόπων τὸ τεσταμενταρίων εἶδος· [c] γὰρ ἐγγύαις οὐ βαρύνεται· πιστὸν γὰρ αὐτὸν καὶ ἐπιμελέστατον ἐπὶ τὴν περὶ τὴν διοίκησιν, ἡ τοῦ τεστάτορος ἤδη παραδέδωκε μαρτυρία. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ex inquisitione, ἤτοι ἐκ ζητήσεως, ἐπίτροποι, ἢ κουράτωρες, ἐγγύας οὐκ ἀπαιτοῦνται· ἀξιοπίστους γὰρ αὐτοὺς εἶναι, ἡ τῶν ἀρχόντων παρίστησιν ἐξέτασις· εἴωθε γὰρ ταῦτα ἐπιζητεῖν· εἰ [d] σώφρων [e] τὸν βίον, εἰ εὔπορος [f] ἐστιν, ἢ ἔχει ἐνέχυρα [g] βίου, τουτέστι παῖδας (ὁ [h] γὰρ παῖδας ἔχων, οἶδεν ὅπως δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς ὀρφανοῖς, [i] οἷς [k] ἐν τάξει δίδοται πατέρες.) καὶ εἰ στοργὴν [l] ἔχει περὶ τὴν ἐνεγκαμένην, ἤγουν περὶ τὴν πατρίδα.

1 ¶ Ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοὶ παρέχουσιν ἐγγύας· εἰ [m] γὰρ συμβῇ δύο, εἰ καὶ πλείονας δοθῆναι τεσταμενταρίους, ἢ ex inquisitione ἐπιτρόπους, ἢ κουράτωρας, εἷς δὲ τούτων βουλόμενος τὸ ἀζήμιον φυλαχθῆναι τῷ νέῳ δίδωσιν ἐγγύας, προτιμᾶται τοῦ συνεπιτρόπου, [n] ἢ συγκουράτωρος, καὶ μόνος καταπιστεύεται· ἀσφάλεια [o] γὰρ τῷ νέῳ τῶν ἐγγυῶν ἡ δόσις ἢ τοῦ τελευτήσαντος μαρτυρίας, ὃν εἰκὸς ἦν πλανηθῆναι, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐν τῇ ζητήσει· διὸ, μόνῳ αὐτῷ καταπιστεύεται ἡ διοίκησις· δύναται δὲ τούτου γινομένου ὁ ἕτερος αὐθίσασθαι καὶ παρέχειν ἐγγύας καὶ εἰς ἑαυτὸν μεταθέσθαι τὸν ἐγχειρισμόν· ὥστε ἐν πολλῶν ὄντων τεσταμενταρίων, οὐ δύναταί τις αὐτὸς ἀρχόμενος λέγειν τῷ συνεπιτρόπῳ, ἢ συγκουράτωρι, δὸς ἐγγύας, καὶ ἔχε τὴν

tor omnisq; curator, cautionē præstare datis fideiussoribus debet, per quā repromittat, saluas & integras res eorū, qui in tutela ipsius vel curatione sunt, fore. Hæc enim maxima Prętoris cura est. Ex tutoribus tamen excipe testamētarium: quoniam hic onere satisdandi non grauatur. Fidum.n. ac diligentem eum futurum in administrando, ipso testatoris testimonio satis probatū est. Non dissimiliter, & tutores curatoresq; ex inquisitione dati, satisdare non coguntur. Idoneos namque eos esse, vel ipsa magistratuum inquisitio argumento est. Quoniam hæc & talia inquiri solēt: an vir sit bonæ frugi, an locuples, an vitæ pignora habeat, i. liberos. (Nam qui liberos habet, nouit quemadmodum erga pupillos affectus esse debeat, quibus in locum patris datus est) denique an terram diligat, in qua natus est, hoc est patriam.

1 ¶ Interdum tamē & hi debent satisdare. Nam si duo vel plures testamento aut ex inquisitione dati fuerint tutores aut curatores: atque vnus eorum, quo magis pupillo vel adulto de indemnitate cautum sit, satisdationem offerat: is contutori vel cōcuratori præfertur, & solus administrabit, quoniā certior est adulescenti satisdatio, quam defuncti testimonium, qui falli sicut & magistratus in inquirēdo potuit. Quapropter ei soli credetur administratio. Potest tamen & alter hac in re contradicere, & satisdationem offerendo, administrationem in se transferre. Itaque si multi sint tutores testamentarij vel curatores, non potest vnus

a ἀσφάλεια cautio.
b Cautionis seu stipulationis rem pupilli saluam fore. formula.
c Testamentarij igitur & dativi tutores satisdare non coguntur. l. 17. ff. de testam. tutela. l. 7. ff. rem pupilli.
d In tutore dādo qua prætor inquirere debeat. idem omnino extat apud Harmenopulum lib. 3. titul. 11 §. 2.
e Moresig tur benigni in tutore creando inuestigandi l. scire 21 §. 5. ff. de tutorib.
f Facultatum post mores in inquisitione habetur ratio. cur autem id. v. d. §. 5.
g ἐνέχυρα βίου seu vita pignora hic vocat liberos, vt & Harmenop. d. §. 2. & Theophylact. in epistolis. hanc pignus naturale in l. 4. Co. de decurionibus pro filio sic pignora pacis.
h Qui liberos habent magis afficiuntur orphanorum miseria, quā qui non habent.
i ὀρφανὸς patre destitutus vt in l. 6. §. 17 §. 18. ff. de excusat. Glossis ὀρφανὸς orbus pupillus, vnde ὀρφανία orbitas. & ὀρφανεία seu ὀρφανοτροφεῖα, ὀρφανικὰ πράγματα 3 Harmenop. 11. 30 Alio esse orbus Vlpia o titu. 13. pro eo vel omnino nulli vnquam liberi aut qui liberos amisit cui ibidem pater solitarius adiungitur quasi medius inter orbum & proletarium. k Tutores ὡς τάξει πατέρες ὀρφανῶν quasi patres pupillis seu orphanis. fi. et l. orphanotrophos 32. in f Co. de Episcop. l στοργὴ περὶ τὴν πατρίδα in patriam pietas facit l. 2. ff. de Iustitia. Cicero in somnio. m l. 17. ff. de test. tutela. n συνεπίτροπος & συγκουράτωρ: contutor, concurator, sit & mētio συγκηδεμόνων l. 10. §. 6. ff. de excusat. o Satisdationis tutorum maior habetur apud iudices ratio, quam testimonij paterni pupillorum pro iisdem.

Prætor, decernere tutores possit.) in prouinciis verò Præsides Prouinciarū, aut magistratus iussu Præsidum, summodo non amplæ ac magnæ sint impuberum facultates, tutores creent.

5 ¶ Verùm Imperator noster per constitutionem suam, huiuscemodi difficultates hominum resecans, dispesuit: vt non expectato Præsidum iussu, si facultates pupilli vel adulti vsque ad quingentos aureos valeant: defensores ciuitatum vnà cum eiusdem ciuitatis religiosissimo Episcopo, vocatis & aliis publicis personis, id est, magistratibus, vel Alexandriæ Iuridico: tutores aut curatores creent: legitima cautione secundùm ea, quæ eadem constitutione expressa sunt, præstanda: idque eorum periculo, qui illam accipiunt, si contingat, vt hi qui eam cautionem præstiterunt, locupletes non sint.

6 ¶ Porrò, vt in tutela sint impuberes, naturali iuri congruit, quoniam iustum est, vt is qui perfectæ ætatis non est, alterius cura regatur.

7 ¶ Quum verò puberes facti fuerint pupilli, tutelæ iudicio cum tutoribus ad reddendam rationem agent.

ὁ πραίτωρ δύναται χειροτονεῖν ἐπιτρόπους· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις, οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, ἢ οἱ στρατηγοὶ [a] κελεύσει τῶν ἀρχόντων, ἐν ᾧ τῶν ἀνήβων εἰσὶν εὐτελεῖς αἱ περιουσίαι, τοὺς ἐπιτρόπους προβάλλονται.

5 ¶ Ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς οἰκείᾳ διατάξει [b] τὰς τοιουτοτρόπους τῶν ἀνθρώπων δυσκολίας ἐκτέμνων, προσέταξε τοὺς ἐκδίκους [c] τῶν πόλεων, τὴν τῶν ἀρχόντων οὐκ ἀναμένοντας κέλευσιν, ἐν ᾧ ἡ τοῦ ἀνήβου, ἤγουν τοῦ ἀφήλικος ὑπόστασις, ἕως φ νομισμάτων ἐστὶν, ἅμα τῷ τῆς πόλεως εὐλαβεστάτῳ [d] ἐπισκόπῳ [e] συνιόντων καὶ ἑτέρων δημοσιευόντων [f] προσώπων, τουτέστι στρατηγῶν, ἢ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἰουρειδίκου, [g] ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας χειροτονεῖν, ἀσφαλείας ἐννόμου καθὰ τῇ αὐτῇ περιέχεται διατάξει παρεχομένης, κινδύνῳ τῶν ταύτην κομιζομένων εἰ συμβῇ τοὺς ταύτην τὴν ἀσφάλειαν δόντας ἀπορῆσαι.

6 ¶ Τὸ δὲ τοὺς ἀνήβους ἐπιτροπεύεσθαι, τῷ φυσικῷ συνᾴδει νομίμῳ· δίκαιον [h] γάρ ἐστι τοὺς ἀτελῆ [i] τὴν ἡλικίαν ἄγοντας, τῇ ἑτέρων ἰθύνεσθαι διοικήσει.

7 ¶ Ἐπειδὰν δὲ ἔφηβοι γένωνται οἱ ἄνηβοι, ἔξεστι κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τὴν τουτέλας προσαπαίτησιν. [k]

5 ¶ Nos autem per constitutionem nostram huiusmodi difficultates hominum resecātes, nec expectata iussione Præsidum, disposuimus, si facultates pupilli, vel adulti vsque ad quingentos solidos valeant, Defensores ciuitatum, vnà cùm eiusdem ciuitatis religiosissimo antistite vel alias publicas personas, id est, Magistratus vel Iuridicum Alexandrinæ ciuitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela secundum eiusdem constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

6 ¶ Impuberes autem in tutela esse, naturali iuri conueniens est: vt is, qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur.

7 ¶ Quum ergo pupillorum, pupillarumque tutores negotia gerant, post pubertatem tutelæ iudicio rationem reddēt.

a στρατηγοὶ hic & 5. Harmenopul. 11. § 19. magistratus, vt hic: magistratus municipales l. 3 ff. de tutoribus datis qui & Duumuiri. Idem quod de duumuiris seu magistratibus municipalib. constitutū in defensoribus plebis, qui ἔκδικοι. Nouel. 15.

b l. 30. Cod. de episc. audientia.

c adde Nouell. 15. περὶ τῶν ἐκδίκων.

d forte εὐλαβεστάτῳ.

e ἐπίσκοπον hic vocat, quem Iustinianus Antistitem dixit.

f δημοσιεύοντα πρόσωπα publicas personas vocat hic στρατηγοὺς, magistratus municipales.

g ἰουρίδικος alias, Iuridicus.

h l. 1. ff. de minorib.

i Sic supra de tutelis & 5. 5. Harmenop. 11. § 1.

k l. 1. § 1. ff. de tut. & ratio. distrahendis.

DE



DE AVTHORITATE TVTORUM. TIT. XXI.

ΠΕΡΙ ΑΥΘΕΝΤΙΑΣ[a] ἐπιτρόπων. ΤίτλΘ κα.

DE AVTHORITATE TVTORVM. TIT. XXI.

a 27. Eclo. 8. περὶ αὐθεντίας ἢ συναινέσεως ἐπιτρόπων. Vl. 11 §. 25. 26. 27.

¶ *Authoritatem seu consensum tutorum non requiri in iis caussis in quibus pupilli ipsi sibi alios obligant: requiri, in contractibus ex quibus mutuæ obligationes nascuntur & qui illi in quasi contractibus puta hereditate, bonorum possessione, fideicommisso adeundis: petendis, suscipiendis. 2. Authoritatem à præsente tutore statim non post tempus, non ab absente, non per alium interponi. 3. Quis author pupillo esse debeat pupillo aduersus tutorem litiganti.*

Authoritas autē tutoris in quibusdā caussis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria: vt ecce, si quid dari sibi stipulētur, non est necessaria tutoris authoritas. quòd si aliis promittant pupilli, necessaria est tutoris authoritas. Námq; placuit, meliorē quidē conditionē licere eis facere etiam sine tutoris authoritate: deteriorem verò non aliter quā cū tutoris authoritate. Vnde in his caussis, ex quibus obligationes mutuę nascuntur, vt in emptionibus, vēditionibus, locationibus, cōductionibus, mandatis, depositis, si tutoris authoritas non interueniat, ipsi quidem, qui cū his contrahunt, obligantur, at inuicem pupilli nō obligantur.

Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν τὸν ἐπίτροπον ἐπὶ διοικήσει τῶν τοῦ πουπίλλου δίδοσθαι πραγμάτων· ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι δεῖ τοῦτον αὐθεντεῖν [b], ἐν πᾶσι γινομένοις ὑπὸ τοῦ πουπίλλου, καὶ τὸ μὴ κατ᾽ αὐθεντίαν τούτου πραχθὲν, οὐδὲ γεγονέναι δοκεῖ. ἔστι δέ τινα ἐφ᾽ οἷς οὐκ ἀναγκαία ἡ τοῦ κηδεμόνος αὐθεντία. οἷον ὁ πούπιλλος ἐπηρώτησέ με, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι δέκα νομίσματα; πρὸς τὸ ἰσχῦσαι τὴν ἐπερώτησιν, ἡ τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντία περιττή· εἰ δὲ αὐτὸς ὁ πούπιλλος ἐπερωτηθεὶς ὡμολόγησε, συνίστησι τὴν ἐπερώτησιν, [c] ἡ τοῦ ἐπιτρόπου συναίνεσις· ἤρεσε γὰρ τὸ ἀνήβον καλλίονα μὲν τὴν οἰκείαν αἵρεσιν ἐξεῖναι αὐτῷ ποιεῖν, καὶ αὔξειν τὴν αὐτοῦ περιουσίαν sine tutoris auctoritate, ἤγουν ἄνευ τῆς τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντίας, ἐλαττοῦν δὲ [d] οὐχ ἑτέρως, εἰ μὴ προσῇ τῷ γινομένῳ ἡ τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντία. ὅθεν ἐπὶ τούτων τῶν θεμάτων, ἐφ᾽ ὧν ἐξ ἑκατέρου πλευροῦ τίκτονται ἀγωγαὶ τοῖς συναλλάττουσιν οἷον ἐπὶ μισθώσεως, μανδάτα, δεπόσιτα· ὁ μὲν γὰρ παραθέμενος, ἔχει διρέκταν δεπόσιτα, ὁ δὲ δεπαράκτησας. περὶ τὸ

b *Extensio iuris in fœminis constituti ad masculos.*

c ἐφήβους *vocat quas Iustinianus appellat viripotentes.*

d περιωρισμένους *vocat, quos sup. §. 2. quibus modis ius patriæ potestatis* περιωρισμένους *Latine dici notauimus.*

e ἀχαριστίας *igitur pœna quadam legibus constituta. adde §. 1. l. de cap. diminu.*

f *adde* l. 8. §. 2 l. 11. ff. de testam. tut. l. 6. § 1 l. 14. in f. ff. de tutelis.

4 ¶ Sed & capitis diminutione tutoris, per quam libertas, vel ciuitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantùm tutela perit: cæteræ non pereũt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit.

5 ¶ Præterea qui ad certum tempus testamento dantur tutores, eo finito deponunt tutelam.

6 ¶ Desinunt etiam tutores esse, qui vel remouentur à tutela ob id, quòd suspecti visi sunt: vel qui ex iusta caussa se excusant, & onus administrãdæ tutelæ deponunt, secundum ea, quæ inferius proponemus.

4 ¶ Εἰ δὲ καὶ ὑπόσχῃ ὁ ἐπίτροπος μεγάλην κάπιτις δεμινουτζίονα, δι' ἧς ἀποβάλλει τὴν ἐλευθερίαν, ἢ τὴν μέσην δι' ἧς ἀποτίθεται τὴν πολιτείαν, πᾶσα διαλύεται ἡ ἐπιτροπή. τῇ δὲ ἐλαχίστῃ[a] κάπιτις δεμινουτζίονι τοῦ ἐπιτρόπου, οἷον ἐὰν ἑαυτὸν εἰς ἀδρογατιόνα παράσχῃ, ἡ λεγίτιμα μόνη φθείρεται ἐπιτροπή. αἱ δὲ λοιπαί, οἷον τεσταμενταρίαι, καὶ αἱ ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος δεδομέναι, μένουσιν ἐπὶ σχήματος[b]. ἡ γὰρ τοῦ πουπίλλου κάπιτις δεμινουτζίων, εἰ[c] καὶ ἐλαχίστη ὑπάρχει, πάσας ἀναιρεῖ τὰς ἐπιτροπάς· γίνεται γὰρ ὑπεξούσιος ὁ αὐτός· ὑπεξουσίων[d] δὲ ἀλλότριον ἐπιτροπεύεσθαι.

5 ¶ Ἐδόθη τις ἐπίτροπος ἐν διαθήκῃ, μέχρι β ἐνιαυτῶν[e]. τῆς διετίας παραδραμούσης, παύεται τοῦ εἶναι ἐπίτροπος.

6 ¶ Παύει τὸν ἐπίτροπον, καὶ τὸ ὡς[f] σούσπεκτον αὐτὸν ἐκβληθῆναι τῆς ἐπιτροπῆς, τυχὸν γὰρ κακῶς διῴκει τὰ τοῦ ὀρφανοῦ πράγματα· εἰ δὲ καὶ χρήσεται ἐξκουσατίονι[g], τουτέστι παραιτήσεται ἐξ εὐλόγου αἰτίας, μαθησόμεθα δὲ καὶ τὰς εὐλόγους αἰτίας προϊόντες, καὶ οὕτως παυθήσεται τοῦ εἶναι ἐπίτροπος.

4 ¶ Sed & si maximam capitis deminutionem tutor passus fuerit, per quã libertatem amisit: aut mediam, per quam ciuitatẽ exuit, omnis finitur tutela. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si seipsum in adrogationem dederit, sola legitima tutela perit. Cæteræ verò, hoc est testamentariæ, & quæ à magistratibus dantur, in statu suo permanent. Nam capitis deminutio pupilli, etiam si sit minima, omnes tutelas tollit: quoniam alieno iuri subiicitur pupillus. Porrò tutorem habere, aliena res est ab his, qui aliena in potestate sunt.

5 ¶ Datus est aliquis testamento tutor vsque ad duos annos. Biennio finito, tutelam deponit.

6 ¶ Desinit autem & tutor esse is, qui vt suspectus à tutela remouetur, quoniam fortè malè administrabat res pupilli. Sed & is qui iusta ex causa se excusat, (quænam verò sint iustæ causæ infrà discemus) tutor haud dubiè esse desinit.

a *Minima capitis deminutione sola legitima tutela perit.*

b *σχῆμα hic pro statu habitu.*

c *Capitis diminutio etiamsi sit minima omnes tutelas tollit.*

d *Idem* sup. in pr. de tutelis.

e l. 14 §. 3. ff. de tutelis.

f d. l. 14. §. 4. *Vlp.* 11. §. 23. l. 11. §. 1. ff. de legit. tutorib.

g l. 11. §. 1. ff. de legit. tutorib. l. 2. Cod. in quibus causis tutor. habent.

a addé Vl. 11.

DE CVRATORIBVS. | ΠΕΡΙ ΚΟΥΡΑΤΩΡΩΝ.[a] | DE CVRATORIBVS.

Tit. XXIII. | Τίτλος κγ. | Tit. XXIII.

¶ *Ad quod vsque tempus curatore quis regatur.* 1. *Curatores à quibus & an testamento.* 2. *quibus & an inuitis & quomodo.* 3. *furiosis, & quomodo, prodigis (licet sint maiores viginti annis.* 4. *mente captis, surdis, mutis, perpetuo morbo laborantibus dentur.* 5. *vt & in locum legitimi, testamentarij, ad tempus dati aduersa valetudine vel alia necessitate impediti.*

DIximus eorum, qui sui iuris essent, alios in tutela esse, alios in curatione, plerosque neutro iure teneri. Quum igitur de tutorib. dictum sit, & quot sint tutelæ. (Sunt autem hæ, Testamentaria, Agnatorum siue legitima, Patronorum sub qua continetur & tutela parentum manumittentiũ, Fiduciaria, & Attiliana, siue Iulia Titiana, in cuius locum aliam Imperator noster sanctissimus adinuenit:) cúmque etiam dictum sit, quot modis ea finiatur: nunc dicamus & de curatione. Masculi igitur, ad hæc & feminæ, cùm puberes facti sunt curatores accipiunt, donec vicesimum quintum annum egressi fuerint. Quamuis enim puberes sint, adhuc tamen eius ætatis sunt, vt suas facultates tueri non possint.

1 ¶ Dantur autem curatores ab iisdem magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator testamento vtiliter non datur, verùm datus decreto Prætoris vel Præsidis confirmatur.

2 ¶ Item adulescẽs inuitus curatorem non accipit, nisi forte in certam litem. Nam curator & ad certã causam dari potest, vt suprà diximus. Multæ itaq; sunt inter tutores & curatores differentiæ. Nã tutor

Εἰρήκαμεν ὅτι τῶν αὐτεξουσίων, οἱ μὲν ἐπιτροπεύονται, οἱ δὲ κουρατορεύονται, οἱ δὲ οὐδετέρῳ τούτων ὑπόκεινται, εἰπόντες περὶ τῶν ἐπιτρόπων, καὶ πόσαι εἰσὶν ἐπιτροπαί· εἰσὶ δὲ αὗται, τεσταμενταρία[b] ἀδιατακτή, ἤτοι λεγίτιμα, πατρωνική. ταύτῃ δὲ περιέχεται καὶ ἡ τῶν ἐλευθερωσάντων πατέρων ἐπιτροπή, φιδουκιαρία, καὶ[c] ἡ Ἀτιλιανὴ ἤτοι Ἰουλιοτιτιανὴ ἧς ἐν τάξει ἑτέραν νῦν ἐπενόησεν ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεύς. εἰπόντες δὲ καὶ πόσοις διαλύεται τρόποις, νῦν εἴπωμεν καὶ περὶ τοῦ κουρατωρίου. οἱ ἄρρενες, ἔτι δὲ καὶ αἱ θήλειαι ἔφηβοι[d] γεγονότες, κουρατορεύονται μέχρις οὗ τὸν κε΄ ἐνιαυτὸν ὑπερβῶσιν· εἰ καὶ μάλιστα εἰσὶν ἔφηβοι, ἀλλ' οὖν ἔτι τοιαύτην ἄγουσιν ἡλικίαν, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν[e] οἰκείαν διαφυλάττειν περιουσίαν.

1 ¶ Δίδονται δὲ κουράτορες ὑπὸ[f] τῶν αὐτῶν ἀρχόντων, ἀφ' ὧν καὶ ἐπίτροποι. κουράτωρ οὐ δίδοται μὲν ἰσχυρῶς ἐν διαθήκῃ[g], δοθεὶς δὲ ψήφῳ τοῦ πραίτωρος ἢ τοῦ ἄρχοντος κομφιρματεύεται.

2 ¶ Ὁ νέος ἄκων,[h] οὐ λαμβάνει κουράτορα εἰ μὴ ἄρα ἐπὶ αἰτίᾳ ῥητῇ[i]. ἐπεὶ δὲ κουράτωρ καὶ ἐπὶ φανερᾷ δίκῃ δίδοσθαι δύναται, ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν. ὥστε οὖν πολλαί εἰσι διαφοραὶ[k] τῶν ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων. ὁ μὲν

MAsculi qui dem puberes, & fœminæ viri potentes, vsque ad vicesimumquintum annum complectum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen eius ætatis sunt, vt sua negotia tueri non possint.

1 ¶ Dantur autem curatores ab eisdem magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur: datus tamen confirmatur decreto Prætoris vel Præsidis.

2 ¶ Item inuiti adolescentes curatores non accipiunt præterquam in litem. curator enim & ad certam caussam dari potest.

b *Tutela hæ enumerantur à Iustiniano* τεσταμενταρία, ἀδιατακτή, λεγίτιμα *(sub qua patronorum parentum. & fiduciaria continentur)* Ἀτιλιανὴ ἢ Ἰουλιοτιτιανή *Iustinianea vt hic. Erat & tutor Prætorius de quo §. vlt. sup de auth. tut. Erat & Cessitia (vnde Cessicius tut. r) Vl.* 11. §. 7. 8.

c *Iungenda est hæc species tutela post legitimam, ne alioqui datiuam hanc tutelam putes sub legitima comprehendi quod tamen Harmenopul.* 5. tit. 11. §. 3. *fa*ctus.

d l. 3. §. Minorem. ff. de minoribus.

e *οἰκείαν διαφυλάττειν nihil aliud quàm rebus suis superesse* l. 2. ff. eod *aut idoneè sua negotia tueri posse. Vl.* 12. §. vlt. *idque* §. Harmenop. 12 §. 1. *dicitur* τὰ ἑαυτοῦ *sumpsi*... *vt alio loco emendaui.*

f v. l. 3. ff. de tut. & curat. datis.

g l. 1. in f. ff. de confir. tut. l. 6. Cod. de negotiis l. 7. C. de testament. tutela.

h *adde* §. inf. eod. l. 2. §. 4. 5. ff. qui pet. tutor l. 3. §. 2. Inf. ff. de tutelis *adde* l. 7. §. 2. ff. de minorib. i ῥητῇ αἰτίᾳ *vocat certam ac definitam litem. adde* 5. Harmenopul. 11. §. 17. k *Differentia tutorum & curatorum.*

3. ¶ Furiosi quoque & prodigi, licèt maiores vigintiquinque annis sint, tamē in curatione sunt adgnatorū ex lege duodecim tabularum. Sed solent Romæ præfectus Vrbi, vel Prætores, & in prouinciis Præsides ex inquisitione eis curatores dare.

4. ¶ Sed & mēte captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborāt, (quia rebus suis superesse non possunt) curatores dandi sunt.

5. ¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, vt puta si legitimus tutor non sit idoneus: quoniam habenti tutorē tutor dari non potest. ¶ Item si testamento datus tutor, vel a Prætore, aut Pręside, idoneus nō sit ad administrationem, nec tamē fraudulenter negotia administret, solet ei curator adiungi.

¶ Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, solent tutores dari.

γὰρ ἐπίτροπος, ἀνήβων[a] μόνον ἐστὶν ἐπίτροπος· ὁ δὲ κουράτωρ, ἐφήβων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀνήβων· ὁ ἐπίτροπος ἐν διαθήκῃ καλῶς δίδοται· ἀνίσχυρος δὲ ὁ κουράτωρ· ἄκων οὐδεὶς κουρατωρεύεται, ἐπιτροπεύεται δέ τις καὶ μὴ[b] βουλόμενος· ἐπίτροπος ἐπὶ φανερᾷ δίκῃ δοθῆναι οὐ δύναται, κουράτωρ δὲ καὶ πάνυ.

3 ¶ Κουρατωρεύονται πρὸς τοῖς ἀφήλιξι, μαινόμενοι[c]. ἔτι δὲ καὶ ἄσωτοι[d], εἰ καὶ μείζονες εἶεν τῶν κε ἐνιαυτῶν. κουρατωρεύονται δὲ ὑπὸ τῶν ἀγνάτων, τοῦ δωδεκαδέλτου[e] νόμου τοῦτο κελεύσαντος· ἀλλ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, ἢ ὁ πραίτωρ, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἱ ἄρχοντες διδόασι τοῖς μαινομένοις καὶ ἀσώτοις, ex inquisitione, ἤτοι ἐξ συζητήσεως, κουράτωρας. ἵνα μὴ ὑπέστι ἀγνάτος, ἢ ὑπὼν, ἀνεπιτήδειός ἐστι πρὸς διοίκησιν.

4 ¶ Κουρατωρεύονται καὶ ἀνόητοι[f], καὶ κωφοί, καὶ ἄλαλοι[g], καὶ νόσῳ κατεχόμενοι διηνεκεῖ[h] διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τῶν οἰκείων φροντίζειν πραγμάτων.

5 ¶ Ἔσθ' ὅτε καὶ πουπίλλοι κουρατωρεύονται. οἷον ἐὰν ὁ λεγίτιμος ἐπίτροπος οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος[i]. διὰ τοῦτο γὰρ ἕτερος ἐπίτροπος οὐ δίδοται, ἀλλὰ κουράτωρ[k], ἐπειδὴ κανών ἐστιν ὁ λέγων, tutorem [l] habenti tutor dari non potest, ἤτοι τῷ ἐπίτροπον ἔχοντι, ἐπίτροπος δοθῆναι οὐ δύναται.

¶ Εἰ δὲ ὁ τεσταμενετάριος ἐπίτροπος, ἢ ὁ ὑπὸ ἀρχόντων δοθεὶς, ἀναρμόδιός[m] ἐστι πρὸς διοίκησιν, οὐ μήν τοι κακούργως[n] διαγίνεται περὶ τὰ τοῦ ὀρφανοῦ πράγματα, εἴωθε κουράτωρ αὐτῷ συζεύγνυσθαι.

¶ Εἰς τόπον τῶν πρὸς καιρὸν ἐξκουσα-

tutor solis impuberibus datur: curator sæpe puberibus, interdum verò & impuberibus. Tutor rectè datur testamento, sed curator inutiliter. Inuitus nemo curatorem accipit, in tutela sunt & nolentes. Tutor ad certam causam dari non potest, curator autem maximè potest.

3 ¶ Præter adultos, & furiosi in curatione sunt necnon & prodigi, etiam si maiores sint viginti-quinque annis. Sunt autē in agnatorum curatione, quemadmodū lege duodecim Tabularū cautum est. Ac Romæ quidē Præfectus vrbis aut Prętor, in prouinciis verò Præsides furiosis & prodigis ex inquisitione dāt curatores, cùm aut nullus extat agnatus, aut is, qui extat, inutilis est administrationi.

4 ¶ Porrò in curatione sunt & mente capti, & surdi ac muti, & qui perpetuo morbo laborāt, propterea quòd ipsi rerū suarum curam gerere non possint.

5 ¶ Interdum autē & pupilli curatores accipiunt, veluti si legitimus tutor non sit idoneus. Nā ideo ei non alius tutor, sed curator datur, quia regula est, qua dicimus: Tutorē habenti, tutorem dari nō posse.

¶ Sed & si tutor testamētarius, vel quem Prætor aut Præses dederit, inidoneus est ad administrationem, dum tamē malignè aut fraudulenter in rebus pupilli non versetur, curator ei adiungi solet.

In locū quoque eorum, qui se ad tempus à tutela

a 5. Harmenopul. 11. § 16.
b adde inf. eod.
c *μαινόμενοι furiosi.*
d *v.* l. 1. ff. & Co. de curatoribus. Vlp. 12 §. 2 insani. 1. Gaius 8 de mente captis. *adde* §. prox eod.
d *ἄσωτοι prodigi qui neque finē neque modum expensarum habent. qui bona sua dilacerādo & dissipando profundunt.* l. 1. ff de curat. furios. *Vlp.* 12. §. 2 *euersores dicuntur* l. Gaius 8 *luxuriosē viuētes* l. 15 Co. de cura furiosi.
e d. l. 1. d. §. 1. *v. quæ scripsi ad leges* 12. *tabularum* Tit. de tutelis. *vbi de curatorib. agitur.*
f *ἀνόητοι id est mente capti hic separantur à furiosis quos μαινομένους dixit* §. prox. sup. eod.
g 5. Harmenop. 11. §. 13.
h *νόσῳ διηνεκεῖ perpetuus morbus qui & sonticus, de quo dixi ad* l. 4 §. 5. ff. de ædilicio, *& ad leges xij. tabularum* tit. de iudiciis. *vbi de dilationib. & ad Festum* in sonticum morbum.
i *μὴ ἀξιόπιστος hic pro non idoneo. non fide digno.*

k *& hic quidem magis διοικητὴς ἢ βοηθὸς administrator & adiunctor quàm curator dicitur* l. 13 ff. de tutelis. 5. Harmen. 11. § 15. *adde* l. 11. §. 4. & seq. ff. de excusationib. tut. §. 28. ff. de test. tutela. m *ἀναρμόδιος ἐστι πρὸς διοίκησιν non idoneus ad administrationē vt hic: vel qui nō potest sufferre administrationi tutelæ* l. 13. in f. ff. de tut. n *κακούργως hic nihil aliud quā fraudulēter, dolo mal*

excusant, curatores dari consueuerunt: de quo & infrà latius.

τελούντων ἑαυτοὺς τῆς ἐπιτροπῆς, κουράτορες εἰώθασι δίδοσθαι, ὅπερ μαθησόμεθα προϊόντες.

6 ¶ Si Tutor aduersa valetudine laboret, aut alia qua necessitate impediatur, quo minus pupilli negotia gerat: veluti si suis litibus distentus sit, & pupillus aut absit, aut infans sit, potest tutor suo periculo actorem constituere apud Prætorem aut Præsidē Prouinciæ. Qui ideo actor vocatur, quia per acta constituitur. Quòd si pupillus adsit, & loqui possit, is ab eo cum tutoris auctoritate constitui potest.

a §. Harmen. 11. §. 13.

b *Actor loco curatoris constitutus cur dicatur.* l. 11 ff. de tutelis. l. 10. §. 7. ff. de accus. tut. ff. de administ. tut.

6 ¶ Ἐὰν [a] ὁ ἐπίτροπος νοσῇ, ἢ ὑπὸ ἑτέρας ἀνάγκης ἐμποδίζηται τὰ τοῦ πουπίλλου διοικεῖν πράγματα, οἷον οἰκείαις συνεχόμενος δίκαις, καὶ ὁ πούπιλλος, ἢ ἄπεστιν, ἢ παιδίον ὑπάρχει ἐστὶν, ἤτοι νήπιος, δύναται ὁ ἐπίτροπος, οἰκείῳ κινδύνῳ ἄκτορα προβάλλεσθαι παρὰ τῷ πραίτωρι, ἢ παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι· ὃς ἄκτωρ [b] διὰ τοῦτο προσαγορεύεται, quia per acta constituitur, ἐπειδὴ διὰ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων χειροτονεῖται· εἰ δὲ παρείη ὁ πούπιλλος καὶ δύναται φθέγγεσθαι, cum tutoris auctoritate ἐχειροτονεῖτο.

6. ¶ Quòd si tutor vel aduersa valetudine, vel alia necessitate impediatur, quò minus negotia pupilli administrare possit, & pupillus vel absit, vel infans sit, quem velit actorem periculo ipsius tutoris, Prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto constituet.



DE SATISDATIONE TVTORVM, VEL CVRATORUM. TIT. XXIV.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΓΓΥΗΣ τῶν ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων. Τίτλος κδ.

DE SATISDATIONE TVTORUM vel curatorum. TIT. XXIV.

¶ Satisdare rem pupilli saluam fore tutores (exceptis testamentariis) à prætore cogi: & quæ in dando tutore vel curatore iudex inquirere debeat. 1. Pluribus tutoribus datis qui & quemadmodum satisdare debeant. 2. si iudex satisdationem à tutore non exegerit quæ actio in eum pupillis competat. 3. & si tutores non satisdent qua pœna teneantur. 4. Qui satisdationem exigere non cogantur.

QVandoquidē de curatoribus diximus, quo modo aut cōstituantur, aut esse desinant: & quòd alii vsque ad vicesimumquintum annū in curatione sint: alii verò qui certo morbi ac vitii genere tenentur, donec eius mali liberationem consecuti fuerint: nunc generalem aliquem sermonem instituamus, qui ad omnes quicūq. res aliorum administrāt, sese extendat. Omnis igitur tutor

Εἰπόντες τῶν κουρατώρων τὴν σύστασιν καὶ τὴν διάλυσιν, καὶ ὅτι οἱ μὲν μέχρι τοῦ κε ἐνιαυτοῦ κουρατωρεύονται· οἱ δὲ διὰ πάθος, μέχρι τῆς τοῦ πάθους ἀπαλλαγῆς· νῦν εἴπωμεν γενικόν τινα λόγον ἐπὶ πάντων τῶν κηδεμόνων ἐπεκτεινόμενον· πᾶς ἐπιτρ-

NE tamen pupillorum pupillarúmve, & eorum, qui quæve in curatione sunt, negotia à curatoribus, tutoribúsve consumantur, vel

diminuãtur: curet Prætor, vt & tutores & curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum. nam tutores testamẽto dati satisdare non coguntur: quia fides eorũ & diligentia ab ipso testatore adprobata est. Item ex inquisitione tutores, vel curatores dati satisdatione non onerantur: quia idonei electi sunt.

προς, καὶ πᾶς κουράτωρ, ἀσφάλειαν [a] ὀφείλει ποιεῖσθαι μετὰ δόσεως ἐγγυητῶν, ἐν ᾗ συνομολογεῖ, [b] σῶα καὶ ἀκέραια φυλαχθήσεσθαι τὰ τῶν κηδεμονευομένων πράγματα· αὕτη γὰρ μεγίστη τοῦ πραίτωρος φροντίς. ὑπεξῄρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιτρόπων ὁ τεσταμενταρίων ὅς [c] γὰρ ἐγγύαις οὐ βαρύνεται· πιστὸν γὰρ αὐτὸν καὶ ἐπιμελέστατον ἔσεσθαι περὶ τὴν διοίκησιν, ἡ τοῦ τεστάτωρος ἡμῖν παραδέδωκε μαρτυρία. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ex inquisitione, ἤτοι ἐκ ζητήσεως, ἐπίτροποι, ἢ κουράτορες, ἐγγύας οὐκ ἀπαιτοῦνται· ἀξιοπίστους γὰρ αὐτοὺς εἶναι, ἡ τῶν ἀρχόντων παρέστησεν ἐξέτασις· εἰώθασι γὰρ ταῦτα ἐπιζητεῖν· εἰ [d] σώφρων [e] τὸν βίον, εἰ εὔπορός [f] ἐστιν, εἰ ἔχει ἐνέχυρα [g] βίου, τουτέστι παῖδας (ὁ [h] γὰρ παῖδας ἔχων, οἶδεν ὅπως δεῖ περιστρέφεσθαι τοῖς ὀρφανοῖς, [i] οἷς [k] ἐν τάξει πατέρων ἐδόθη) καὶ εἰ στοργὴν [l] ἔχει περὶ τὴν ἐνεγκαμένην, ἤγουν περὶ τὴν πατρίδα.

tor omnisq; curator, cautionẽ præstare datis fideiussoribus debet, per quã repromittat, saluas & integras res eorũ, qui in tutela ipsius vel curatione sunt, fore. Hæc enim maxima Prętoris cura est. Ex tutoribus tamen excipe testamẽtarium: quoniam hic onere satisdandi non grauatur. Fidum.n. ac diligentem eum futurum in administrando, ipso testatoris testimonio satis probatũ est. Non dissimiliter, & tutores curatoresq; ex inquisitione dati, satisdare non coguntur. Idoneos namque eos esse, vel ipsa magistratuum inquisitio argumento est. Quoniam hæc & talia inquiri solẽt: an vir sit bonæ frugi, an locuples, an vitæ pignora habeat, i. liberos. (Nam qui liberos habet, nouit quemadmodum erga pupillos affectus esse debeat, quibus in locum patris datus est) denique an terram diligat, in qua natus est, hoc est patriam.

1 ¶ Sed si ex testamento, vel inquisitione duo, pluresve dati fuerint, potest vnus offerre, satisdationẽ de indemnitate pupilli, vel adolescentis: & contutori suo, vel cõcuratori præferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut concurator satis offerens præponatur ei, vt & ipse solus administret. Itaque per se non potest petere satisdationem à contutore suo, vel concuratore: sed offerre debet, vt electionem det cõcuratori, vel

1 ¶ Ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοὶ παρέχουσιν ἐγγύας. εἰ [m] γὰρ συμβῇ δύο, εἰ καὶ πλείονας δοθῆναι τεσταμενταρίους, ἢ ex inquisitione ἐπιτρόπους, ἢ κουράτορας· εἷς δὲ τούτων βουλόμενος τὸ ἀζήμιον φυλαχθῆναι τοῦ νέου δίδωσιν ἐγγύας, προτιμᾶται τοῦ συνεπιτρόπου, [n] ἢ συγκουράτορος, καὶ μόνος καθίσταται· ἀσφαλεστέρα [o] γὰρ τοῦ νέου ἡ τῶν ἐγγυῶν δόσις ἢ τοῦ τελευτήσαντος μαρτυρίας, ἣν εἰκὸς ἦν πλανηθῆναι, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐν τῇ ζητήσει· διὸ μόνῳ αὐτῷ καθίσταται ἡ διοίκησις· δύναται δὲ τούτου γινομένου ὁ ἕτερος ἀνθίστασθαι καὶ παρέχειν ἐγγύας καὶ εἰς ἑαυτὸν μετατιθέναι τὸν ἐγχειρισμόν· ὥστε ἐν πολλῶν ὄντων τεσταμενταρίων, οὐ δύναταί τις αὐτῶν ἀνιστάμενος λέγειν τῷ συνεπιτρόπῳ, ἢ συγκουράτορι, δὸς ἐγγύας, καὶ ἔχε τὴν

1 ¶ Interdum tamẽ & hi debent satisdare. Nam si duo vel plures testamento aut ex inquisitione dati fuerint tutores aut curatores: atque vnus eorum pro magis pupillo vel adulto de indemnitate cautum sit, satisdationem offerat: is contutori vel cõcuratori præfertur, & solus administrabit, quoniam certior est adulescenti satisdatio, quam defuncti testimonium, qui falli sicut & magistratus in inquirẽdo potuit. Quapropter ei soli credetur administratio. Potest tamen & alter hac in re contradicere, & satisdationem offerendo, administrationem in se transferre. Itaque si multi sint tutores testamentarij vel curatores, non potest vnus aliquis exurgere, ac dicere contutori, vel concuratori, Satisda, & tibi omnem habe ad-

a ἀσφάλεια cautio.
b Cautionis seu stipulationis rem pupilli saluam fore. formula.
c Testamentarij igitur & dati tutores satisdare non coguntur. l. 17. ff. de testam. tutela. l. 7. ff. rem pupilli.
d In tutore dãdo qua prætor inquirere debeat idem omneno extat apud Harmenopulum lib. 3. titul. 11 §. 2.
e Mores igitur benigni in tutore creando inuestigandi l. scire 11 §. 5. ff. de tutorib.
f Facultatum post mores in inquisitione habetur ratio. cur autem id. v. d. §. 5.
g ἐνέχυρα βίου seu vita pignora hic vocat liberos, vt & Harmenop. d. §. 2. & Theophylact. in epistolis. hanc pignus naturale in l. 4. Co. de decurionibus pro filio sic pignora pacis.
h Qui liberos habent magis afficiuntur orphanorum miseria, quã qui non habent.
i ὀρφανοί patre destituti vt in l. 6. §. 17 §. 18. ff. de excusat. Glossis ὀρφανός orbus pupillus. vnde ὀρφανία orbitas. & ὀρφανεία seu ὀρφανοτροφεῖα, ὀρφανεῖον πρᾶξιμα 3 Harmenop. tit. 30 Alioqui est orbus Vlpia o titu. 13. pro eo vel eius nulli vnquam liberi aut qui liberos amisit cui ibidẽm pater solitarius adiungitur quasi medius inter orbum & proletarium.
k Tutores enim tales καὶ τοὺς ὀρφανοὺς quasi patres pupillis seu orphanis. sicut l. orphanotrophos 32. in f. Co. de Episcop.
l στοργὴ περὶ τὴν πατρίδα in patriam pietas facit l. 2. ff. de Iustitia. Cicero in somnio.
m l. 17. ff. de test. tutela.
n συνεπιτρόπου ἢ συγκουράτορος: contutor, concurator sit & mẽtio συνεπιτρόπου ἐπιτρόπου l. 10. §. 6. ff. de excusat.
o Satisdationis tutorum maior habetur apud iudices ratio, quam testimonij paterni pupillorum pro iisdem.

ministrationem. Verùm, si quis id velit agere, vt contutor aut concurator suus satisdationē præstet: prior ipse satis offerat, vt deinde per æmulationem, atque ea re commotus alter, ad satisdādum veniat. Quoniam cùm satisdationem offero, electionē do contutori, satisne velit à me accipere, & administrationē mihi cedere, an potius ipse satisdare mihi, & administrationē sibi habere. Quòd si nemo eorum, qui testamento aut ex inquisitione dati sunt, satis offerat: tunc si quidē defunctus certæ alicui personæ administrationē commisit, is solus gerere [a] debet. Sin autem de nemine id testator expressit, is gerere debet, quem maior [b] pars contutorum elegerit. Nam id ita & edicto Prætoris cauetur. Quòd si tutores inter se de eligendo eo, qui gerere debet dissentiunt, & alii hunc, alii illum eligūt: (nam fieri potest, vt tam amplæ non sint pupilli facultates, quin vnus sufficiat administrationi:) tunc Prætor [c] eligat, quem velit, & ei administrationem committat. Idémque omnino dicimus, & in pluribus ex inquisitione datis, nam & in his, à maiore parte eligi debet qui rem pupilli gerere possit.

2 ¶ Porrò autē pupillus, cùm pubes factus fuerit, vel adultus, cùm ad perfectam & iustam ætatē venerit, [d] non solum tutores aut curatores ex rerū suarum administratione obligatos habebit, sed etiam eos, qui satisdationem ab [e] illis acceperint, habétque aduersus eos actionem, in factum, pro indemnitate sua: quæ dicitur subsidiaria, quod vltimū eis auxilium præbeat. Cùm enim neque

a l. 3. § 2. ff. de administrat. tutorum.

b l. 3. § 6. l. 19. ff. de testam. tutela.

c *diffusa negotia dixit Paulus* l. 24 ff. de administrat. tut. *magnitudinem patrimonii. Callistratus* l. 17. ff. de excusat. tut. *diffusam & negotiosam tutelam Paulus* l. 31. in f. ff. de excus.

d *i. adolescere, puberem fieri.*

e *προφάσει occasione ratione administrationis habere obligatum.*

διοίκησιν· ἀλλ' εἰ βούλεταί τις παρασκευάσαι τὸν σὺν αὐτῷ κηδεμονεύοντα παρασχεῖν ἐγγύας, αὐτὸς πρότερον ἐγγύας προτεινέτω, ἵνα ἐκ ζήλου καὶ παρακλήσεως ὁ ἕτερος παράσχῃ ἐγγύας· προσφέρων γὰρ ἐγὼ τὴν ἱκανοδοσίαν, ἐπιλογὴν δίδωμι τῷ συνεπιτρόπῳ, πότερον βούλεται λαβεῖν ἀσφάλειαν παρ' ἐμοῦ, καὶ παραχωρῆσαί μοι τῆς διοικήσεως, ἢ δοῦναι καὶ λαβεῖν τὴν διοίκησιν· εἰ δὲ μηδεὶς τῶν τεσταμενταρίων, ἢ τῶν ex inquisitione ἐγγύας προσφέρει, εἰ μὲν ὁ τελευτήσας ῥητῷ τινὶ προσώπῳ τὴν διοίκησιν ἐπέτρεψεν, ἐκεῖνος [a] διοικείτω μόνος· εἰ δὲ περὶ μηδενὸς τοῦτο ἐσαφήνισεν ὁ τεστάτωρ, ἐκεῖνος διοικείτω, ὃν τὸ μεῖζον [b] μέρος ἐπιλέξαιτο τῶν συνεπιτρόπων. τοῦτο γὰρ καὶ τῷ ἐδίκτῳ, ἤγουν νομοθετήματι περιέχεται τοῦ πραίτωρος. εἰ δὲ διχονοοῦσι μεταξὺ ἀλλήλων οἱ ἐπίτροποι, περὶ τῆς τοῦ ὀφείλοντος διοικεῖν ἐπιλογῆς, καὶ οἱ μὲν τόνδε, οἱ δὲ τόνδε ἐπιλέγονται. (εἰκὸς γὰρ πολλῆς [c] οὔσης τῆς πουπιλλαρίας οὐσίας, μὴ ἀρκεῖν ἕνα πρὸς διοίκησιν.) τηνικαῦτα ὁ πραίτωρ ἐπιλεγέσθω ὃν βούλεται, καὶ αὐτῷ τὴν διοίκησιν ἐπιτρεπέτω· τὸ αὐτὸ φαμὲν διὰ πάντων, καὶ περὶ πολλῶν δοθέντων ex inquisitione. δεῖ γὰρ καὶ ἐπὶ αὐτῶν, τὸ μεῖζον μέρος ἐπιλέγεσθαι τὸν ὀφείλοντα διοικεῖν.

2 ¶ Ἡβήσας [d] δὲ ὁ νέος, ἤγουν ὁ ἀφῆλιξ γενόμενος τέλειος, οὐ μόνον τοὺς ἐπιτρόπους, ἢ τοὺς κουράτωρας προφάσει [e] τῆς διοικήσεως ἕξει ὑπευθύνους, ἀλλὰ κἀκείνους, οἱ παρὰ τῶν κηδεμόνων λαμβάνουσι τὴν ἱκανοδοσίαν· ἔχει δὲ καὶ τούτων in factum, ἢ τὸ ἀζήμιον ἥτις ὀνόμασαι subsidiaria ἐσχάτην βοήθειαν αὐτοῖς παρέχουσα· ἡνίκα γάρ,

contutori suo vtrum velit satis accipere an satisdare. Quòd si nemo eorum satis offerat, si quidem adscriptum fuerit à testatore, quis gerat, ille gerere debet, quòd si non fuerit adscriptum: quem maior pars elegerit, ipse gerere debet, vt edicto Prętoris cauetur. Sin autē ipsi tutores dissenserint circa eligendum eū, vel eos qui gerere debēt, Prætor partes suas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquisitione datis comprobādum est, id est, vt maior pars eligere possit, per quem administratio fiat.

2 ¶ Sciendum autem est, non solum tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæterísque personis ex administratione rerum teneri: sed etiam in eos, qui satisdationem accipiunt, subsidiariam actionem esse, quæ vltimum eis præsidium possit adferre. Subsidia-

ria autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus satisdari non curauerunt, aut nō idoneè passi sūt caueri. Quæ quidem tam ex prudentum responsis, quàm ex constitutionibus imperialibus etiam in heredes eorum extenditur.

3 ¶ Quibus cōstitutionibus & illud exprimitur, vt nisi caueant tutores & curatores, pignoribus captis coerceantur.

4 ¶ Neque autem præfectus vrbi, neque Prætor, neque Præses prouinciæ, neque quisquā alius, cui tutores dādi ius est, hac actione tenebitur: sed hi tantummodo, qui satisdationem exigere solent.

μηδὲ οἱ κηδεμόνες, μηδὲ οἱ τούτων ἐγγυηταὶ τὸ ἀζήμιον περιποιοῦσι τῷ νέῳ, τηνικαῦτα οἱ τὴν ἀσφάλειαν παρὰ τούτων λαβόντες κατασχεθήσονται τῇ in factum: ἥτις ἐκ τοῦ γινομένου ἐκλήθη subsidiaria:[a] δίδοται[b] δὲ τηνίκα, ἢ παντελῶς μὴ λάβωσιν ἐγγύας οἱ εἰωθότες ταύτας λαμβάνειν, ἢ λάβωσι μὲν, ἐγγυητὰς δὲ δέξωνται ἀπόρους· αὕτη δὲ καὶ κατὰ τῶν κληρονόμων[c] δίδοται, ὥσπερ εἴρηται, ταῖς τῶν σοφῶν ἀποκρίσεσι, καὶ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι.

3 ¶ Κἀκεῖνο[d] δὲ περιέχεται, ὅπερ οἱ χειροτονηθέντες ἐπίτροποι ἢ κουράτορες, εἰ μὴ θελήσουσιν ἱκανοδοσίαν προφάσει τῆς ἰδίας παρέχειν διοικήσεως, captis pignoribus, ἤγουν ἀπαιτήσει ἐνεχύρων εἰς τοῦτο συνελαθήσονται, τουτέστι κελεύσει τοῦ ἄρχοντος ληφθήσεται ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν, ἐν τάξει ἐνεχύρου πράγματα.

4 ¶ Οὔτε[e] Ῥώμης, οὔτε δὲ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος οὔτε ὁ πραίτωρ οὔτε ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, ὑπεύθυνοι γενήσονται τῇ συβσιδιαρίᾳ· ἀλλ' οὗτοι μόνοι οἷς ἐστι συνήθες τὰς τοιαύτας λαμβάνειν ἐγγύας. οἷον οἱ στρατηγοί, οἱ ἔκδικοι τῶν πόλεων.

neque à tutoribus, vel curatoribus, neque à fideiussoribus eorum res pupilli indemnis seruari potest, tunc hi qui satisdationem ab his acceperūt, actione in factum tenētur: quæ ex ea re vocata est subsidiaria. Datur autem ea cùm aut omnino non curarunt satisdandum hi qui curare id solent: aut cùm curarunt quidem, sed non idoneè passi sunt caueri: & non locupletes fideiussores acceperunt. Sed & in heredes datur, quemadmodùm & responsis prudentum & Principum rescriptis cauetur.

3 ¶ Quibus & illud exprimitur, vt si tutores vel curatores creati satisdare ob administrationē suam nolint, captis pignoribus ad id cogantur, hoc est, iussu magistratus ex bonis eorum aliquid capiatur, quod loco pignoris sit.

4 ¶ Porrò neque Præfectus vrbis, neque Prætor, neque Præses prouinciæ actione subsidiaria tenebuntur: sed hi tantùm, qui huiusmodi satisdationes accipere solent, vt magistratus, & defensores ciuitatum.

a l. 1. §. 4. ff. de magistratibus conueniendis.
b l. 1. ff. de magistratibus conueniēdis.
c l. 6. ff. de magistrat. conueniend. l. 2. C. de magistratibus cōueniendis.
d l. 3. in princip. Cod. de suspect. tut. l. 4. ff. de damno.
e l. 1. §. 1. de magistraub. conueniēdis



DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM vel curatorum.

TIT. XXV.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΙΤΗΣΕΩΣ τῶν ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων.

Τίτλος κε.

DE EXCVSATIONIBVS tutorum vel curatorum.

TIT. XXV.

¶ Excusari quem à tutelæ gerendæ onere numero liberorum: (quo loco videndum qui liberi excusent an adoptiui, nepotes ex filio defuncto) 1. rei fiscalis administratione. 2. absentia reipublicæ caussa (& quemadmodum in absentibus curator detur: an reuersi, ipso iure tutelam recuperent, an vero excusatione vti possint. 3. potestate seu honore 4. lite omnium bonorum vel hæreditatis aduersus ipsum pupillum. 5. Tribus oneribus præsentis tutelæ vel curæ non adfectatæ & quando vna vel multiplex tutela dicatur. 6. Paupertate. 7. aduersa valetudine 8. literarum imperitia 9. si propter inimicitias. 10. (non idem si ab ignoto) datus sit. 11. si litem cum patre pupillorum capitalem nec reconciliatam. 12. statusve habuit. 13. si maior annis septuaginta sit vel minor vigintiquinque. 14. si miles sit. 15. si Romæ vel in patria Grammaticus, Rhetor, Medicus. 16. An plures seu diuersæ & intra quod tempus excusationes proponendæ. 17. De excusatione patris tutelæ. 18. De excusatione curæ ob tutelam gestam. 19. De excusatione curæ vxoris marito competente. 20. De excusatione falsis allegationibus promerita seu impetrata.

NEQVE id tantùm, quod modò diximus, inter tutores & curatores commune est, vt satisdare cogantur, sed etiam illud, quod cum ad tutelam vel curationem vocantur, excusatione vti possint. Nam cùm lex non nesciret, graues admodū & molestas esse earum curas ac sollicitudines, excusationes quasdam variis ex causis commenta est, quarum vna qui vsus fuisset, onus tutelæ aut curationis euaderet. Plerumque autem propter liberos excusare nos possumus[a], siue in potestate sint, siue emancipati. Si enim tres liberos Romæ superstites quis habeat, vel in Italia quatuor, vel quinque in prouinciis, is rectè à tutela & curatione excusare se exemplo ceterorum munerum potest. Nā & tutelas ac curationes in numero publicorum munerum esse[b], in confessum venit.

¶ Sed adoptiui liberi ad excusationem non prosunt, sed naturales (vt dictum est) etiam si alteri in adoptionem dati sint.

¶ Nepotes ex filio prodeunt, persona quæ in medio

a v. l. 1. C. qui numero liberorum l. 2. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. ff. de excusat. tutor.

b L. 1. ff. de muneribus. *Imo non est reipublicæ munus aut prouinciæ* l. 6. §. 15. ff. eod.

c l. 2. §. 2 ff. de vacat. munerum.

d *& quidem legitimi* l. 2. §. 13. ff. eod.

Οὐ μόνον δὲ ἡ προλαβοῦσά ἐστιν ἐπιτρόπων, καὶ κουρατώρων κοινωνία ὅτι ἕκαστος αὐτῶν ἐγγύαις βαρύνεται· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἑτέρα, ὅτι ἕκαστος αὐτῶν ἐξκουσατεύειν καλούμενος ἐπὶ τὴν κηδεμονίαν κεχρῆσθαι δύναται· εἰδὼς γὰρ ὁ νόμος φορτικὸν εἶναι καὶ βαρὺ τὸ τῆς κηδεμονίας φρόντισμα, παραιτήσεις ἤτοι ἐξκουσατίονας ἐκ διαφόρων ἐπενόησεν αἰτιῶν, ὧν εἴ τις χρήσεται μιᾷ, διαφεύγει τὸ τῆς κηδεμονίας ἄχθος· ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ διὰ[a] τοὺς παῖδας ἐξκουσατεύειν ἑαυτοὺς δυνάμεθα, εἴτε ὑπεξούσιοι εἶεν ἢ ἐμαγκίπατοι· εἰ γάρ τις ἔχει τρεῖς παῖδας περιόντας ἐν Ῥώμῃ, ἢ τέσσαρας ἐν Ἰταλίᾳ, ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ε΄ ἀκωλύτως ἕξει τὸ ἐξκουσατεύειν ἐπιτροπῆς τε καὶ κουρατορίου πρὸς μίμησιν τῶν λοιπῶν λειτουργημάτων· καὶ γὰρ τὴν ἐπιτροπὴν, καὶ κουρατίονα, τοῖς δημοσίοις[b] συναριθμεῖσθαι λειτουργήμασιν ὡμολόγηται.

¶ Θετοὶ[c] παῖδες οὐκ ὠφελοῦσιν εἰς ἐξκουσατίονα, ἀλλὰ φυσικοὶ[d] καθὼς εἴρηται, εἰ καὶ ἔτυχον ἐπιδοθέντες εἰς υἱοθεσίαν.

¶ Οἱ ἐξ υἱοῦ ἔγγονοι ὠφελήσουσι, τοῦ

EXcusantur autem tutores & curatores variis ex caussis: plerunque tamen propter liberos, siue in potestate sint, siue emancipati. Si enim tres liberos superstites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis quinque, à tutela vel cura potest excusari, exemplo cæterorum munerum. nam & tutelam, & curam placuit publicum munus esse. ¶ Sed adoptiui liberi non prosunt: in adoptionem autem dati, naturali patri prosunt.

¶ Item nepotes ex filio prosunt, vt in locū patris sui succedant: ex filia, non prosunt,

¶ Flii autem superstites tātum ad tutelæ, vel curæ muneris excusationem prosunt: defuncti autem non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quæsitum est, an prosint. Et constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur: hi enim, qui pro Republica ceciderūt, in perpetuum per gloriam viuere intelligun tur.

1. ¶ Item diuus Marcus in Semestribus rescripsit, eum, qui res fisci administrat, excusari posse.

2. ¶ Item qui Reipublicæ caussa absunt, à tutela, vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores, vel curatores dati, deinde Reipublicæ caussa abesse cœperint: à tutela, vel cura excusantur, quatenus Reipublicę caussa absunt: & intereà curator loco eorū datur. qui si reuersi fuerint, recipiūt onus tutelæ. nā nec anni habēt vacationem, vt Papinianus libro quinto Respōsorum scripsit. nam hoc spatium habent ad nouas tutelas vocati.

μέσου τελευτήσαντος προσώπου· ὑπεισέρχονται γὰρ τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν· οἱ δὲ ἐκ θυγατρὸς οὐ παρέχουσιν ἐξκουσατζιόνα.

¶ παῖδες δὲ ὡς εἶπον μόνοι ζῶντες[a] ὠφελήσουσιν, οὐ μὴν τελευτήσαντες· εἰ δὲ ἐν πολέμῳ τελευτήσωσιν, ἐζητήθη εἰ ὠφελοῦσι· καὶ ἤρεσε τούτοις μόνοις παρέχειν ἡμῖν ἐξκουσατζιόνα, οἳ ἐν[b] τῇ παρατάξει, καὶ ἐν αὐτῇ πεπτώκασι τῇ συμπλοκῇ· ἐπειδὴ γὰρ οὗτοι ὑπὲρ τῆς πολιτείας τεθνήκασι, δοκοῦσι διὰ τῶν ἔργων εὐκλείας ἀεὶ περιεῖναι.

1 ¶ Καὶ Μάρκος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς ἐξαμηνιαίαις[c] αὐτοῦ διατάξεσιν ἐκέλευσε, τὸν φισκάλια,[d] ἤγουν δημόσια[e] διοικοῦντα πράγματα, ἐφ' ὅσον τῆς τοιαύτης ἀντέχεται διοικήσεως, παραίτησιν αὐτὸν ἔχειν, κουρατζιονός τε καὶ ἐπιτροπῆς· καὶ ὁ λογισμὸς δῆλος· ἀνάγκη γὰρ ἡμᾶς, ἢ συντρέχοντας τῷ νέῳ βλάψαι τὸν φίσκον, ἢ τὸ ἀζήμιον τῷ φίσκῳ περιποιοῦντας, τὰ τῶν νέων ἐλαττῶσαι δίκαια.

2 ¶ Καὶ οἱ reipublicæ[f] causa ἀπόντες, ἐξκουσατεύονται κηδεμονίας, οὐ μόνον ἐσομένης, ἀλλὰ καὶ ἐπικειμένης· καίτοι μετὰ τὸ ἅψασθαι τῆς διοικήσεως, οὐ παρέχεται ἐξκουσατζίων· ὁ δὲ ἁψάμενος τῆς δημοσίας διοικήσεως, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ reipublicæ causa, ἤγουν χάριν δημοσίου πράγματος ἀποδημήσας, χρῆται μὲν ἐξκουσατζίονι, μέχρι δὲ τοσούτου χωρίζειν ἑαυτὸν ἀκινδύνως δύναται τῆς διοικήσεως, ἕως οὗ ἄπεστι reipublicæ causa ἀμελεῖ, καὶ κουράτωρ[g] δίδοται ἐν τῷ μεταξὺ εἰς τάξιν αὐτοῦ· ὑποστρέψας δὲ οὗτος ἐκ τῆς reipublicæ causa ἀποδημίας, εὐθέως ὑποβάλλεται τῷ τῆς ἐπιτροπῆς βάρει· οὐ δὲ ἐνιαυτὸν[h] ἔχων πρὸς τὸ

medio est, defuncta. In patris enim locū succedunt: sed nepotes ex filia, excusationem non præstant.

¶ Liberi quoq; (vt dixi) hi tantùm prosunt, qui in viuis sunt: defuncti verò, nō. Si tamē in bello amissi sint, quæsitū est, an prosint. Et placuit, eos duntaxat excusationem præstare, qui in acie, ipsóque in conflictu ceciderint. Nam quando hi pro Republic. perierunt, per rerum gestarum gloriam semper viuere intelliguntur.

1 ¶ Imperator quoq; Marcus in cōstitutionibus semestribus rescripsit, eum qui res fiscales aut publicas administraret, quādiu in ea administratione est, excusationem à tutela & curatione habere. Et ratio quidē in promptu est: quoniā necesse est, vt aut dum rebus pupilli vel adulti operā damus, fiscus in multis lædatur, aut dū fiscum indemnem serua re volumus, iura adolescentium minuantur.

2 ¶ Sed & hi qui Reip. causa absunt, à tutela & curatione excusantur: nō tantum futura, verumetiā ab ea quæ nunc eis incū bit. Atqui cùm quis semel administrationem aggressus est, excusatio nō solet admitti. Verùm is qui semel administrationē aggressus est, si medio tēpore Reip. ab. causa peregrè proficiscatur, vtitur quidē excusatione, sed tantisper sine periculo ab administratione potest abstinere, dum Reip. causa abest. Itaque & in locum eius curator datur. Reuersus autē ex profectione, quam Reip. causa susceperāt, statim & tutelę oneri subiicitur: ac ne anni quidē habet

a d. l. 2. §. 3.

b l. 18. ff. eod. l. vlt. ff. de vacat. munerū.

c ἐξαμηνιαίαις διατάξεσι forte quæ semestribus concilijs fiebant. constat enim Augustum & Tiberium semestria concilia misse. Dion. Suetonius vtriusq. forte exemplo D. Marcus semestres constitutiones edidit.

d φισκάλια & δημόσια pro eodem.

e l. 10 C. eod. exactores tributorum dicūtur.

f l. 1. l. 2. Co. si tutor vel curator reipu. causa absuerit.

g Imò tutor. l. quæsitum 12. ff. de tutelis. l. 1. §. si quis absuturus 10. ff. de suspectis. l si tutor 9. ff. de tutelæ & rat. distrahendis.

h Imò anni habent va[illegible] [illegible] qualitercunque publico nomine absuerint l 9. in pr. & §. 1. ff. eod.

excusationem siue vacationem: sicut & Papinianus libro quinto Responsorum scribit. Nam anni spatium tunc datur reuersis ex profectione, quam Reipubl. causa susceperant, ad excusationẽ: cùm quis ad nouã tutelam vel curationẽ vocatur. Itaq; si cùm tutor sim, Reipub. causa aliquo proficiscar, tutor quidem esse desino, sed reuersum statim necesse erit administrationẽ aggredi. Quòd si cùm tutor non essem, Reipubl. causa peregrè profectus fuero, ac deinde reuersus ad tutelã aliquam vel curationem vocer, veluti in primo mẽse, quàm reuersus sum, aut sexto, aut decimo, aut duodecimo, aut denique (vt rem vno verbo absoluam) ante quàm annus expletus sit: excusatione vti potero.

3 ¶ Sed & qui potestatẽ aliquã gerunt, excusatione vtũtur, vt voluit Marci Principis rescriptum. Sed susceptam tutelã potestas superueniens non soluit.

4 ¶ Iudiciũ cum pupillo vel adolescẽte habebam: id excusationẽ non præstat: nisi fortè de omnibus nostris bonis, aut de hereditate controuersia sit.

5 ¶ Tres tutelę vel curationes quas ego nõ studio & per affectationem accepi, vacationem à quarta tutela vel curatione præstant, quandiu eæ tres tutelæ vel curationes consistũt. Ideo autẽ dixi, Quas non studio & per affectationem accepi, quia si fortè huius aut illius tutelã vel curationẽ affectauerim suscipere, cũ opulenta esset: ea numerum triũ tutelarum non explebit. Sed & illud sciendum est, non ex personis, sed ex patrimoniis, tres tutelas æstimari. Nam si quis tres

ἐξκουσατζίονα, ἤτοι ἀτέλειαν· ὥσπερ καὶ Παπινιανὸς ἐν τῷ ε΄ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν ῥεσπόνσων γράφει· τὸ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ διάστημα τοῖς ὑποστρέψασιν ἀπὸ τῆς reipublicæ causa ἀποδημίας δίδοται πρὸς ἐξκουσατζίονα, ἡνίκα τις ἐπὶ νέαν καλεῖται κηδεμονίαν· ὥστε οὖν, εἰ μὲν ἐπίτροπος ὢν reipublicæ causa ἀποδημήσω, παύομαι μὲν τοῦ εἶναι ἐπίτροπος, ὑποστρέψας δὲ εὐθέως ἀναδέξομαι τῆς διοικήσεως ἐξ ἀνάγκης. εἰ δὲ μὴ ὢν ἐπίτροπος reipublicæ causa ἀποδημήσω, εἶτα ὑποστρέψω, μετὰ δὲ τὴν ὑποστροφὴν κληθῶ ἐπὶ κηδεμονίαν, οἷον ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ μετὰ τὴν ὑποστροφήν, ἢ ἕκτῳ, ἢ δεκάτῳ, ἢ δωδεκάτῳ, καὶ ἁπλῶς πρὶν πληρωθῇ ὁ ἐνιαυτός, δύναμαι ἐμαυτὸν ἐξκουσατεύειν.

3 ¶ Καὶ ὁ ἀρχὴν [a] μετερχόμενός τινα κέχρηται ἐξκουσατζίονι ὡς βούλεται ἡ τοῦ θείου Μάρκου ἀντιγραφή· τὴν δὲ ἀρχθεῖσαν ἐπιτροπήν, ἀρχὴ ἐπιγινομένη οὐ διαλύει.

4 ¶ Δίκην [b] εἶχον πρὸς τὸν πούπιλλον, ἢ τὸν νέον, ἐξκουσατζίονα τοῦτο οὐ παρέξει, εἰ μὴ ἄρα περὶ πάσης ἡμῶν τῆς οὐσίας ἤγουν κληρονομίας, ἡμῖν ἐστὶν ὁ ἀγών.

5 ¶ Τρεῖς [c] ἐπιτροπαὶ ἢ κουρατίονες, ἃς οὐκ ἐπιτηδεύσας [d] ἔλαβον, ἀτέλειάν μοι παρέχουσι τετάρτης κηδεμονίας, ἐφ᾽ ὅσον καὶ συνεστήκασιν αἱ τρεῖς ἐπιτροπαὶ, ἤτοι κουρατίονες· διὰ τοῦτο δὲ εἶπον ἃς οὐκ ἐπιτηδεύσας ἔλαβον, ἐπειδὴ εἰ πολλάκις ἐσπούδασα τὴν τῆσδε ἐπιτροπήν, ἢ κουρατωρείαν ὑπεισελθεῖν οὖσαν εὐτελεστάτην, [e] οὐκ ἀποπληρώσει τὸν τῶν τριῶν ἀριθμόν. ἐκεῖνο δὲ εἰδέναι χρή, ὅτι ἐκ [f] τῶν οὐσιῶν [g] οὐ μὴν ἐκ τῶν προσώπων τὸ πλῆθος κρίνεται τῶν ἐπιτροπῶν. εἰ γάρ τις

3. ¶ Et qui potestatem aliquã habent, se excusare possunt, vt diuus Marcus rescripsit: sed susceptam tutelam deserere non possunt.

4. ¶ Item propter litẽ quam cũ pupillo, vel adultotutor, vel curator habet, excusari nõ potest: nisi fortè de omnibus bonis, vel hereditate cõtrouersia sit.

5. ¶ Item tria onera tutelę nõ adfectatæ, vel curæ, præstant vacationẽ, quãdiu administrãtur: vt tamẽ plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro vna computetur.

a ἀρχὴν pro potestate vsurpauit. sed & pro honore l. 27. §. 5. ff. eo. cui adde l. 41. ff. eo. nec enim minorib. magistratibus id competit l. 23. ff. eod.
b l. propter litem 21. ff. eo.
c l. 2. §. vlt. l. etia 3. l. 4. l. etia onera 5. l. 6. ff. eo. adde C. qui numero liberorum.
d ἐπιτηδεύσας affectauit. affectata tutela.
e εὐτελεστάτην interpres vertit opulentam tutelam. male, cum εὐτελεστάτη sit tenuissima vide quæ notaui ad l. 15. §. 15. ff. eod.
f non numerus pupillorũ plures tutelas facit, sed patrimoniorum separatio l. 3. ff. eod.
g οὐσία hic vt & inf. περιουσία pro bonis & patrimonio plerumque & [illegible]

6 ¶ Sed & propter paupertatē excusationem tribui, tam diui fratres, quam per se diuus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere.

7 ¶ Item propter aduersam valetudinem propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet.

8 ¶ Similiter eos, qui literas nesciunt esse excusandos, diuus Pius rescripsit: quamuis & imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere.

9 ¶ Item, si propter inimicitias aliquas testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusatur, qui se tutelam administraturos, patri pupillorum promiserant.

10 ¶ Non esse autem admittendam excusationem eius, qui hoc solo vtitur, quod ignotus patri pupillorum sit, diui fratres rescripserunt.

τελευτήσῃ ἐπὶ τρισὶν, ἢ πλείοσι παισὶ, γένωμαι δὲ τούτων κηδεμὼν, μία ἐστὶν ἡ ἐπιτροπὴ, ἐπειδὴ καὶ μία περιουσία.

6 ¶ Οἶδε καὶ πενία[a] παραίτησιν παρέχειν τῆς κηδεμονίας. τοῦτο γὰρ οἱ θειότατοι[b] ἀδελφοὶ Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν, καὶ Μάρκος δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀντέγραψεν ὥς τι οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, καὶ πενίαν ἐπωφελῆ.[c]

7 ¶ Ἐάν τις κληθεὶς εἰς ἐπιτροπὴν ἀνεπιτήδειον ἑαυτὸν, καὶ οὐκ[d] ἐξαρκεῖν πρὸς τὴν διοίκησιν ἀποδείξῃ, ἢ καὶ νόσον αὐτοῦ προσεῖναι δικαιολογήσεται, μὴ συγχωροῦσαν αὐτῷ, μηδὲ τῶν οἰκείων ἀντιλαβέσθαι πραγμάτων, δεχθήσεται ἑαυτὸν ἐξκουσατεύων τῆς ἐπιτροπῆς.

8 ¶ Ὁ ἀγράμματος[e] ἔχει παραίτησιν κηδεμονίας τοῦ θειοτάτου Πίου τοῦτο θεσπίσαντος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ οἱ ἀγνοοῦντες γράμματα, ἔστιν ὅτε δύνανται ἀλλοτρίας διοικεῖν περιουσίας.

9 ¶ Ἐάν τις τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν[f] καταλείψῃ τεσταμενταρίον ἐπίτροπον τοῖς οἰκείοις παισὶ, ἐξκουσατεύεται ὁ δοθεὶς. ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, οὐκ ἐξκουσατευθήσεται ὅς τις ἔτι ζῶντι τῷ πατρὶ τῶν ἀφήλικων, ἐπηγγείλατο[g] τῶν αὐτοῦ παίδων ἐπιτροπεύειν.

10 ¶ Οὐδεὶς ἐκ τούτου μόνου ἐξκουσατίονα ἑαυτῷ κατασκευάσαι δυνήσεται, λέγων ὡς ἄγνωστος[h] ὑπῆρχεν τῷ τῶν νέων πατρί. τοῦτο γὰρ διάταξις τῶν θειοτάτων ἀδελφῶν κελεύει.

11 ¶ Ἔχθρα συμβᾶσά μοι πρὸς τὸν πατέρα τῶν ἀφήλικων, ἢ τῶν ἀφηλίκων, εἰ μὲν εἴη κεφαλικὴ[i], φιλίας ἐν τῷ μεταξὺ μὴ παρεντεθείσης, ἀπολύομαι τῆς

tres aut plures liberos decedens relinquat, egóque eorum tutor vel curator fiam: vna erit tutela, quoniam & vnum patrimonium est.

6 ¶ Sed & paupertas excusationem præbere solet. Id enim & diui fratres Seuerus & Antoninus, & Marcus deinde Imperator, rescripserunt. Inuenias ergo, vbi & paupertas prosit.

7 ¶ Si quis cùm ad tutelam vocatur, inidoneū se & imparem oneri iniuncto doceat, aut morbum aliquem accuset, vel aduersam valetudinem, propter quam nec suas res gerere possit, admitti debet ita se à tutela vel à curatione excusans.

8 ¶ Is qui literas nescit, iustam habet excusationem vt D. Pius rescripsit: quamuis & imperiti literarum, interdum alienis negotiis gerendis sufficiant.

9 ¶ Si quis inimicum suum liberis testamento dederit tutorem, excusationem hoc nomine is habebit. Quemadmodum ex diuerso, non excusabitur, qui se tutelam patri pupillorum cùm adhuc viueret, administraturum promisit.

10 ¶ Nemo ex eo solo excusationem habet, quò indicat se patri pupillorum ignotum fuisse: id enim rescripto diuorum fratrum continetur.

11 ¶ Inimicitiæ quas cū patre pupillorum vel adultorum exercui, si capitales fuerint, nec reconciliatio interuenerit, à tutela vel curatione me

11 ¶ Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio interuenit, à tutela, vel cura solent excusare.

a l. paupertas 7. l. 40. §. ff. eo.
b θειότατοι ἀδελφοί: Diui fratres quorū sæpe in iure fit mentio. Seuerus & Antoninus.
c Paupertas plerumque prodest.
d adde Titul. Co. qui morbo l. 10. in f. l. 13. §. ff. eod. l. 2. §. 7. ff. de vacat. muner.
e ἀγράμματος vt l. 6. in f. ff. eo. illiteratus, qui literas nescit, qui literas ignorat. de quo vocabulo dixi ad l. 21. C. de testamentis.
f adde Tit. 1. C. si propter inimicitias creatio facta sit lib. x.
g l. 15. in f. ff. de testam. tutela.
h dixi ad l. 11. Co. de heredibus instituendis l. 29. C. de donationib. adde Nouell. 90. c. 1. §. 1.
i κεφαλικὴ ἔχθρα, vt hic vt & κεφαλικὴ ἀγωνία à ἀν l. 6. §. 17. ff. eo. capitalis inimicitia, capitale certamen. Dicuntur autem κεφαλικὰ quæ mortem aut ciuitatis amissionem inferūt 2. Eclog. 2. c. 103. l. 102. ff. de verborum significatione.

liberant. Sin autem capitales non fuerint, excusationem non præstant.

12 ¶ Si quis mihi status controuersiam fecerit, liberorum eius tutelam non cogar suscipere.

13 ¶ Qui minor est annis septuaginta, à tutela & curatione excusationem habet. At minor vigintiquinque annis, olim quidē ad tutelam vocatus, excusatione vtebatur, dicens se minorē esse vigintiquinque annis: verum Imperator hunc nō excusationē, sed prohibitionē habere voluit. Vnde si quis minor vigintiquinque annis ad tutelam vel curationē vocetur, ne excusatione quidē indiget, vt eadem sacra cōstitutione expressum est. Sic itaque neque impubes, neque etiam pubes minor vigintiquinq. annis, ad legitimam tutelam vocabuntur. Id enim ab omni iure ciuili alienum est, vt qui in rerum suarum administratione, alieno indigent auxilio, quíque ab aliis regi debent, hi ad aliorū tutelam vel curationem vocētur.

14 ¶ Quēadmodū autē minor vigintiquinque annis nec volēs ad tutelam vel curationem admittitur, ita neque miles.

15 ¶ Grammatici, Rhetores, & Medici, qui Romę sunt, aut qui in patria sua has arteis exercēt, dū sint intra numerum à cōstitutione, quæ hac de re loquitur, datum, vacationem à tutela & curatione habent. Est enim cōstitutio Antonini, quæ quot grammatici, aut rhetores, aut medici in quaque ciuitate esse debeāt, declarat.

16 ¶ Qui multas habet excusationes, si cùm quibusdam ex iis vteretur, pro-

a περὶ καταστάσεως ζήτησιν quæ in l. 6. §. 18. ff. eodem περὶ καταστάσεως ἀμφισβήτησις. dicitur & alibi, περὶ τύχης δίκη. 7. Eclog. 5. c. 86. περὶ τύχης ζητοῦντες ib. Ecl. 2. ex lib. 48 ti. 11. vt illu locu τύχη sit idē ac κατάστασις & status. vt & 40. Eclóg. 21. passim.

b l. 2. ff. eod. adde l. vnicā Cod. qui ætate. l. 1. & 1. C. qui ætate vel professione lib x.

c v. l. vlt. Co. de legit. tutel

d l. 8. l. 9. l. 10. ff. eod. l. 4. C. qui dare tutores.

e l. 6. §. 1 §. 2. & sequent ff. eod.

f d. §. 1. 2. & sequentibus.

g de numero grammaticorum, rhetorū, medicorum. v. d. §. 2.

h l. 11. §. 1. ff. eod.

ἐπιτροπῆς· εἰ δὲ οὐκ ἔστι κεφαλική, οὐ δίδωσιν ἐξκουσατζίονα.

12 ¶ Ἐάν τις ἐπαγάγῃ μοι περὶ [a] καταστάσεως ζήτησιν, οὐκ ἀναγκασθήσομαι τῶν τούτου παίδων ἐπιτροπεύειν.

13 ¶ Ὁ μείζων τῶν ἑβδομήκοντα [b] ἐνιαυτῶν καὶ ἐπιτροπῆς καὶ κουρατζίονος ἀπαλλαγήσεται· ὁ δὲ ἥττων τῶν κε [c] ἐνιαυτῶν, πάλαι μὲν κληθεὶς ἐκέχρητο ἐξκουσατζίονι λέγων ὅτι ἥττων εἰμὶ τῶν κε ἐνιαυτῶν· διάταξις δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἐν κωλύσει τοῦτον ἐποίησεν εἶναι, οὐ μὴν ἐξκουσατζίονι· ὅθεν εἴ τις ἐλάττων ὢν τῶν κε ἐνιαυτῶν κληθῇ εἰς ἐπιτροπὴν, ἢ κουρατζίονα, οὐδὲ δεῖται ἐξκουσατζίονος, ὡς τῇ αὐτῇ θείᾳ περιέχεται διατάξει· ὥστε οὔτε πούπιλλος, οὐδὲ ἔφηβος μὲν, ἀφῆλιξ δὲ, εἰς τὴν λεγίτιμαν ἐπιτροπὴν κληθήσονται. ἦν γὰρ τοῦτο πάσης πολιτικῆς νομοθεσίας ἀλλότριον, τοὺς τῆς ἑτέρου δεομένους βοηθείας ἐπὶ διοικήσει τῶν οἰκείων πραγμάτων, καὶ τοὺς ὑφ᾽ ἑτέρων ὀφείλοντας ἰθύνεσθαι, ἑτέρων γίνεσθαι κηδεμόνας.

14 ¶ Ὥσπερ δὲ ὁ ἀφῆλιξ, οὐδὲ βουλόμενος γίνεται κηδεμὼν, οὕτως οὐδὲ ὁ στρατιώτης.[d]

15 ¶ Οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ γραμματικοί, [e] ῥήτορες [f], ἰατροὶ [g], καὶ οἱ ἐν τῇ οἰκείᾳ πατρίδι, τὰ τοιαῦτα μετιόντες ἐπιτηδεύματα, καὶ ἐντὸς ὄντες τοῦ τῇ διατάξει περιεχομένου ἀριθμοῦ [h], ἀτέλειαν ἕξουσι κηδεμονίας· διάταξις γάρ ἐστιν Ἀντωνίνου, ἥτις φησὶ πόσους γραμματικούς, ἢ ῥήτορας, ἢ ἰατροὺς ἐν ἑκάστῃ δεῖ εἶναι πόλει.

16 ¶ Ὁ πολλὰς [i] ἔχων ἐξκουσατζίονας, εἴ τισιν ἐξ αὐτῶν χρησάμενος ἀπε-

12 ¶ Item is, qui status controuersiā à pupillorum patre passus est, excusatur à tutela.

13 ¶ Item maior septuaginta annis à tutela & cura se potest excusare. Minores autem vigintiquinque annis, olim quidem excusabantur: nostra autē constitutione prohibentur ad tutelam, vel curam adspirare: adeò vt nec excusatione opus sit. Qua constitutione cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: quum sit inciuile, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrādis egere noscuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelā, vel curā subire.

14 ¶ Idem & in milite obseruandum est, vt nec volens ad tutelæ onus admittatur.

15 ¶ Item Romæ grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationem. 16 ¶ Qui autē vult se ex-

cusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam nō probauerit, aliis vti intra tempora constituta non prohibetur.

17 ¶ Qui autem excusare se volunt, non appellant, sed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognouerint se esse tutores, vel curatores datos, se excusare debēt, cuiuscunque generis sint, id est, qualitercunque dati fuerint tutores, si intra centesimum lapidem sunt ab eo loco, vbi tutores dati sunt. Si verò vltra cētesimum lapidē habitant, dinumeratione facta vigintimillium diurnorum & amplius triginta dierū: qui tamen (vt Scæuola dicebat) sic debent computari, ne minus sint, quàm quinquaginta dies.

δοκιμάσθη· δύναται ἔτι τῷ τῆς ἐξκουσατζίονος χρόνῳ τῶν λειπομένων κεχρῆσθαι.

17 ¶ Ὁ κληθεὶς εἰς ἐπιτροπὴν ἢ κουρατζίονα, καὶ θέλων ἐκφυγεῖν τὸ τοιοῦτο βάρος, ἐξκουσατζίονι κέχρηται, οὐ μὴν ἐκκαλεῖται. τότε [a] γὰρ ἡ ἔγκλητος ἀναγκαία, ὅτε τις χρησάμενος τῇ ἐξκουσατζίονι, μὴ κρατήσῃ τοῦ ἀγῶνος. ὁ δὲ χρώμενος τῇ ἐξκουσατζίονι, εἴσω [b] ν ἡμερῶν ἐφεξῆς [c] τρεχουσῶν, οὐ μὴν οὐ πλείων ταύτῃ χρῆται. ἐξ [d] οὗ γὰρ ἔγνω ἑαυτὸν ἐπίτροπον δεδόσθαι, ἄρχονται τρέχειν· κεχρῆσθαι ὀφείλουσι τῇ ἐξκουσατζίονι, εἴτε [e] τεσταμενταρίοι, εἴτε λεγίτιμοι [f], εἴτε πάτρωνες, εἴτε φιδουκιάριοι, εἴτε ἀπὸ ἄρχοντος δεδομένοι ἢ καὶ κουράτωρες εἰσὶν ἰδικῶς δεδομένοι, ἢ ὑπὸ νόμων καλούμενοι, εἴτε ἐνδημοῦσιν αὐτῇ τῇ πόλει ᾗ κέκληνται, εἴτε ἐντὸς ἑκατοστοῦ μιλίου εἰσὶν ἐκείνου τοῦ τόπου, ἔνθα δίδονται ἐπίτροποι, εἴτε περαιτέρω τοῦ ἑκατοστοῦ διατρίβουσι μιλίου· ψήφου γινομένης καὶ εἴκοσι [g] μιλίων καθ᾽ ἑκάστης παρεχομένων ἡμέρας· ἅπερ ὀφείλει ποιεῖν ὁ κληθεὶς, ἐπὶ τῷ παραγενέσθαι καθ᾽ ὃν ὠνόμασται τόπον, ἵνα χρήσηται τῇ ἐξκουσατζίονι· οὕτω μέντοι, ὥστε [h] αὐτῷ περιλιμπάνεσθαι λ ἡμέρας μετὰ τὸ ἐπιστῆναι ἐκείνῃ τῇ πόλει ἐν ᾗ βούλεται ἑαυτὸν ἐξκουσατεῦσαι· ὅπερ καὶ Σκαιβόλας οὕτως ἔφασκε χρῆναι ψηφίζεσθαι, ὥστε ἐλάττονας μὲν τῶν ν ἡμερῶν μηδέποτε ἔχειν τὸν ἐπίτροπον εἰς ἐξκουσατζίονα. πλείονας δὲ ἐνίοτε· οἷον ἀφέστηκε σ μιλίοις, μεθ᾽ ὃ ἔγνω, ἔχει εἰς μὲν τὴν ὁδὸν δέκα ἡμέρας, μετὰ δὲ τὴν ἄφιξιν μ· ἀφέστηκε τ· ἔχει εἰς μὲν τὴν ὁδὸν ιε, καὶ μετὰ τὴν ἄφιξιν, ἔχει τὰς ὑπολοίπους

probare non potuit: potest intra tempora excusationis, & ceteris vti.

17 ¶ Is qui ad tutelā vel curationem vocatur, & onus illud studet effugere, excusatione vti, & non appellare debet. Tunc.n. appellatio necessaria est, [a] cùm is qui excusatione vti voluit, obtinere in causa non potuit. Porrò qui excusatione vti vult, intra quinquaginta dies, qui cōtinuò currunt, & vtiles non sunt, ea vti debet. Nā ex quo die tutorem se datum esse cognouit, incipiunt currere. Excusatione autē hunc in modū vti debent, siue testamentarii sint, siue legitimi, siue patroni, siue fiduciarii, siue à magistratibus dati tutores, siue etiam curatores specialiter dati, siue per leges vocati, siue in ciuitate sint, vbi dati sunt, siue intra centesimū milliariū ab eo loco, siue vltra centesimū milliariū agāt: dinumeratione facta vicenorū milliū, quę in singulos dies præbentur, & quæ conficere debet is, qui ad tutelā vel curationem vocatus est, vt in locum, vbi datus est tutor veniat, ad vtendū excusatione sua. Sic tamen vt postquā venerit in ciuitatē in qua se velit excusare, reliqui sint ei triginta dies. Quod & Scæuola sic dicebat cō putari debere, vt non minus quàm quinquaginta dies tutor vnquā ad proponendam excusationem haberet, sed & plus interdum. Veluti, quum certior factus est, aberat CC. millibus, habet quidē in iter X. dies: sed post aduentū suū habet XL. dies. Aberat CCC. in iter quidē habet XV. dies: & post aduētū habebit reliquos

a l.13. ff. eod.

b l. 13. §. 1. vers. qui enim ibi intra quinquaginta dies.

c d. l. 13. §. ff. eodem.

d d. §. 9.

e d. l. 13. §. 1. in fi. §. 3 ff. eod.

f *Licentiam sibi adrogare videtur Theophilus hoc loco, Iustinianus dixit, Tutores cuiuscunque generis sint, excusare se intra certum tēpus debere & cuiusque generis interpretatur qualitercunque dati fuerint, vnde colligit legitimos non contineri. nec enim dantur legitimi* l. 5. ff. de legit. tut. *Possunt tamen se excusare ad tempus* l. 10. ff. eo *sed hac excusatio non est propria* v. Gaium ad l. 13 ff. eod.

g d. l. 13. §. 1. §. 2.

h d. § 2 vers. ita enim.

XXXV. dies. Sin abfuit. CCCC.millibus,in rationem itineris habet XX dies. Vicies enim XX.faciunt CCCC.& quum aduenerit,habet dies XXX. Quòd si absint CCCCC. millib⁹,dies habet XXV. itineris nomine:&XXX. post aduentum suum. Sin verò M.millibus erat distitus, quinquaginta dies habet, quos in iter impẽdat, nihilominus & elapsis quinquaginta diebus, habebit & XXX.dies integros. Et hunc in modum interdum plus habet quàm dies quinquaginta, sed numquam minùs, sicut dicta exempla singillatim ostendunt.

a l.11.§.1.ff. eodem.

17 ¶ Datus est aliquis tutor. is ad omnes pupilli res datus videtur esse.Nec dicẽdum est, in aliis eum esse tutorem, & in aliis non esse.

18 ¶ Tutor fui pupilli,is pubes euasit. Nominatus sum curator eius: Inuitus curationẽ subire non cogor.Itaque si pater me tutorem filio suo impuberi testamento dederit, addẽs se me eundem ei curatorem dare:curator eius fieri non cogor. Id enim D. Seuerus & Antoninus rescripserunt.

b l.10.C.eo.

c adde l.1.§. vlt.ff eo. vbi de sponso & sponsa.l.4.C. eo.l.1.C.qui dare tut. adde l.14.de curat.furiosi. vbi de vxore furiosa. Potest quoque nasci hæc quæstio(vt furorem omittamus)propter receptitia bona vxoris. hoc est doti nõ data. de quibus v.17.Gel. 4.

19 ¶ Vxori suæ datus est quis curator. Excusatione vti potest, quamuis ad ministrationi sese immiscuerit.

20 ¶ Aliquis quum tutor nominatus esset,falsis vsus allegationibus excusationem obtinuit. Non liberat id eum ab onere tutelæ:sed si qua in re læsus fuerit pupillus quod ipse res illius non gesserit,damnum hoc præstare cogetur.

d v.Tit.C.si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit.

λε ἡμέρας· εἰ δὲ ἀφέστηκεν υ μιλίοις, ἔχει λόγον μὲν τῆς ὁδοῦ ἡμέρας κ. εἰκοστάκις γὰρ κυ· ὑποστρέψας οὖν ἔχει τὰς λ ἡμέρας· εἰ δὲ ἀφέστηκε φ μιλίοις, ἔχει κε ἡμέρας λόγῳ τῆς ὁδοῦ, καὶ λ μετὰ τὸ ὑποστρέψαι· εἰ δὲ χιλίοις κεχώρισται μιλίοις, ἔχει ν πρόφασιν τῆς ὁδοῦ, καὶ λ ἀκεραίους μετὰ τὴν παραδρομὴν τῶν ἡμερῶν· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ δείκνυται τὸν μὲν ν ἡμερῶν ἔχων πλείονας ἢ ἥττους δὲ οὐδέποτε, καθὰ οἱ κατὰ μέρος παρέστησαν θεματισμοί.

17 ¶ Ἐδόθη τις ἐπίτροπος· οὗτος ἐπὶ πᾶσι [a] τοῖς τοῦ πουπίλλου πράγμασι δίδοσθαι πιστεύεται. καὶ οὐ λέγομεν ὅτι τῶν δὲ μέν ἐστιν ἐπίτροπος, ἐπὶ δὲ τοῖσδε οὐκ ἔστιν.

18 ¶ Ἐπετρόπευσα πουπίλλου, γέγονεν ἔφηβος· ὠνομάσθην τούτου κουράτωρ· ἄκων [b] οὐκ ἀναγκάζομαι κουρατωρεῦσαι αὐτοῦ. ἀμέλει, εἰ καὶ πατὴρ ἐν διαθήκῃ ἐπίτροπόν με κατέλιπε τῷ αὐτοῦ ἀνήβῳ παιδὶ, προσθεὶς τὸ αὐτὸν ἐμὲ καὶ κουράτορα αὐτοῦ ἔσεσθαι, οὐκ ἀναγκάζομαι αὐτοῦ γενέσθαι κουράτωρ· τοῦτο γὰρ Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν οἱ θειότατοι.

19 ¶ Ἐχειροτονήθη τις τῆς οἰκείας γαμετῆς [c] κουράτωρ. δύναται κεχρῆσθαι τῇ κουσατζίονι, εἰ καὶ ἔφθασεν ἑαυτὸν ἐμμίξαι τῇ διοικήσει.

20 ¶ Ἐπίτροπός τις ὀνομασθεὶς, καὶ δικαιολογίαις χρησάμενος ἐψευσμέναις [d], ἔτυχεν τῆς κουσατζίονος. οὐκ ἀπαλλάττει αὐτὸν τοῦτο τοῦ τῆς ἐπιτροπῆς βάρους· ἀλλ᾽ εἴ τις ἔτυχεν ἐπισυμβᾶσα ζημία τῷ νέῳ, ἐκ τοῦ αὐτὸν μὴ διοικῆσαι, ταύτην ἀναγκάζεται θεραπεύειν.

17. ¶ Datus autem tutor,ad vniuersum patrimonium datus esse creditur.

18. ¶ Qui tutelam alicuius gessit, inuitus curator eiusdẽ fieri non compellitur: in tantum,vt licet paterfamiliâs, qui testamento tutorem dedit,adiecerit se eundem curatorem dare, tamen inuitum eum curam suscipere nõ cogendum, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

19 ¶ Iidem rescripserunt,maritum vxori suę curatorem datum,excusare se posse licet se immisceat.

20. ¶ Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelæ meruerit, nõ est liberatus onere tutelæ.



DE SVSPECTIS TVTORIBVS, VEL CVRATORIBVS. TIT. XXVI.

ΠΕΡΙ ΥΠΟΠΤΩΝ ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων. Τίτλος κϛ.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS, VEL CVRATORIBVS. TIT. XXVI.

¶ Suspecti crimen ex lege XII. Tabul. 1. Apud quem iudicem tutores suspecti fiant. 2. Qui & an cuiuscunque generis sint tutores, suspecti fieri possint. 3. Quæ fœmina. 4. an & quomodo impuberes & puberes suspectos postulare possint. 5. Suspecti qui dicantur, & an ante tutelam suspecti fieri possint. 6. Suspecti & remoti. 7. vel etiam non remoti quæ pœna. 8. Suspecti cognitio an & quando morte finiatur. 9. Suspectos præsumi eos qui latitant ne alimenta pupillo exhibeant. 10. qui præsentes negant per mendacium, alimenta præberi posse, qui tutelas redemerunt. 11. qui fraudulenter tutelam administrant liberorum patroni. 12. etiamsi satis offerant: & de pœnis eorum qui ita suspecti. 13. Suspectum colligi ex moribus, an & ipsa paupertate.

Sciendũ est, suspecti crimen ex lege duodecim tabularũ descendere.

1 ¶ Datum est autem ius remouẽdi tutores suspectos, Romæ Prætori: & in prouinciis Præsidibus earum, & Legato Proconsulis.

2 ¶ Ostẽdimus, qui possint de suspecto cognoscere. nũc videamus, qui suspecti fieri possint. Et possunt quidem omnes tutores fieri suspecti: siue sint testamentarii, siue non sint, sed alterius generis tutores. Quare etsi legitimus fuerit tutor, accusari poterit. Quid si patronus? Adhuc idẽ erit dicendum: dummodò meminerimus, famę patroni parcendum esse, licèt vt suspectus remotus fuerit.

3 ¶ Consequẽs est, vt videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciendum est, quasi publicam esse

Εἰπόντες τὰ περὶ τῶν ἐξκουσατζιόνων, εἴπωμεν καὶ τὰ περὶ τῆς κατηγορείας τῶν σουσπέκτων ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων· ταύτην δὲ τὴν κατηγορείαν ὁ δωδεκάδελτος [a] ἐπενόησε νόμος.

1 ¶ Καὶ σκοπήσωμεν τίνες ἀκροῶνται τῆς τοιαύτης κατηγορείας, καὶ τίνες ὡς ὕποπτοι ἐκβάλλονται· καὶ τίνες τῶν σουσπέκτων κατηγορεῖν δύνανται· κατηγοροῦνται οἱ σούσπεκτοι, ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ παρὰ [b] τῷ πραίτωρι· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις, παρὰ ἄρχουσιν, ἔτι δὲ καὶ παρὰ τῷ λεγάτῳ, [c] ἤγουν τῷ ἐκ προσώπου τοῦ ἀνθυπάτου.

2 ¶ Εἰπόντες [d] τοὺς ἀκροατὰς, εἴπωμεν καὶ περὶ τῶν σουσπέκτων· εἰδέναι χρὴ, ὅτι πάντες οἱ ἐπίτροποι, εἴτε εἰσὶ τεσταμενταρίοι, εἴτε ἑτέρου γένους, ὀρθῶς κατηγοροῦνται· ὅθεν καὶ ὁ λεγίτιμος, ὡς σούσπεκτος ἀποκινεῖται· εἰ δὲ καὶ πάτρων ἐστὶ, τὸ αὐτὸ ἐροῦμεν· τοῦτο μέντοι εἰδέναι χρὴ, ὅτι δεῖ φείδεσθαι τῆς τοῦ πάτρωνος ἐπιτιμίας, εἰ καὶ ὡς σούσπεκτος ἀποκινηθῇ. τὸ γὰρ τῆς ὑποψίας δικαστήριον, ἀτιμοποιόν ἐστι.

3 ¶ Νῦν ἀκόλουθόν ἐστιν εἰπεῖν, τίνες τῶν σουσπέκτων δύνανται κατηγορεῖν,

Qvoniam de excusationibus dictum est, dicamus, quomodo tutores & curatores suspecti crimine postulentur. Crimen autem hoc ex lege Duodecim Tabularum descendit. a l.1.§.eod.

1 ¶ Sed videamus apud quos crimen hoc intentetur, & qui vt suspecti remoueantur, & qui suspectos facere possint. Suspecti igitur fiũt, in vrbe quidem Roma, apud Prætorem: in prouinciis autem, apud Præsides, aut legatum qui Proconsulis personam sustinet. b d.l.1.§.3.

c d.l.1.§.4.

2 ¶ Dictum est, qui cognoscant, dicamus & de suspectis. Et sciendum est, tutores omnes siue testamẽtarii sint, siue alterius generis, suspectos fieri posse. Vnde & legitimus, vt suspectus remouetur. Sed & si patronus sit, idẽ dicemus: hoc tamẽ sciendũ est, famæ patroni parcendum esse, licet vt suspectus remotus fuerit. nã suspecti iudicium, famosum est. d d.l.1.§.5.

3 ¶ Nũc cõsequens est, vt dicamus qui suspectos facere possint. Et sciendum

est, publicã esse hanc accusationem: hoc est, cuiuis homini licere, vt eam moueat. Plus dico, & feminas ad hanc accusationem admissum iri. Sic enim id rescripto diuorum Seueri & Antonini permissum est. Sed eæ solæ admitti debent, quæ pietatis necessitudine ductæ ad hoc procedunt: veluti mater, nutrix, auia. Ne soror quidem prohibenda est. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam Prætor pietatis studio eò venire viderit ac non impudentia elatam, nec sexus verecundiã egredientem, sed pietate adductã non posse æquo animo iniuriam pupillorum ferre, admittet & eam ad accusationem.

4 ¶ Impuberes, tutores suos vt suspectos remouere non possunt. Sed adulti curatores suos accusare possunt: de cõsilio tamen necessariorum suorum veluti cognatorum, & qui per affinitatem his cõiunguntur. Et ita id Seuerus & Antoninus rescripserunt.

5 ¶ Suspectus autem est & qui nõ ex fide tutelam gerit, licet soluendo sit. Sic enim id ait Iulianus. Tutor etiã antequam tutelam gerere incipiat, vt suspectus remoueri potest: quemadmodum Iulianus respondit. cuius responsum & constitutione quadam approbatum est.

6 ¶ Qui vt suspectus remotus est, si ob dolum remotus est, infamis est: sin ob culpam, non æquè.

7 ¶ Quamdiu quis vt su-

a d l.1.§.6.ff. eodem.

b d.l.1.§.7.

c ῥέπουσαν τὴν γνώμην hoc pro propensa affectione, vel, vt loquitur, d.§.7. perpensa, minus vt opinor sincera lectione, accedit enim τὸ ῥέπειν propius ad propensionem, quã perpensionem.

d l.7. ff.eod.

e v.l.3. §.5.ff. eodem.

f licet quoque satisdet, aut satisdederit l.5. ff eod.

g d.l.3. §.5. vers. quod si qui. ff. eod.

h l.vlt.C.l.5. inf.l.4 ff.eo.

καὶ δεῖ εἰδέναι τὴν τοιαύτην κατηγορίαν εἶναι δημοσίαν. [a] τουτέστιν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιτετράφθαι τὸ ταύτην κινεῖν δικαστήριον· τὸ πλέον φημὶ, ὅτι καὶ γυναῖκες [b] προσδεχθήσονται πρὸς τὴν τοιαύτην κατηγορίαν· διατάξεως Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τῶν θειοτάτων ἐπιτρεπούσης· ἀλλ' ἐκεῖναι μόναι, ὅσαι δ' εὐσεβείας ἀνάγκῃ πεισθεῖσαι, προσῆλθον εἰς τοῦτο· οἷον μήτηρ, τροφὸς, μάμμη· οὐ κεκώλυται δὲ οὐδὲ ἀδελφή· εἰ δὲ καί τις ἑτέρα γυνὴ ἧς ὁ πραίτωρ ὁρᾷ τὴν γνώμην ῥέπουσαν [c] εἰς τὸ εὐσεβεῖν, οὐ μὴν ἀναισχυντοῦσαν, καὶ τῆς φύσεως ἐξιοῦσαν αἰδῶ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς εὐσεβείας ἑλκομένην οὐ δυναμένην κατέχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν κατὰ τῶν ἀφήλικων γινομένην ἀδικίαν, προσδέχεται ταύτην εἰς κατηγορίαν.

4 ¶ Ἄνηβοι [d] τοὺς οἰκείους ἐπιτρόπους οὐκ ἐξωθήσουσιν ὡς σουσπέκτους· ἔφηβοι δὲ τοὺς κουράτωρας κατηγορήσουσι γνώμῃ μέντοι τῶν ἀναγκαίων προσώπων, οἷον συγγενῶν, καὶ τῶν κατ' ἀγχιστείαν αὐτοῖς συναπτομένων· καὶ τοῦτο Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν.

5 ¶ Σούσπεκτος δέ ἐστι καὶ ὃς [e] μὴ πιστότατος διοικεῖ τὴν ἐπιτροπὴν εἰ καὶ εὔπορός [f] ἐστι· τοῦτο γὰρ Ἰουλιανός φησι. ὁ ἐπίτροπος, καὶ πρὶν [g] ἄρξηται διοικεῖν, ὡς σούσπεκτος ἀποκινεῖσθαι δύναται, Ἰουλιανοῦ τοῦτο ἀποκειναμένου, οὗ τὴν ἀπόκρισιν ἐβεβαίωσε διάταξις.

6 ¶ Ὁ [h] δὲ ἀποκινηθεὶς ὡς σούσπεκτος, εἰ μὲν διὰ δόλον, ἄτιμός ἐστιν· εἰ δὲ διὰ ῥαθυμίαν, οὐκέτι.

7 ¶ Ἐφ' ὅσον δέ τις ὡς σούσπεκτος

hanc accusationem, hoc est omnibus patere. Quinimo mulieres admittũtur ex rescripto diuorũ Seueri & Antonini: sed hæ solæ, quæ pietatis necessitudine ductæ, ad hoc procedunt: vtputa mater, nutrix quoque, & auia, potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam Prætor propensa pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientẽ, sed pietate productam, non sustinere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

4 ¶ Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare, puberes autem, curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere: & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

5 ¶ Suspectus autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licet soluendo sit, vt Iulianus quoque scripsit. Sed & antequam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum remoueri, idem Iulianus scripsit: & secundum eum constitutum est. 6 ¶ Suspectus autem remotus, siquidem ob dolum, famosus est: si ob culpam, non æquè. 7 ¶ Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, vt Papiniano visum est.

8 ¶ Sed

8 ¶ Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit, posteaque tutor, vel curator decesserit: extinguitur suspecti cognitio.

9 ¶ Si quis tutor copiam sui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur: cauetur epistola diuorum Seueri & Antonini, vt in possessionem bonorum eius pupillus mittatur: & quæ mora deteriora futura sunt, dato curatore distrahi iubentur. Ergo vt suspectus remoueri poterit, qui non præstat alimenta.

10 ¶ Sed si quis præsens negat propter inopiā alimenta posse decerni, si hoc per mendacium dicat, remittendum eū esse ad præfectū vrbi puniendū, placuit: sicut ille remittitur, qui data pecunia ministerium tutelę acquisierit, vel redemerit.

11 ¶ Libertus quoque, si fraudulenter tutelā filiorum, vel nepotum patroni gessisse probetur, ad Præfectū vrbi remittitur puniendus.

12 ¶ Nouissimè autem sciēdum est, eos qui fraudulenter tutelam administrant, etiam si satis offerant, remouendos esse à tutela: quia satisdatio tutoris propositum maleuolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat.

κατηγορεῖται· μέχρις οὗ [a] περαιωθῇ τὸ δικαστήριον, οὐκ ὀφείλει τῆς διοικήσεως ἅπτεσθαι. ἀπηγόρευται γὰρ αὐτῷ, ὡς δοκεῖ Παπινιανῷ.

8 ¶ Εἰ δὲ προκατήρχθη μὲν ἡ τοῦ συσπέκτου κατηγορία, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ὁ ἐπίτροπος ἢ ὁ κουράτωρ τελευτήσοι, [b] ἀποσβέννυται τὸ τοιοῦτον δικαστήριον. πῶς γὰρ δύναται ἐκβάλλεσθαι τὸν ἤδη τελευτήσαντα;

9 ¶ Ἐὰν ὁ ἐπίτροπος μὴ [c] φαίνηται ὥστε alimenta τῷ πουπίλλῳ ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος ὁρισθῆναι, εἴρηται διατάξει Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου, εἰς νομὴν τῶν αὐτοῦ πραγμάτων πέμπεσθαι τὸν πούπιλλον, διδομένου κουράτορος τοῖς πράγμασι τοῦ ἐπιτρόπου, ὀφείλοντος διαπωλῆσαι τὰ χρόνῳ διαφθειρόμενα πράγματα· οἷον ὑποζύγια, καὶ ἐσθῆτα, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὥστε οὖν ὡς σούσπεκτος ἐκβάλλεσθαι δύναται ὁ μὴ παρέχων ἀλιμέντα τῷ πουπίλλῳ.

10 ¶ Εἰ δέ τις παρὼν ἀρνεῖται [d] μὴ δύνασθαι χορηγεῖν ἀλιμέντα τῷ πουπίλλῳ, διὰ τὸ πένητα αὐτὸν εἶναι, ψευδὴς δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ ἀποδειχθῇ, παραπεμφθήσεται τῷ τῆς πόλεως ἐπάρχῳ τιμωρηθησόμενος· ὥσπερ κἀκεῖνος, ὅστις χρήματα [e] δοὺς, ἐπίτροπος ἐσπούδασε γενέσθαι.

11 ¶ Ἀπελεύθερος [f] ἐὰν κακῶς διοικήσας τὴν ἐπιτροπὴν τῶν υἱῶν, ἢ ἐγγόνων τοῦ οἰκείου πάτρωνος δείκνυται, παραπεμφθήσεται τῷ ἐπάρχῳ εἰς σῶμα [g] τιμωρηθησόμενος.

12 ¶ Ὡς ἐν τέλει δὲ τοῦτο ἰστέον, τοὺς κακούργως περὶ τὴν ἐπιτροπὴν ἢ κουρατωρίαν ἀναστρεφομένους, εἰ καὶ προσφέροιεν τὴν, rem pupilli sal-

spectus postulatur, donec iudicium finem accipiat, ad administrationem accedere non debet. Est enim id ei interdictum, vt Papiniano videtur.

8 ¶ Sed si cognitio suspecti suscepta fuerit, ac medio tempore tutor aut curator decedat, extinguitur tale iudicium. Nam qui mortuus est, quomodo remoueri possit?

9 ¶ Si tutor non comparet, aut copiam sui nō facit, vt alimenta pupillo à Magistratu decernantur: cautum est Seueri & Antonini constitutione, vt in possessionem bonorum eius pupillus mittatur & bonis tutoris curator detur, qui ea, quæ tempore deteriora sunt futura, distrahat, veluti iumenta, vestes, & quæcumque talia sunt. Ergo vt suspectus remoueri poterit, qui non præstat alimenta pupillo.

10 ¶ Sed si quis copiam sui faciat & neget propter inopiam alimenta pupillo decerni posse, & compertum fuerit id falsum esse, ad præfectum vrbis puniendus remittendus est: quemadmodum & is qui data pecunia redemit vt tutor fieret.

11 ¶ Libertus quoque si malè tutelam filiorum vel nepotum patroni sui gessisse probetur, ad præfectum vrbis in corpore puniendus remitti debet.

12 ¶ Ad extremum & illud sciendum est, eos qui per fraudes in tutela vel curatione versantur, etiāsi satisdationē illam offerāt quę dicitur, Rē pupilli sal-

a l. 7. C. eod.

b hoc casu finitur tutela an & suspecti cognitio fieri hoc loco ostenditur. & l. penultim. ff. eo

c l. 7. §. 2. ff. eo.

d l. 3. §. 15. ff. eod. l. 4. §. solent. ff. de off. præf. vrbi.

e l. 2. ff. eod.

f hæc verba εἰς σῶμα addita hic à Theophilo, vt corporaliter puniendū tutorem hoc casu intelligamus in l. 1. §. 7. ff. de off. pr. vrbi.

g l. 5. ff. eod.

uamfore, nihilominus remouendos esse à tutela: quia satisdatio maleuolum tutoris propositum non mutat: sed diutius in rebus pupilli grassandi facultatem præbet.

[a] l.6.ff.eod.

uam fore, ἱκανοδοσίαν, τουτέστιν ὅτι σῶα τὰ πράγματα φυλαχθήσεται τοῦ πουπίλλου, οὐδὲν ἧττον ἀποκινοῦνται τῆς ἐπιτροπῆς· ἡ [a] γὰρ ἱκανοδοσία τὴν κακοθελῆ τοῦ ἐπιτρόπου προαίρεσιν οὐκ ἀμείβει· ἀλλὰ παρρησίαν τοῦ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐντρυφᾶν τοῖς τοῦ νέου πράγμασιν αὐτῷ χορηγεῖ.

13 ¶ Suspectum enim & eum putamus qui tam peruersis est moribus vt vel ex his ostendi possit suspectum eum esse. Enimuero tutor aut curator, quanuis pauper sit, dum tamen & fidus sit & diligens, eo nomine quasi suspectus remouendus non est.

[b] l.17.§.14.ff. de adopt.

13 ¶ Σούσπεκτον γὰρ ἐκεῖνον νομίζομεν, ὅστις ἄτοπός ἐστι τοῖς ἤθεσιν, ὡς ἐξ αὐτῶν δείκνυσθαι ὅτι σούσπεκτός ἐστιν. ἐπίτροπος δὲ ἢ κουράτωρ, εἰ καὶ εἴη πένης, [b] πιστὸς μέντοι καὶ ἐπιμελής, ὡς σούσπεκτος οὐκ ὀφείλει ἐξωθεῖσθαι.

13 ¶ Suspectũ etiam eum putamus, qui moribus talis est, vt suspectus sit. Enimuero tutor, vel curator, quamuis pauper sit, fidelis tamen & diligens, remouendus non est quasi suspectus.



ΤΗΣ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΙΩΝΟΣ ΒΙΒΛΟΣ Β.

Τῶν πραγμάτων,

- Τὰ μὲν φυσικῷ λόγῳ πάντων ἐστὶ κοινά, ὡς ὁ ἀήρ, τὸ ὕδωρ τὸ ῥέον, καὶ ἡ θάλασσα, καὶ οἱ τῆς θαλάσσης αἰγιαλοί, καὶ εἴτι ἐν αὐτοῖς εὑρίσκεται.
- Τὰ δὲ ὑπ' οὐδενὸς δεσπόζεται, ὡς τὰ σάκρα σάγκτα, καὶ ῥελιγίοσα.
- Τὰ δὲ τῆς ὁμάδος, οἷον θέατρα, καὶ στάδια, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια.
- Τὰ δὲ τοῦ καθέκαστόν ἐστι, ἅτινα πολλοῖς τρόποις τῆς ἡμετέρας γίνεται περιουσίας. λέγεται δὲ σπεκιαλία.

INSTITVTIONVM IVRIS DIVI IVSTINIANI LIBER SECVNDVS.

Rerum aliæ quidem sunt vel

- Naturali ratione omnibus communes, vt aer, aqua profluens, mare, & litora maris, & quicquid in illis inuenitur.
- In nullius dominio, vt res sacræ, sanctæ, & religiosæ.
- Vniuersitatis, vt theatra, stadia, & his similia.
- Singulorum, quæ multis modis nostri dominij fiunt. Hæ autem speciales dicuntur.

DE RERVM DIVISIONE, & adquirendo ipsarum dominio.

TIT. I.

ΠΕΡΙ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ διαιρέσεως. [a]

Τίτλος α.

DE RERVM DIVISIONE ET ADQVIRENDO ipsarum dominio.

TIT. I.

¶ *A personis ad Rerum tractatum descendit. 1. ¶ Rerum autem aliæ in nostro dominio, aliæ extra dominium. ¶ Extra dominium sunt vel quia communes (vt aer, aqua profluens, mare, maris littora) 2. 3. 4. 5. vel quia publicæ (vt sunt flumina, portus, riparum & littorum vsus) 6. vel quia vniuersitatis. 7. vel quia nullius (8. vt res sacræ. 9. religiosæ. 10. sanctæ.) 11. ¶ In dominio sunt quæ singulorum dicuntur. Fiunt autem singulorum vel iure naturali seu gentium, vel iure ciuili. ¶ Iure gentium, res nostræ fiunt. 12. Occupatione (quo iure, occupantis fiunt feræ bestiæ, volucres, pisces: etiamsi in alieno fundo capiantur. 13. Captæ autem feræ non intelliguntur nisi reipsa captæ sint vt non sufficiat eas vulnerasse, aut vulneratas persequi. 14. Eadem penè ratione apes earúmque fraui & examina occupantis fiunt. 15. Sed & pauones, columbæ, cerui. 16. at non gallinæ & anseres. 17. Sed & eodem iure fiunt nostra quæ ab hostib. capimus. 18. Vt & lapilli & gemmæ & cætera quæ in littore inuenimus). 19. Natiuitate ipsa (vt sunt ea quæ ex animalibus nostris nascuntur.) 20. Aquæ facto, (idque alluuione. 21. Vi fluminis. vt si flumen aliquid de nostro prædio detrahat, & alieno adijciat. 22. si insulam faciat. 23. si alueum mutet. 24. Aliud, si agrum nostrum inundet) 25. Specificatione (26. ea autem fit adiectione. 27. Confusione. 28. commixtione. 29. 30 Aedificatione. 31. Plantatione. 32. Satione. 33. Scriptura. 34. Pictura.) 35. Quòd in fructu sint (& quid de fructibus perceptis à bonæ vel malæ fidei possessore. 36. Vsufructuario & colono. 37. & de fructu pecudum, partu ancillæ. 38. gregis, vsufructuario, eiúsque iure & officio.) 39. Inuentione (quo iure Thesauri inuenti in alieno, varie tamen, nostri fiunt.) 40. Traditione rei facta à domino (quo iure, stipendiaria, & tributaria prædia nostra fiunt. 41. Quo in genere quiddam singulare est in venditione, & emptione. Nec enim res vendita & tradita aliter fit emptoris, quàm si vel pretium soluerit, aut aliter satisfecerit, aut habita illi fuerit fides de pretio.) 42. 43 eiúsve procuratore. 44. Quasi traditione (vt si patior rem meam quæ apud te est, iure dominij esse. 45. si tibi tradidero claues mercium venditarum & apud horrea depositarum. 46. si cui id faciendi ius est, missilia iactauerit. 47. si quis rem suam habuerit pro derelicta. 48. at non si in tempestate nauis leuandæ causa merces suas proiecerit, aut si quid ei de rheda currente exciдат. ¶ Iure ciuili vti res nostræ fiant vide infra tit. 6. & sequentibus.*

SVperiore libro de iure personarum exposuimus, modò videamus de rebus, quæ

ΕΝ τῷ προλαβόντι [b] βιβλίῳ διεξελθόντες τοὺς νομοθέτας, ἀρξάμενοί τε [c] τῆς τῶν νόμων διαιρέσεως, εἰρήκαμεν περὶ [d] τρία ταῦτα τὴν τῶν Ῥωμαίων καταγίνεσθαι νομοθεσίαν, περὶ πρόσωπα, περὶ πράγματα, περὶ ἀγωγάς. πληρώσαντες δὲ ἐν αὐτῷ τὴν τῶν προσώπων [e] διδασκαλίαν, ἐν ᾗ εἰρήκαμεν, τοὺς μὲν ἐλευθέρους εἶναι, τοὺς δὲ δούλους· καὶ τῶν ἐλευθέρων, τοὺς μὲν εὐγενεῖς, τοὺς δὲ ἀπελευθέρους· καὶ δευτέραν εἰπόντες διαίρεσιν, ὅτι τῶν ἀνθρώπων, οἱ μέν εἰσιν ὑπεξούσιοι, οἱ δὲ αὐτεξούσιοι,

SVperiore libro, enarratis his qui iura constituerunt, factóque à legum diuisione initio, diximus, ius ciuile Romanorum, circa hæc tria versari, Personas, Res, Actiones. Ac plenè de Personis tradita doctrina, in qua diximus, quosdam liberos esse, quosdam seruos: & liberorum, quosdam ingenuos, quosdam libertinos: alteramque fecimus diuisionem, quòd hominũ quidã esset alieni iuris: quidam sui:

a *Plenior est inscriptio Latina in qua de adquirendo rerum quoque dominio agitur, vt hic tit. contineat Pandectarũ titul. de diuisione rerum: & de adquir. rerũ dominio. His adiũgẽdus Vlpianus t. de dominiis & adquisitionib. rerũ. & Gaius de reb. & t. περὶ δεσποτείας,* &c. ex li. 10. Eclogæ. *Est & apud authorem μικρὸ similis inscriptio περὶ δεσποτείας &* 2. Hacmenop. 1. *περὶ κτήσεως δεσποτείας.*

b *Epitome prioris seu prioris libri Institutionum.*

c *νομοθέτας vocat populũ, plebẽ, senatũ, principem, magistratus seu prætores, & his similes prudentes seu Iurisconsultos, de quibus dixit* sup. Tit. de iure naturali § 4.

d *circa hæc tria ius Romanorum versari scripsit.* d. tit. de iustitia in fine.

e *compendiaria prioris Institutionum libri materia, ἡ τῶν προσώπων διδασκαλία.*

& quinam alieni iuris essẽt, ac quot modis id dissolueretur: iterúmque, quòd eorum qui sui iuris essent, quidam sub tutoribus agerent, quidam curatores haberent. Sed & hoc intellectum est, quemadmodum tutores constituerentur, & absoluerẽtur, vel excusarentur, aut suspecti postularẽtur. Nunc ad secundũ ordine veniamus tractatum, & de rerũ diuisione dicamus. Est autẽ diuisio compendiaria infinitæ materiæ comprehensio.

¶ Porrò summa rerũ diuisio est hæc, quòd quædam in dominio seu patrimonio nostro sint, quædã extra dominium seu patrimonium nostrum habeãtur. Namque alia, iure naturali siue gẽtiũ, communia sunt omnium: alia, publica: alia, vniuersitatis: alia, nullius: pleraq; in singulorum dominio: quæ variis ex causis cuique adquirũtur: sicut ex his quæ sequuntur apparebit.

1 ¶ Naturali ergo iure, communia omnium hominũ hæc sunt, aer, aqua pereniter fluens, & mare, cóque etiã litora maris. Nemo igitur ad litora maris accedere prohibetur: veluti deambulandi, aut nauis instruendæ gratia: sic tamẽ vt à villis siue domiciliis monumentisque ibi positis, & ab ædificiis abstineat, nec iis damnum inferat. Hæc enim omniumcommunia, aut iuris gentium non sunt, sicut & mare est.

2 ¶ Flumina autem omnia, & portus, publica sunt, hoc est populi Romani. Quapropter & ius piscandi omnibus commune est, in fluminibus & portubus.

καὶ ἡ ὑπεξουσιότης κατὰ τίνων συνίσταται, καὶ πόσοις διαλύεται τρόποις· καὶ ὅτι τῶν αὐτεξουσίων, οἱ μὲν ἐπιτροπεύονται, οἱ δὲ κουρατωρεύονται· γνόντες δὲ καὶ τὰς τῶν ἐπιτρόπων συστάσεις τε, καὶ λύσεις καὶ ἐξκουσατζίονας, καὶ σουσπέκτων κατηγορίας, νῦν ἔλθωμεν ἐπὶ τὸ δεύτερον τῇ τάξει βιβλίον, [a] καὶ εἴπωμεν περὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαιρέσεως. διαίρεσις [b] δέ ἐστιν ὕλης ἀπείρου σύντομος κατάληψις.

¶ Ἡ δὲ ἀνωτάτη [c] τῶν πραγμάτων διαίρεσις [d] ἐστὶν αὕτη, ὅτι τῶν πραγμάτων τὰ μὲν τελεῖ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν δεσποτείαν [e] τε καὶ περιουσίαν, τὰ δὲ ἐκτός ἐστι τῆς ἡμετέρας περιουσίας, ἤτοι δεσποτείας· τινὰ γὰρ φυσικῷ δικαίῳ, ἤτοι [f] iure gentium, κοινὰ [g] πάντων ἐστί. τινὰ δὲ πούβλικα, ἤτοι δημόσια· τινὰ οὐνιβερσιτάτης. τινὰ ἀδέσποτα· πλεῖστα δὲ ὑπὸ τῶν καθ' ἕκαστον δεσποζόμενα, ἅπερ ἐκ ποικίλων αἰτιῶν ἑκάστῳ προσπορίζεται· ὡς ἐκ τῶν ἐπαγομένων δειχθήσεται.

1 ¶ Φυσικῷ μὲν οὖν δικαίῳ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων ἐστὶ ταῦτα, ὁ ἀήρ, τὸ ὕδωρ τὸ [h] ἀέναον, ἡ θάλασσα· διὰ τοῦτο καὶ οἱ αἰγιαλοὶ τῆς θαλάσσης· οὐδεὶς τοίνυν αἰγιαλῷ θαλάσσης προσελθεῖν κωλυθήσεται. οἷον ἀναπατεῖν, [i] τὴν ναῦν προσαρμόζειν· οὕτω μέντοι ὥστε [k] τῶν κωμῶν, [l] ἤτοι τῶν οἰκημάτων, καὶ τῶν ἐκεῖ διακειμένων μνημάτων, ἢ καὶ κτισμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ τούτοις μὴ παρενοχλεῖν· ταῦτα γὰρ οὐ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων, οὐδὲ iuris gentium, ὥσπερ ἡ θάλασσα.

2 ¶ Ποταμοὶ δὲ πάντες, καὶ λιμένες πούβλικοί εἰσι, τουτέστι [m] τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ. διὸ καὶ τὸ δίκαιον τοῦ ἁλιεύειν κοινὸν ἅπασίν ἐστιν ἐν λιμέσι καὶ ποταμοῖς.

vel in nostro patrimonio, vel extra patrimonium nostrum habentur. Quædam enim naturali Iure communia sunt omnium, quædã publica, quædã vniuersitatis, quædã nullius, pleraque singulorum, quæ ex variis caussis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis apparebit.

1 ¶ Et quidem naturali iure communia sunt omnium hæc, aer, aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris. Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur: dũ tamen a villis, & monumentis, & ædificiis abstineat: quia nõ sunt Iuris gentium, sicut & mare.

2. ¶ Flumina autem omnia & portus, publica sunt. ideoque ius piscandi omnibus cõmune est in portu fluminibúsque.

a βιβλίον hic non pro libro sed pro tractatu videtur accipere. tractatu, inquam, rerum.

b διαίρεσις quid.

c ἀνωτάτη διαίρεσις: summa diuisio sup. tit. de iure personarum ἀνωτάτην διαίρεσιν dixit. vt Harmenop. 18. §. 1.

d Summa & prima rerum diuisio quæ.

e δεσποτείαν & περιουσίαν hic pro vno & eodem sumit, hoc est pro dominio.

f φυσικῷ δικαίῳ hic Ius gentium exponit vt & author [illegible]

g sicut alia κοινὰ πάντων, alia πούβλικα seu δημόσια, alia οὐνιβερσιτάτης, alia ἀδέσποτα seu nullius.

h ἀέναον ὕδωρ aqua profluẽs hic & l. 2. in f. ff. de rerum diuis. Glossa. iugis aqua.

i Accedendi ad littus maris duo exempla hic proponit deambulationem & nauis instructionem: piscatio adiicitur in l. 4. ff. de rer. diuis.

k Imò & hæc permissa. 50. Eclog. 1. §. 23. 2. Harm. 1. §. 6. l. 14. ff. de adquir. rerũ dominio.

l κῶμαι Glossis villæ, castella, vici.

m Publica, quasi populica.

3 ¶ Est autem litus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.

4 ¶ Riparum quoque vsus publicus est Iure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naues ad eas adpellere, funes arborib. ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare: sed proprietas earum illorum est quorũ prædiis hærent: quapropter de caussa arbores quoque in eisdem natę, eorundem sunt.

5 ¶ Litorum quoque vsus publicus est & Iuris gentiũ, sicut & ipsius maris, & ob id cuilibet liberum est casam ibi ponere, in quam se recipiat, sicut retia siccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorũ, potest intelligi nullius esse. sed eiusdẽ iuris esse cuius & mare, & quæ subiacet mari, terra vel arena.

6 ¶ Vniuersitatis sunt, non singulorũ quæ in ciuitatibus sunt theatra, stadia, & his similia, & siqua alia sunt communia ciuitatum.

3 ¶ Ἐπειδὴ δὲ εἶπον ὅτι αἰγιαλὸς iuris gentium ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἡ θάλασσα, δεῖ ὁρίζεσθαι τί ἐστιν αἰγιαλός. ¶ [a] αἰγιαλός ἐστι μέχρις οὗ τὸ χειμέριον μέγιστον ἔξεισι κῦμα· ὥστε οὖν κἂν τῷ θέρει, μέχρι τῶν τόπων ἐκείνων τὸν αἰγιαλὸν ὁριζόμεθα.

4 ¶ Καὶ ἡ [b] τῆς ὄχθης δὲ χρῆσις πούβλικα ἐστιν ὡς ὁ ἐθνικὸς βούλεται νόμος, ὥσπερ καὶ ἡ αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἐστι χρῆσις πούβλικα· ἀμέλει τοι, καὶ τὸ πλοῖον ταῖς ὄχθαις προσορμίζειν, ἢ σχοίνους ἐκ τῶν ἀναφυέντων ἐκεῖσε δένδρων ἀποδεσμεῖν, καὶ τὰ φορτία τῆς νεὼς ἐν τούτοις ἀποτίθεσθαι τοῖς τόποις, ἐλευθέρα παντὶ πρόσεστι παρρησία· ὥσπερ καὶ τὸ πλέειν διὰ αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἐστὶν ἀκώλυτον· ἡ μὲν οὖν χρῆσις (ὡς εἴρηται) τῶν ὀχθῶν πούβλικα, ἤτοι iuris gentium ἐστίν ἡ δὲ δεσπότεια αὐτῶν τῶν ὀχθῶν, ἐκείνων ἐστὶν ὧν τοῖς κτήμασι προσπεπήγασιν, ἤτοι συνῆψαν· διὸ [c] καὶ τὰ δένδρα τὰ ἐν αὐταῖς ἀναφυόμενα ταῖς ὄχθαις, ἐκείνων εἰσὶν ὧν καὶ ἡ δεσποτεία τῶν ὀχθῶν· εἴκει [d] γὰρ τὰ ἐπικείμενα τοῖς ὑποκειμένοις.

5 ¶ Καὶ ἡ τῶν αἰγιαλῶν δὲ χρῆσις πούβλικα ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτῆς τῆς θαλάσσης ὅθεν πᾶσι τοῖς βουλομένοις ἄδεια δίδοται, καλύβας [e] ἑαυτοῖς ἐπιτιθέναι, ἔνθα ἑαυτοὺς ἀναπαύειν δύνωνται· ὥσπερ καὶ ψύχειν τὰ δίκτυα, καὶ τῆς θαλάσσης ἐξέλκειν· ἡ δὲ τῶν αἰγιαλῶν δεσποτεία, ἰδικὸν οὐκ ἐπιγράφεται δεσπότην· ἔστι γὰρ αὐτοῦ τοῦ δικαίου καὶ ἡ θάλασσα, καὶ ἡ τῇ θαλάσσῃ ὑποκειμένη γῆ, ἤγουν ἡ ψάμμος.

6 ¶ Τῆς δὲ ὁμάδος, [f] ἤτοι οὐνιβερσιτάτις, εἰσὶν, οὐ μὴν τῶν καθέκαστον, οἷον τὰ ἐν ταῖς πόλεσιν ὄντα θέατρα, στάδια,

3 ¶ Quoniam verò dixi, litora, vt mare, iuris gentium esse, definiendum est quid sit litus. ¶ Litus est id quatenus hibernus fluctus maximus excurrit. Vnde & æstate, vsque ad ea loca litus definimus.

4 ¶ Riparum quoque vsus publicus est, vt volunt iura gentium, sicut & ipsius fluminis vsus publicus est. Itaque, vel ibi gratia, & nauigium ad ripas appellere, & funes de arboribus ibi natis religare, & nauis onera in his locis reponere, liberum cuique est: sicuti nec per flumen ipsum nauigare quisquam prohibetur. Vsus igitur riparum (vt dictum est) publicus, aut iuris gentium est: sed proprietas ipsarum, eorũ est quorum prædiis adiunctę sunt, vel adhærent. Qua de causa, & arbores in his ripis natæ, eorum sunt quorum & proprietas riparum. Subiecto enim solo, cedit superficies.

5 ¶ Litorum quoque vsus publicus est, vt & ipsius maris: & ob id data est facultas volentibus casas ibi sibi componere, in quas se recipere possint, vt & retia siccare, & ex mari deducere. Sed proprietas eorum, proprium non capit dominum: eiusdem enim iuris est & mare & quæ subiacet mari terra vel arena.

6 ¶ Vniuersitatis sunt, non singulorum, veluti quæ in ciuitatibus sunt, theatra, stadia,

a αἰγιαλὸς quid. idem 1. Harmenop. 1. §. 37. & tit. 4. §. 149. 2. Eclog. 112 ff. de verbor. signif. 61. 5. ff. de rer. diuis.
c dominij soli effectus quis.
d sic infra §. 30. Hac eadem regula vtitur Harmenop. 2. tit. 1. §. 54. & tit. 4. §. 79.
e καλύβη hic pro casa. In lege 180. ff. de verb. sign. pro tugurio. Definitur autẽ καλύβη, τὸ ἄσροικα ... 2. Eclo. 2. c. 180. Glossis, casa, tugurium, pergula.
f ὁμὰς hic & §. prox. inf. & §. 25. infra de legat. Glossis, vniuersitas, hinc ἐν ὁμάδι ..., edicto 13. Iustiniani in prin. ἐν ὁμάδι ... li. 53. basil. in vniuerso, nostri auersione, l. 1. §. 15. ff. de exercitoria, ἐν κύτῳ 53. Eclog. 17. c. 10. Sed nemo apertius Harmenopul. quid ὁμὰς, ὁμάδες ... ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου 3. tit. 3. §. 118. & inf. §. vlt. Tit. per quas personas cuique adquiritur καθ' ὁμάδα κτήσεις per vniuersitatem adquisitiones, quibus opponuntur ἰδικαί, hoc est singulares adquirendi modi & καθ' ὁμάδα ... quibus opponuntur ἰδικά.

publica balnea, porticus, & siqua alia sunt communia ciuitatum.

7 ¶ Nullius autem sunt res sacræ, religiosæ, & sanctæ. Quod enim diuini iuris est, id nullius in dominio est.

8 ¶ Sacræ res sunt quæ rite & per Pōtifices Deo consecratæ sunt, veluti Ecclesiæ, sacella martyrum, oratoriáque, & dona, quæ rite ad ministerium Dei destinata sunt: quod genus fuerint, & pretiosa ceimelia. Hæc autem, Imperatoris nostri constitutio alienari & obligari prohibuit, excepta causa redēptionis captiuorū. Nam si quem à barbaris capi contingat, nec pecuniā habeat sanctissima eius ciuitatis Ecclesia, datur ciuitatis episcopo vel œconomo, facultas ea distrahendi, aut acceptis nummis in causam pignoris dandi, vnde scilicet captiui redimantur.

¶ Quòd siquis auctoritate propria quasi sacrum sibi locum constituerit, nemo eum sacrum dixerit: (Semel enim dictum est qualiter res sacræ fieri consueuerint) sed dicimus locum hunc prophanum esse, siue priuatum.

¶ Sed & si contigerit vt ædes sacræ terræmotu subsiderent, aut vetustate collaberentur, nihilominus locus in quo fuerint, sacer est, nec vllius in bonis, vt Papinianus ait. Qui enim sacer factus est, nullo modo sacer esse desinit.

9 ¶ Ex his quæ nullius sunt, sunt & religiosa. Porrò religiosum, propria sibi vnusquisque volūtate con-

a ἀδέσποτα res nullius. quæ in nullius dominio, sic etiam ἀδέσποτα 1. Harmenop. l. §. 73.
b κατὰ τρόπον ὀρθόν. idem quod rite. vnde Glossis ὀρθῶς rite. quod & ὁσίως rite & ritu.
c sic in l. vlt. Cod. Theod. de sepulcris violatis: martyrum sedes in l. 2. Cod. de sacros. ecclesf.
d εὐκτήρια oratoria, vt & Nouella Leonis 4.
e Hinc κειμηλιάρχης l. 20 §. 1. Cod. de agricolis. κειμηλιάρχης. Nouell. 40. κειμηλιοφυλάκιον. Nouell. 74. c. 4 in f.
f dixi ad l. 21. C. de sacros. Eccles.
g Hic dispensator pauperū in l. 33. §. 4. Cod. de Episcopis. Plura v. l. 35. & 42. d. tit. Nouell. 7. c. 10. & 12. No. 123. c. 23.
h l. 6. §. 3. ff. de rer. diuis.
i 2. Harmenop. l. §. 71. l. vnica. C. de vsucap. transform.
k l. 6. §. 4. de rer. diuis.

δημόσια λουτρά, στοαὶ, καὶ εἴ τινα ἄλλα κοινὰ τῶν πόλεων εἰσίν.

7 ¶ Ἀδέσποτα [a] δέ ἐστι τὰ σάκρα, καὶ τὰ ῥελεγίοσα, καὶ τὰ σάγκτα· ὅπερ γὰρ diuini iuris ἐστὶ, τοῦτο ὑπ' οὐδενὸς τελεῖ δεσποτείαν.

8 ¶ Σάκρα δέ ἐστιν ἅτινα κατὰ [b] τρόπον ὀρθὸν, καὶ διὰ τῶν ἱερέων θεῷ καθιέρωται· ὁποῖαι αἱ ἐκκλησίαι, καὶ τὰ μαρτυρεῖα, [c] καὶ τὰ εὐκτήρια, [d] καὶ τὰ δῶρα, ἅτινα κατὰ τὸ πρέπον πρὸς ὑπηρεσίαν ἀφώρισαι τοῦ θεοῦ· οἷον τὰ τίμια κειμήλια [e]. Ταῦτα δὲ διάταξις τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἐκποιεῖσθαι ἢ ἐνεχυριάζεσθαι ἐκώλυσεν, ἐξῃρημένης τῆς αἰτίας τῆς ἀναρρήσεως [f] τῶν αἰχμαλώτων· εἰ γὰρ συμβῇ ληφθῆναί τινας ὑπὸ βαρβάρων, ἡ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης ἁγιωτάτη ἐκκλησία [g] χρημάτων ἀπορεῖ, παῤῥησία δίδοται τοῖς τῆς πόλεως ἐπισκόποις, ἤτοι οἰκονόμοις τὰ τίμια κειμήλια παραδοῦναι ἢ ὑποτίθεσθαι ἐπὶ λήψει χρημάτων, ὥστε ἐντεῦθεν τοὺς αἰχμαλώτους ἀγοράσαι.

¶ Εἰ δέ τις κατ' [h] οἰκείαν αὐθεντίαν ὡσανεὶ σάκρον ἑαυτῷ κατέστησε τόπον, οὐκ ἄν τις τοῦτο καλέσοι σάκρον· εἰρηκαμεν γὰρ ἅπαξ τὸν τρόπον πῶς τὰ σάκρα εἴωθε γίνεσθαι· ἀλλὰ φαμὲν τὸν τοιοῦτον τόπον βέβηλον εἶναι ἤτοι ἰδιωτικόν.

¶ εἰ [i] δὲ συμβῇ ναὸν ἱερὸν σεισμοῦ γινομένου καταπεσεῖν, ἢ καὶ ὑπὸ παλαιότητος κατενεχθῆναι, οὐδὲν ἧττον ὁ τόπος ἐν ᾧ ὁ ναὸς εἱστήκει, σάκρος ἐστὶ καὶ ἀδέσποτος, ὡς ὁ Παπινιανὸς φησι. ὁ γὰρ γινόμενος σάκρος, οὐδενὶ τρόπῳ παύεται τοῦ εἶναι σάκρος.

9 ¶ Τῶν ἀδεσπότων ἐστὶ καὶ τὰ ῥηλιγίοσα· τὸ δὲ ῥηλιγίοσον, [k] ὃ καθ' ἕκαστος ἄνθρωπος οἰκείᾳ συνίστησι γνώμῃ,

7. ¶ Nullius autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ: quod n. diuini iuris est, id nullius in bonis est.

8 ¶ Sacræ res sunt, quæ ritè per Pontifices Deo cōsecratæ sunt: veluti ædes sacræ, & donaria, quæ ritè ad ministerium Dei dedicata sunt: quæ etiam per nostram cōstitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta caussa redemptionis captiuorum.

¶ Si quis autem authoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum.

¶ Locus autem in quo ædes sacræ, ædificatæ, etiā diruto ædificio, sacer adhuc manet, vt & Papinianus scripsit.

9. ¶ Religiosum locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum

infert in locum suum. In communem autem locum purum inuito socio inferre non licet: in commune verò sepulchrū etiam inuitis cæteris licet inferre.

¶ Item si alienus vsusfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente vsufructuario, locum religiosum non facere

¶ In alienum locum consentiente domino licet inferre, & licet postea ratum non habuerit, quam illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit.

10 ¶ Sanctæ quoque res, veluti muri & portę ciuitatis quodammodo diuini iuris sunt, & ideo nullius in bonis sunt.

¶ Ideo autem muros sanctos dicimus quia pœna capitis constituta est in eos qui aliquid in muros deliquerint.

γεγονότι ἐπεισφέρειν τῷ τόπῳ τῷ οἰκείῳ· εἰ δὲ ἐπίκοινος ὁ τόπος εἴη, εἰ μὲν καθαρός [a] ἐστι, καὶ οὔπω γέγονε ῥελιγίοσος, ἄκοντος τοῦ κοινωνοῦ, ἐπεισφέρειν ἐκεῖνο μὴ βουλομένου, οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ ἀποτίθεσθαι λείψανον· [b] εἰ δὲ κοινὸν ὑπάρχει μνῆμα, καὶ μὴ βουλομένων τῶν κοινωνῶν, ἔξεστιν αὐτῷ ἀποτίθεσθαι λείψανον.

¶ Εἰ δὲ τόπου τινὸς, ἕτερος μὲν ἔχει τὸν οὐσούφρουκτον. (οὐσούφρουκτος [c] δέ ἐστι δίκαιόν τι φανεροῖς τόποις συνιστάμενον, νῷ [d] καταλαμβανόμενον, ὃ ποιεῖ με κατὰ τὸ ἑτέρου δεσποτείας ἔχειν χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν [e].) εἰ τοίνυν τοῦ αὐτοῦ τόπου, ἕτερος μὲν ἔχει τὸν οὐσούφρουκτον ἕτερος δὲ, τὴν proprietatem, ὁ προπριετάριος ἐν τῷ εἰρημένῳ τόπῳ ἀποτιθέμενος λείψανον, παρὰ γνώμην τοῦ οὐσουφρουκτουαρίου, ῥελιγίοσον [f] οὐκ ἀποτελεῖ τὸν τόπον· ἐπειδὴ γὰρ ῥελιγίοσος γινόμενος οὐχ οἷός τε ἐστὶ δεσπόζεσθαι, κατὰ δὲ τὴν ἑτέρου δεσποτείας τὸν οὐσούφρουκτον συνεστάναι ὁ ὅρος ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ τοῦ οὐσουφρούκτου, εἰκότως ἀναγκαία τοῦ οὐσουφρουκτουαρίου ἐστὶν ἡ συναίνεσις, καὶ οὐδὲν ἔσται ὀχυρὸν τῶν ὑπὸ τοῦ προπριεταρίου γινομένων ἐπὶ βλάβῃ τοῦ οὐσουφρουκτουαρίου.

¶ Καὶ ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ συγχωροῦντος τοῦ δεσπότου, ἔξεστι λείψανον ἀποτίθεσθαι καὶ ῥελιγίοσος ὁ τόπος ἀποτελεῖται· εἰ δὲ καὶ παρὰ γνώμην ἀπέθετο, μαθὼν δὲ τοῦτο, κύριον ἡγήσατο τὸ πραχθὲν ὁ δεσπότης, καὶ οὕτως γίνεται ῥελιγίοσος ὁ τόπος.

10 ¶ Τὰ δὲ σάγκτα πράγματα, οἷον τείχη, πύλαι, [g] τρόπον τινὰ diuini iuris ἐστι, καὶ ὑπ᾽ οὐδενὸς δύναται δεσπόζεσθαι.

¶ Διὰ τοῦτο δὲ τὰ [h] τείχη εἰρήκαμεν σάγκτα, ἐπειδὴ κεφαλικὴ ὥρισται τι-

constituit, dum mortuum infert in locū suū. Quòd si locus communis fuerit ac purus, nec dum religiosus factus, inuito socio ac nolente, mortuum illuc inferre, & reliquias ibi cōdere non licet: sin verò commune fuerit monumentum, etiam inuitis sociis reliquias ibi condere licet.

¶ At si loci alicuius alius habeat vsumfructum. (est autem vsusfructus, ius quoddā certis modis constitutum, sed in comprehensione mentis consistens, quod efficit vt in aliena proprietate ego vtar & fruar) Id si igitur eiusdem loci, alius vsumfructū habeat, alius proprietatē, proprietarius reliquias ibi condendo, nisi consentiente vsufructuario locum religiosum nō facit. Etenim quum iam religiosus factus, in nullius bonis esse possit, ac vsumfructum in alterius proprietate consistere, vsusfructus definitio doceat, meritò necessarius est vsufructuarij cōsensus, neque quicquam eorum firmum erit quæ in damnum vsufructuarii à proprietario aguntur.

¶ In alienum quoque locum consentiente domino inferre licet, & locus religiosus efficitur. Sed & siquis inscio vel inuito domino intulerit, & id ille quum resciisset, ratum habuerit, fiet & ita locus religiosus.

10 ¶ Sanctæ quoque res, vt muri portæque, quodāmodo diuini iuris sunt, nec in vllius dominium cadunt. ¶ Ideo autem muros sanctos diximus, quod capitalis aduersus eos pœna constituta

a καθαρὸς τόπος purus locus purus, inquam, id est, nondum religiosus.

b unde λείψανα ἁγίων. sanctorum reliquiæ. 3. Harmenop. 3 c. 40. I. Eclo. 1. c. περὶ λειψάνων ἁγίων.

c Vsusfructus quid.

d v. quæ dicā inf. titulo de vsufructu.

e ἐπικαρπία Glossa vsusfructus. Idem igitur quod χρῆσις.

f de religioso adde l. 6. §. 4. ff. de rerum diuisione. Festum in religiosum & religiosus.

g Portas sanctas esse ait vt & l. 1. ff. ne quid in loco sacro, quod tamen Plutarchus negat in Quæstionibus Romanis & Romulo.

h Muri sancti adde l. 8. l. 9. l. vlt. ff. de rerum diuisione Festum in Sanctum.

sit qui aliquid in muros deliquerint, vt si quis inde lapides tollat, aut aliud muro damnum inferat.

¶ Vnde & legum eas partes quibus pœnæ conscriptæ sunt aduersus eos qui contra leges fecerint, sanctiones[a] vocamus. Dicuntur autem & inde sancti, quod sancire firmare significet.

¶ Quando igitur muri firmè nos tuentur, & firmis munitionibus tutos faciunt, ideo sancti appellantur. Possumus autem & ex fabulis veterum aliam huius appellationis causam afferre.[b] Quondam enim perhibent inter homines versatos esse, qui & eos à malis vndique immunes conseruarent. Procedente deinde tempore, factum esse vt pertæsi hominum eos deseruerint. Igitur homines deorum auxilio destituti, ad imitationem custodiç quam ab illis habuerant, mœnia excogitarunt: quando id ergo sanctum est quod magno in pretio est, muros portásque, vt in locum eorum quæ vtique magno habenda erant inuenta, sancta dixerunt.

11 ¶ Dicamus deinceps & de rebus quæ sub dominium singulorum rediguntur. Hę autem multis modis patrimonij nostri fiũt.[c] Quarundam enim domini efficimur iure naturali, quod (sicut dictum est) ius[d] propriè Romanorum est.[e]

¶ Commodius autem est, à vetustiori iure initiũ docendi facere. Porro in cõfessum venit, antiquius esse[f] ius naturale, quod vnà cum genere humano in lucem natura produxit: ciuilia verò iura tunc inueniri cœperunt[g], cum &

μωρεία, κατ' ἐκείνων οἵ τινές τι κατὰ τῶν τειχῶν ἥμαρτον, οἷον, λίθον λαβόντες, ἢ ἄλλο ὁπωσδήποτε βλάψαντες τὸ τεῖχος.

¶ ὅθεν κἀκεῖνα τὰ μέρη τῶν νόμων, ἐν οἷς μέρεσιν αἱ τιμωρίαι εἰσὶν αἱ γεγραμμέναι κατὰ τῶν ἐναντιουμένων τοῖς νόμοις, σαγκτιόνας [a] καλοῦμεν. λέγονται δὲ καὶ ἐντεῦθεν σάγκτα. σάγκιρε γάρ ἐστι τὸ ὀχυροῦν.

¶ ἐπεὶ οὖν ἀσφαλίζεται ἡμᾶς τὰ τείχη, διὰ τοῦτο σάγκτα προσαγορεύεται. δύναται δὲ καὶ μυθώδη [b] τινὰ αἰτίαν ἀποδοῦναι τῆς προσηγορίας· φασὶ γὰρ πάλαι τοὺς θεοὺς συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀβλαβεῖς αὐτοὺς πανταχόθεν διαφυλάττειν· τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, καταγνόντας τῶν ἀνθρώπων, ἀπολιπεῖν αὐτούς. οἱ τοίνυν ἄνθρωποι τῆς ἐκείνων βοηθείας ἐρημωθέντες, πρὸς μίμησιν τῆς ἐκεῖθεν φυλακῆς ἐπενόησαν τὰ τείχη· ἐπεὶ οὖν σάγκτον ἐστὶ τὸ τίμιον, διὰ τοῦτο, ὡς ἐν τάξει τῶν τιμιωτάτων ἐπινοηθέντα, τὰ τείχη καὶ τὰς πύλας ὠνόμασαν σάγκτα.

11 ¶ Εἴπωμεν λοιπὸν καὶ περὶ τῶν πραγμάτων ἅτινα ἀναφέρεται ὑπὸ τὴν δεσποτείαν τῶν καθ' ἕκαστον ἀνθρώπων· ταῦτα δὲ πολλοῖς τρόποις τῆς ἡμετέρας γίνεται περιουσίας· τινῶν μὲν γὰρ πραγμάτων γινόμεθα δεσπόται φυσικῷ νόμῳ· (ὅπερ, καθὰ [c] εἴρηται, ius gentium [d] προσαγορεύεται) τινῶν δὲ ἀκριβεῖ [e] καὶ πολιτικῷ λόγῳ, τουτέστι τῷ ἰδικῷ τῶν Ῥωμαίων.

¶ ἔστι δὲ λυσιτελέστερον ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ποιήσασθαι τῆς διδασκαλίας τὰ προοίμια· ὡμολόγηται δέ, παλαιότερον [f] εἶναι τὸ φυσικὸν δίκαιον ὅπερ ἅμα τῇ γενέσει τῶν ἀνθρώπων εἰς φῶς ἡ φύσις προήγαγε· τὰ γὰρ πολιτικὰ δίκαια τηνικαῦτα [g] δείκνυσθαι ἤρξαντο ὅτε

¶ Ideo & legũ eas partes, quibus pœnas constituimus aduersus eos, qui contra leges fecerint, Sanctiones vocamus.

11 ¶ Singulorum hominũ multis modis res fiunt. quarundam enim rerum dominiũ nanciscitur Iure naturali, quod (sicut diximus) appellatur Ius gentium: quarundam verò Iure ciuili.

¶ Commodius est itaque à vetustiore Iure incipere. palam est autem vetustius esse Ius naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Ciuilia autem Iura tunc esse cœperunt, quum & ciuitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

a Partes legis consueta & ordinaria præmium, capita legis varia, sanctio. hac vltima parte pœna constituebantur aduersus eos qui contra leges fecissent. vt hoc loco adde l. sanctio legum ff. de pœnis. l. 9. § 3. in fi. ff. de rer. diuis. caput denique eius qui contra fecisset cõsecrabatur. Cicero pro Cornelio Balbo. adde Festum in Sancta. De sanctione. v. Ciceronem 3 ad Atticum. & in fine Verrinæ de signis.

b De origine murorum ciuitatu & eorum sanctitate fabulosa narratio.

c in prin. huius tituli.

d Ius natura Ius gentium dicitur.

e ἀκρίβειαν tribuit iuri ciuili.

f Ius gentium antiquius iure ciuili.

g Ius ciuile quando cœperit.

12 ¶Feræ igitur bestiç, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cęlo & terra nascũtur, simul atque ab aliquo capta fuerint, Iure gentiũ statim illius esse incipiunt.

¶ Quod enim antè nullius est, id naturali ratione occupãti conceditur, nec interest, feras bestias, & volucres verũ in suo fundo quis capiat, an in alieno.

¶Planè qui aliénũ fundũ ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, potest à domino, si is prę uiderit, prohiberi ne ingrediatur.

¶Quicquid aũt eorum ceperis, eousq. tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur. Cùm verò tuã euaserit custodiam, & in libertatẽ naturalẽ sese receperit, tuum esse definit, & rursus occupantis fit.

¶Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persecutio.

13 ¶Illud quęsitũ est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit, statim tua esse intelligatur. Et quibusdam placuit statim esse tuam: & eousque tuam videri, donec eam persequaris: quòd si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupãtis.

καὶ πόλεις οἰκοδομεῖσθαι, καὶ ἄρχοντες χειροτονεῖσθαι, καὶ νόμοι ἤρξαντο γράφεσθαι.

12 ¶ Τὰ ἄγρια τοίνυν θηρία, καὶ τὰ πτηνά, ἔτι δὲ καὶ οἱ ἰχθύες (τουτέστιν ὅσα ζῶα ἐν γῇ, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν οὐρανῷ[a] πέτεται) ἅμα τῷ ληφθῆναι ὑπό τινος, κατὰ τὸν ἐθνικὸν νόμον, εὐθέως ἄρχεται τῆς ἐκείνου δεσποτείας εἶναι.

¶ ὅπερ[b] πρότερον ὑπ' οὐδενὸς ἐτέλει δεσποτείαν, τοῦτο φυσικῷ λόγῳ τοῦ προκαταλαμβάνοντος[c] γίνεται· ἀδιάφορον δὲ[d] πότερον τὰ ἄγρια θηρία καὶ τὰ πτηνὰ ἐν οἰκείῳ τις ἀγρῷ θηρᾷ ἢ ἐν ἀλλοτρίῳ[e] ἀγρῷ, εἰσιὼν ἐπὶ τῷ κυνηγῆσαι, ἢ τοῦ ἰξεῦσαι χάριν.

¶ ὀρθῶς[f] δὲ κωλύεται ὑπὸ τοῦ δεσπότου τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν τοῦτο ἐκεῖνος προείδῃ· δύναται γὰρ αὐτὸν εἰς τὸν οἰκεῖον εἰσιέναι κωλύειν ἀγρόν. ¶ εἴτι[g] δὲ τῶν προειρημένων ζώων λάβῃ τις, μέχρι τοσούτου ὑπὸ τὴν οἰκείαν ἔχει δεσποτείαν, ἕως οὗ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ συνέχεται φυλακῆς· εἰ δὲ τὴν τοῦ λαβόντος κατοχὴν διαφύγῃ, καὶ εἰς τὴν φυσικὴν[h] ἐλευθερίαν ἀναδράμῃ, παύεται τῆς δεσποτείας εἶναι τοῦ πάλαι λαβόντος, καὶ πάλιν τοῦ καταλαμβάνοντος γίνεται τὸ ζῶον.

¶ τὴν[i] φυσικὴν δὲ ἐλευθερίαν καταλαμβάνειν, νοεῖται τὸ ζῶον ὁπότε ἢ τὴν ἡμετέραν θέαν διαφύγῃ, ἢ ὑποπέπτωκε μὲν τῇ ἡμετέρᾳ θέᾳ, δυσχερὴς δὲ ἡ τούτου κατάληψίς ἐστι· τί γὰρ εἰ εἰς ὑψηλότατόν τινα καὶ δύσβατον[k] τόπον διέφυγεν;

13 ¶Ἐκεῖνο δὲ τῶν ζητουμένων γέγονεν· ἔλαφος, ἢ σύαγρος οὕτως ἐτρώθη ὑπ' ἐμοῦ ὡς εὐχερῆ τὴν τούτου θήραν γενέσθαι. τινὲς λέγουσιν, εὐθέως τὸ τοιοῦτον ζῶον τῆς ἐμῆς γίνεσθαι δεσποτείας, ἑτέροις δὲ ἤρεσε γίνεσθαι μὲν ἐμὸν τὸ ὑπ' ἐμοῦ πληγὲν ἅμα τῇ καιρίᾳ πληγῇ

ciuitates condi, & magistratus creari, & leges cœptæ sunt scribi.

12 ¶Feræ igitur bestiæ & volucres, adhæc & pisces, (hoc est, quæcunque animalia in terra, & in mari, & in cælo nascũtur) simul atq; ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim in dominio illius esse incipiunt.

¶Quod enim ante nullius erat, id naturali ratione occupantis fit. Nec interest feras bestias & volucres in suo fundo quis capiat, aut in alieno venãdi aut aucupandi gratia illuc ingressus.

¶Rectè tamen à domino fundi prohibetur, si illud is præuiderit: potest enim prohibere ne in fundum suum ingrediatur.

¶Si quid autem eorum quæ dicta sunt, animaliũ ceperit quis, tantisper ipsius est dum custodia eius continetur. Si verò custodiam eius euaserit, & in naturalem libertatem se receperit, in illius qui antè ceperat, dominio esse desinit, ac rursus occupantis fit.

¶ Naturalem autem libertatem recipere animal intelligitur, quum cõspectum nostrum effugerit, aut ita sit in conspectu vt difficilis sit eius persequutio. Quid enim si in summum quempiam & accessu difficilem locum confugerit?

13. ¶Illud quæsitum est Ceruus aut aper, ita à me vulneratus est, vt facilè capi possit: Quidam dicunt, cõfestim tale animal meũ fieri. Aliis placet, meum quidem fieri quod ego lethali vulnere afflixi,

a οὐρανὸς hic pro aëre. Vnde οὐράνια ζῶα. Z. Harmeno. 2. §. 12 so. Eclo. 1. c. 1. ad de l. 1. §. 1. ff. de adquir. rerum dominio.
b l. 3 ff. de adquir. rerum dominio.
c προκαταλαμβάνοντος non tantum est occupantis sed prioris occupantis.
d d. l. 3. §. 1.
e Venari & aucupari in alieno an & quomodo liceat.
f l. 16. ff. de seruit. rusticorum pręd.
g d. l. 3. §. 2.
a *Dotalis rei maritus dominus fit traditione vt hic. quod generaliter dici anceps maxime & lubricum est. Dos enim in bonis mariti esse dicitur & tamen mulieris esse* l. 7. §. 3. l. quamuis in bonis 70. ff. de iure dotium. *Æstimata res viri esse dicuntur.* l. vlt. ff. de fundo dotali. l. vnica. §. cumque 9. vers. æstimatarum. Co. de rei vxoriæ actione. *Imo & non æstimatarum rerum dominium vtile vir habere censetur* l. nec vllam 13. §. apud Marcellum 10. ff de petit. hæreditatis. l. doce ancillam 9. C. de rei vindic.

b *Dotalem fundum in Italia situm nolente vxore maritus alienare poterat: alibi situm ne quidem cauolente, poterat. idque lege Iulia de fundo dotali. Nouo iure. i. Iustiniani constitutione, maritus fundum dotalem siue in Italia. siue in prouincia sit, alienare vel obligare prohibetur, etiamsi in eam alienationem vel obligationem mulier consentiat. Porro legis Iuliæ meminit Iurisconsultus passim* ti. ff. de fundo dotali & l. vnic. §. penul. C. de rei vxoriæ actione.

c *Facilius obligamus quam alienamus.* d *Proinde ab Harmen.* 1. ti. 13. §. 2. *dicuntur mulieres* [illegible] εὐαπάτητοι ἔχειν φρόνημα.

Et locum hæc habebant tantùm in rebus immobilibus in Italia sitis. Imperator verò noster, commodissima excogitatione vtrumque commutauit, nec enim in solis Italicis prædiis, verum etiam in prouincialibus, prohibitā esse & interdictam marito voluit alienationem vel obligationem rerum dotalium, etiam si rei gerendæ mulier consentiat: ne muliebris sexus imbecillitas, perniciem rebus ipsis adferret.

1 ¶ Porrò nunc dicere oportet, quando is qui dominus non est, alienandi habeat potestatem. Id autem velut in hac specie contingit: Centum à te solidos mutuò accepi, fundúmque tibi meū in causam pignoris obligaui, ac conueni, vt anno elapso, & debito non exoluto, pignus tibi vendere liceat. Ecce hic, creditor quum dominus non sit, rectè alienat. Si quis tamen rem diligentius inspiciat, nihil miri contingit. Nam ei debitor ipse qui dominus est, vendere videtur: cui ex pacto cessatione facta in soluendo debito, vendere creditorem permittit. ¶ Et olim quidem formam quandam habebant creditores, qua concessum his fuerat, hypothecas aut pignora vendere. Sed emissa est Imperatoris nostri constitutio, quæ neque creditores, in debiti sui persecutione, impediri voluit: neque debitores temerè & inexcussè res suas amittere. Elegantem igitur adinuenit alienandi modum, per quem pignorum venditio possit procedere. Quæ constitutio vtrumque beneficio affecit, tum debitorem tum creditorem.

καὶ χώραν εἶχεν, ἐπὶ μόνων τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ἀκινήτων πραγμάτων. ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς ἐπανορθώσατο τὴν διάνοιαν, τὰ δύο μετέθηκε· ἐκέλευσε γάρ, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ κτημάτων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ἐπαρχίαις ἀπαγορεύεσθαι τῷ ἀνδρὶ ἐκποίησιν καὶ ὑποθήκην τῶν προικιμαίων πραγμάτων, κἂν τοῖς γινομένοις ἡ γυνὴ συναινῇ, ἵνα μὴ τὸ τῆς γυναικὸς φύσεως [a] σαθρὸν [b] ἀπώλειαν τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐμποιήσαιτο.

1 ¶ Νῦν δὲ χρὴ λέγειν πότε ὁ μὴ ὢν δεσπότης δύναται ἐκποιεῖν· τοῦτο δὲ προβαίνει ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος· ἐδανεισάμην παρὰ σοῦ ἑκατὸν νομίσματα, ἐνεχυριάσας σοι τὸν ἐμὸν ἀγρὸν συμφωνήσας, ὥστε [c] σοι ἐξεῖναι ἐνιαυτοῦ παραδραμόντος καὶ μοῦ μὴ καταβαλόντος τὸ χρέος, πιπράσκειν τὸ ἐνέχυρον· ἰδοὺ ἐνταῦθα ὁ κρεδίτωρ, μὴ [d] ὢν δεσπότης καλῶς ἐκποιεῖ· ἀλλ' ἐάν τις ἐξετάσῃ τὸ ἀκριβές, οὐ γίνεταί τι παράδοξον· δοκεῖ γὰρ ὁ δεβίτωρ πιπράσκειν ὁ δεσπότης ὤν, αὐτῷ τούτῳ, τῷ διὰ συμφώνου συγχωρεῖν τῷ κρεδίτωρι τὸ πιπράσκειν ἀγνωμοσύνης γινομένης περὶ τὴν τοῦ χρέους ἀπόδοσιν. ¶ Ἀλλὰ πάλαι μὲν οἱ κρεδίτωρες εἶχον τύπον [e] τινά, καθ' ὃν ἐπετέτραπτο αὐτοῖς πιπράσκειν τὰς ὑποθήκας, ἤτοι τὰ ἐνέχυρα· διάταξις [f] δὲ γέγονε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἥτις οὔτε τοὺς δανειστὰς ἐμποδίζεσθαι βούλεται περὶ τὴν τῶν ἐποφειλομένων ἀπαίτησιν· οὐδὲ τοὺς χρεώστας προπετῶς καὶ ἀνεξετάστως τῶν οἰκείων ἐκπίπτειν πραγμάτων· ῥητὸν [g] οὖν ἐπενόησε τῶν ἐκποιήσεων τρόπον. δι' οὗ τρόπου, ἡ τῶν ἐνεχύρων δύναται προϊέναι πρᾶσις· ἥτις διάταξις, ἑκάτερον εὐηργέτησε, τόν τε χρεώστην, καὶ τὸν δανειστήν.

1 ¶ Contra autem creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non sit, alienare potest. Sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, qui ab initio contractus pactus est, vt liceret creditori pignus vendere, si pecunia non soluatur.

¶ Sed ne creditores ius suum persequi impedirentur, neque debitores temerè suarum rerū dominium amittere viderētur: nostra constitutione consultum est, & certus modus impositus est, per quem pignorum distractio possit procedere: cuius tenore vtriq; parti creditorū &

a σαθρὸν hic pro fixo.

b ἀπώλεια Glossi quassabundus fragilis in l. 201. inf. de ver. signific. pro periculoso sumitur. vt cū dicitur πᾶς ὁ [illegible] καὶ [illegible] εἶναι.

c l. 3. ff. de distract. pignorū. l. 8. in f. l. si conuenerit 18. ff. de pigneratitia act. 2. Harmenop. 5. §. 12. l. 4. Co. de pignorat. act.

d l. non est nouum. 46. ff. de adquir. rerum dominio. l. 9. C. de pignoratit. act.

e De his solennibus dixi ad l. 1. C. de iure dominij impetrando.

f l. vlt. Co. de iure dominij impetrando.

g ῥητὸν [illegible] sumit pro definita ac certo modo.

debitorum, satis abundéque prouisum est.

τοὺς δὲ τρόπους καθ' οὓς ταῦτα γίνεσθαι δυνατὸν, τὴν ταύτην ἀναγνῶντα τὴν θείαν νομοθεσίαν ἐστὶν εὑρεῖν.

Modos autē quibus hæc fieri possint, facilè est inuenire, si quis sacrā hanc sanctionem legat.

2 ¶ Nunc admonēdi sumus neque pupillū, neque pupillā, vllam rem sine tutoris authoritate alienare posse.

2 ¶ Ἔστιν εὑρεῖν καὶ ἄλλον οὐ δυνάμενον ἐκποιεῖν τὰ οἰκεῖα πράγματα. οἷον ὁ πούπιλλος, ἢ ἡ πουπίλλα, οὐ δύνανται ἐκποιεῖν τὰ οἰκεῖα πράγματα sine tutoris authoritate, διὸ οὐδὲ δανείζουσι· τί δὲ τοῦτο ἐστὶν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἔχει δὲ ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ· ὅρος [a] δανείου [b] ἐστὶ, τὸ τὸν [c] λαμβάνοντα γίνεσθαι δεσπότην, εἶναι δὲ ἡμῖν ἔνοχον, οὐκ εἰς αὐτὰ ταῦτα, ἀλλὰ εἰς ἕτερα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως, καὶ ποσότητος· διὰ τοῦτο εἶπον τὸν λαμβάνοντα γίνεσθαι δεσπότην, ἵνα [d] φύγω χρῆσιν καὶ παρακαταθήκην· ἐπὶ τούτων γὰρ οὐ γίνεται δεσπότης ὁ λαμβάνων· διὰ τοῦτο εἶπον γίνεσθαι ἡμῖν ἔνοχον, ἵνα [e] φύγω δωρεάν· ἐπὶ γὰρ ταύτης, οὐκ ἔστιν ἔνοχος ὁ λαμβάνων· διὰ τοῦτο δὲ εἶπον, οὐκ εἰς αὐτὰ ταῦτα, ἀλλ' εἰς ἕτερα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ ποσότητος, ἵνα μὴ τὴν χρείαν [f] ἀνέλω τοῦ δανείου· εἰ γὰρ ἠναγκάζετο ὁ δανεισάμενος αὐτὰ διδόναι ἅπερ ἔλαβε, περιττὸν ἦν τὸ δανείζεσθαι· δανείζεται δὲ οὐ [g] πάντα τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ in pondere, numero, mensura, τουτέστιν ὅσα ἐστὶν ἐν σταθμῷ καὶ ἀριθμῷ καὶ μέτρῳ· καὶ in [h] pondere μέν ἐστιν, οἷον χρυσὸς, ἄργυρος, μόλυβδος, κασσίτερος, κηρὸς, χαλκὸς πίσσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα. In numero δὲ, ὅσα ἐν ἀριθμῷ ἐστιν. οἷον οἱ λεπτοὶ νοῦμμοι. In mēsura, οἷον σῖτος, κριθὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα. Γίνωσκε δὴ σοι ταῦτα προτεθεωρημένα, βλέπε λοιπὸν τὸ προκείμενον· εἰρήκαμεν τὸν [i] πούπιλλον μὴ δύνασθαι sine tutoris authoritate ἐκποιεῖν τὰ οἰκεῖα πραγ-

2 ¶ Sunt & alii qui res suas alienare non possint. Vt pupillus & pupilla res suas alienare non possunt sine auctoritate tutoris, quapropter neq; mutuum dant. Quid autem id sit, dicere est operæpretium. Tu verò hæc habeto in modū præuiæ inspectionis, velut pro fundaméto quopiam. Definitio mutui est, *vt accipiens dominus fiat, & vt nobis obligetur, nō ad eadē illa, sed ad alia eiusdem substantiæ & quantitatis.* Ideo autem dixi, *vt accipiens dominus fiat:* nempe vt commodatum & depositum vitarē: in his enim accipiens dominus non fit. Ideo rursus dixi, *vt nobis obligetur:* nempe vt vitarem donationē: In hac enim accipiens non obligatur. Ideo denique dixi, *non ad eadem illa, sed alia eiusdem substantiæ & quantitatis:* ne scilicet vsum mutui tollerem. Nam si cogeretur is, qui mutuum accepit, ea quæ accepit, reddere: superuacuum esset mutuari. Enimuerò, non quæuis res mutuò dantur, sed hæ, quę in pōdere, numero, aut mēsura consistunt. Et in *pondere* consistunt, verbi gratia, aurum, argentum, plumbum, stannū, cera, æs, pix, & si qua similia. In numero, quæ *per numerum* dantur, vt minuti nummi. *In mensura,* verbi causa, frumentum, hordeum, & reliqua talia. ¶ His ita veluti pro fundamento præcognitis, vide nūc cetera. Diximus pupillū sine tutoris authoritate, res suas alienare non posse. Quid

¶ Ideoque si mutuam pecuniam sine tutoris authoritate alicui dederit, non contrahit obligationem: quia pecuniam non facit accipientis: ideoque vindicari nummi possunt, sicubi extant.

¶ Sed si nummi, quos mutuò minor dederit, ab eo qui accepit, bona fide consumpti sunt, cōdici possunt.

a ὅρος pro definitione, sed & hic pro lege ponitur sumitur tamquam si vel ex ipsa definitione causis, seu mutui satis intelligi possit exmeo tum fieri. Porrò qua hic καὶ ὅρος dicuntur à Theophilo, eadem iisdem verbis repetūtur inst. titul. quibus modis re contrahitur.

b δαν. ei quid & quemadmodum τι χρῆσις καὶ παρακαταθήκη τῶ δανείω vide 3 Harmeno. 5. §. 1.

c l. 2. in pr. ff. de rebus creditis.

d *Mutuum à commodato & deposito differt.*

e *Mutuum à donatione differt.*

f *Vsus mutui in quo consistat.*

g l. 2. §. 1. ff. de reb. credi.

h *Pondere, numero, & mensura quæ consistant.*

i *Pupillus sine authoritate tutoris res suas alienare non potest* l. 5. §. 1. l. 9. §. 1. ff. de autho. tutorum l. 11. ff. de adqui. rerum dominio: *sed nec soluere* l. 14. in f. ff. de solutionib.

igitur si mutuū dederit sine tutoris auctoritate, an valida est mutui datio? Et diximus: nequaquā. Nam in mutuo, accipiēs dominus fit, id quod hic nō fit, quoniam sine tutore pupillus alienare non potest. Neque mutuum igitur consistit, neque accipiens obligatur. ¶ Quid ergo? Nummos à se mutuò datos actione in rem pupillus vindicabit, idq; si extant nummi. Sin verò mala fide consumpti sunt, i. ab eo qui pupillum esse eum sciuit, à quo mutuum accepit: actione ad exhibendum tenebitur. Nam quæ, cùm extant, actione in rē vindicantur, in his si occultentur, aut mala fide consumpta sin, actioni ad exhibēdum locus est. Quòd si bona fide consumpti sunt, i. eo qui mutuum accepit, existimante adultum esse, qui mutuum dabat: tunc neq; actio in rem intentari potest, quoniam non extant nūmi, neque ad exhibendum, quoniam non occultantur, neque mala fide consumpti sunt. Quid ergo fiet, ne ius quod pro pupillo introductum est, in damnum ipsius vertatur? Et posteaquam nulla ei ex iuris regulis actio competit, reliquum est, vt condictionem habeat, & quod pecuniç numeratione effectum non est, vt scilicet mutuum consisteret, & condictione teneretur accipiens: id efficiat bona fides consumētis. Nam & hic oritur condictio.

a *Actionis ad exhibendum qua natura: & cur hac actio introducta: vtque differat a rei vindicatione.*

b *Ex mutuo pupillus agit rei vindicatione si nummi palam extāt: si occultātur, ad exhibendū: si consumpti condictione l. 19. § 1. ff. de rebus creditis.*

¶ Quid autem contrà, si quis pupillo rem aliquā det sine tutoris auctoritate? Et dominus fit pupillus. Neque enim lex ei inuidet patrimonium suum

c *Dari res pupillo possunt sine tutoris authoritate.*

ματα· τί οὖν ὅτι ἐδάνεισε παρὰ γνώμην τοῦ ἐπιτρόπου, ἆρα ἔρρωται τὸ δάνεισμα; καὶ λέγομεν οὐδαμῶς· εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ δανείου ὁ λαβὼν γίνεται δεσπότης, οὐ γίνεται δὲ ἐνταῦθα, ἐπειδὴ ὁ πούπιλλος οὐ δύναται ἐκποιεῖν δίχα τοῦ ἐπιτρόπου· οὐκ οὖν οὐδὲ συνέστη τὸ δάνεισμα, οὐδὲ ἔνοχος ἐγένετο ὁ λαβών.

¶ Τί οὖν, ἕξει ὁ πούπιλλος τὴν in rem ἐπὶ ἐκδικήσει τῶν νούμμων τῶν ὑπ' αὐτοῦ δανεισθέντων· ταῦτα μὲν, ἐν ᾧ φαίνονται οἱ νοῦμμοι· εἰ δὲ ὁ λαβὼν μαλαφίδεϊ ἐδαπάνησεν αὐτούς, τουτέστιν εἰδὼς ὅτι πούπιλλός ἐστιν ὁ δανείσας, καταχεθήσεται τῇ ad exhibendum. ἐφ' [a] ὧν γὰρ φαινομένων κινεῖται ἡ in rē, ἐπὶ τούτων κρυπτομένων, ἢ μαλαφίδεϊ δαπανηθέντων, χώρα τῇ ad exhibendum. εἰ δὲ ἀναλώθησαν βοναφίδεϊ, τουτέστι τοῦ δανεισαμένου νομίσαντος ἔφηβον εἶναι τὸν δανείσαντα, τότε ἡ in rem κινεῖσθαι οὐ δύναται, οὐδὲ γὰρ φαίνονται οἱ νοῦμμοι· οὔτε μὴν ad exhibendum, ἐπεὶ οὐδὲ κρύπτονται οἱ νοῦμμοι· οὐδὲ μὴν μαλαφίδεϊ ἐδαπανήθησαν. τί οὖν γενήσεται ἵνα μὴ τὸ ὑπὲρ τοῦ πουπίλλου εἰσενεχθὲν νόμιμον, δόξῃ τρεπόμενον εἰς βλάβην αὐτοῦ, καθ' ὃ οὐδεμία αὐτῷ περιέχεται ἀγωγὴ, ἐκ τῶν νομίμων κανόνων; λοιπὸν [b] δοθήσεται αὐτῷ ὁ κονδικτίκιος· καὶ ὅπερ οὐκ ἐποίησεν ἡ τῶν χρημάτων ἀπαρίθμησις, τουτέστι τὸ συστῆναι τὸ δάνεισμα, καὶ γενέσθαι τὸν δανεισάμενον ὑπεύθυνον τῷ κονδικτικίῳ, τοῦτο ποιεῖ ἡ βοναφίδεϊ δαπάνη. τίκτεται γὰρ κἀνταῦθα ὁ κονδικτίκιος. ¶ Τί δὲ ὅτε ἐκ τοῦ ἐναντίου δεδωκέ [c] τις πρᾶγμα αὐτῷ sine tutoris authoritate; δεσπότης γίνεται ὁ πούπιλλος· οὐ γὰρ ὁ νόμος φθονεῖ αὐ-

¶ At ex contrario, omnes res pupillo & pupillæ sine tutoris authoritate rectè dari possunt.

¶ Ideoque si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris authoritas: alioqui non liberabitur.

¶ Sed hoc etiā euidētissima ratione statutum est in constitutione quam ad Cæsarienses aduocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi, Quæstoris sacri palatii nostri, promulgauimus: qua dispositum est, ita licere tutori, vel curatori debitorem pupillarem soluere, vt priùs iudicialis sententia sine omni damno celebrata, hoc permittat: quo subsequuto, si & iudex pronuntiauerit, & debitor soluerit, sequitur, huiusmodi solutionem plenissima securitas. ¶ Sin autē aliter quàm disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem saluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior sit, & adhuc eandē pecuniæ summam petat, per exceptionem doli mali poterit submoueri.

τῷ αὔξοντι τὴν οἰκείαν περιουσίαν sine tutoris authoritate. ¶ Τί οὖν ὅτε ὁ χρεώστης τοῦ πουπίλλου κατέβαλεν[a] αὐτῷ τῷ πουπίλλῳ τὸ χρέος, ὅτι μὲν δεσπότης ὁ αὐτὸς τῶν καταβληθέντων συνωμολόγηται· ἆρα δὲ ὁ debitor ἠλευθέρωται τῆς ἐνοχῆς; λέγομεν ὅτι οὐδαμῶς.[b] εἰ γὰρ εἴπομεν ἐλευθεροῦσθαι τὸν χρεώστην, δοκεῖ ἐκποιῶν τὴν ἐνοχὴν ὁ πούπιλλος, ἐξ ὧν λαμβάνει τὸ χρέος sine tutoris authoritate, ὅπερ κεκώλυται· ὥστε οὖν ἐπὶ τῇ καταβολῇ τοῦ χρέους, ἡ τοῦ ἐπιτρόπου συναίρεσις ἀναγκαία· εἰ γὰρ μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ καταβληθῇ, ὁ χρεώστης οὐκ ἐλευθεροῦται.

¶ Καὶ τοῦτο σαφεστάτῃ διατάξει ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν διετύπωσε βασιλεὺς, αὐτῇ γραφείσῃ πρὸς τοὺς καισαρείας[c] δικολόγους.[d] ex suggestione Τριβουνιανοῦ τοῦ ὑπερφυεστάτου κυαίστωρος· ἐν ᾗ παρεκελεύσατο[e] τῷ ἐπιτρόπῳ ἢ κουράτωρι τὸν δεβίτωρα τοῦ αὐτοῦ ποιήσασθαι τὴν καταβολήν· οἶδας γὰρ ὅτι ὁ αὐτὸς κουρατωρεύεται, οὕτω καταβαλεῖν ὀφείλει, ὥστε πρότερον ἀπόφασιν γενέσθαι δικαστοῦ δίχα πάσης δαπάνης ἐπιτρέπουσαν γίνεσθαι τὴν καταβολήν· τούτου δὲ παρακολουθήσαντος, καὶ ἐπιτρεψαμένου τοῦ δικαστοῦ, καὶ τοῦ δεβίτορος καταβαλόντος τὸ ἀμέριμνον ὁ καταβαλὼν ἔχει, ὡς τοῦ χρέους ἀπαλλαγείς. ¶ Εἰ δὲ παρὰ τὴν εἰρημένην διατύπωσιν τοῦ χρέους γένηται καταβολὴ, τὰ δὲ καταβληθέντα χρήματα σώζεται παρὰ τῷ πουπίλλῳ, ἢ λαβὼν ταῦτα ἐδαπάνησε, καὶ ἐντεῦθεν ὠφελήθη αὐτὸς ἤγουν ἡ αὐτοῦ περιουσία· τυχὸν γὰρ οἰκίαν ἀνώρθωσεν, ἢ ἰδίους ἀγροὺς ἐφιλοκάλησεν,[f] ἢ διδασκάλοις παρέσχε μισθοὺς, ἢ κρεδίτορσι κατέβαλεν. οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτως ἔχει ὁ αὐτη-

suum sine tutoris auctoritate augent. ¶ Quid ergo si debitor pupilli ipsi pupillo debitum soluat? Et dubium non est, quin pupillus eorum dominus fiat, quę soluuntur. An ergo debitor obligatione liberatus est? dicimus quòd nequaquam. Nam si dicimus debitorem liberatum esse, iam reperitur pupillus accepto sine tutoris auctoritate debito obligationem alienare, quod prohibitum est. In solutione ergo debiti, opus est auctoritate tutoris. Siquid enim sine permissu illius solutum fuerit, non liberatur debitor.

¶ Et hoc apertissimè Princeps noster religiosissimus constituit, in constitutione, quam ad Cæsarienses aduocatos, ex suggestione Triboniani quęstoris eminentissimi scripsit: qua sancitum est, vt debitor pupilli, solutionem tutori eius aut curatori faciat (scis enim quādo impuberi curator detur) quam ita facere debet, vt priùs, iudicis sententia sine omni sumptu celebretur, quæ solutionē fieri permittat. Quo subsequuto, si & iudex pronuntiauerit, & debitor soluerit: plena securitas ei qui soluerit, parta est, vtpote à debito iam liberato. ¶ Quòd si præter dictam formam solutio aliqua debiti facta fuerit, & soluta pecunia extet apud pupillum, aut acceptam, vtiliter in vsus suos, aut patrimonium suum cōsumpserit: fortè enim aut ædes suffulsit, aut fundos suos excultiores reddidit, aut pręceptoribus mercedes præbuit, aut creditores absoluit: nihilominus & ita saluam habet aduersus debi-

a v. l. pupillo solui 15. ff. de solutionibus.

b *Pupillo soluens debitor non continuò liberatur ipsa solutione.*

c adde l. 25. C. de adminis. tutor. *quæ est ad Ioannem præfect. Prætorio. Hæc enim ad Cæsarienses, cuius hic fit mentio non extat.*

d δικολόγους *pro aduocatis hic sumit. dicuntur* δικολόγοι 8. Eclog. 1. c. 17. & 12 & συνήγοροι ibidem περὶ συνηγόρων.

e *Pupillo quēadmodum recte ac tutò soluatur* v. d. l. 25.

f *vt agri, de quo hic ita* [illegible] 2. Eclog. 2. 79 *qua arbusti pastinatio dicitur* in l. 71 §. 1 ff. de verbor. signific.

toriē actionem pupillus: sed si agere cum eo nitatur & debitum petere, opposita doli mali exceptione, submouebitur. ¶Sin verò acceptam per luxū & inutiliter consumpserit, aut furto amiserit: debitum à debitore iterum repetet, nec vlla obstabit exceptio: Nam proculdubio condemnabitur debitor, quia temere sine tutoris auctoritate, & non secundum dispositionem constitutionis Principis nostri, solutionē fecerit.

¶Impuberes quoque sine tutoris auctoritate, soluere nō possunt, quando nec dominium in accipientem transferūt: propterea, quòd nullā sine tutoris auctoritate res suas alienandi potestatem habeāt. Quid ergo fiet, quū soluerunt, nec à debito liberantur, quasi is, cui solutum est, dominus factus non sit? Et dicimus, extantibus nummis fore, vt in rem actionem habeant: suppressis aut mala fide consumptis, ad exhibendum. Quòd si bona fide consumpti sint, quia fortè creditor putabat esse adultos, & ita consumpsit: quoniam neque actio in rem procedit, quum non extent, inutilisque est & actio ad exhibendū, quū neque mala fide consumpti sint, neq. supprimantur: ex ipso facto hoc liberabuntur pupilli à debito. Et quòd numeratio sine auctoritate tutoris facta non fecit, id conficit bona fides consumentis.

a Dixi ad l. 4. §. 4. ff. de doli mali exceptione: l. 11. ff. in f. ff. de solutionibus.
b ἀσώτως δαπανᾶν pro male consumere. Recte quoque interpres per luxum hoc. n. sensu luxuriose viuere in l. 14. ff. de curatoribus, nihil aliud quã ἀσώτως viuere vt ibidem dixi.
c l. 14. in f. ff. de solutionib. l. 29. ff. de condict. indebiti.

βον ἐῤῥωμένην κατὰ τοῦ δεβίτορος τὴν ἀγωγήν· περιερχόμενος δὲ ταύτην κινεῖν καὶ τὸ χρέος ἀπαιτεῖν, ἐκβληθήσεται διὰ τῆς τοῦ δόλου [a] παραγραφῆς.

¶ Εἰ δὲ λαβὼν ταῦτα ἀσώτως [b] ἐδαπάνησε, καὶ οὐκ ἐπωφελῶς, ἢ κλοπὴν ἐπ' αὐτοῖς ὑπέστη, ἀπαιτήσει τὸ χρέος τὸν χρεώστην ἐξ ἀρχῆς οὐδεμιᾶς ἀντικειμένης παραγραφῆς· καταδικάζεται γὰρ ἀμάχως ὁ δεβίτωρ. ἐπειδὴ προπετῶς sine tutoris authoritate, καὶ οὐ κατὰ τὰ εἰρημένα τῇ διατάξει τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἐποίησε τὴν καταβολήν.

¶ Καὶ οἱ ἄνηβοι sine tutoris authoritate, καταβαλεῖν [c] οὐ δύνανται· οὐδὲ γὰρ μετατιθέασιν ἐπὶ τὸν λαμβάνοντα τὴν δεσποτείαν· διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν αὐτοὺς ἄδειαν ἐκποιεῖν sine tutoris authoritate τὰ οἰκεῖα πράγματα. τί οὖν γίνεται; ὁπότε κατέβαλον καὶ οὐκ ἠλευθερώθησαν τοῦ χρέους, οἷα μὴ ποιήσαντες δεσπότην τῶν νομισμάτων τὸν λαβόντα· καὶ φαμὲν ὅτι φαινομένων μὲν αὐτῶν, ἕξουσι τὴν in rem. κρυπτομένων δὲ, ἢ μαλαφίδει δαπανηθέντων, τὴν ad exhibendum. εἰ δὲ βοναφίδει ἐδαπανήθη, ὁ γὰρ κρεδίτωρ νομίσας αὐτοὺς ἐφήβους εἶναι ταῦτα ἐδαπάνησε, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν in rē μὴ φαινομένων αὐτῶν, ἀργεῖ καὶ ἡ ad exhibendum, μήτε γινομένου κακίστου δαπανήματος, μήτε μὲν κρυπτομένων τῶν νουμμίων, τότε ἐξ ἀποτελέσματος ἐλευθερωθήσεται τοῦ χρέους ὁ πούπιλλος. καὶ ὅπερ οὐκ ἐποίησεν ἡ sine tutoris authoritate γινομένη ἀπαρίθμησις, τοῦτο ἀποτελεῖ ἡ βοναφίδει δαπάνη.

¶Quòd si malè consumpserit, aut furto, aut vi amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus condēnabitur, quia temerè sine tutoris authoritate, & non secundùm nostram dispositionem soluerit.

¶Sed ex diuerso pupilli, vel pupillæ soluere sine tutoris authoritate non possunt: quia id, quod soluunt, non fit accipientis: quum scilicet, nullius rei alienatio eis sine tutoris authoritate concessa sit.



PER QVAS PERSONAS cuique acquiritur.

TIT. IX.

ΔΙΑ ΠΟΙΩΝ ΠΡΟΣΩΠΩΝ ἡμῖν προσπορίζεται.

Τίτλος θ.

PER QVAS PERSONAS CVIQVE acquiritur.

TIT. IX.

¶ De rerum adquisitionibus & per quas personas nobis adquiratur. 1 ¶ Adquiri nobis per liberos nostros in potestate positos cuiuscunque sexus sint, rerum ipsarum proprietatem si quid ex re nostra quaesiuerint: si aliunde (non tamen ex castrensi vel quasi castrési peculio. Id enim liberi sibi adquirunt, at non parenti) vsumfructum tantum. 2. Per emancipatos vero liberos, vsumfructum dimidia rerum maternarum & lucrorum nuptialium. (Ex his duabus causis, olim nihil patri adquirebatur.) Proinde parentes in ipsa emancipatione liberorum, tertiam partem earum rerum retinere solebant, quasi emancipationis pretium. 3. ¶ Adquiri dominis per seruos proprios ex quacunque causa, proprietaté, possessionem, vsucapionem. 4 Per seruos vero vsufructuarios, id est eos in quibus vsumfructum tantum habemus id omne nobis adquiri quod vel ex operis suis vel re nostra adquisiuerint: ex caeteris causis (puta institutione, legato, donatione) quaesita proprietatis domino adquiri. Per seruos bona fide possessos nec dum à nobis vsucaptos eadem, & iisdem causis adquiri ex quibus adquiri per vsufructuarios seruos. Per seruos bona fide possessos & triennio vsucaptos, proprietatem nobis adquiri: Per seruum nobis vsufructuarium proprietatem nobis non adquiri earum rerum quas proprietario adquiri diximus. Per seruos vsufructuarios, per seruos alienos bona fide à nobis possessos, per liberos homines bona fide à nobis possessos non tantum proprietatem sed & possessionem nobis adquiri earum rerum quas adquirunt vel ex re nostra vel ex operis suis. 5. Per liberam personam (nisi ea sit ex liberis nostris & in potestate nostra: vel nisi bona fide à nobis possideatur, vel nisi res nostras procuret) vel seruos (nisi nostri sint, vel vsufructuarij, vel bona fide à nobis possessi) nihil nobis adquiri. 6. ¶ Transitio & cur à legatis (hoc est modo adquirendi res singulas) ad testamenta: hoc est, modum res adquirendi per vniuersitatem, transeat.

ACQVIRITUR vobis non solum per vosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habetis: item per seruos in quibus vsumfructum habetis: item per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona fide possidetis, de quibus singulis diligentius dispiciamus.

Ταῦτα τὰ εἰρημένα, εἴτε ἐν πράγμασιν, εἴτε ἐν ἀγωγαῖς, προσπορίζονται ἡμῖν, [a] οὐ μόνον δι' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων, οὓς ἔχομεν in potestate, [b] καὶ διὰ τῶν ἀλλοτρίων οἰκετῶν, [c] ἐφ' οἷς ἔχομεν οὐσούφρουκτον, καὶ δι' ἐλευθέρων [d] προσώπων, καὶ οἰκετῶν ἀλλοτρίων, οὓς bona fide νεμόμεθα, νομίζοντες ἡμετέρους εἶναι οἰκέτας· περὶ δὲ ἑνὸς ἑκάστου, ἐπιμελέστερον σκοπήσωμεν.

QVaecunque dicta sunt, siue in rebus siue in actionibus, adquiruntur nobis, non solum per nosmeipsos, sed etiam per eos quos in potestate habemus. Item per seruos alienos, in quibus vsumfructum habemus. Sed & per liberas personas, & seruos alienos, quos bona fide possidemus, nostros esse seruos existimantes. De singulis ergo diligentius videamus.

a 2. Gal. 2. 9. Vlp. 19. 18. l. adquiruntur 10. ff. de adquir. rerū dominio.
b §. 1. §. 2. §. 3. inf. eod.
c §. 4. inf. eod.
d §. 5. inf. eod.

1 ¶ Igitur liberi vestri,

1 ¶ Κατὰ πρώτην τάξιν προσπορί-

1 ¶ Et in primis, liberi

beri vestri, vtriusque sexus, quos in potestate habetis, olim quidem quicquid ad eos peruenerat (exceptis, videlicet, castrensibus peculiis) hoc parentibus suis acquirebant sine vlla distinctione: & hoc ita parentum fiebat, vt etiam esset eis licentia, quod per vnum, vel vnam eorum acquisitum esset, alij filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant, applicare.

m ij

nostri adquirunt, quos in potestate habemus, siue mares sint, siue feminæ. Atq; olim quidem quidquid vndecunque ad eos peruenerat, nobis in quorum erant potestate, adquirebant: exceptis castrensibus peculiis, & ita hæc parentum erant, quę liberi adquisierant, vt potestatem haberent, quod per vnum vel vnam ex liberis adquisitum erat, alteri filio aut extraneo donare, vel vendere, vel quocumq; modo applicare. ¶Quod, cùm Principi nostro inhumanum visum esset, ex generali ipsius cōstitutione idoneum remedium accepit, in qua & liberis pepercit, & parentibus debitum honorem reseruauit. Sanciuit enim vt si quid ex re patris, filio, qui in potestate eius est, obueniat, donatum fortè à patre, aliáve ex causa ad eū translatum: hoc secundùm antiquam obseruationem, totum patri adquiratur. Nec enim vlla inuidia est, id quod ex patris occasione ad eum profectum est, ad patrem reuerti. Quod verò alia ex causa filiusfamiliàs adquisierit: eius vsusfructus patri adquiratur, & proprietas apud filium maneat. Iniquum.n. est, id quod magno labore, aut prospera fortuna cuiquam accessit, in alterum conferri: & ei qui primitus adquisierit, causam mœroris esse, quoniam non tam molestum est, nihil adquisiisse, quàm quū adquisieris, id tibi auferri.

a l.6.C.de bonis quę liberis.

b *Quæsita à liberis in potestate ex patris profectitiis, patris fiunt vsufructu non modò, sed & proprietate.*

c *Quæsita à liberis in potestate aliunde patris fiunt non proprietate, sed solo vsufructu.*

d *δεξιότης τύχης prospera fortuna.*

2 ¶ Erāt sanè & ante cōstitutionem religiosissimi nostri Principis, quædam quæ patri non adquirebātur: vt bona materna, & lucra

ζουσιν ἡμῖν οἱ ἡμέτεροι παῖδες οἱ in potestate. τουτέστιν ἄῤῥενες, τουτέστι δὲ θήλειαι, ἀλλὰ πάλαι μὲν, τὸ ὅθεν δήποτε εἰς αὐτοὺς περιελθὸν, προσεπόριζον ἡμῖν τοῖς ἔχουσιν αὐτοὺς ὑπεξουσίους, ἐξῃρημένων τῶν καστρενσίων πεκουλίων· καὶ οὕτως ἐγίνετο ταῦτα τῶν γονέων τὰ ὑπὸ τῶν παίδων προσπορισθέντα· ὥστε αὐτοῖς πᾶσαν ἐξουσίαν προσεῖναι, τὸ ὑφ' ἑνὸς υἱοῦ, ἢ ὑπὸ μιᾶς θυγατρὸς προσπορισθὲν, ἑτέρῳ παιδὶ ἢ ἐξωτικῷ δωρήσασθαι, ἢ πωλῆσαι, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ μεταγαγεῖν. ¶ Ὅπερ ἀπάνθρωπον εἶναι δόξαν τῷ ἡμετέρῳ βασιλεῖ, γενικῇ διατάξει [a] τὴν προσήκουσαν ἐδέξατο θεραπείαν, δι' ἧς καὶ τῶν παίδων ἐφείσατο, καὶ τοῖς πατράσι τὸ ἐποφειλόμενον ἐφύλαξεν· ἐκέλευσε γὰρ εἰ μὲν [b] ἐκ τῆς περιουσίας τοῦ πατρὸς προσγένηταί τι τῷ ὑπεξουσίῳ, τοῦ πατρὸς τυχὸν δωρησαμένου, ἢ ἑτέρως ὅπως δήποτε εἰς αὐτὸν μεταθέντος, ὥστε τοῦτο κατὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς κεκρατηκὸς, ὅλον προσπορίζεσθαι τῷ πατρί· οὐδεὶς γάρ ἐστι φθόνος, ὅπερ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς προφάσεως ἦλθεν εἰς αὐτὸν, τοῦτο παλινδραμεῖν ἐπὶ τὸν πατέρα· ὅπερ δὲ ἐξ [c] ἄλλης αἰτίας ὁ ὑπεξούσιος ἐκτήσατο, τούτου τὴν μὲν οὐσούφρουκτον προσπορίζεσθαι τῷ πατρί· ἡ δὲ δεσποτεία μενέτω παρὰ τῷ παιδί· ἄδικον γὰρ τὸ πολλοῖς καμάτοις ἢ δεξιότητι [d] τύχης τινὶ προσγινόμενον, ἑτέρῳ τοῦτο παραχωρεῖν, καὶ ὀδυρμοῦ αἴτιον γενέσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν κτησαμένῳ. λυπεῖ γάρ τινα, οὐχ οὕτω τὸ μὴ κτηθὲν, ὡς τὸ μετὰ τὴν κτῆσιν ἀφαιρεθέν.

2 ¶ Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως διατάξεως, ἦν τινὰ μὴ προσποριζόμενα τῷ πατρί, οἷον

¶Quod nobis inhumanum visum est: & generali constitutione emissa & liberis pepercimus, & parentibus honorem debitum reseruauimus. Sancitum etenim à nobis est, vt si quid ex re patris eis obueniat, hoc secundum antiquam obseruationem totū parenti acquiratur. (Quæ .n. inuidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eū reuerti?) Quod autē ex alia caussa sibi filius familias acquisiuit, huius vsumfructū patri quidē acquirat, dominiū autem apud eū remaneat: ne quod ei suis laboribus, vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium perueniens luctuosum ei procedat.

2 ¶Hoc quoq; à nobis dispositum est & in ea specie vbi parēs emancipando liberos suos, ex rebus quæ acquisitionē effugiebāt, sibi tertiam

tiam partem retinere (si voluerat) licētiam ex anterioribus constitutionibus habebat, quasi pro precio quodammodo emācipationis: & inhumanum quiddā accidebat, ut filius rerum suarum ex hac emācipatione dominio pro parte tertia defraudaretur: & quod honoris ei ex emācipatione additū erat, quod sui iuris effectus esset, hoc per rerum deminutionem decresceret. Ideoque statuimus, ut parens pro tertia parte dominii, quā retinere poterat, dimidium non dominii rerum, sed usufructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filiū remanebunt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia, dimidia potiturus.

3 ¶Itē vobis acquiritur, quod servi vestri ex traditione nanciscuntur, sive quid stipulentur, sive ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia caussa acquirāt. Hoc enim vobis & ignorantibus & invitis obuenit. Ipse enim servus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Sed si heres institutus sit, non alias, nisi vestro iussu, hereditatem adire potest. Et si vobis iubentib. adierit, vobis hereditas acquiritur, perinde ac si vos ipsi heredes instituti essetis. Et convenienter, scilicet, vobis legatum per eos acquiritur.

τὰ ματρῷα, καὶ τὰ ἀπὸ γάμων κερδαινόμενα, ἦν δὲ καὶ διάταξις [a] λέγουσα ἐξεῖναι τῷ πατρὶ ἐμαγκίπατον ποιοῦντι τὸν παῖδα τὸ τρίτον μέρος τῶν ἀπροσποριστῶν [b] πραγμάτων κατέχειν λόγῳ δεσποτείας ὡσανεὶ τίμημα [c] λαμβάνοντα τοῦ ἐμαγκιπατζίονος. καὶ συνέβαινέ τι ἀπάνθρωπον, ὅτι ἡ ἐμαγκιπατζίων, ἡ διὰ τιμὴν δεδομένη τῷ ὑπεξουσίῳ, καθ' ὃ αὐτεξούσιον αὐτὸν ποιεῖ, εἰς ζημίαν ἑαυτοῦ περιετρέπετο· τῶν γὰρ οἰκείων ἐστερεῖτο πραγμάτων, τῆς οὐσίας αὐτοῦ μειουμένης· ὅθεν διετύπωσεν ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεύς, μηκέτι τὸ τρίτον τῆς δεσποτείας τῶν τοῦ παιδὸς ἀπροσποριστῶν πραγμάτων τὸν πατέρα παρακατέχειν, ἀλλὰ τοῦ ἡμίσεος μέρους τὸν οὐσούφρουκτον· τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ, καὶ ἀμείωτος ἡ τοῦ παιδὸς περιουσία μένει παρὰ τῷ παιδί, καὶ τοῦ ἡμίσεος μέρους τὸν οὐσούφρουκτον λαμβάνων ὁ πατήρ, ὀνόματι μείζονι χαίρει τιμηθείς· ἀντὶ γὰρ τρίτου τὸ ἥμισυ λαμβάνει. 3 ¶Οὐ μόνον δὲ οἱ ὑπεξούσιοι παῖδες ἡμῖν προσπορίζουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἡμέτεροι [d] οἰκέται. εἴτε κατὰ τραδιτζίονα λάβωσί τι, εἴτε ἐπερωτήσουσιν, [e] ἢ ἐξ ἑτέρας οἵας δήποτε κτήσονται αἰτίας· τοῦτο γὰρ καὶ ἀγνοοῦσι, ὅτι καὶ τὸ μεῖζον μὴ [f] βουλομένοις προσπορίζεται τοῖς δεσπόταις· ὁ γὰρ οἰκέτης οἷα ὑπεξούσιος ὤν, οὐδὲν ἴδιον ἔχειν δύναται· ἔξαιρε τὴν κληρονομίαν· εἰ γὰρ ὁ ἐμὸς οἰκέτης ὑπό τινος γραφῇ κληρονόμος, [g] οὐχ ἑτέρως ταύτην κτᾶσθαι δύναται, εἰ μὴ κατὰ [h] κέλευσιν ἐμὴν ἀδιτεύσει. ἐπειδὴ ἐνδέχεται μείζονα εἶναι τὰ ἐν

lucra nuptialia. Erat & cōstitutio, per quam licebat patri filium emancipanti, tertiam partem eorum, quæ adquisitionem effugiunt, sibi retinere, quasi emancipationis pretium. Et inhumanum quiddam accidebat: ut emācipatio, quæ honoris causa filiofamiliās dabatur (nam sui iuris per eam fiebat) in damnum ipsius converteretur. Per deminutionem enim rerum, fortunis suis spoliabatur. Unde religiosissimus noster Princeps cōstituit, ne posthac tertiam partem proprietatis pater retineret in rebus filii, quæ in adquisitione non veniunt, sed dimidiæ partis usumfructum. Sic enim & intactū apud filium manet patrimonium suum, & pater dimidiæ partis usumfructum accipiens, maioris honoris nomine lætatur, ut qui pro tertia dimidiā sit habiturus.

3 ¶Non solùm autem liberi nostri, qui in potestate nostra sunt, nobis adquirunt, sed etiam servi nostri, sive quid ex traditione nanciscantur, sive stipulentur, sive ex alia qua causa adquirant. Id enim & ignorantibus, imò quod maius est, & nolentibus dominis acquiritur. Nā servus, ut qui in aliena sit potestate, nihil proprium habere potest, excipe hereditatem. Si enim ab aliquo servus meus, heres scribatur: haud aliter eam adquirere potest, quàm si iussu meo adeat. Nā fieri potest, ut onera, quæ latent, nec

a l.6. Co. §.3. de bonis quę liberis.

b ἀπροσπόριστα propriè non profectitia. hæc enim προσπορισ-τά.

c τίμημα dixit quod Infinianus hic pretiū. tametsi alibi præmium l.3. Co. de bonis maternis. ubi dixi.

d l.10. §.1. ff. de adqui. rerum dominio 50. Eclo. 1. c. 9. Ulp. 19. §.18.

e Donationis & legati exēpla hic omittit Theophilus, quæ tamen apud Iustinianū hic. & in l. 86 § 2. ff. de legat.

f l. 32. ff. de adquir. rerū dominio.

g Ulp 19. §. 19.

h adde §. 1. inf. de hæredibus instituendis.

compáret, longe maiora sint lucro quod prima facie appáret. Porro absurdum esset, ignorantes, immo & nolentes nos damnosam adire hereditatem, eáque propter, in adquisitione hac, necesse est, domini iussus præcedat. Et si volũtate mea seruus meus adierit, perinde heres efficiar, atque si ego ipse heres scriptus fuissem. His autem consequens est, vt & legata ipsis relicta, nobis adquirantur. ¶Porrò nõ solùm proprietas per eos, quos in potestate habemus, adquiritur nobis: verùm etiam possessio. Si quis enim rem non suam mobilem aut immobilẽ seruo meo bona fide accipiẽti tradat, possessio eius siue detentio ad hoc mihi proficiet, vt rei dominus constituar per vsucapionem, vel longi temporis possessionem.

a. d.l.10.§.2. ff. de adquir. rerum dominio. & d. c.9. l.1.§ item adquirimus ff. de adquir. possess.

4¶ Et hæc quidẽ de seruis nostris. Adquirunt autem nobis, vt dictum est, & serui alieni, in quibus vsumfructum habemus. Non tamen quibusuis ex causis, sed ex duabus tantùm: hoc est, ex re mea, & ex operis suis. Ex re mea est: quando verbi gratia, curam ei possessionum mearum credidi: aut permisi, vt pecuniis meis mutuandis præesset, dispensatorémque (vt vocatur) eum feci. Fieri enim potuit, vt ex diligentia circa rem familiarem, vel circa res rusticas, vel in mutuũ dãdo, extrinsecus aliquid ad ea, quæ mihi debentur & ad me spectant, lucri corradat: hoc dicitur ex re mea, & mihi adquiretur. Ex operis autẽ suis, verbi gratia, aut sutor erat aut faber, aut pictor. Locaui eum, vt aliis operaretur, pactámque mercedem pro arte sua acci-

b. l. 10. ff. de his autẽ seruis. §. ff. de adquir. rerũ dominio. l. 21. ff. de vsufructu.

c *Ex re domini seruus adquirere quando dicatur.*

d *Seruus ex operis suis quãdo aliquid adquisiuisse dicatur.*

ὄψει κέρδος ὧν, τὰ λανθάνοντα βάρη, καὶ μὴ φαινόμενα. ἄτοπον δὲ ἦν ἀγνοοῦντας ἡμᾶς, ἤγουν καὶ ἄκοντας ἐπιζήμιον ὑπεισιέναι κληρονομίαν, διὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς κτήσεως αὐτῆς, ἀναγκαῖον ἐστὶ τὴν τοῦ δεσπότου προηγεῖσθαι κέλευσιν. καὶ ἐὰν ὁ ἐμὸς οἰκέτης, κατὰ γνώμην ἐμὴν ἀδιτεύσῃ, οὕτω γίνομαι κληρονόμος, ὥσπερ εἰ ἐγὼ αὐτὸς ἐγράφην κληρονόμος. ἀκολούθως δὲ τοῖς ἄνω εἰρημένοις, καὶ τὰ καταλειφθέντα τοῖς δούλοις ληγάτα προσπορίζεται ἡμῖν.

¶ Οὐ[a] μόνον δὲ δεσποτεία διὰ τῶν ἰν ποτεστάτε προσπορίζεται ἡμῖν ἀλλὰ καὶ νομή. εἰ γάρ τις τὸ μὴ οἰκεῖον πρᾶγμα, τῷ ἐμῷ ὑπεξουσίῳ παραδῷ, ἢ κινητὸν, ἢ ἀκίνητον βονα φιδε δεχόμενος, διὰ τῆς αὐτοῦ κατοχῆς γίνομαι τούτου δεσπότης διὰ τῆς οὐσουκαπίονος, ἢ διὰ τῆς τοῦ μακροῦ χρόνου νομῆς.

4 ¶ Ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἡμετέρων οἰκετῶν, προσπορίζουσι δὲ ἡμῖν καθὰ εἴρηται καὶ ἀλλότριοι οἰκέται, ἐφ' οἷς ἔχομεν οὐσούφρουκτον, [b] ἀλλὰ οὐκ ἐκ πάσης αἰτίας, ἀλλὰ ἐκ δύο τούτων, ex re mea, ex operis suis. Ex re mea[c] ἐστὶν, ἡνίκα φροντίδας αὐτῷ τῶν ἐμῶν κτημάτων κατεπίστευσα, ἢ ἐπέτρεψα αὐτῷ τὰ ἐμὰ ἐκδανείζειν χρήματα, καὶ ἐποίησα αὐτὸν τὸν λεγόμενον δισπενσάτωρα. ἠδυνήθη δὲ ὁ δοῦλος ἐκ προνοίας οἰκείας, ἢ ἐκ τῶν γεωργιῶν ἢ ἐκ δανειζομένων, ἔξωθέν τι τῶν ἡμῖν ὀφειλομένων κερδᾶναι, τοῦτο λέγεται ex re mea, καὶ προσπορίζεταί μοι. Ex operis[d] δὲ suis οἷον ῥάπτης ἦν, ἢ τέκτων, ἢ ζωγράφος, ἐμίσθωσα αὐτὸν ἐγὼ ἐπὶ τῷ ἑτέροις ἐργάζεσθαι καὶ μισθὸν ὡρισμένον ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ τέχνης λαμβάνει. ὅσον

¶Nõ solùm autem proprietas per eos, quos in potestate habetis, vobis acquiritur, sed etiam possessio. Cuiuscumque enim rei possessionẽ adepti fuerint, id vos possidere videmini. Vnde etiam per eos vsucapio, vel lõgi temporis possessio vobis accedit.

4¶De iis autẽ seruis, in quibus tantummodò vsumfructum habetis, ita placuit: vt quicquid ex re vestra, vel ex operis suis acquirũt, id vobis adiiciatur: quod verò extra eas caussas consequuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si is seruus heres institutus sit, legatúmve quid ei, aut donatum fuerit, non vsufructuario, sed domino proprietatis acquiritur.

¶ Idem placet & de eo, qui à vobis bona fide possidetur: siue is liber sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de vsufructuario, idē placet & de bonæ fidei possessore. Itaque quod extra istas duas caussas acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum, si seruus est. ¶ Sed bonæ fidei possessor, quum vsuceperit seruum (qui eo modo domin' fit) ex omnib. caussis per eum sibi acquirere potest.

¶ Fructuarius verò vsucapere non potest: primum quia non possidet, sed habet ius vtendi fruendi: deinde, quia scit seruū alienum esse.

ὑπὲρ τοὺς ὁρισθέντας μισθοὺς ἠδυνήθη λαβεῖν τι· καὶ τὸ ἐντεῦθεν κτηθὲν, ἐμοὶ προσπορίζει· τοῦτό ἐστιν ex operis suis. εἰ δέ τι παρὰ [a] τὰς δύο ταύτας αἰτίας ἐκτήσατο, τοῦτο πρὸς τὸν προπριετάριον ἀνήκει. ὥστε οὖν εἴτε κληρονόμος ἐγράφη, ἢ καὶ ληγατάριος, καὶ ληγάτου ἔτυχεν, ἢ παρά τινος ἐδέξατο δωρεὰν, οὐ τῷ οὐσουφρουκτουαρίῳ, ἀλλὰ τῷ προπριεταρίῳ τοῦτο προσπορίζει. ¶ Τὰ εἰρημένα ἐπὶ οἰκέτου καθ' οὗ ἔχω τὸν οὐσούφρουκτον, τὰ αὐτὰ ἤρεσε [b] καὶ περὶ ἐκείνου ὃν βονᾶφίδεϊ νέμομαι, εἴτε ἐλεύθερός ἐστιν, εἴτε ἀλλότριος οἰκέτης· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, ἐκ τῶν δύο αἰτιῶν ἡμῖν προσπορίζουσι, τουτέστι ex re mea, vel ex operis suis. εἰ δέ τι παρὰ τὰς δύο ταύτας αἰτίας κτήσονται, εἰ μὲν ἐκτήσατο ὁ ἐλεύθερος ὃν βονᾶφίδεϊ νέμομαι, ὁ νόμος αὐτῷ φυλάττει, ὀφείλων ἀποσῶσαι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐπειδὰν ἐπιγνῷ τὴν οἰκείαν τύχην· εἰ δὲ οἰκέτης ἐστὶ βονᾶφίδεϊ κατεχόμενος ὑπ' ἐμοῦ, τῷ [c] ἀληθεῖ δεσπότῃ προσπορίζεται, δίχα τῶν δύο αἰτιῶν, τὰ ὑπὸ τοῦ οἰκέτου κτηθέντα· ὁ δὲ βονᾶφίδεϊ νεμόμενος τὸν ἀλλότριον οἰκέτην, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκ τῶν δύο μόνον αἰτιῶν ἀπολαύει τοῦ προσπορισμοῦ, ἐφ' ὅσον μὴ παρέδραμε τριετία· ταύτης δὲ παρελθούσης, οὐσουκαπιτεύει λοιπὸν τὸν οἰκέτην· καὶ τὰ ἐκ πάσης αἰτίας προσγινόμενα τῷ οἰκέτῃ, προσπορισθήσεται αὐτῷ· ὁ γὰρ τὸν ἐλεύθερον βονᾶφίδεϊ νεμόμενος, οὐκ οὐσουκαπιτεύει ὡς εἴρηται. ¶ Καὶ ὁ οὐσούφρουκτον δὲ ἔχων, οὐσουκαπιτεύειν οὐδέποτε [d] δύναται. πρῶτον

peret. Fieri potest, vt hic supra pactam mercedem, aliquid acceperit: & quod inde partum est, mihi adquiret, id est, ex operis suis. Si quid verò extra has duas causas adquisierit, hoc ad proprietarium pertinet. Quapropter, siue hereditas ei relicta, siue legatum datum est, & legatum est consequutus, siue donationem aliquis in eum contulit, proprietario id, non vsufructuario adquirit.

¶ Quæ dicta sunt de seruo, in quo vsumfructum habeo: & in eo placuerūt, quem bona fide possideo, siue liber sit, siue alienus seruus. Nam & hi, ex duabus illis causis nobis adquirūt, hoc est ex re mea, vel ex operis suis. Quod verò extra istas duas causas nāciscuntur, id si liber est quem bona fide possideo, lex ipsi reseruat, in illud scilicet tempus, cùm fortunam suā is agnouerit: quòd si alienus est seruus, quē bona fide possideo, domino vero adquiruntur, quæcumq. ille adquisierit, præterquam ex duabus illis causis. ¶ Porrò qui bona fide alienum seruum possidet, tātisper ex duabus tantùm causis illis, eorum quę adquisita sunt per seruum, dominus fit, dum triennium transeat: hoc. n. elapso, seruū in posterum vsucepit, & quaecumque is aliquid ex causa adquirat, ipsi adquirit. Nam qui liberum bona fide possidet, non vsucapit, vt dictum est. ¶ Sed neque is qui vsumfructum habet, vsucapere vnquam potest. Primùm

a *Seruus quoque ex re domini neque ex operis suis quādo aliquid adquisiuisse dicatur.*

b l. 10. §. Idē 4. ff. de adquir. rerum dominio.

c *id est proprietario.* L. quod fructuar. 49. ff. de adquir. possess.

d l. aquiruntur. ff. de adquir. rerum dominio. l. 1. C. de vsufructu.

quia non possidet, porro sine possessione, vsucapio non procedit. Est autem possessio, animo dominantis possidere: hic vero tantum habet ius vtendi & fruendi. Quòd si quis nullo ad iuris regulas habito respectu, verùm ex his quæ oculis videt æstimans rem, vsufructuarium possidere dixerit: alia & quidem maiori ratione, prohibebitur vsucapio: nimirum, quòd vsufructuarius mala fide possideat, neque enim scire potuit alienum esse. ¶ Non solùm autem proprietas nobis per seruos in quibus vsumfructum habemus, aut quos bona fide possidemus, vel per liberam personam, quam bona itidem fide possideo, seruum meum esse existimans: sed etiam possessio adquiritur, secundum tamen ea, quæ pauiò ante dicta sunt, hoc est, ex re mea vel ex operis suis. Nam si rem alienam ex duabus his causis, ab eo qui dominus non fuerit, acceperint, tempora, quibus ipsi in possessione fuerint, & mihi ad vsucapionem proficient, siue current.

5 ¶ Ex his igitur quæ dicta sunt, apparet, per liberas personas quæ nec in potestate nostra sunt, nec bona fide nobis seruiunt, item per alienos seruos, in quibus neq. vsumfructum habemus, neque possessionē bonę fidei, nulla ex causa quicquam nobis adquiri posse. Et hoc scilicet est, quod vulgò dicitur, per extraneam personam nihil adquiri posse, excepto casu, quem iam referam. Nam si quis mihi prædiū quod alio in loco situm est, vendat: neque ego illuc proficisci possim, sed procuratorem meum mittam, & hic pos-

a *ψυχῇ quid.* *Idem dicitur infra ti. de interdictis in princip.*

b l. 1. §. sed & per eum ff. de adquir. possessio *ad de* l. 1. C. per quas personas.

c *Argumento scilicet à contrario ductu.*

d l. 11. §. 6. ff. de pignoratitia actione l. 1. C per quas personas: l. 11. Co. de adquir. posses sione. l. si procurator 12. ff. de adquir rerum dominio. l. 1. §. 20 l. 18. ff. de adquir. posses sione.

μὲν ἐπειδὴ οὐ νέμεται· νομῆς γὰρ μὴ ὑποκειμένης, οὐ προβαίνει οὐσουκαπίων· νομὴ δέ ἐστι, [a] τὸ ψυχῇ δεσπόζοντος νέμεσθαι· οὗτος δὲ ἔχει δίκαιον τοῦ κεχρῆσθαι, καὶ καρποῦσθαι· εἰ δὲ καί τις μὴ νομικαῖς ἐννοίαις ἀκολουθῶν, ἀλλὰ τοῖς ὁρωμένοις δουλεύων, εἴποι τὸν οὐσουφρουκτουάριον νέμεσθαι, ἑτέρῳ μείζονι λόγῳ, ἡ οὐσουκαπίων ἐμποδισθήσεται· διὰ τὸ μαλαφίδεϊ νέμεσθαι τὸν οὐσουφρουκτουάριον· οἶδε γὰρ ὅτι ἀλλότριός ἐστιν. ¶ Οὐ [b] μόνον δὲ δεσποτεία διὰ τούτων τῶν οἰκετῶν, ἐφ' οἷς ἔχομεν τὸν οὐσούφρουκτον, ἢ οὓς βοναφίδεϊ νεμόμεθα, ἢ διὰ τοῦ ἐλευθέρου ὃν καλῇ πίστει νομίζομεν ἐμὸν ὑποπόδιον οἰκέτην εἶναι, ἀλλὰ γὰρ καὶ νομὴ ἡμῖν προσπορίζεται· δηλαδὴ κατὰ τὰ ἔναγχος εἰρημένα· τουτέστιν ex re mea, vel ex operis suis. ἐὰν γὰρ ἀλλότριον πρᾶγμα, ἐκ τῶν δύο αἰτιῶν λάβωσι παρὰ τοῦ μὴ δεσπόζοντος, δι' ὧν χρόνον αὐτοὶ κατέχουσιν, ἡ οὐσουκαπίων προβήσεται, ἤγουν ἐμοὶ δραμεῖται.

5 ¶ Ἐκ τῶν εἰρημένων συμφαίνεται, [c] ὅτι δι' ἐλευθέρων προσώπων ἅ τινα οὐκ ἔστιν ἡμῖν ὑπεξούσια, οὐδὲ βοναφίδεϊ δουλεύει ἡμῖν ὁμοίως καὶ διὰ τῶν ἀλλοτρίων οἰκετῶν, ἐφ' οἷς οὐδὲ οὐσούφρουκτον, οὐδὲ βοναφίδεϊ ἔχομεν νομὴν ἐξ οὐδεμιᾶς προσπορίζεσθαι αἰτίας ἡμῖν τι δύναται, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ παρὰ πᾶσι λεγόμενον, δι' [d] ἐξωτικοῦ προσώπου μηδὲν προσπορίζεσθαι δύνασθαι, ἐξῃρημένου τοῦ λεχθησομένου θέματος· ἐὰν γὰρ πωλήσῃ τις ἐμοὶ κτῆσιν, ἐν ἑτέρῳ διακειμένην τόπῳ, εἶτα οὐ δυνηθεὶς τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐπιστῆναι, πέμψω τὸν ἐμὸν προκουράτωρα, καὶ τὴν νομὴν οὗτος

¶ Non solùm autem proprietas per eos seruos, in quibus vsumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quæ bona fide vobis seruit, vobis acquiritur, sed etiam possessio. Loquimur autem in vtriusque persona secundum distinctionem quam proximè exposuimus: id est, si quam possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint.

5 ¶ Ex his itaque apparet, per liberos homines, quos neque vestro iuri subiectos habetis, neque bona fide possidetis: item per alienos seruos: in quibus neque vsumfructū habetis, neque possessionem iustā, nulla ex caussa vobis acquiri posse. Et hoc est quod dicitur, per extraneam personam nihil acquiri posse: excepto eo quod per liberam personam (velut per procuratorem) placet non solum scientibus, sed & ignorantibus vobis acquiri possessionem, secundū diui Seueri constitutionē: & per hanc

hanc possessionem, etiam dominium, si dominus fuerit qui tradidit: vel vsucapionem, aut longi temporis præscriptionem, si dominus non sit.

6 ¶ Hactenus tantisper admonuisse sufficiat, quemadmodũ singulæ res vobis acquirãtur. nam legatorum ius quo & ipso singulæ res vobis acquirũtur: item fideicommissorum, vbi singulæ res vobis relinquuntur, oportunius inferiore loco referemus.

παραλάβῃ τῶν κτημάτων, προσποιηθήσεταί μοι δι' αὐτοῦ ἡ νομὴ καὶ οὐ μόνον εἰ γινωσκόντων ἡμῶν τοῦτο συνέβη, ἀλλὰ καὶ εἰ ἀγνοούντων, [a] εἰ ἐδόθη τι αὐτοῖς ἡμετέρῳ ὀνόματι, ἡ νομὴ ἡμῖν προσπορίζεται, ὡς βούλεται ἡ διάταξις τοῦ βασιλέως Σεβήρου, [b] λοιπὸν δὲ τῆς νομῆς ἡμῖν προσποιηθείσης, σιωπηρῶς ἕπεται ἡ δεσποτεία, ἐν ᾧ δεσπότης ἦν ὁ παραδιδούς. εἰ δὲ οὐκ ἦν δεσπότης, διὰ οὐσουκαπίονος, ἢ μακροῦ χρόνου παραδρομῆς τοῦ παραδοθέντος κτῶμαι τὴν δεσποτείαν.

6 ¶ Ἀρκεῖ μέχρι τοσούτου διεξηλθεῖν, τίνα τρόπον τὰ καθ' ἕκαστον ἡμῖν προσποιεῖται πράγματα· ἔστι δὲ καὶ ἕτερος νόμιμος τρόπος κτήσεως· ὁ διὰ τοῦ λεγάτου, [c] δι' οὗ τὰ καθ' ἕκαστον ἡμῖν προσπορίζεται πράγματα· ἔτι δὲ καὶ ὁ τῶν φιδεϊκομμίσσων, [d] δι' ὧν καὶ αὐτῶν ἰδικὰ ἡμῖν πράγματα δύναται καταλιμπάνεσθαι· ταῦτα δὲ ἐπιτηδειότερον ἐν τοῖς κατωτέροις λεχθήσεται τόποις. ¶ Ὥστε οὖν ἢ φυσικαὶ κτήσεις εἰσὶν ἢ ἔννομοι. ¶ Καὶ φυσικαὶ μὲν τεσσαρεσκαίδεκα, [e] οἷον ἡ θήρα, [f] τὰ λάφυρα, [g] καὶ οἱ ἐν αἰγιαλῷ εὑρισκόμενοι λίθοι, [h] ἢ τίμιαι ψηφίδες, καὶ ἡ ἐκ τῶν ἡμετέρων ζώων γονή, [i] ἡ ἀλλουβίων, [k] ἡ νῆσος [l] ἡ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ποταμῷ ἀναφυομένη, ἢ τὸ πλησίον κεκτῆσθαι τῆς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ καταλειφθείσης νηδύος, τὸ ἀλλοτρίαν ὕλην εἰς εἶδος μετασχηματίσαι, [m] εἰς τὴν ἀρχαίαν οὐ δυνάμενον ἀναδραμεῖν ὕλην· τὸ ἐξ ἀλλοτρίας καὶ οἰκείας ὕλης εἶδος κατασκευάσαι· τὸ δύο ὕλας τὰς αὐτὰς, ἢ καὶ διαφόρους κατὰ γνώμην μιγῆναι [n] τῶν δεσποτῶν, ἢ ἐκ τύχης· ὁ κανὼν [o] ὁ λέγων εἴκειν τὰ ἐπικεί-

sessionem prædiorum accipiat: possessio mihi per eum adquiritur. Nec verò solum si scientibus nobis id contingat, sed etiam si ignorantibus, possessio eius quod nostro nomine his datum fuerit, nobis adquiritur, vt voluit constitutio Seueri Cæsaris. Possessione verò nobis adquisita, tacite sequitur & dominium, si dominus fuerit, qui tradidit. quòd si non fuerit, per vsucapionem, aut longi temporis præscriptionem dominiũ rei traditæ adquiro.

6 ¶ Hactenus dixisse sufficit, quemadmodum singulæ res nobis adquirantur. Est & alius ciuilis adquirendi modus, per legatum: quo & ipso iure singulæ res nobis adquiruntur. Item per fideicommissa: vbi etiam singulæ res possunt relinqui. Verum hæc commodius suis locis infrà dicentur. ¶ Adquisitiones igitur aut Iurisgentium sunt aut Ciuiles. ¶ Et iurisgentium quidem sunt quatuordecim. Vt Venatio, Hostium spolia, & lapilli in littore maris inuenti, siue pretiosæ gemmæ: Animalium nostrorum fœtus: Alluuio: Insula in mari aut flumine enata: Et prædia ad alueum à flumine desertum habere. Et alienam materiam, in eam speciẽ quæ in pristinam materiam redire nequeat, mutasse: Et ex aliena & sua materia speciem fecisse: Duorum materias eiusdẽ aut diuersi generis voluntate dominorum, aut fortuitò commixtas esse. Regula, quæ dicit superfi

a l. 47. ff. de vsucapionibus.

b l. 1. C. de acquir. possess.

c adde inst. de legatis in prin.

d v. inf. tit. de fideicõmiss. hæreditatib.

e Adquirendi iure gentium modi quatuordecim: & qui illi.

f Supra ti. de rerum diuis. §. 12. 13. 14. 15. 16.

g §. 17. ibidẽ.

h §. 18 ibidẽ.

i §. 19. ibidẽ.

k §. 20. §. 21. ibidem.

l §. 22. §. 23. §. 24. ibidem

m §. 25. §. 26. §. 27. ibidem

n §. 28. ibidẽ.

o sic ti. de rerũ diuis. sup. §. 4. & §. 33.

ciem subiecto cedere, vt in multis casibus visum est: veluti cùm ex aliena materia domum in solo meo cõstruxi: aut ex mea, in alieno. Alienam arborem in suo plantasse fundo, & contra, suam arborem in alieno fundo plãtasse sic vt radices egerit: Literas chartis aut membranis meis inscriptas esse: Porrò in imagine vitiabatur regula. Nam tabulã vincebat pictura. Bona fide alienum fundum possidere, & hunc conseuisse: Thesaurum in suo loco, aut in sacro religiosóve, ex casu reperisse. Si enim in alieno, pro dimidio tãtum dominus fiet, siue priuati, siue Principis, siue Fisci, siue Ciuitatis is locus fuerit. Ad hæc & traditio. ¶ Porrò autem Ciuiles adquisitiones olim quinq; erant, hodie quattuor, Veluti vsucapio: longa possessio: & apud veteres ius adcrescendi, eò quòd temerè in seruum communem libertas esset collata: Et legatum: Ad extremum & fideicõmissum. Sed hæ singulares adquisitiones sunt: quoniam & vna res est, quæ geritur, & vna res nobis adquiritur. Sunt autem & aliæ adquisitiones, quę dicuntur per vniuersitatem. In quibus vna quidem res est, quæ geritur, sed multa nobis sub vno adquiruntur.

¶ Porrò adquisitiones vniuersales sunt hæ. Hereditas, Bonorum possessio, Adrogatio, Et aliena bona libertatum conseruandarum causa nobis addici. Ac de hereditate quidem primo oportet

a §. 29. & §. 30. sup. de rerũ diuisione.
b §. 31. & 32. ibidem.
c §. 33. ibidẽ.
d §. 34. ibidẽ.
e §. 35. 36. 37. 38. ibidem.
f §. 39. ibidẽ.
g §. 40. ibidẽ.
h *Adquirendi iure ciuili modi quot olim fuerint, quotque hodie sint.*
i sup. tit. 6. de vsucapionibus.
k *προσαύξησις quid.* sup. tit. 7. §. 4.
l *ἰδικαὶ κτήσεις seu singulares adquirendi modi qui & quot.*
m *καθομάδα κτήσεις qua & quot sint.* adde l. Gaius. 2. §. 1.

7 ¶ Mater vel auus maternus, necesse non habent liberos suos aut heredes instituere, aut exheredare: sed possunt eos silẽtio omittere. nã silentiũ matris, aut aui materni, & cęterorum per matrem ascendentium tãtum facit, quantum exheredatio patris. Neq; enim matri filiũ filiámve, neque auo materno nepotem neptémve ex filia, si eum eámve heredem nõ instituat, exheredare necesse est, siue de iure ciuili quæramus: siue de edicto Prætoris, quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit: sed aliud eis adminiculum seruatur, quod paulò pòst vobis manifestum fiet.

7 ¶ Μήτηρ ἤγουν πάππος πρὸς μητρὸς διατιθέμενοι, οὐκ ἀναγκάζονται τοὺς ἰδίους παῖδας γράφειν κληρονόμους, ἢ ἐξερεδατεύειν, ἀλλὰ δύνανται τούτους ἀποσιωπᾶν·[c] ἡ γὰρ σιωπὴ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πάππου τοσοῦτον ἰσχύουσιν, ὅσον ἡ τοῦ πατρὸς ἐξερεδατζίων. οὐδὲ γὰρ μήτηρ τὸν υἱὸν, ἢ τὴν θυγατέρα, οὐδὲ πάππος τὸν ἀπὸ θυγατρὸς ἔγγονον, ἢ ἐγγόνην, ἀναγκάζονται γράφειν κληρονόμους ἢ ἐξερεδατεύειν, ἀμέλει πραιτεριτοι γινόμενοι, οὐδὲ ἀπὸ τῆς πολιτικῆς βοηθοῦνται νομοθεσίας, οὐδὲ ὁ πραίτωρ τὴν κοντρατάβουλλας αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται διακατοχήν· ταῦτα γὰρ ἐπὶ τῶν σουΐων, οὐ μέντοι τῶν παυομένων εἶναι σουΐων ἐπακτάζεται, ἔσται δὲ αὐτοῖς ἑτέρα πρὸς τούτοις βοήθεια, ἣν ἐροῦμεν μικρὸν ὕστερον[d].

7 ¶ Mater vel auus maternus liberos suos heredes instituere aut exheredare necesse non habent, sed silentio præterire possunt. Matris enim aut aui materni silentiũ, non minùs potest, quàm patris exheredatio. Nam neque mater filium aut filiam, neq; auus nepotem neptémve ex filia, hæredes instituere coguntur aut exheredare. Itaque præteriti, neque auxilium à iure ciuili habent, neque rursum Prætor eis bonorum possessionem contra tabulas pollicetur. Hæc enim suis constituta sunt, non his, qui sui esse desierunt. Sed aliud eis adminiculum seruatur, quod paulò post dicemus.

c Exheredare silentio liberos suos potest mater, auúsque maternus, vt hic: sed & miles l. 10. Cod. de testamento militis. Qui ita exheredati iure ciuili ac Prætorio destituti, querelam tamen inofficiosi habent.

d hoc est, infra titu. de inoffic. testam.

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS.

TIT. XIV.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ κληρονόμων καταστάσεως[a].

Τίτλος ιδ.

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS.

TIT. XIV.

a vel ἐνστάσεως 35. Eclog. 9. adde tit. Digestorum & C. de heredibus instituendis.

¶ In testamentis hoc etiam considerandum est, An qui institutus sit, iure potuerit institui, necne. ¶ Proinde rectè quæritur, vtrum heredes instituere possimus quosum liberos homines. Seruos proprios (& qui proprij serui dicantur) excepto vno casu: Seruos alienos (& qui alieni dicantur). 1. Seruus a domino testamento manumissus, si in eadem causa, id est si seruus mansit, si a domino non manumissus inter viuos, si alienatus, quemadmodum liber fiat. 2. Seruus hereditarius. 3. pluriúmve an & quemadmodum rectè heres instituatur. 4. ¶ Vnum & plures in infinitum à nobis institui posse. 5. ¶ In assem aut assis partes heredem institui posse. & quid si vnus tantum in semisse heres institutus, hoc est assem contraxerit: quid si testator duodecim assis partes excesserit. 6. Quid si plures nullis partibus expressis instituti, quas partes habeant? Quid si quidam certis partibus: vnus verò vel plures nullis partibus expressis instituti, pro qua parte hi vel inter se vel cum illis succedant, siue assis partes aliquæ desint, siue as ipse sit expletus. 7. Quid si heredibus ex certa parte institutis pars assis aliqua vacet, aut as ipse excedatur, pro qua parte illis adcrescat vel decrescat. 8. Quid si quibusdam ex parte ad integrum assem aut dupondium institutis, quidam alij sine parte instituti: pro qua parte ij succedant. 9. ¶ Pure vel sub conditione rectè heredes institui, at non ex certo tempore aut ad tempus, & hoc casu diem haberi pro superuacuo. 10. Sub conditione impossibili institutos, manere institutos reiecta conditione. 11. Sub pluribus conditionibus institutos coniunctim, vtrique conditioni: disiunctim institutos, alterutri conditioni obsequi teneri. 12. ¶ Ignotos rectè heredes institui.

POst traditam de institutione & exheredatione liberorum doctrinam, & illud dicere necesse est, quas alias personas heredes scribere possimus. Heredes igitur instituere permissum est tum liberos, tum seruos nec nostro modo seruos, sed & alienos. ¶ Sed nostros quidem seruos olim secundùm plurium Iurisconsultorum sententiam, haud aliter instituere licebat, quàm cum libertate. Hodie verò & sine libertate serui institutio valet ex constitutione imperatoris nostri, quæ seruos & sine libertate institutos

b *Heredes instituere possumus non modo liberos homines sed & seruos: seruos tamquam & nostros & alienos.*

c *Vlpianus* 22. § 7.

d *Heredes seruos nostros etiam sine libertate instituere possumus.*

e l. pen. C. de necessariis seruis heredibus instituendis.

ΜΕτὰ τὴν διδασκαλίαν τὴν ἐπὶ τῇ ἐνστάσει, καὶ ἐξερεδατιζιῶνι τῶν παίδων ἐποιησάμεθα, ἀναγκαῖον εἰπεῖν, καὶ ὁπόσα ἄλλα πρόσωπα δυνάμεθα γράφειν κληρονόμους. γράφειν δὲ δυνάμεθα τοῦτο μὲν οἰκέτας[b] τοῦτο δὲ ἐλευθέρους· καὶ οὐ μόνον ἡμετέρους, ἀλλὰ καὶ ἀλλοτρίους οἰκέτας. ¶ Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἡμετέρους[c] οἰκέτας, πάλαι[d] μὲν κατὰ τὴν τῶν πλειόνων νομικῶν γνώμην, οὐχ ἑτέρως, εἰ μὴ cum libertate γράφειν ἐξῆν· σήμερον δὲ καὶ δίχα ἐλευθερίας, ἡ τοῦ οἰκέτου ἔνστασις ἔρρωται, ἐκ διατάξεως[e] τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἥτις καὶ sine libertate γραφέν-

HEredes instituere permissum est, tam liberos homines, quã seruos: & tam proprios, quàm alienos. ¶ Proprios autẽ olim quidem secũdũ pluriũ sẽtẽtias, nõ aliter, quã cũ libertate, recte instituere licebat. hodie verò, etiam sine libertate, ex nostra constitutione heredes eos instituere permissũ est. Quod non per innouationem induximus, sed quoniã æquius erat &

Attilicino placuisse Paulus suis libris quos tam ad Masuriũ Sabinum quàm ad Plautium scripsit, refert.

τοὺς αὐτοῖς, ἀκωλύτως ἐπὶ τὴν κληρονομίαν καλεῖ· τοῦτο δὲ οὐ κατὰ καινισμόν τινα ἡ αὐτοῦ διάταξις εἰσήγαγεν, ἀλλὰ γνώμῃ νομικῶν ἀκολουθήσασα. Ἀτιλίκινος γὰρ ὁ νομικὸς ἐδέξατο τὸ sine libertate τοῦ οἰκέτου καλῶς ἔνστασιν γίνεσθαι· ὡς ἀναφέρει αὐτὸν Παῦλος ὁ σοφώτατος· τοῦτο μὲν ἐν τοῖς πρὸς Μασούριον Σαβῖνον αὐτοῦ βιβλίοις, τοῦτο δὲ ἐν τοῖς πρὸς Πλαύτιον. ¶ Ἡμέτερος [a] δὲ οἰκέτης νοεῖται κἀκεῖνος, οὗ τὸν οὐσούφρουκτον ἑτέρῳ παραχωρήσαντες, γυμνὴν ἐπ' αὐτοῦ προπριετάτεμ ἔχομεν. ¶ Ἔστι δὲ εὑρεῖν [b] ἓν παράδοξον θέμα, ὅτε τις τὸν οἰκέτην, οὐδὲ cum libertate γράφει κληρονόμον ἰσχυρῶς, καὶ τοῦτο διατάξει περιέχεται Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τῶν θειοτάτων, ἥτις χώραν ἔχει ἐπὶ τοιούτου θέματος· ἀπέθετό τις κατηγορίαν κατὰ Τιτίας, λέγων αὐτὴν ὑπὸ Στίχου τοῦ ἰδίου οἰκέτου μοιχεύεσθαι· μήπω περαιωθέντος τοῦ δικαστηρίου ἡ εἰρημένη Τιτία τελευτῶσα, τὸν εἰρημένον Στίχον cum libertate ἐνεστήσατο κληρονόμον· μετὰ τὴν ἐκείνης τελευτὴν ζήτησις γέγονεν, εἰ ἔρρωται τὰ τῆς ἐνστάσεως, καὶ οἱ εἰρημένοι θειότατοι βασιλεῖς ἀντέγραψαν, τὸν οἰκέτην ἔνοχον [c] ὄντα τῇ μοιχείᾳ, οὐκ ἰσχυρῶς ἐν τῇ διαθήκῃ ἐλευθεροῦσθαι πρὸ τοῦ πέρατος τοῦ δικαστηρίου, ὑπ' ἐκείνης αὐτοῦ τῆς δεσποίνης, ἥτις ὡς ὑποπεσοῦσα τῷ ἐγκλήματι κατηγορεῖται, ὥστε οὖν ἡ ἔνστασις ἡ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ γενομένη δούλου, πάσης ἰσχύος ἐστὶν ἐκτός. ¶ Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν καὶ τὸν ἀλλότριον [d] οἰκέτην καλῶς γράφεσθαι ἡμᾶς κληρονόμον, ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι ἀλλότριός ἐστι κἀκεῖνος, ἐφ' ᾧ ὁ τεστάτωρ οὐσούφρουκτον εἶχεν.

ad hereditatem sine impedimento admittit. Neque id per innouationem introductum est, sed ex sententia quorundam veterum: Nam & Atilicinus Iurisconsultus id sequutus est, vt seruus & sine libertate rectè institueretur: sicut prudentissimus Paulus, tum in libris ad Massurium Sabinum, tum in libris ad Plautium refert.

¶ Proprius autem seruus etiã is intelligitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio vsumfructũ habente.

¶ Seruus autem noster & is intelligitur, cuius alij vsumfructum concessimus & nos in eo nudam proprietatem habemus.

¶ Est tamen casus, in quo nec cum libertate vtiliter seruus à domina heres instituitur, vt constitutione diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius verba hæc sunt: *Seruum adulterio maculatum, non iure testamento manumissum ante sententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, vt in eundem à domina collata heredis institutio, nullius momenti habeatur.*

¶ Inuenias autem mirabilem quendam casum, in quo nec cum libertate seruus vtiliter à domina heres instituitur, vt cõstitutione diuorum Seueri & Antonini comprehensum est, quæ locum habet in hac specie. Quidam aduersus Titiam accusationem instituerat, dicens eã cum seruo proprio Sticho adulterium commisisse. Iudicio nondum absoluto, dicta Titia moriens, dictum Stichum cum libertate heredem instituit. Quæsitum est post mortẽ eius an heredis institutio valeret? Et quidem hi, quos diximus, Diui Principes rescripserunt, Seruum adulterij reum non vtiliter ante finem iudicij in testamento manumitti ab ea domina, quæ eiusdem illius criminis rea postulatur. Hæc igitur in tali specie serui institutio nullius momenti est.

¶ Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator habet.

¶ Quoniam vero dictum est, & alienum seruum vtiliter à nobis hæredem scribi: sciendum est & eum alienum esse in quo testator vsumfructum habebat.

a *Nostrum dicitur id etiam cuius vsusfructus alienus est, vt hic.* adde l. 25. ff de ver. signific. *& per contrarium alienum id dicitur, in quo vsumfructum habemus* in f. inst. eod.

b l. 48. §. 2. ff. de heredib. instituendis.

c *recte* ἔνοχον *id est maculatum dixit, non* κατηγορούμενον. *nec enim duo, mas scilicet & fœmina, rei adulterij simul fieri possunt.* l. 8. C. ad l. Iuliam de adul teriis: *atque ita in* l. his verbis. 48. §. 2. ff de heredib. instituendis *legendum videtur* maculatum, *non* accusatum.

d *Alienum* [illegible] *nobis, in quo nondum habemus vsumfructum, vt hic: proprium vero id etiam cuius vsusfructus alienus* vt sup. eodem dixi.

1 ¶ Quando autem seruũ meum heredem instituo, siue cũ libertate, siue sine libertate (neque enim interest, vt iam diximus) si-
a Vlp. 22. §. 11. quidem meus manserit, liber fiet, & necessarius mihi heres. ¶ Sin verò eũ, testaméto meo superstes, manumisero, voluntarius fiet heres, & liberum ei erit, aut adire aut non adire. Necessarius enim esse non potest, dũ vtrumque ex domini testamento nõ habeat, hereditatem scilicet & libertatem.

b hoc est si viuo testatore manumissus Vlp. 22. §. 12. in princip.

¶ Quòd si eum non manumisero, sed alienauero: nouidomini iussu adiens, illi hereditatem adquirit. Alienatus enim & meus non permanens, neque liber, neque heres esse potest, etiam si cum libertate heres institutus fuerit, quoniam dominus à libertatis datione destitisse videtur, propterea quòd cum alienauerit.

c Vlp. d. §. 12. in fine.

d. Alienans seruũ libertatem illi testamento datam reuocare intelligitur.

¶ Et hęc quidem de seruo nostro. Alienus autem seruus heres institutus, si eiusdem domini permanserit: iussu illius hereditatem adiens, ipsi eam adquirit. Sin verò alienatus fuerit aut viuo testatore, aut post mortem eius antequam domini iussu adiret, tũc noui domini iussu adire poterit. Quòd si viuo testatore à domino suo manumissus fuerit, aut post mortem eius ante aditionem: suo arbitrio vtpote liber adibit.

e Vlp. 22. §. 13.

f adde §. 3. sup. per quas personas cuique adquiritur.

1 ¶ Ἡνίκα δὲ τὸν ἐμὸν οἰκέτην γράφω κληρονόμον cum libertate, & sine libertate, ἀδιάφορον γὰρ καθὰ λέλεκται, εἰ [a] μὲν μένοι τελῶν ὑπὸ τὴν ἐμὴν δεσποτείαν ἐλεύθερος γίνεται, καὶ νεκεσσάριός μοι κληρονόμος. ¶ Εἰ δὲ ἐπιζήσας [b] τῇ διαθήκῃ τοῦτον ἐλευθερώσω, βολουντάριος γίνεται κληρονόμος, ἐν παῤῥησίᾳ ἔχων τὸ ἀδιτεῦσαι, ἢ μή· νεκεσσάριος γὰρ οὐ δύναται εἶναι οἷα τὰ δύο ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου μὴ δυνάμενος ἔχειν διαθήκης, τουτέστι τὴν κληρονομίαν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν.

¶ Εἰ δὲ μὴ ἐλευθερώσω μὲν αὐτὸν, ἐκποιήσω [c] δὲ, κελεύσει τοῦ νέου δεσπότου ἀδιτεύσας, ἐκείνῳ προσπορίζει τὴν κληρονομίαν· αὐτὸς γὰρ ἐκποιηθεὶς, καὶ μὴ μείνας ὑπὸ τὴν ἐμὴν δεσποτείαν, οὔτε ἐλεύθερος, οὔτε κληρονόμος εἶναι δύναται· εἰ καὶ cum libertate ἦν ἐνσταθεὶς, δοκεῖ [d] γὰρ ὁ δεσπότης ἀφίστασθαι τῆς ἐπὶ τῇ ἐλευθερίᾳ δόσεως, καθότι αὐτὸν ἐξεποίησε. ¶ Ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν ἡμετέρων δούλων· εἰ [e] δὲ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ἐνστήσομαι κληρονόμον, εἰ μὲν μένοι παρὰ τῷ αὐτῷ δεσπότῃ, κελεύσει [f] αὐτοῦ τὴν κληρονομίαν ἀδιτεύων, αὐτῷ ταύτην προσπορίζει. εἰ δὲ ἐκποιηθῇ ζῶντος τοῦ διατιθεμένου, ἤγουν καὶ μετὰ τελευτὴν πρὶν ἀδιτεῦσαι κατὰ κέλευσιν αὐτοῦ, τηνικαῦτα προστάξει τοῦ καινοῦ δεσπότου, ἀδιτεύειν δυνήσεται. εἰ δὲ ζῶντος τοῦ τεστάτορος ἔτυχεν ὑπὸ τοῦ ἰδίου δεσπότου ὁ δοῦλος ἐλευθερωθεὶς, ἢ καὶ μετὰ τελευτὴν πρὸ ἀδιτίωνος, ὡς ἐλεύθερος γεγονὼς, κατὰ τὴν οἰκείαν ἐξουσίαν ἀδιτεύσει.

1 ¶ Seruus autẽ à domino suo heres institutus, si quidem in eadem caussa mãserit, fit ex testamento liber, heresque ei necessarius. ¶ Si verò à viuo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hereditatem potest: quia non fit heres necessarius, cùm vtrunque ex domini testamento non consequatur.

¶ Quòd si alienatus fuerit, iussu noui domini adire hereditatem debet, & ea ratione per eũ dominus fit heres. nam ipse alienatus, neq. liber, neq; heres esse potest, etiã si cum libertate heres institutus fuerit. destitisse .n. à libertatis datione videtur dominus qui eũ alienauit.

¶ Alienus quoque seruus heres institutus, *si in eadem caussa durauerit*, iussu eius domini adire hereditatem debet: Si verò *alienatus* fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antequam adeat, debet iussu noui domini adire. At si *manumissus* est viuo testatore, vel mortuo, antequã adeat, suo arbitrio adire potest hereditatem.

2 ¶ Seruus etiã alienus post domini mortẽ, rectè heres instituitur.

2 ¶ Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ· ὧν [a] τοὺς δεσπότας δυνάμεθα γράφειν κληρονόμους, τούτων καὶ τοὺς οἰκέτας· ὁ γὰρ οἰκέτης ἀπρόσωπος ὤν, ἐκ τοῦ οἰκείου χαρακτηρίζεται [b] δεσπότου. Ταῦτα προθεωρήσας, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον· Τίτιος εἶχεν οἰκέτην λεγόμενον Στῖχον, ἐνεστησάμην ἐγὼ τὸν εἰρημένον Στῖχον, κληρονόμον, οὕτως εἰπών, Ἔστω μοι κληρονόμος Στῖχος, μετὰ τελευτὴν Τιτίου τοῦ οἰκείου δεσπότου. Ζητεῖται μή τι ἡ διαθήκη ἀνυπόστατός ἐστιν, ἐπειδὴ Τίτιος τελευτήσας οὐκ ἔστιν ἐν φύσει, ἵνα πρὸς αὐτὸν ὁ οἰκέτης χαρακτηρισθῇ· ἀλλ' ἤρεσεν ὥστε τὴν ἔνστασιν τῆς διαθήκης ἐρρῶσθαι. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ οὐ περίεστιν ὁ Τίτιος ὁ γεγονὼς αὐτοῦ δεσπότης, ἀλλ' οὖν ὑπὸ τὸ ἀσώματον τελεῖ τῆς κληρονομίας, καὶ ἐρεδιτάριός ἐστιν οἰκέτης.

2 ¶ Hæc habeto in modum cuiusdam præuiæ speculationis. Quos dominos heredes instituere possumus, horum possumus & seruos. Nam seruus cùm personam non habeat, à domino suo designationem accipit. Hęc est præuia speculatio: Vide nunc cætera. Titius seruum habebat, Stichum nomine. Hunc ego Stichũ ita heredem scripsi, *Stichus post mortem Titij domini sui, mihi heres esto.* Quæsitum est, an testamentum non subsistat: Nam mortuo Titio, nemo est in rerum natura, ex cuius persona designationem seruus habeat. Sed tamen placuit, heredis institutionem valere. Etenim vt maximè dominus eius Titius non superfit, tamen in hereditate, & hereditarius est seruus.

¶ Quia & cum hereditariis seruis est testamẽti factio. Nondum enim adita hereditas, personæ vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti: cùm etiam eius qui in vtero est, seruus rectè heres instituatur.

¶ Μετὰ δὲ τῶν ἐρεδιταρίων οἰκετῶν, ἔχομεν τεσταμέντου φακτίονα· ἡ γὰρ κληρονομία, [c] μήπω ἀδιτευθεῖσα, πρόσωπον [d] ἐπέχειν δοκεῖ τοῦ τελευτήσαντος, οὐ τοῦ ἐσομένου κληρονόμου· ὅτι γὰρ τοῦτο ἀληθές ἐστι, δῆλον ἐντεῦθεν· ἐάν τις τελευτήσῃ παῖδα κυοφορούμενον [e] καταλιπών, τὸν τοῦ τελευτήσαντος οἰκέτην καλῶς δύναμαι γράφειν κληρονόμον καὶ μήπω τεχθέντος τοῦ ποστούμου· καίτοι τὸν ἀλλότριον ποστοῦμον ἀλλότριος [f] δέ ἐστιν ὃς τικτόμενος οὐκ ἔστι μοι σοῦος· οὐ συγχωροῦσί μοι γράφειν οἱ παλαιοὶ κληρονόμον· καίτοι εἰ τὸ ἀσώματον τῆς κληρονομίας, τὸ πρόσωπον ἐπεῖχε τοῦ ἐσομένου κληρονόμου, οὐκ ὀρθῶς ὁ ἐρεδιτάριος οἰκέτης ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐγράφετο κληρονόμος θέματος.

¶ Porrò cum seruis hereditariis testamenti factionem habemus. Quoniam hereditas nondum adita, personæ vicem sustinere videtur defuncti, non heredis futuri. Quòd autem id verum sit, vel hinc apparet. Si quis moriens postumum relinquat: nam etiam nondum nato postumo, defuncti seruum vtiliter heredem instituere possum, quamuis alienum postumum (est autẽ alienus postumus, qui si nascatur, suus mihi nõ est futurus) veteres mihi heredem instituere non permittunt. Atqui si hereditas personam sustineret futuri heredis, non vtiliter in hac specie, hereditarium seruum, heredem instituissem.

a l.31 in princip. l.52 ff de heredibus instituendis. Vlp.22 §.1.

b χαρακτηρίζεται *hic nihil aliud quam designari & demonstrari.*

c *Hereditarius seruus, ante aditam hereditatem, heres institui potest, hoc enim casu hereditas domini & defuncti locum obtinet.* dixi ad l. non minus 31. in fin. l.52. ff. de heredibus instituendis.

d πρόσωπον ἐπέχειν τοῦ τελευτήσαντος, *est vicem vt hic & locum defuncti sustinere* d.l.31.

e κυοφορούμενος, *posthumus, qui in vtero est, qui post mortem meã nascitur, adde autem huic loco* l. 84. ff. eod §.28 inst. de legatis.

f *Posthumus alienus quis.*

3 ¶ Complures, vnius erant serui domini. Seruū hunc ego heredem instituere possum. Et dummodò cum singulis eorum testamenti factionē habuerim, vnicuique dominorū pro parte dominica hereditas mea adquiritur.

a Sic in l. seruus communis 67. ff. de adquir. hered. hic, pro portione dominij.

4 ¶ Possum autem & vnum & plures, & vsque ad infinitum heredes instituere.

b Puta collegium, vel corpus certum tamen. l. 1. §. si autem collegium. 15. ff. ad Trebellianū. Alias incerta persona heres institui non potest. Vlp. 22. 6. 4. Paul. 3. sen. 4. §. 16. l. 9. §. heres ff. de heredib instituen. adde §. incertis 25. inf. de legatis vt & in certum corpus Vlp. 22. §. 5.

5 ¶ Hereditas plerumq. in duodecim diuiditur vncias. Et vniuersa hæc hereditas as appellatur, habétque partes in sese, quæ ab vncia per propria nomina vsque ad assem appellantur. Sunt autem hę: Vncia, duodecima pars hereditatis. Sextans, id est, duæ vnciæ, sexta pars. Quadrans, quarta pars, hoc est, vnciæ tres. Triēs, tertia: quæ vncias quattuor efficit. Quincūx tertia pars & duodecima. hoc est, quinque vncię. Semis, dimidia: hoc est, vncię sex. Septunx dimidia cum duodecima: hoc est, septē vnciæ. Bes, duæ partes è tribus (Grecè δίμοιρον) siue octo vnciæ. Dodrans, duæ partes è tribus cum duodecima. Id valet vncias nouem. Dextans, duæ partes è tribus cum sexta, id est, vnciæ decem. Deunx, duæ partes è tribus, cum quarta, hoc est, vncię vndecim. As, vnciæ duodecim.

c Hereditas plerumque in xij. vncias distribuitur. d Alias hic pro asse sumitur. e Hereditas in vncias plerunque diuiditur: & quæ vnciarum nomina: adde l. seruū 50. in f. ff. eo.

¶ Porrò non vtique semper patrimonium de quo testator testamentum cōdit, in duodecim vncias diuidi oportet: tot enim vnciæ assem absoluunt, quot testator voluerit. Si quis igitur, verbi gratia, vnum heredem scripserit in semissem, id est, in vncias sex, totus as in sex vnciis erit. Neque enim dicimus fore vt heres scriptus semissem accipiat, & qui ab intestato venient,

f l. 13. §. pater familias. 1. ff. eod. Paul. 3. sent. 4. §. 19.

g l. 1. §. 2. ff. de bonorum possess. secūdum tabulas.

3 ¶ Πολλοί τινες ἑδέσποζον οἰκέτου ἑὸς δύναμαι τοῦτον γράφειν κληρονόμον, ἐὰν ἐν ᾧ πρὸς πάντας ἔχω τεσταμέντι φακτίωνα, pro parte [a] dominica, τουτέστι πρὸς τὰ μέρη τῆς δεσποτείας ἑνὶ ἑκάστῳ ἡ ἐμὴ προσπορισθήσεται κληρονομία.

4 ¶ Δύναμαι καὶ ἕνα, καὶ πολλοὺς, καὶ εἰς ἄπειρον [b] γράφειν κληρονόμους.

5 ¶ Ἡ κληρονομία ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, εἰς δυώδεκα [c] διαιρεῖται οὐγκίας, καὶ αὕτη μὲν ἡ πᾶσα κληρονομία, ἄσσις προσαγορεύεται· ἔχει δὲ ἐν ἑαυτῇ ταῦτα τὰ μέρη, ἰδιάζουσας ἔχοντα προσηγορίας, ἀπὸ οὐγκίας μέχρι αὐτοῦ τοῦ λίβρας. [d] ἔστι δὲ ταῦτα. [e] Vncia, τὸ δωδέκατον μέρος τῆς κληρονομίας. Sextans, τουτέστι τὸ δίουγκιον, ὅπερ ἐστὶν ἕκτον μέρος. Quadrans, τὸ τέταρτον, ὅπερ ἐστὶ τρεῖς οὐγκίαι. Triens, τὸ τρίτον, ὅπερ ποιεῖ τέσσαρας οὐγκίας. Quincunx, τρίτον δωδέκατον, ὃ ποιεῖ πέντε οὐγκίας. Semis, τὸ ἥμισυ, ὃ ποιεῖ ἓξ οὐγκίας. Septunx, τὸ ἥμισυ καὶ δωδέκατον, ὃ ποιεῖ ἑπτὰ οὐγκίας. Bes, τὸ δίμοιρον ὃ ποιεῖ ὀκτὼ οὐγκίας. Dodrans, τὸ δίμοιρον καὶ δωδέκατον, ὃ ποιεῖ ἐννέα οὐγκίας. Dextans, δίμοιρον ἕκτον, ὃ ποιεῖ δέκα οὐγκίας. Deunx, τὸ δίμοιρον τέταρτον ὃ ποιεῖ ἕνδεκα οὐγκίας. ἄσσις δυώδεκα οὐγκίαι. ¶ Οὐ πάντως δὲ δυώδεκα οὐγκίας τῆς περιουσίας εἶναι δεῖ, εἰς ἣν διατίθεται ὁ πατήρ· τοσαῦται [f] γὰρ οὐγκίαι τὴν λίβραν ἀποτελοῦσιν ὅσας ἂν ὁ διαθέμενος βουληθῇ. εἰ [g] ἕνα τις ἐνεστήσατο κληρονόμον, λόγου χάριν, εἰς ἓξ οὐγκίας, ἡ πᾶσα λίτρα ἐν ταῖς ἓξ οὐγκίαις ἐστίν· οὐδὲ γὰρ λέγομεν ὅπου μὲν σκρίπτος τὰς ἓξ οὐγκίας λαμβάνει, οἱ δὲ ἐξ ἀδιαθέτου

3 ¶ Seruus autem plurium, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus heres, vnicuique dominorum, cuius iussu adierit, pro portione dominij acquirit hereditatem.

4 ¶ Et vnum hominem, & plures, vsque in infinitum, quot quis heredes velit, facere licet.

5 ¶ Hereditas plerunque diuiditur in duodecim vncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hę partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, vt putà hæc, sextans, quadrans, triēs, quincunx, semis, septunx, Bes, dodrans, dextans, deunx.

¶ Non autem vtique semper duodecim vncias esse oportet. nam tot vnciæ assem efficiunt, quot testator voluerit: & si vnum tantùm quis ex semisse (verbi gratia) heredem scripserit, totus as in semisse erit.

Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere potest: nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur.

¶ Et è contrario potest quis in quantascunque voluerit, plurimas vncias suã hereditatem diuidere.

6 ¶ Si plures instituantur heredes, ita demũ in hoc casu partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus heredes esse. Satis enim constat nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos heredes esse.

¶ Partibus autẽ in quorundam personis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit, siquidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte heres fit. Et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem partem concurrunt.

ται ἐξ· παγανὸς [a] γὰρ καὶ ταυτὸ ἐκ διαθήκης, καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖσθαι οὐ δύναται), στρατιώτης [b] δὲ καὶ πάνυ· νόμος γὰρ αὐτοῖς ἐστὶν ἐν ταῖς διαθήκαις ἡ βούλησις, ὡς ἔχει· ἀμέλει στρατιώτης διατιθέμενος, ἐὰν εἴπῃ, Ἐστώ μου ὁ δεῖνα κληρονόμος εἰς τρεῖς οὐγκίας, τὰς ἐννέα οἱ ἐξ ἀδιαθέτου λαμβάνουσιν· δύναται δέ τις διατιθέμενος. ¶ Ὥσπερ [c] εἰς ἐλάττονας οὐγκίας συστέλλειν τὴν λίτραν, οὕτω καὶ εἰς πλείονας ἐκτείνειν αὐτὴν οἷον δύναται λέγειν, Ὁ δεῖνα ἔστω μου κληρονόμος εἰς ὀκτὼ οὐγκίας, καὶ ὁ δεῖνα εἰς ἑπτά.

6 ¶ Ἐὰν πολλοὺς γράψω κληρονόμους θέλω δὲ αὐτοὺς ἐξ ἴσου τὴν ἐμὴν διαδέξασθαι περιουσίαν, ἀρκεῖ τὸ sine [d] parte γράψαι αὐτοὺς λέγοντα, Ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα ἔστωσάν μου κληρονόμοι· οὐγκίας γάρ μου μὴ ὀνομάσαντος, τὸ ἴσον αὐτοῖς προσηκόντεται. εἰ [e] δὲ θέλω ἐξ ἀνίσων μερῶν αὐτοὺς κληρονομῆσαι, τότε ex certa parte αὐτοὺς γράφειν χρὴ καὶ λέγειν, Ὁ δεῖνα εἰς τέσσαρας, ὁ δεῖνα εἰς ἕξ, ἔστωσαν κληρονόμοι. ¶ Τί [f] δὲ ὅτι πολλοὺς γράψας κληρονόμους, ἐπὶ τινῶν μὲν ἐξεφώνησα τὸν οὐγκιασμόν, ἐνεστησάμην δὲ ἕνα sine parte· ἄρα πόσον λήψεται ὁ sine parte; καὶ λέγομεν, ὅτι εἰ μὲν ὑπολιμπάνεταί τι τῇ λίτρᾳ, τυχὸν γὰρ Πρῖμον ἔγραψα κληρονόμον εἰς πέντε οὐγκίας, Σεκοῦνδον εἰς τρεῖς, Τέρτιον εἰς δύο· εἶπον δέ, Κουάρτος ἔστω μου κληρονόμος, ἢ οὕτως, Κουάρτος καὶ Κουίντος, καὶ Σέξτος, ἔστωσάν μοι κληρονόμοι. τότε λέγομεν, ὅτι εἰς τὸ διούγκιον ὁ εἷς ἢ καὶ οἱ τρεῖς, οἱ sine parte γραφέν-

alterum semissem. Quoniam paganus pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere nõ potest: quamuis omnino miles possit, cuius voluntas, qualiscunque sit, in testamentis pro lege habetur. Itaque si miles testamentum ordinans ita dixerit: *Ille mihi ex quadrante heres sit.* dodrantem hi qui ab intestato veniunt, accepturi sunt. ¶ Porrò autẽ quemadmodum as à testatore in pauciores vncias cõtrahi potest, ita & in plures extendi potest. Exempli gratia, dicere potest: *Ille mihi ex besse heres esto, & ille ex septunce.*

6 ¶ Si plures instituã heredes, & ex æquis partib. esse eos heredes velim: sufficit eos sine partibus institui: Ita, *Ille & ille mihi heredes sunto.* quamuis enim ego vncias non nominẽ, tamen ex æquo succedent. Sin verò ex inæqualibus eos partibus esse velim heredes, tũc ex certa parte instituere necesse est, & dicere: *Ille mihi ex triente, & ille ex semisse heredes sunto.* Quid ergo? si pluribus institutis heredibus, partes in quorũdam personis expressi, & vnum aliquem sine parte institui, quantum accepturus est, qui sine parte institutus est? Et dicimus, siquidem aliqua desit assi pars, (fortè enim, Primum instituí ex quincunce, Secundum ex quadrãte, & Tertium ex sextãte: & addidi, *Quartus mihi heres esto*: vel, *Quartus & quintus & sextus heredes mihi sunto*:) tunc dicimus, vnum illum, aut hosce tres, qui sine parte instituti sunt, ex duabus vnciis siue ex

a l. 7. ff. de regulis iuris.

b l. 6. in f. ff. de testamen. militis.

c *Hereditatẽ suam testator potest in vncias vel pauciores contrahere, vel in plures extendere.*

d *Heredes sine parte instituti, æquis partibus heredes instituti intelliguntur.* l. 9 §. heres 12. in f. ff. eo. 35. Eclo. 9. c. 9. 5. Harmenop. 7. §. 5. Paul 3. sen. 4. § 19.

e *Heredes in æqualibus partibus quemadmodum instituantur.*

sextante heredes futuros. ¶Quod si in tres priores totum assem consumpsero rim, vno ex semisse, altero ex triente, tertioque ex sextante heredibus institutis: deinde vnum aliquẽ aut plures sine parte subiunxerim: tunc, quoniam nihil assi deest, in quod venire possint, qui sine parte instituti sũt: semis illi aut illis, qui sine parte instituti sunt, dabitur, quasi videatur testator, ex viginti quatuor vnciis heredes instituisse. Qui igitur sine parte heres institutus est, aut partem quæ ad assem deest, aut semissem habebit. ¶Neque verò interest, prim⁹, an post omnes, an in medio institutus sit is, qui sine parte est. Vbique enim eadem ratio & idem effectus est.

a Heredes instituti sine parte, partẽ quæ assi deest habent, si pars ulla aliqua sit: si non sit, semissem.

b l.38. §.2. in f.ff. eod.

c l.17. §. denique 2. ff. eod.

7 ¶Complures heredes institui, ex certis partibus: nec tamẽ assem in eos consumpsi, sed pars eius adhuc aliqua reliqua est. Pars igitur quæ vacat, ad quem spectabit? Et dicimus, quòd pars quæ reliqua est, tacitè scriptis heredibus adcrescit. Verbi gratia. Tres ex ternis vnciis heredes scripsi, vt iam quadrãs vnus sit reliquus. Quadrans hic tacitè singulis heredibus pro parte hereditaria adcrescet, & in effectu vnusquisque eorũ ex quattuor vnciis heres esse institutus inuenietur, perinde atque si singuli in singulos trientes instituti fuissent. ¶Ex diuerso, si plures ex certis partibus heredes scribam & ex certa parte scribẽdo, duodecim vncias excedã: tacitè cuique id decrescet, quod superest. Verbi gratia, Quatuor ex quaternis

τες περιγένονται. ¶ Εἰ δὲ ἐγὼ ἅπασαν τὴν λίτραν δαπανήσω εἰς τοὺς τρεῖς, τὸν μὲν εἰς ἕξ, τὸν δὲ εἰς τέσσαρας, τὸν δὲ εἰς δύο γράψας κληρονόμον, σίνε πάρτε δὲ ἐπιγαγὼν ἕνα, ἢ καὶ πλείους, τότε ἐπειδὴ οὐκ ἔστι τὶ ὑπολιμπανόμενον τῆς λίτρας, εἰς ὃ δυνῶνται ἐλθεῖν οἱ σίνε πάρτε γραφέντες, τὸ ἥμισυ δεθήσεται τῷ σίνε πάρτε, ἢ τοῖς sine parte. ὡς δοκεῖν τὸν τεστάτωρα, εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας οὐγκίας διατίθεσθαι. ὥστε οὖν ὁ σίνε [a] πάρτε, ἢ τὸ ἐλλεῖπον τῇ λίτρᾳ, ἢ τὸ ἥμισυ τῆς λίτρας λαμβάνει. ¶ Καὶ οὐ [b] διαφέρομαι πότερον πρῶτος ἐγράφη ὁ σίνε πάρτε, ἢ μετὰ πάντας ἢ ἐν μέσῳ πάντων πανταχοῦ τὸ αὐτὸ ἔσται ἀποτέλεσμα.

7 ¶ Πολλοὺς ἐνεστησάμην κληρονόμους ἐκ κέρτα πάρτε· οὐκ [c] ἐδαπάνησα δὲ εἰς αὐτοὺς τὴν λίτραν, ἀλλ' ἔτι ὑπολιμπάνεταί τι· ἄρα τὸ ὑπολειφθὲν, εἰς τίνα περιγένηται; καὶ λέγομεν ὅτι σιωπηρῶς τοῖς γραφεῖσι προσαύξεται τὸ ὑπόλοιπον· οἷον τρεῖς ἐνεστησάμην κληρονόμους, ἀπὸ τριῶν οὐγκιῶν, ὡς ὑπολιμπάνεσθαι ἄλλο τριούγκιον τοῦτο σιωπηρῶς ἑκάστῳ τῶν οἰκείων πρὸ πάρτε ἐρεδιταρίᾳ προσαυξήσεται, καὶ εὑρίσκονται λοιπὸν ἐξ ἀποτελέσματος εἰς ἕκαστος, ἀνὰ τέσσαρας οὐγκίας γεγραμμένος, ὡσανεὶ ἑνὸς ἑκάστου εἰς τὸ τρίτον τῆς λίτρας ἐνσταθέντος. ¶Εἰ δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου πολλοὺς ἐνστήσομαι κληρονόμους ἐκ κέρτα πάρτε καὶ ἐν τῇ ἐκ κέρτα πάρτε γραφῇ, ὑπερβάλω τὰς δώδεκα οὐγκίας, σιωπηρῶς ἑνὸς ἑκάστου τὸ περιττὸν ἀπομειοῦται. οἷον τέσσαρας ἐνεστησάμην κληρο-

¶Si verò totus as completus sit, ii, qui nominatim expressas partes habent, in dimidiã partem vocantur, & ille, vel illi omnes in alterã dimidiã. ¶Nec interest primus, an medius, an nouissimus, sine parte heres scriptus sit: ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

7 ¶Videamus si pars aliqua vacet, nec tamen quisquam sine parte sit heres institutus, quid Iuris sit, veluti si tres ex quartis partibus heredes scripti sint. Et constat vacãtem partem singulis tacitè pro hereditaria parte accedere, & perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes scripti essent. ¶Et ex diuerso, si plures heredes scripti in portionibus sint, tacitè singulis decrescere: vt si (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus heredes scripti sint, perinde habeantur, ac si vnusquisque ex quarta parte heres scriptus fuisset.

νόμιμος ἀπὸ τεσσάρων οὐγκιῶν· ὁ νόμος δὲ ἐξ ἑκάστου σιωπηρῶς ἀφαιρεῖται ἀνὰ οὐγκίαν, καὶ δὲ ἀποτελέσματος δείκνυνται ἀνὰ τρεῖς ἔχοντες οὐγκίας.

nis vnciis heredes scripsi. Lex tacite singulis singulas detrahit vncias, & in effectu singuli singulos habere quadrantes deprehenduntur.

8 ¶ Et si plures vnciæ, quam duodecim distributæ sint, is, qui sine parte institutus est, quod dupondio deest, habebit.

8 ¶ Ἐνεστησάμην πολλοὺς κληρονόμους, δὲ κέρτα πάρτε, καὶ [a] ὑπερέβην τὰς δώδεκα οὐγκίας· προσέθηκα δὲ καὶ ἄλλον σίνε πάρτε· ἆρα πόσον λήψεται ὁ σίνε πάρτε; καὶ φαμὲν, ὅτι ὅσοι εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν δύο λιτρῶν ὑπολιμπάνεται· οἷον εἶπον οὕτως. Πρῖμος ἔστω μου κληρονόμος εἰς πέντε οὐγκίας, Σεκοῦνδος εἰς ἕξ, Τέρτιος εἰς ὀκτώ. ἔστω δὲ καὶ Κουάρτος κληρονόμος· λέγομεν τὸν Κουάρτον τὰς ὑπολοίπους πέντε οὐγκίας λαμβάνειν· ἐννεακαίδεκα γὰρ οὐγκίαι τοῖς δὲ κέρτα πάρτι γραφεῖσι καταλείφθησαν.

8 ¶ Item plures ex certis partibus heredes institui, & duodecim vncias egressus sum: deinde & alium sine parte adiunxi, quantum habebit is, qui sine parte est? Et dicimus: quantum complendo alteri assi defuerit. Verbi gratia, Sic dixi: *Primus mihi ex quincunce heres esto, Secundus ex semisse, Tertius ex besse. Porro & Quartus mihi heres esto.* Dicimus futurum, vt Quartus reliquas quinque vncias habeat. Nouendecim enim vnciæ his qui certas partes habent, relictæ sunt.

[a] l. 47. §. sed si expleto asse, 4. ff. eod.

¶ Idémque erit si dupondius expletus sit, quia omnes partes ad assem postea reuocantur, quamuis sint plurium vnciarum.

¶ Τὸ [b] αὐτό ἐστιν, εἰ καὶ εἰς τοὺς τρεῖς ἐδαπάνησα τὰς δύο λίτρας, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπήγαγόν τινα σίνε πάρτε, μίαν λήψεται λίτραν· ὡς εἶναι τὰς πάσας λϛ οὐγκίας· καὶ δὴ ἤγουν λϛ οὐγκίας δύναμαι εἰς μίαν ἀνενέγκαι λίτραν.

Idémque est, si vtroque asse, hoc est dupondio, in tres illos consumpto alium postea sine parte adiungam. Nam & hic assem vnum habiturus est, vt ita triginta sex fiant vnciæ. Enimverò has vigintiquatuor, aut triginta sex vncias, ad vnum assem reuocare reducereq; possim.

[b] l. 16. §. vlt. ff. eod.

9 ¶ Heres & purè, & sub conditione institui potest: ex certo tempore, aut ad certum tempus non potest, veluti, *Post quinquennium, quam moriar*, vel, *Ex Calendis illis*, vel, *Vsque ad Calendas illas heres esto.* Denique diem adiectum haberi pro superuacuo placet, & perinde esse ac si purè heres institutus esset.

9 ¶ Κληρονόμον καὶ πούρως, καὶ ὑπὸ αἵρεσιν [c] γράφειν δυνάμεθα· πούρως μὲν, Ἔστω μοι ὁ δεῖνα κληρονόμος. ὑπὸ αἵρεσιν δὲ· Ἔστω μοι ὁ δεῖνα κληρονόμος, Si nauis ex Asia venerit. εἰ δὲ [d] ad certum tempus, vel ex certo tempore, οὐκ ὀρθῶς γράφεται τις κληρονόμος, οἷον, Ἔστω μοι ὁ δεῖνα κληρονόμος, μετὰ πενταετίαν τῆς ἐμῆς τελευτῆς, ἢ ἀπὸ καλανδῶν Ἰανουαρίων. ἢ ἐὰν εἴπω οὕτως, Ἔστω μοι ὁ δεῖνα κληρονόμος, ἕως καλανδῶν Ἰανουαρίων· περιαιρουμένου γὰρ τοῦ χρόνου, τοῦ ἀπὸ καλανδῶν ἢ μέχρι καλανδῶν, οὕτως ἔσται ἡ γραφὴ ὡς πούρως γενομένη.

9 ¶ Heres & purè & sub conditione institui potest. Purè, *Ille mihi heres esto.* Sub conditione, *Ille mihi heres esto, si nauis ex Asia venerit.* Ex certo autem tempore, vel ad certum tempus institui nemo vtiliter potest. Verbi gratia, *Ille mihi post quinquennium quam moriar heres esto, vel a Kalendis Ianuarijs.* Aut si quis ita dixerit: *Ille mihi heres esto, vsque ad Kalendas Ianuarias.* Circunducto enim & pro superuacuo habito tempore, quod vsque ad Calendas vel à Calendis est, perinde erit institutio, quasi purè fuisset facta.

[c] v. tit. ff. de conditionibus institutionum.

[d] dixi ad l. 34. ff. de her. instituend.

10 ¶ Quendam sub condicione impossibili heredem institui, dicens: *Ille mihi heres esto si mare ebiberit.* aut etiam legatum alicui, fideíve commissum vel seruo libertatem reliqui. Condicio hæc impossibilis aufertur, ac pro non scripta habetur, & purum efficitur, quod heredi relictum est.

a *adde* l. 1. ff. de conditionib. institutionum l. 3. vbi dixi §. de conditionibus & demõstrationibus: *Paul. 3. sent.* 4. §. 14.

10 ¶ Ἐνεστησάμην τινὰ ὑπὸ ἀδυνάτου [a] αἵρεσιν κληρονόμον εἰπών, Ἔστω μοι ὁ δεῖνα κληρονόμος, ἐὰν πίῃ τὴν θάλασσαν. ἤγουν καὶ ληγάτον ὑπὸ τοιαύτην αἵρεσιν κατέλιπόν τινι, ἤγουν φιδεϊκόμμισσον, ἢ ἐλευθερίαν οἰκέτῃ, περιαιρεῖται τῆς ἀδυνάτου αἱρέσεως, ἀντὶ μηδὲ γεγραμμένης παραλαμβάνεται, καὶ πουρα ἀποτελεῖται τὰ καταλειφθέντα τῷ κληρονόμῳ.

10 ¶ Impossibilis condicio in institutionibus & legatis, necnon in fideicommissis, & libertatibus, pro non scripta habetur.

11 ¶ Hæredem quendã sub pluribus condicionibus institui. Quæritur, an expectãdũ sit, donec omnes impletæ fuerint? Et dicimus: quòd si cõiũctim adscriptæ sunt, (veluti si dixerim: *Ille mihi heres esto, si capitolium ascenderit, & si nauis ex Asia venerit, & ille consul factus fuerit:*) omniũ expectandus est euentus. Sin verò separatim & disiunctim eas adscripsi, dicens: *Ille mihi heres esto, si capitolium ascenderit, aut si Titio dederit decem solidos:* quicunque volet parendo, heres fiet.

b *hoc est, non cuilibet. (vt male legitur in institutionibus hoc loco) sed cui libet. i. alteratri, non vero vtrique.*

11 ¶ Κληρονόμον ἐνεστησάμην τινὰ ὑπὸ πολλὰς αἱρέσεις, ζητοῦμεν εἰ δεῖ περιμένειν ἕως οὗ πληρωθῶσιν αἱ πᾶσαι· καὶ λέγομεν, εἰ μὲν coniunctim ἐγράφησαν, εἰπὸν γὰρ, Ἔστω ὁ δεῖνα κληρονόμος ἐὰν ἀνέλθῃ εἰς τὸ καπιτώλιον καὶ εἰ ἡ ναῦς ἔλθῃ ἀπὸ Ἀσίας, καὶ ὁ δεῖνα γένηται ὕπατος, δεῖ πασῶν ἀναμένειν τὴν ἔκβασιν· εἰ δὲ separatim, καὶ διαζευκτικῶς ταῦτα ἔγραψα εἰπών, Ἔστω ὁ δεῖνα κληρονόμος ἐὰν ἀνέλθῃ εἰς τὸ καπιτώλιον, ἢ ἐὰν δῷ Τιτζίῳ ι νομίσματα, οἵαν [b] βούλεται ἐξ αὐτῶν ἀποπληρώσας γίνεται κληρονόμος.

11 ¶ Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt: si quidem coniunctim, vt putà, *Si illud & illud factum fuerit:* omnibus parendũ est, si separatim, veluti, *Si illud, aut illud factum erit:* cuilibet conditioni obtemperare satis est.

12 ¶ Vtiliter & eos quis potest instituere heredes, quos nunquã viderit. Verbi gratia. Fratrem aliquis habuit peregrè degẽtem, & is ibi liberos creauit. Filios eos quos nunquã vidit, heredes scribere potest. Ignorantia enim testantis circa heredem, institutionem inutilem nõ facit.

c v. l. 11. C. de heredibus instituendis. *adde* l. 29. C. de donationib.

d *Hic differt à peregrino* l. 1. Cod. eod.

12 ¶ Ἰσχυρῶς τις γράφει κληρονόμους καὶ ἐκείνους, οὓς [c] ἂν οὐδέποτε ἐθεάσατο· οἷον εἶχέ τις ἀδελφὸν ἐπὶ ξένης [d] διάγοντα· ἐπαιδοποίησεν ἐκεῖ, δύναται τοὺς παῖδας τοῦ ἀδελφοῦ, οὓς οὐκ ἐθεάσατο πώποτε, γράφειν ὀρθῶς κληρονόμους· ἡ γὰρ περὶ τὸν κληρονόμον ἄγνοια τοῦ διατιθεμένου, τὴν ἔνστασιν οὐκ ἀκυροῖ.

12 ¶ Ii, quos nunquam testator vidit, heredes institui possunt: veluti si fratris filios peregrinantes, ignorãs qui essent, heredes instituerit. Ignorantia enim testantis, inutilẽ institutionem non fecit.



DE VVLGARI SVBSTITVTIONE. TIT. XV.

ΠΕΡΙ ΧΩΡΙΚΗΣ[a] ὑποκαταστάσεως.[b] Τίτλος ιε.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE. TIT. XV.

¶ An primis heredibus sub hac conditione Si heredes non erunt: alios & quidem in infinitum, imo & proprium seruum. 1. quot. 2. & quib. ex partibus substituere liceat. 3. Substitutum substituto, substitutum primo instituto intelligi. 4 Si quis seruo (qui liber existimabatur) instituto, substitutus fuerit.

Potest autem quis in testamento suo plures gradus heredum facere: vt puta, *Si ille heres non erit, ille heres esto*, & deinceps, in quantum velit testator, substituere potest vt nouissimo loco in subsidiū, vel seruum necessarium heredem instituere possit.

1 ¶ Et plures in vnius locum possunt substitui, vel vnus in plurium, vel singuli in singulorum, vel inuicē ipsi, qui heredes instituti sunt.

Ἀκώλυτόν ἐστι τῷ διατιθεμένῳ, καὶ ἐνστάσιν ποιήσασθαι, καὶ ὑποκατάστασιν, καὶ ἁπλῶς πολλοὺς[c] ποιήσασθαι βαθμοὺς[d] κληρονόμων. βαθμὸς[e] δὲ λέγεται κληρονόμων, ὁ ἔχων τὰς δυόδεκα οὐγκίας. ἔξεστι γὰρ ἡμῖν οὕτω[f] διατίθεσθαι. Ἔστω Πρῖμος κληρονόμος· ἐὰν δὲ μὴ γένηται Πρῖμος κληρονόμος, ἔστω Σεκοῦνδος, εἰ δὲ μὴ γένηται Σεκοῦνδος, ἔστω Τέρτιος· εἰ δὲ μὴ Τέρτιος, ἔστω Κουάρτος. καὶ εἰς ἀπέραντον[g] ὑποκαθιστᾶν δυνάμεθα, καὶ ἐν τελευταίῳ τόπῳ, ἤτοι βαθμῷ, ὡς εἰς ἐσχάτην βοήθειαν οἰκέτην ἡμέτερον ἐνίστασθαι δυνάμεθα· ἵνα εἰ συμβῇ πάντας παραιτήσασθαι, ὁ οἰκέτης ἐξ ἀνάγκης κληρονομήσῃ.

1 ¶ Δυνάμεθα δὲ ἑνὶ ἕνα[h] ὑποκαθιστᾶν, καὶ ἑνὶ πολλούς, καὶ πολλοῖς ἕνα, καὶ πολλοῖς πολλούς. ἑνὶ[i] ἕνα, οἷον, Ἔστω μοι Πρῖμος κληρονόμος· εἰ δὲ μὴ γένηται Πρῖμος ἔστω Σεκοῦνδος. ἑνὶ[k] πολλοὺς οὕτως. Ἔστω μοι Πρῖμος κληρονόμος, εἰ δὲ μὴ γένηται, Σεκοῦνδος καὶ Τέρτιος ἔστωσάν μοι κληρονόμοι· πολλοῖς[l] ἕνα ὑποκαθιστῶμεν οὕτως·

Nihil prohibet, quo minus testator, & institutionem faciat, & substitutionem, aut denique (vt rem verbo absoluam) plures heredum gradus. Gradus autem heredum dicitur, qui totum assem, hoc est, duodecim habet vncias. Licet enim nobis ita testari: *Primus heres esto. Si primus heres non erit, secundus heres esto. Si nec secundus heres erit, tertius heres esto. Quod si tertius non erit, quartus heres esto*: & ita deinceps in infinitum substituere possumus. Et vltimo loco siue gradu, tanquam in extremum subsidium, seruum nostrum instituere possumus. Vt si contingat omnes recusare, seruus necessariò fit hæres.

1 ¶ Possumus autem & vni vnum & vni plures, & pluribus plures substituere. Vni vnum, vt *Primus mihi heres esto Si primus non erit, secundus heres esto*. Vni plures sic: *Primus mihi heres esto, si primus non erit, secūdus & tertius mihi heredes sunto*. Pluribus vnum ita:

a *qua & iustinian* 35. Eclo. 35 c. 43.
b *Substitutio quid*. v. 2. Gai 4. § 1.
c 5. Harmen. 8. § 3.
d l. 36. ff eod. *hoc est, instituere & substituere, quippe instituti, primo gradu heredes: substituti, secūdi, & tertij*. l. 1. ff. de vulgari. Paul. 3. sē. 4. § 27 35. Eclog. 35 c. 1. 5. Harmeno. 8. § 1. § 2. Vlp. 22 § 32.
e *Gradus heredum quid.*
f *Substitutio vulgaris vti fiat. addes*. Gaius 4. § 2. Vlp. 22 § 34. l. 1. § 1. ff. eo. 35. Eclog. 10 c. 1. 5. Harmen. 8. § 2.
g *Substituere in infinitum possumus.*
h l. potest 36. § 1. l. 37. ff de vulgari & pupillari substitutione 35 Eclog. 10. c. 34. 5 Harmeno. 8 § 3.
i *Substituere vnum quemadmodum possimus.*
k *Substituere vni plures quemadmodum liceat.*
l *Substituere pluribus vnum vti iure sit permissum.*

a Subſtituere plures pluribus an & quomodo liceat.

b Subſtituere ſibi inuicem heredes quemadmodum quis poſſit adde d. c. 34. i. elog.

Primus & Secundus mihi heredes ſunto. Si non erunt, tertius mihi heres eſto. Plures pluribus, vt: *Primus & ſecundus mihi heredes ſunto. Si hi non erunt, tertius & quartus mihi heredes ſunto.* Poſſumus adhæc & inuicem, heredes ſibi ſubſtituere: vt, *Primus mihi ex ſemiſſe heres eſto, & ſecundus item ex ſemiſſe. Quòd ſi primus heres non fuerit, heres eſto Secundus & in partem eius. Sin verò Secundus non adierit, primus in ſecundi partem ſubſtitutus eſto.*

Πρῖμος καὶ Σεκοῦνδος ἔστωσαν μοι κληρονόμοι. εἰ δὲ μὴ γένωνται, ἔστω μοι τέρτιος κληρονόμος. ὁ πολλοῖς[a] πολλοῖς, Πρῖμος καὶ Σεκοῦνδος, ἔστωσαν μοι κληρονόμοι, εἰ δὲ μὴ γένωνται, τέρτιος καὶ κουάρτος ἔστωσαν μοι κληρονόμοι. δυνάμεθα καὶ Inuicem[b], τουτέστιν ἀμοιβαδὸν τοὺς κληρονόμους ἀλλήλοις ὑποκαθιστᾶν· οἷον, Ἔστω μου κληρονόμος πρῖμος, εἰς ἓξ οὐγκίας καὶ Σεκοῦνδος εἰς ἓξ οὐγκίας· ἐὰν δὲ μὴ γένηται πρῖμος, ἔστω Σεκοῦνδος καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ μέρος· εἰ δὲ Σεκοῦνδος μὴ ἀδιτεύσῃ, ἔστω πρῖμος ὑποκατάστατος εἰς τὸ Σεκούνδου μέρος.

c Species l. ſi plures 24. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione.

2 ¶ Et ſi quis heredes ex diſparibus partibus ſcriptos, vt hũc ex ſeptunce, illum ex quincunce, inuicem ſubſtituerit, & nullã in ſubſtitutione partium mentionem habuerit, eas partes accepturus eſt ſubſtitutus, quas accepturus erat, ſi adiiſſet is, in cuius locum ſubſtitutus eſt. Nã ſi cõtingat, vt is, cui quincunx datus eſt, adeat, & is cui ſeptunx, omittat: dicẽdum non eſt, Primum ex ſubſtitutione tantũ quincuncem habiturum, ſed ſeptuncem. Hunc enim Secundus accepturus erat, ſi adiiſſet.

2 ¶ Εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀνίσων[c] μερῶν γράψας τινὰς κληρονόμους, οἷον, τὸν μὲν εἰς ἕξ, τὸν δὲ εἰς πέντε, inuicem αὐτοὺς ὑποκατέστησεν, οὐδεμίαν μνήμην ἐν τῇ ὑποκαταστάσει οὐγκιασμοῦ ποιησάμενος, τοσαύτας λήψεται ὁ ὑποκατάστατος, ὅσας ἤμελλε λαμβάνειν εἴγε ἀδίτευσεν ἐκεῖνος, οὗ γέγονεν ὑποκατάστατος· ἐὰν γὰρ συμβῇ ἀδιτεῦσαι τὸν εἰς πέντε οὐγκίας γεγραμμένον, παραιτήσασθαι δὲ τὸν εἰς ἑπτὰ, οὐ δεῖ λέγειν, ὅτι πέντε οὐγκίας λήψεται ὁ πρῖμος ἐκ τῆς ὑποκαταστάσεως· ἀλλ' ἑπτά. τοσαύτας γὰρ σεκοῦνδος ἀδιτεύων, ἤμελλε λαμβάνειν.

2 ¶ Et ſi ex diſparibus partibus heredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mẽtionem partiũ habuerit: eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit: & ita diuus Pius reſcripſit.

d Species l. ſi Titius 27. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione.

3 ¶ Quidã heredes ſcripſit, Primum ex ſemiſſe, & Secundum ex ſemiſſe. Deinde dixit: *Si Secundus heres non erit, Primus & ex parte ſecundi heres eſto. Quod ſi Primus heres non erit, Tertius hares eſto.* Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: ſine diſtinctione Tertium hæredem eſſe poſſe, ſiue Primus ſolus,

3 ¶ Ἐνεστήσατό[d] τις κληρονόμους Πρῖμον εἰς ἓξ οὐγκίας, καὶ Σεκοῦνδον εἰς ἕξ· εἶπε δὲ οὕτως· Ἐὰν μὴ γένηται Σεκοῦνδος κληρονόμος, ἔστω Πρῖμος κληρονόμος, καὶ εἰς τὸ Σεκούνδου μέρος, εἰ δὲ μὴ γένηται Πρῖμος, ἔστω Τέρτιος κληρονόμος. Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν, τὸν Τέρτιον, ἀδιαστίκτως δύνασθαι κληρονομεῖν εἴτε Πρῖμος μόνος,

3 ¶ Sed ſi inſtituto heredi, coherede ſubſtituto dato, alius ei ſubſtitutus fuerit, diui Seuerus & Antoninus ſine diſtinctione reſcripſerunt, ad vtrãque partem ſubſtitutum admitti.

4 ª Si seruum alienum quis patremfamiliàs arbitratus heredem scripserit: & si heres non esset, Mæuium ei substituerit, isq; seruus iussu domini adierit hereditaté: Mæuius substitutus in partem admittitur.

¶ Illa enim verba, *Si heres non erit*, in eo quidé, quem alieno iuri subiectum esse testator scit, sic accipiuntur, Si neque ipse heres erit, neque alium heredem effecerit: in eo verò, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significabit: si hereditatem sibi, vel ei, cuius iuri postea subiectus esse cœperit, nó acquisierit. Idque Tiberius Cæsar in persona Parthenii serui sui cóstituit.

εἴτε Πρῖμος καὶ Σεκοῦνδος ἐκληρονόμησαν.

4 ¶ Τὸν σὸν οἰκέτην, νομίσας [a] αὐτεξούσιον εἶναι, ἐνεστησάμην κληρονόμον· ἐπήγαγον δὲ οὕτως, Εἰ δὲ μὴ γένηταί μοι κληρονόμος, ἔστω Μαίβιος κληρονόμος· μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν, ἐκελεύσας σὺ τὸν σὸν οἰκέτην, ὃν ἐνεστησάμην κληρονομίαν ἀδιτεῦσαι· ζητοῦμεν, εἰ χώρα γίνεται τῇ ὑποκαταστάσει; καὶ λέγομεν, ὅτι ὁ ὑποκατάστατος τὸ ἥμισυ λαμβάνει· ἀλλ' ἔχει τις εἰπεῖν ὅτι δεῖ τὸν ὑποκατάστατον τὸ ὅλον λαμβάνειν. ὁ γὰρ τεστάτωρ εἶπεν, Ἔστω μου ὁ δεῖνα κληρονόμος, εἰ δὲ μὴ γένηται, ἔστω Μαίβιος, οὐκοῦν ἐνταῦθα ἐπειδὴ ὁ ἰνστιτοῦτος ἤγουν ὁ ἐνστατὸς οἰκέτης ὢν οὐκ ἠδύνατο γενέσθαι κληρονόμος, ἔδει τὸν ὑποκατάστατον εἰς ὁλόκληρον καλεῖσθαι. ¶ Ἀλλὰ δεῖ πρὸς τοῦτο λέγειν ὅτι τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, [b] Si hæres non erit, τουτέστιν ἐὰν κληρονόμος οὐ γένηται, εἰ μὲν ὑπεξούσιός ἐστιν ὁ ἰνστιτοῦτος, καὶ τοῦτο οἶδεν ὁ τεστάτωρ, οὕτω νοεῖν ὀφείλομεν, τουτέστιν, εἰ μήτε αὐτὸς ὁ ἰνστιτοῦτος γένηται κληρονόμος, μήτε ἕτερον ποιήσῃ κληρονόμον, τουτέστι μὴ προσπορίσῃ ὥστε χώραν λαμβάνειν τότε τὴν ὑποκατάστασιν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἰνστιτούτου ἐκείνου, ὃν αὐτεξούσιον ὁ διαθέμενος ἐνόμιζεν εἶναι, τοῦτο σημαίνει, τὸ Si hæres non erit ῥῆμα, ἐὰν τὴν κληρονομίαν ἑαυτῷ ἤγουν ἐκείνῳ οὗ μετὰ ταῦτα ὑπεξούσιος εἶναι ἄρξεται μὴ προσπορίσῃ, ὥστε χώραν λαμβάνειν τὴν ὑποκατάστασιν εἰς ὁλόκληρον· ἐν-

siue Primus & Secundus hereditatem omittant.

4 ¶ Cùm seruum tuum patremfamiliâ esse putarem, heredem eum institui. Et adieci: *Si is mihi heres non erit, Mæuius mihi heres esto.* Mortuo me, seruus tuus quem heredem scripseram te iubente, hereditatem adiit. quæritur an locus sit substitutioni? Et dicimus, substitutum in partem dimidiam admitti. Sed dicet aliquis, substitutum in totum assem admitti debere. Nam testator dixit: *Ille mihi heres esto, & si is non fuerit, Mæuius esto.* Cùm igitur heres institutus, heres esse nón potuerit, vt qui seruus fuerit: necesse erat substitutũ in vniuersum ius vocari. ¶ Sed huic respondendũ est verba hęc, *Si heres non erit*: in eo quidem qui alieno iuri subiectus est, cùm testator id non nesciret, sic intelligi debere: Si neque ipse institutus heres erit, neque alium heredem fecerit, hoc est, alii adquisierit, vt tunc demum locus fiat substitutioni. In eo verò, quem patremfamilias esse putabat testator, significare verba illa, *si heres non erit*: Si neque sibi, neq; ei, cuius iuri postea subiectus esse cœperit, hereditatem adquisierit: vt in totum, locũ habeat substitutio. Hic autem,

a *Species l. si p.terfamilias 40. ff. de heredib. instituendis.*

b *Verba. Si heres non erit, quam interpretationem recipiant.*

quia iam alieno iuri subiectus esset, qui paterfamiliàs esse putabatur, ideo substitutus dimidiam partem accipit. Idque & diuus Pius[a] in persona Parthenij[b] serui sui rescripsit. Fortè enim quispiam cùm Parthenium Cæsaris seruum, liberum esse arbitraretur, heredem eum scripsit, & deinde ita substitutum dedit, *Quod si Parthenius mihi heres nō erit, Meuius heres esto.* Et tunc facta est constitutio, vt dimidia pars hereditatis per Parthenium Cæsari adquireretur, & in alteram dimidiam Meuius substitutus vocaretur.

ταῦθα δὲ ἐπειδὴ ἤδη ὑπεξούσιος ἦν ὁ νομισθεὶς εἶναι αὐτεξούσιος, διὰ τοῦτο τὸ ἥμισυ ὁ ὑποκατάστατος λαμβάνει· καὶ τοῦτο ὁ θειότατος ἀντέγραψε Πῖος,[a] ἐπὶ[b] Παρθενίου τοῦ ἰδίου οἰκέτου· Παρθένιον γὰρ τὸν τοῦ βασιλέως οἰκέτην νομίσας τις ἐλεύθερον εἶναι ἐνεστήσατο κληρονόμον, ὑποκαταστήσας καὶ εἰπών, Ἐὰν δὲ μὴ Παρθένιος γένηταί μοι κληρονόμος, ἔστω Μήβιος κληρονόμος· καὶ γέγονε τότε διάταξις, ὥστε τὸ μὲν ἥμισυ τῆς κληρονομίας, διὰ τοῦ Παρθενίου προσπορισθῆναι τῷ βασιλεῖ· εἰς δὲ τὸ ἕτερον ἥμισυ κληθῆναι Μαίβιον τὸν ὑποκατάστατον.

a *Tiberius. ita legitur in* l. 41 ff. de heredibus instituē. dis. *legendum Titus Vespas. ex Dione & Suetonio.*

b v l & hoc Tiberius 41. ff. de hered. instituendis.

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE. TIT. XVI.

ΠΕΡΙ ΟΡΦΑΝΙΚΗΣ ὑποκαταστάσεως.[c] Τίτλος ις.

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE. TIT. XVI.

c *Pupillaris substitutio quid* v. Gaium. 4. §. 3.

¶ *Liberis nostris substituere possumus, non tantùm sub hac conditione, si heredes non erunt (ea est vulgaris substitutio, de qua dictum titulo superiore) sed & si impuberes mortui fuerint (Hæc substitutio pupillaris dicitur). 1. Imò & si puberes, mente tamen capti, mortui fuerint (hæc substitutio ad exemplum pupillaris introducta, vnde ab interpretibus, Exemplaris dicitur. 2. Quod cum fit, duo quasi testamenta facere videmur, vnum nobis: alterum, liberis, quibus ita substituimus. 3. § Quemadmodum parentes tuta ita vt periculum illis ab eorum substituto non inferatur, liberis suis possint substituere. 4. Posse parentes liberis suis impuberibus substituere non modò institutis, sed & exheredatis & posthumis. 5. Liberis suis impuberibus neminem substituere pupillariter posse, nisi sibi testamentum faciat. 6. Liberis pupillariter substitui posse vel singulis vel vltimo. 7 idque nominatim vel generaliter. 8. Masculo, ad annum XIIII. Fæminæ ad XII. quo tempore elapso, substitutio euanescit. 9. Extraneo pupillariter substitui non posse, sed eum tantùm grauari per fideicommissum posse, vt hereditatem partémve eius alteri restituat.*

NOn tantùm autem extraneis heredibus institutis, substitutum dare possumus, sed etiam liberis nostris, ita dicentes: *Filius ille meus*

d l. 1. ff de vulgari & pupillari substitutione 2. Gaius 24. § 7.

ΟΥ μόνον ἐξωτικοῖς γεγραμμένοις κληρονόμοις δυνάμεθα ὑποκαθιστᾶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡμετέροις[d] παισί, λέγοντες οὕτως, Ὁ δεῖνα ὁ υἱός

LIberis suis impuberibus quos in potestate quis habet, non solùm ita, vt su-

prà diximus, substituere potest, id est, vt si heredes ei non extiterint, alius sit ei heres.

¶ Sed eo amplius, vt si heredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis heres: veluti si quis dicat hoc modo, *Titius filius meus heres esto. Et si filius meus heres mihi non sit: siue heres erit, & prius moriatur, quàm in suam tutelam venerit*, id est, antequam pubesfactus sit, *tunc Seius heres esto.* quo casu, si quidem non extiterit heres filius tunc substitutus patri fit heres: si verò extiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus.


¶ Emissa est autē & sanctissimi nostri Imperatoris cōstitutio, quam cum magna lucubratione fecit, studio validiores ac maioresque defunctorum voluntates reddēdi, qua iussit, vt sententiæ, non verba morientium spectentur, & vna omnium legati generum sit natura: atque etiam vt quibuscunque verbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, siue per actiones personales, siue per actionem in rem, aut etiam hypothecariam. Multa autem & alia vtilia, eadem constitutione docemur: Sed longè perfectius eius robur discet, qui verba eius legens illud inuestigarit.

f *ῥήματα & γνώμη hic opponuntur.*

g *Legatorum omnium vna natura.* adde §. vl. in f. inf. de oblig. quæ ex quasi cōtractu.

h *Legatorum nomine quæ actiones competant.*

3 ¶ At neque ad hæc ea constitit constitutio, verùm etiam maius quiddā adiecit. Cùm enim vide-

ρονόμος λαβέτω τόδε τὸ πρᾶγμα· ἀμέλει, οὐ καλῶς τῷ[a] μὴ ὄντι μερικῷ κληρονόμῳ κατὰ πραικεπτίζιονα καταλιμπανόμενον· τὸ γὰρ εἰπεῖν ῥωμαϊστὶ Præcipito, τουτέστι Κατ' ἐξαίρετον λαμβανέτω, δηλωτικόν ἐστι προϋποκειμένου μέρους κληρονομίας· τουτέστι πρὸς τὸ μέρος ὅπερ αὐτῷ κατέλιπον, βούλομαι αὐτὸν καὶ τόδε ἔχειν ἐν ἐξαιρέτῳ· ἀπῃτεῖτο δὲ ἡ πραικεπτίζιων, διὰ τοῦ familiæ herciscundæ[b]. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν, αἱ διατάξεις δὲ τῶν νεωτέρων[c] βασιλέων, ἀνεῖλον τὰ τυπικὰ[d] ῥήματα, δι' ὧν τὸ γένος ἐσημαίνετο.

¶ Γέγονε δὲ καὶ διάταξις[e] τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως, ἣν μετὰ πολλῆς ἐποιήσατο τῆς ἀγρυπνίας σπουδάζων ἰσχυροτέρας, καὶ βεβαιοτέρας εἶναι τὰς τῶν τελευτώντων βουλήσεις ἐν ᾗ παρεκελεύσατο, οὐ[f] τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ ταῖς γνώμαις τῶν τελευτώντων προσέχειν. ὥστε πᾶσι τοῖς γένεσι τῶν ληγάτων, μίαν[g] εἶναι φύσιν· καὶ οἵοις δήποτε ῥήμασιν ἐάν τι συμβῇ καταλειφθῆναι ἐξεῖναι τοῖς ληγαταρίοις τοῦτο λαμβάνειν, εἴτε[h] βούλονται περσοναλίας ἀγωγάς, ἤγουν κινῆσαι τὴν ἴν ῥέμ, ἢ καὶ ὑποθηκαρίαν· πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα χρήσιμα, ἡ προειρημένη διάταξις διδάσκει· τὴν δὲ ταύτης ἐξητασμένην ἰσχὺν μαθεῖν ἔνεστι τελεώτερον, τοῖς αὐτῇ ἐντυγχάνουσι ῥήμασιν.

3 ¶ Ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τούτων ἡ αὐτὴ διάταξις ἔστη, ἀλλά τι μεῖζον προσέθηκεν· ὁπότε γὰρ ἑώρα τὰ μὲν ληγάτα

¶ Nostra autem constitutio, quā cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & nō verbis, sed voluntatibus eorum fauentes, disposuit, vt omnibus legatis vna sit natura: & quibuscūque verbis aliquid relictū sit, liceat legatariis id persequi, nō solū per actiones personales, sed etiam per in rem, & per hypothecariā. Cuius cōstitutionis perpensū modum ex ipsius tenore perfectissimè accipere possibile est.

3 ¶ Sed non vsque ad eam cōstitutionē standum esse existimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidem strictè cōcludētem: fideicom-

missis autē, quæ ex volūtate magis descendebāt defunctorum, pinguiorem naturam indulgētem: necessariū esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare, vt nulla sit inter ea differentia: sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorū: & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicōmissorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis permistim de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem, operæpretium esse duximus interim separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractare: vt natura vtriusque Iuris cognita, facilè possint permistionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere.

4 ¶ Non solùm autem testatoris vel heredis res, sed etiam aliena legari potest: ita vt heres cogatur redimere eam, & præstare: vel si eam non potest redimere, æstimationē eius dare.

πολλῆς ἀκριβείας [a] ἐχόμενα, ἐπὶ δὲ τῶν φιδεϊκομμίσσων, μᾶλλον τὴν βούλησιν θαλπομένην τοῦ τεστάτορος, καὶ διὰ τοῦτο πλατυτέραν ἔχοντα φύσιν, ἀναγκαῖον ᾠήθη πάντα τὰ ληγάτα τοῖς φιδεϊκομμίσσοις ἐξισῶσαι [b], ὡς μηδεμίαν εἶναι μεταξὺ αὐτῶν διαφοράν. ἀλλ᾽ ὅπερ ἐλλείπει τοῖς ληγάτοις, ἐκ τῆς τῶν φιδεϊκομμίσσων ἀναπληροῦσθαι φύσεως· καὶ εἰ ἔν τινι πλεονεκτεῖ τὸ ληγάτον, τούτου μεταδιδόναι τοῖς φιδεϊκομμίσσοις· ἀλλ᾽ ἵνα μὴ χύδην, [c] καὶ ἀνάμιξ περὶ ληγάτων καὶ φιδεϊκομμίσσων διαλεγόμενοι, ἐν αὐτοῖς τοῖς τῶν νόμων [d] προοιμίοις ἁπαλωτέρας ἐπὶ τὰς τῶν νέων ἀκοὰς, δυσχερεστέρας διδασκαλίας ταράξωμεν ἐν ἐπεισαγωγῇ, ἀξιολογώτατον ἐνομίσαμεν εἶναι, πρότερον [e] περὶ ληγάτων κεχωρισμένως, εἶτα μετὰ ταῦτα περὶ φιδεϊκομμίσσων διεξελθεῖν· ὅπως τῆς ἑκατέρου φύσεως ἰδίᾳ γνωσθείσης, ἐκπαιδευθέντες λοιπὸν καὶ ἐν [f] ἕξει γενόμενοι, λεπτοτέραν καὶ ἀκριβεστέραν ἀθορύβως δέξωνται διδασκαλίαν.

4 ¶ Οὐ μόνον δὲ τὰ τοῦ τεστάτορος, ἢ τοῦ κληρονόμου πράγματα, ἀλλὰ καὶ ἀλλότρια δύναται ληγατεύεσθαι· οὐχ [g] ὥστε τὸν δεσπότην τῶν ἰδίων πραγμάτων στερεῖσθαι. ἀναγκάζεται γὰρ ὁ κληρονόμος προσιέναι τῷ δεσπότῃ, καὶ διαλέγεσθαι περὶ ἀγορασίας· καὶ εἰ μὲν ἕλοιτο ὁ δεσπότης πωλῆσαι, ἀγοράσας ὁ κληρονόμος δίδωσι τοῦτο τῷ ληγαταρίῳ· εἰ δὲ μὴ δυνηθῇ, τοῦ δεσπότου μὴ βουληθέντος, τὴν τοῦ πράγματος διατίμησιν [h]

ret legata in multa versari solemnitate, in fideicōmissis autem magis testātis voluntatem foueri, & ideo latiorem quoque ea naturam habere necessarium existimauit, omnia legata fideicommissis exæquare, sic vt nulla inter ea esset differentia: sed vt quod legatis deesset, id ex natura fideicommissorum repleretur: & si quid amplius esset in legatis, per hoc cresceret & fideicommissorum natura. Verùm, ne confusè & permixtè de legatis & fideicōmissis in prooemiis iuris disserentes, teneriores adhuc adolescentium aures per difficiliores has traditiones offendamus in ipsis institutionibus, operæ pretiū esse duximus, prius separatim de legatis, dein de postea de fideicōmissis tractare: vt natura vtriusque seorsim cognita, subtiliorem postea & exactionem, eruditi iam & quodam quasi habitu adsumpto, doctrinam sine perturbatione accipiant.

4 ¶ Porrò non solùm testatoris vel heredis res, sed etiam alienæ legari possunt. Non tamen vt domino res suæ auferantur. Nam heres dominum adire cogitur, & cum eo de re emenda agere. Et si quidem dominus eam vendere non recusat, emptam heres dabit legatario. Sin verò emere eam de inuito domino non potest, æstimatio

a τῇ ἀκριβείᾳ (ἐμφατικῶς scilicet) hic [illegible] opp. [illegible]

b *Legata fideicommissis exæquata. l. 1. ff. de legat. 1.*

c *Confusio vitanda.*

d *Has institutiones vocat τῶν νόμων προοίμια, vt & initio Institutionum προοίμια, hoc est cunabula. sed & paulò post [illegible].*

e *De legatis cur priore loco differat quàm de fideicommissis.*

f *τοῖς ἐν ἕξει γενομένοις opponit ἁπαλωτέρας τῶν νέων ἀκοάς.*

g *Res aliena legari potest, non tamen in præiudicium domini.* addē §. 11. inf. eod. l. 67 § 8. ff. de legatis 2. l. 25. Cod. fideicommiss.

h *addē* 44 Eclog. 1. c. 38. l. 40 ff. de legat. 1. Paul. 4 sent. 1. c. 7. *addē* § 4 inf. de singulis rebus per fideicommiss.

a Cāpus Martius qui Tiberianus 6. Gellius 7. locus extra vrbem Romam 15 Gell. 27. in f. prope portam Flumentanā v. Halicarn. 5. Strabonem 5. Plin. 19. Liuium 39 Capi etiam Martij meminit l. 39. in f. ff. de legat. 1. l. vni. C. Theodos. de cāpo Martio vrbis Romæ.
b βασιλικαὶ ædes regiæ, templa. 15. Isidor. 4.
c ναὸς templa vt hic, ædes sacra l. 39. in f. ff. de legat. 1.
d κυνήγιον quod hic theatro adiungit sumit pro theatro venationibus populo exhibendis accommodato. vnde & theatrorum seu κυνηγίων Nouell 105.
e ἱππικὸν circus Circensis Gloss. vnde Circum ἱππικὸν & Circensis ... Proinde interpres hic male. Equirriā vertit. Equiria enim Varroni 5. de lingua num. 3. dies quo equi currunt in cāpo Martio: Festo verò, Ludi à Romulo Marti instituti. Hic autē ἱππικὸν, neque ludus, neque tempus, sed locum. De circo maximo vide Varronem 4. de lingua numero 32.

nem legatario præstabit. Quòd si quis moriēs mihi rem legauerit, cuius commercium nō habeo, id est, ius eam comparandi: non solùm non debebitur mihi quod relictū fuerit: sed neque æstimationem eius petere potero. Quid enim, si quis mihi campum Martium legasset (est autem locus publicus, non lōgè à Roma) vel basilicā, vel templum, vel quæ vsibus publicis destinata sunt; veluti Theatrum, Arenam, Equirium? Omnia enim huiuscemodi legata, nullius momenti sunt. ¶ Sed illud quod paulò antè dictum est, alienam rem vtiliter legari posse, tunc intelligendum est, cùm ego testator alienam rem sciebam esse: si enim ignorassem, non consisteret legatum. Nam fortè si meam non esse sciuissem: interdum non eam legassem: & hoc ita rescripto D. Pij cautum est. ¶ Si quis mihi rem alienam legauerit, neque heres eam redimere & mihi dare velit: neque æstimationem eius præstare, quòd legatum dicat non consistere, quia testator alienā rem esse nesciuerit: ego verò legatarius instem & aduerser propterea quòd validum esse contendam, quia defunctus alienam esse sciuerit: vtri tandem onus probandi incumbit? heredi ne, qui ignorasse testatorem dicit, an mihi legatario, qui sciuisse cōtendo? Et dicimus, legatario onus probandi incumbere, heredem verò probare non cogi. Nam legatarius, cùm actor sit, meritò probandi onus sustinet.

παρέξει τῷ ληγαταρίῳ. εἰ δέ τις τελευτῶν, τοιοῦτόν μοι ληγατεύσει πρᾶγμα, ἐφ' ᾧ κομμέρτζιον οὐκ ἔχω, τουτέστι δίκαιον τοῦ κτᾶσθαι αὐτό, οὐ μόνον οὐκ ἐποφληθήσομαι αὐτὸ τὸ καταλειφθὲν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν τούτου διατίμησιν ἀπαιτεῖν δυνήσομαι· τί γὰρ ὅτι ἐληγάτευσέ τις ἐμοὶ τὸν κάμπον τὸν Μάρτιον· τόπος δέ ἐστι δημόσιος πλησίον[a] τῆς Ῥώμης, ἢ τὴν βασιλικὴν,[b] ἢ τὸν ναὸν,[c] ἢ τὰ δημοσίαις χρείαις ἀφιερωθέντα· οἷον θέατρον, κυνήγιον,[d] ἱππικόν.[e] πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ληγάτα, ἀΐσχυρα ἐστί. ¶ Τὸ δὲ εἰρημένον ἡμῖν πρὸ βραχέος, ὅτι τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἰσχυρῶς δύναμαι ληγατεύειν, τότε χρὴ νοεῖν, ἡνίκα[f] ἐγὼ ὁ διατιθέμενος, ἠπιστάμην ἀλλότριον εἶναι τοῦτο· εἰ γὰρ ἠγνόουν, ἀνυπόστατον τὸ ληγάτον· εἰ γὰρ ἠπιστάμην οὐκ ἐμὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἴσως ὅτι οὐκ ἂν αὐτὸ κατέλειψα· καὶ τοῦτο περιέχεται διατάξει τοῦ θειοτάτου Πίου.[g] ¶ Ἐὰν ληγατεύσῃ τις ἀλλότριον πρᾶγμά ἐμοὶ, καὶ ὁ κληρονόμος μὴ βουλόμενος ἀγοράσαι αὐτὸ καὶ δοῦναι, ἤγουν παρασχεῖν τὴν διατίμησιν, ἀνυπόστατον δὲ εἶναι φησὶ τὸ ληγάτον, διὰ τὸ τὸν τεστάτορα ἀγνοεῖν ἀλλότριον εἶναι τοῦτο· ἐνίσταμαι δὲ ἐγὼ ὁ ληγατάριος, καὶ ἐναντιοῦμαι, ἰσχυρὸν αὐτὸ διαβεβαιούμενος εἶναι· διὰ τὸ τὸν τελευτήσαντα εἰδέναι, ὅτι τὸ πρᾶγμα ἀλλότριον ἦν· τίς ἄρα βαρύνεται τῇ ἀποδείξει, ὁ κληρονόμος λέγων ἠγνοηκέναι τὸν τεστάτορα, ἢ ὁ ληγατάριος ἐπίστασθαι φάσκων αὐτὸν, καὶ λέγομεν τὸν ληγατάριον βαρύνεσθαι τῇ ἀποδείξει· οὐ μὴν τὸν κληρονόμον, ἀποδεικνύειν ἀναγκάζεσθαι· ὁ γὰρ ληγατάριος ἄκτωρ[h] ὢν, εἰκότως βαρύνεται τῇ ἀποδείξει.

Sed si talis sit res cuius commercium non est, vel adipisci non potest, nec æstimatio eius debetur: veluti si quis campum Martium, vel basilicas, vel templa, vel quæ publico vsui destinata sunt, legauerit; nam nullius momenti tale legatum est.

¶ Quòd autem diximus, alienā rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat. Forsitan enim si sciuisset alienam rem esse, non legasset, & ita diuus Pius rescripsit. ¶ Et verius est ipsum qui agit, id est, legatariū probare oportere, sciuisse alienam rem legare defunctū: non heredem probare oportere, ignorasse alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.

f *Legare rem alienam scientes possumus, at non ignorantes vt hic. adde Paul.* 4. *sent.* 1. *c.* 8. (*nisi proxima persona* l. cùm alienam 10. Cod. de legatis, *vbi dixi. Proinde legatarius probare debet, testatorem scientem ac prudentem rem alienam legasse.*

g *Quæ non extat. Est autem simile Alexandri* in d. l. 10. h l. 2. ff. de probat. l. 4. Cod. de edendo.

5 ¶ Sed & si rē obligatam creditori aliquis legauerit, necesse habet heres eā luere. Et in hoc quoque casu idē placet, quod in re aliena: vt ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse. & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluerit legatariū luere, & hoc expresserit: non debet heres eam luere.

5 ¶ Τίτιος δανεισάμενος παρὰ πρίμου, ἐνεχυρίασεν,[a] ἤτοι ὑπέθετο αὐτῷ ἐπὶ τῷ χρέει, οἰκεῖον ἀγρόν· τελευτῶν ὁ Τίτιος πρὶν ἀποδῶ τὸ χρέος, ἐληγάτευσέ μοι τοῦτον τὸν ἀγρόν· ἀνάγκην ὁ κληρονόμος ἕξει καταβαλεῖν τὸ χρέος τῷ πρίμῳ, καὶ τῆς ὑποθήκης ἐλευθερον αὐτὸ διδόναι μοι· κἀνταῦθα δὲ ἐν αὐτῇ[b] χώραν ἔχει διάπραξις, ἥτις καὶ ἐπὶ τοῦ προλαβόντος θέματος, ἡνίκα ἀλλότριον ἐληγατεύθη πρᾶγμα· τότε γὰρ ἀναγκάζεται ὁ κληρονόμος καταβαλὼν τὸ χρέος ἐλευθερῶσαι τῆς ὑποθήκης τὸ ληγάτον· ἐν ᾧ ἠπίστατο ὁ τελευτήσας ὑποκεῖσθαι τὸ πρᾶγμα. καὶ τοῦτο Σεβῆρος[c] καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν οἱ θειότατοι· εἰ μέντοι ὁ τελευτήσας ἠβουλήθη τὸν ληγατάριον τοῦ δεσμοῦ τῆς ὑποθήκης τὸ ληγάτον ἀπαλλάξαι, καὶ τοῦτο ἰδικῶς ἐξεφώνησεν, οὐκ ὀφείλει ὁ κληρονόμος τοῦτο λυτρῶσαι.

5 ¶ Titius à Primo mutuatus, fundū ei suū eius debiti nomine, in pignoris causam dederat. Titius antequàm debitū soluerer, ad mortem veniens, fundū hunc mihi legauit. Necesse est heredi, a s hoc alienum quod Primo debetur, soluere & mihi fundum à pignore sine hypotheca liberum dare. Sed tamē & hîc eadem distinctio adhibetur, quæ in præcedēte casu, cùm aliena res legata est. Tunc. n. heres soluto debito cogitur fundum ab hypotheca liberare: cū defunctus obligatam esse rem sciebat. Idq. Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Si tamen legatarium voluerit defunctus rem legatā ab obligatione hypothecæ liberare, & hoc specialiter expresserit, heres eam luere non debet.

6 ¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo testatore legatarius dominus factus fuerit: si quidem ex causa emptionis, ex testamēto actione pretium cōsequi potest: si verò ex causa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest. Nam traditum est, duas lucratiuas causas in eundem

6 ¶ Ἐληγάτευσά σοι ἀλλότριον πρᾶγμα, ἐπιζήσαντός μου τῇ ποιήσει τῆς διαθήκης γέγονας αὐτοῦ τοῦ πράγματος σὺ δεσπότης ὁ ληγατάριος. ὅτι μὲν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν κληρονόμον ἀπαιτεῖν οὐ δύνασαι, (πῶς[d] γὰρ τὸ τελευθὲν ὑπὸ τὴν σὴν δεσποτείαν) συνωμολόγηται; ἆρα οὐδὲ τὴν διατίμησιν τούτου ἀπαιτεῖν δυνήσῃ; καὶ χρὴ οὕτω διαστίζειν· εἰ[e] μὲν ἀπὸ ἀγορασίας[f] ἐκτήσω τοῦτο, κινῶν κατὰ τοῦ κληρονόμου τὴν ἐκ τεσταμέντου, λήψῃ τὴν τούτου τοῦ πράγματος διατίμησιν· εἰ δὲ ἀπὸ δωρεᾶς[g] γέγονας τούτου δεσπότης, ἢ ἀπὸ ληγάτου· οὐκ ἀπαιτήσεις τὸ τίμημα διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, Duas lucratiuas[h] causas in eun-

6 ¶ Rem ego tibi alienā legaui, & cum post testamentum superuixissem, tu legatarius eius rei factus es dominus. Illud profectò extra omnē controuersiam est, te eam rem ab herede meo petere non posse: nam quomodo, quæ in tuo dominio est? An ergo neque æstimationē eius petere poteris? Et ita distinguendum est. Siquidē ex causa emptionis eam comparaueris, æstimationem eius per actionē ex testamento contra heredem intentatā, consequêris. Sin verò ex donatione aut ex legato dominus eius factus fueris, ne pretiū quidem eius petere poteris. Idque propter regulam dicentem: Duas lucratiuas causas in eundem he-

a addc 44. Eclog. 1. c. 116. §. Harm enop. 10. §. 33. Paul. 3 sent. 6. § 8. l. si res obligata 57 ff de legat. 1 § Hac menop. 10. §. 57.

b *Alienati & obligati similitudo.*

c adde l. prædia 6. Co. de fideicommiss *qua est Alexandri.*

d *Nemo rei dominiū à quoquam petere potest. qui ipse iam sit rei ipsius dominus.*

e *Rem alienā nobis legatam emptionis an donationis titulo consequamur, multum interest Priore casu heres testatoris rei legata æstimationem nobis debet. posteriore non debet.*

f *Et hic ex uā lucratiua causa* l. 1. 8. §. 4. ff. de legat. 1. *Caterùm qua causa lucratiua.* vide l. vnicam. § lucratiuas. Co. de imponenda lucratiuis descriptione l. 10 tit. 35.

g l. Nem[illegible] 21. §. 1. ff. d[illegible] de legat 3. [illegible] 44. Eclog. [illegible] 3. c 21. [illegible] 4 d. §. 1. [illegible] 21. l. om[illegible]es 17. ff. de obligationibus.

uas causas in eundem he-

i j

minem, & eandem rem cōcurrere nō posse. ¶ Hac ratione, si eandem mihi rem Primus & Secundus legauerint, & deinde diē suū obierint: quærimus, an ab vtriusque heredib. rem legatam petere possimus? Et dicimus, quòd si ex vnius testamento rem ipsam cōsequutus sim: ex alterius testamento mihi consequar: neque rem ipsam. nā quomodo, quum in bonis meis sit? neque pretium eius, quoniā rem ipsam ex lucratiua causa consequutus sum. Sin autem ex vno testamento pretiū rei acceperim: nihil prohibet, quo minus ex altero rem ipsam petam.

7 ¶ Nō solùm quæ in rerum natura sunt, sed etiā quæ non sunt, sed futura fore sperantur, vtiliter legamus. Veluti fructus, qui ex illo fundo nascentur: aut quod ex illa ancilla nascetur.

8 ¶ Si duobus quibusdam vnā & eandem rem legauero, siue coniunctim, siue disiunctim. & ambo legatum petant: in duo inter eos scindetur legatū. Sin alter eorum deficiat, aut voluntate sua aut fortuna: voluntate, vt quia repudiauerit legatū: fortuna, vt quia viuo testatore decesserit: aut si quo alio modo capere non possit, vt quia ciuitatem amiserit, tunc totum legatum ad collegatarium pertinet.

¶ Et coniunctim quidem

dem hominem & eandem rem concurrere non posse· τουτέστι δύο ἐπικερδεῖς αἰτίας, εἰς τὸ αὐτὸ πρόσωπον, ἢ εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα συντρέχειν οὐ δυνατόν. ¶ Τούτῳ τῷ λόγῳ, ἐὰν πρῖμος καὶ [a] σεκοῦνδος ληγατεύσωσί μοι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, εἶτα τελευτήσωσι, ζητοῦμεν, εἰ τοὺς δύο τοὺς κληρονόμους δύναμαι ἀπαιτεῖν τὸ ληγάτον; καὶ λέγομεν, εἰ μὲν ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς διαθήκης ἔτυχον λαβὼν τὸ πρᾶγμα, ἐκ τῆς ἑτέρας διαθήκης οὐ λήψομαι, οὐδὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα· πῶς γὰρ ὁπότε τελεῖ ὑπὸ τὴν ἐμὴν δεσποτείαν; οὐδὲ τὴν διατίμησιν· ἔτυχον γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐξ ἐπικερδοῦς αἰτίας κτησάμενος· εἰ δὲ πρότερον ἐκ τῆς μιᾶς διαθήκης ἔλαβον τὴν διατίμησιν, ἐκ τῆς ἑτέρας ἀκωλύτως ἀπαιτήσω τὸ πρᾶγμα.

7 ¶ Οὐ [b] μόνον τὰ ὄντα ἐν φύσει, ἀλλὰ καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἐλπιζόμενα [c] δὲ γίνεσθαι, ὀρθῶς ληγατεύομεν· οἷον τοὺς καρποὺς τοὺς ἐσομένους ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἀγροῦ, ἢ τὸ μέλλον τίκτεσθαι, ἀπὸ τῆσδε τῆς θεραπαίνης.

8 ¶ Ἐὰν δύο τισὶ, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ληγατεύσω πρᾶγμα, εἴτε coniunctim [d], εἴτε disiunctim, ἤγουν συμπεπλεγμένως, ἢ διῃρημένως, ἔλθωσι δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ τὴν τοῦ ληγάτου ἀπαίτησιν, εἰς δύο μέρη μεταξὺ αὐτῶν τμηθήσεται τὸ ληγάτον· εἰ δὲ ὁ ἕτερος ἀπονήσῃ, ἢ γνώμῃ, ἢ τύχῃ· γνώμῃ μὲν, ἐπειδὴ ἐρεπουδιάτευσε τὸ ληγάτον· τύχῃ δὲ ἐπειδὴ ζῶντος ἐτελεύτησε τοῦ τεστάτορος, ἢ καὶ ἑτέρῳ οἰῳδήποτε ἠθέτησε τρόπῳ· τυχὸν γὰρ ἐξέπεσε τῆς πολιτείας· τότε ὅλον τὸ ληγάτον πρὸς τὸν συλληγατάριον περιγίνεται [e]. Καὶ con-

hominem & eādem rem concurrere non posse.

¶ Hac ratione: si ex duobus testamētis eadem res eidem debeatur: interest, vtrum rem, an æstimationem ex testamento consequutus sit, nā si rem habet, agere non potest: quia habet eam ex causa lucratiua: si æstimationem agere potest.

7 ¶ Ea quoque res, quæ in rerū natura non est, si modò futura est, rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erūt, aut quod ex illa ancilla natum erit.

8 ¶ Si eadem res duobus legata sit, siue coniunctim, siue disiunctim: si ambo perueniāt ad legatum, scinditur inter eos legatum: si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo testatore decesserit, vel alio quoquo modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet.

¶ Cōiūctim aūt legatur, veluti si quis dicat,

a Si eadē res duorum testamētis mihi legata est, distinguitur. nā si vnius testamento rem ipsam legatam fuero consecutus, alterius testamento ipsius rei legatæ æstimationem consequi non possum: si æstimationem fuero consecutus ex vnius testamento, rem ipsam ex alterius testamēto consequi potero. hn adde l. Mæuius 66. in prin. & §. 1 ff. de legat. 2. Simpliciter tamen ac nudè dicitur in l. planè 34 §. 1 et l. si duorū 2. ff de lega. 1. duorum testamentis eadē re legata, hu peti posse: vt ex vnius testamento rem cōsequar, ex altero æstimationem.

b L. 24. ff. de legat. 1.

c Spes legari potest, vt hic & l. quæ in rerum natura 24. ff. de leg. 1.

d l. duobus coniunctim 85. ff. de lega. 1. l. Coniunctim 8. ff. de legat. 3.

e l. 2. §. 2. ff. de vsufruct. adcrescendo.

Titio & Seio hominem Stichum do, lego. ¶ Disiunctim ita, *Titio hominem Stichum do, lego.* Sed & si expresserit *eundem hominem Stichum*, æquè disiunctim legatū intelligitur.

9 ¶ Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit proprietatē deducto vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit, & postea ex testamento agat: rectè eū agere, & fundū petere, Iulianus ait: quia vsusfructus in petitione, seruitutis locum obtinet. sed officio iudicis continetur, vt deducto vsufructu, iubeat æstimationem præstari.

iunctim [a] μέν ἐστιν, ἐὰν οὕτως καταλείπω, Τιτίῳ καὶ Σείῳ τὸν οἰκέτην Στῖχον δίδωμι καὶ ληγατεύω. ¶ Disiunctim δὲ οὕτως, Τιτίῳ Στῖχον τὸν οἰκέτην δίδωμι καὶ ληγατεύω. Σείῳ τὸν οἰκέτην Στῖχον δίδωμι καὶ ληγατεύω· εἰ δὲ καὶ προστέθεικα, Σείῳ τὸν αὐτὸν οἰκέτην, ὁμοίως disiunctim τὸ λεγάτον ἀποτελεῖται· εἶπον γὰρ Τιτίῳ Στῖχον τὸν οἰκέτην ληγατεύω, Σείῳ τὸν αὐτὸν οἰκέτην ληγατεύω· ὥστε οὖν ὁ καὶ, σύνδεσμος παρών, coniunctim ποιεῖ τὸ λεγάτον· εἰ δὲ μὴ γέγραπται ὁ Καὶ, disiunctim αὐτὸ ποιεῖ.

9 ¶ Τὸν Τιτίου ἀγρὸν τελευτῶν ἐληγάτευσάς μοι· σοῦ ζῶντος ἔτι ἠγόρασα [b] τοῦτον τὸν ἀγρὸν παρὰ Τιτίου, deducto vsufructu· τουτέστιν ἔλαβον γυμνὴν τὴν προπριεταρίαν ἐξῃρημένης τῆς χρήσεως· ἔμεινε δὲ παρὰ Τιτίῳ ὁ οὐσούφρουκτος· μικροῦ διαδραμόντος χρόνου ἐτελεύτησεν ὁ Τίτιος καὶ τῇ αὐτοῦ τελευτῇ ἀποσβεσθεὶς ὁ οὐσούφρουκτος, ὃν ἔτυχε παρακρατήσας, ἀνέδραμεν ἐπὶ τὴν προπριεταρίαν. τελευτήσαντός σου, βούλομαι κινῆσαι τὴν ἐξ τεσταμέντου κατὰ τοῦ σοῦ κληρονόμου· ὁ Ἰουλιανός φησι, καλῶς ἀπαιτεῖν με διὰ τῆς περσοναλίας ἀγωγῆς, τὴν τῆς προπριεταρίας τοῦ ἀγροῦ διατίμησιν· ὁ γὰρ οὐσούφρουκτος ἐνταῦθα, ἐν τάξει δουλείας ἐστίν· ὀφφίκιον δέ ἐστι τοῦ δικαστοῦ, ὥστε deducto vsufructu κελεύειν, ἵνα ὁ κληρονόμος παράσχῃ τὴν διατίμησιν· οἷον ὁ ἀγρὸς μετὰ τοῦ οὐσουφρούκτου, ἄξιός ἐστιν ρν νομισμάτων, δίχα δὲ τοῦ οὐσουφρούκτου ρ· κινῶν οὖν ἐγὼ ἀπαιτῶ ρν νομίσματα· ἀλλὰ τὸ ὀφφίκιον τοῦ δικαστοῦ παρασκευάζει ἵνα

est, si ita relinquam: *Titio & Seio Stichum seruum do, lego.* ¶ Disiunctim verò, sic: *Titio Stichum seruum do, lego: Seio seruum Stichum do, lego.* Sed & si adiecerim: *Seio eundem seruum*, æquè disiunctim legatum efficitur. Dixi enim, *Titio Stichum seruum lego.* Sic igitur coniunctio illa, *&*, adiecta, coniunctim legatum videri facit. Quòd si adiecta non sit, disiunctim.

9 ¶ Titij fundum moriens mihi legasti. Te adhuc viuente fundum ego hunc de Titio emi deducto vsufructu: hoc est, nudam proprietatem sine vsu accepi, & vsusfructus penes Titium mãsit. Pauco post tempore mortuus est Titius, & ita morte ipsius extinctus vsusfructus, quem sibi exceperat, ad proprietatem recurrit. Mortuo te, cum herede tuo ex testamento volo agere. Iulianus ait, rectè me per actionem in personã, æstimationem proprietatis fundi petere. Nam in hac petitione vsusfructus locum seruitutis obtinet. Sed officium iudicis est, vt deducto vsufructu, æstimationem ab hærede præstari iubeat. Verbi gratia, fundus cū vsufructu, centum quinquaginta solidis valet: sine vsufructu, centum. Agens igitur centum quinquaginta solidos petam: sed hoc officio Iudicis continetur, vt

a l. triplici modo 142. ff. de verborum significatione.

b l. non quocunque modo. 82. §. fundus mihi legatus est. 2. ff. de legat. 2.

folius proprietatis æstimationem accipiam, hoc est, solidos centum. Idenim absurdissimum est, vt vsusfructus pretium consequar, cùm vsusfructus ex causa lucratiua ad me peruenerit.

10 ¶ Quidam meum mihi fundum legauit. Inutile est legatum. Quod enim meum est, amplius meũ fieri non potest. ¶ Et si maximè fũdum hũc alienauerim: nõ debebitur mihi, neque fundus ipse, neque æstimatio eius.

11 ¶ Titius serui dominus erat: hunc mihi legauit, cùm Primi esse putaret: valet legatũ. Nam veritas opinioni præualet. ¶ Sed & si meum, qui sum legatarius, seruũ esse putauit: valet & ita nihilominus. Quoniam vtilem exitum habet legatum. Nam & defunctus dominus est, & ego dominus non sum: neque impedit quicquã, quò minus in me dominium transferri possit.

12 ¶ Rem tuã mihi legasti, & quum superuiueres, alienasti eam. Ait Celsus, si adimẽdi animo, & quod ab amicitia mea recederes, eam alienaueris, legatum mihi non deberi. Quòd si hunc animum in alienando non habueris, quia fortè magna tibi incubuit necessitas ob publica aut priuata debita, & cùm parata pecunia egeres, eam vendidisti: legatum ab herede tuo petere possum. Idque etiã Seuerus & Antoninus rescripserunt. ¶ Quidã mihi prædiũ suum legauit, & cùm superuixisset, pignori id dedit: ab iisdem Principi-

a Legari nobis non possunt res nobis propriæ. l. propriius 13. C. de legatis. quinimo vt initio non valet huiusmodi legatum, ita neque ex post facto (vt si res alienatione mea esse desierit) conualescit. vt hic & l. cetera 41. §. 2. ff. de legat. 1. Et hac obtinent quoties purè res nostra nobis legantur: aliàs sub conditione legari nobis possunt. l. mea res 98. ff. de condic. & demonstrat.

b l. 4. § 1. ff de manumiss. vind. Imò opinio præualet. l. 15 ff. de adquit. hered.

c Legatum extinguitur si à viuo testatore alienetur aut pignoretur. Paul. 4. sent. 1. §. 9. l. 11. §. si rem suam 12. ff. de legat. 3.

d v. Paul. 3. sent. 6. §. 16.

e l. 3. C. de legatis.

λάβω τῆς προπριεταρίας μόνης τὴν διατίμησιν, τουτέστι ρ νομίσματα· τίμημα γὰρ λαβεῖν με τοῦ ὑσουφρούκτου ἀτοπώτατον, διὰ τὸ τὸν ὑσούφρουκτον ἐξ ἐπικερδοῦς αἰτίας ἐπ' ἐμὲ περιαχθῆναι.

10 ¶ Ἐληγάτευσέ τις ἐμοὶ τὸν [a] ἐμὸν ἀγρὸν, ἄχρηστον τὸ ληγάτον, τὸ γὰρ ἐμὸν ἔτι πλέον ἐμὸν γενέσθαι οὐ δύναται. ¶ Εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐξεποίησα τὸν ἀγρὸν οὐκ ἐποφληθήσεταί μοι, οὐδὲ αὐτὸς, οὐδὲ ἡ τούτου διατίμησις.

11 ¶ Τίτιος ἐδέσποζεν οἰκέτου ἐληγάτευσέ μοι τοῦτον νομίζων εἶναι πρίμου, ἔρρωται τὸ ληγάτον, πλέον γὰρ ἰσχύει ἡ ἀλήθεια [b] τῆς ὑπονοίας. ¶ Εἰ δὲ ἐμοῦ τοῦ ληγαταρίου τοῦτον ὑπώπτευσεν εἶναι τὸν οἰκέτην, ἔρρωται καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον· ἀποτέλεσμα γὰρ χρηστὸν ἔχει τὸ ληγάτον· καὶ γὰρ ὁ τελευτήσας δεσπόζει. κἀγὼ οὐ δεσπόζω, καὶ ἀνεμποδίστως ἐπ' ἐμὲ δύναται μεταφέρεσθαι ἡ δεσποτεία.

12 ¶ Ἐληγάτευσάς μοι τὸ σὸν πρᾶγμα, ἐπιζήσας ἐξεποίησας [c] τοῦτο, φησὶν ὁ κέλσος, ὡς εἰ μὲν ὡς ἀδεμπτεύων καὶ τῆς πρὸς ἐμὲ φιλίας ἀφιστάμενος ἐξεποίησας τοῦτο, οὐκ ἐποφληθήσεταί μοι τὸ ληγάτον· εἰ δὲ οὐ τοιαύτην ἐσχηκὼς προαίρεσιν ἠλλοτρίωσας αὐτό· τυχὸν γὰρ ἀνάγκη σοι ἐπετέθη δημοσίων χρεῶν ἢ ἰδιωτικῶν, καὶ ἀπορῶν χρυσίου πέπρακας τοῦτο· ἀπαιτήσω τὸν σὸν κληρονόμον τὸ ληγάτον· καὶ τοῦτο Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν. ¶ Κτῆμα τις οἰκεῖον ἐληγάτευσέ μοι, ἐπιζήσας ἐνεχύριασε [d] τοῦτο· ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀντιγέγραπται [e]

10 ¶ Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatũ: quia quod propriũ est ipsius, amplius eius fieri non potest. ¶ Et licèt alienauerit eam, nõ debetur, nec ipsa res, nec æstimatio eius.

11 ¶ Si quis rem suam quasi alienam legauerit, valet legatũ: nam plus valet quod in veritate est quã quod in opinione. ¶ Sed & si legatarij esse putauit valere constat: quia exitũ voluntas defuncti habere potest.

12 ¶ Si rem suam legauerit testator, posteàque eam alienauerit, Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi: idémque diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. ¶ Iidem rescripserunt eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erãt pignori dedit, ademisse legatum non vide-

mi: & ideo legatarium cum herede eius agere posse, vt prædia à creditore luatur.

¶ Si verò quis partem rei legatæ alienauerit: pars, quæ non est alienata, omnino debetur: pars autem alienata itadebetur, si non adimendi animo alienata sit.

13 ¶ Si quis debitori suo liberationem legauerit, legatum vtile est:&neque ab ipso debitore, neque ab herede eius potest heres petere, neque ab alio, qui heredis loco sit, sed & potest à debitore conueniri vt liberet eum.

¶ Potest etiam quis vel ad tempus iubere, ne heres petat.

14 ¶ Ex contrario, si debitor creditori suo quod debet, legauerit: inutile est legatũ, si nihil plus

βασιλέων, μὴ δοκεῖν τ͂ ἐνεχυριάζοντα ψυχῇ ἀφαιρουμένῃ τὸ ληγάτον, τοῦτο πράττειν ὅθεν ὁ ληγατάριος, ἀναγκάσει τ͂ κληρονόμον τὸ χρέος καταβαλόντα τῷ κρεδίτωρι, ἐλευθέραν ὑποθήκης παρέχειν τὸ κτῆμα, καὶ τῷ ληγαταρίῳ δοῦναι. ¶ Εἰ δέ τις ληγατεύσας μοι ἀγρὸν, ἐπιζήσας, μέρος[a] ἐξεποίησε τούτου, τὸ μὲν μέρος τὸ μὴ ἐκποιηθὲν, ἐπιφληθήσεταί μοι παντὸς. τὸ δὲ ἐκποιηθὲν, τηνικαῦτα, ὅτε οὐκ ἀποστάμενος τ͂ πρὸς ἐμὲ φιλίας ἠλλοτρίωσε τοῦτο.

13 ¶ Ἐχρεώστεις μοι ρ νομίσματα, ἐληγάτευσά σοι λιβερατζίωνα[b] τοῦ χρέους, τουτέστιν ἐλευθερίαν καὶ ἀπαλλαγὴν τ͂ ἀπαιτήσεως ἔρρωται τὸ ληγάτον· καὶ ὁ ἐμὸς κληρονόμος, οὔτε σὲ, οὔτε τ͂ σὸν κληρονόμον, ἀπαιτήσει, οὔτε ἕτερόν τινα, τάξιν ἐπέχοντα κληρονόμου· οἷον τ͂ καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσάριον, ἢ βονόρουμ ποσσέσσορα· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου δυνήσῃ κινεῖν κατὰ τοῦ ἐμοῦ κληρονόμου τ͂ ἐξ τεσταμέντου, ἀναγκάζων αὐτ͂, ἵνα σε ἀκκεπτιλατζίωνι[c] ἐλευθερώσῃ. ¶ Οὐ μόνον δὲ διηνεκῶς δύναμαι τ͂ ἀπαίτησιν τοῦ χρέους συγχωρεῖν τῷ ἐμῷ δεβίτωρι, ἀλλὰ γὰρ[d] καὶ πρόσκαιρος λέγειν, Καταδικάζω σε ὁ κληρονόμος ἵνα μέχρι δέκα ἐνιαυτῶν μὴ ἀπαιτήσῃς τὸ χρέος τ͂ ἐμὸν δεβίτωρα.

14 ¶ [e] Τί δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ δεβίτωρ τελευτῶν ὅπερ ἐχρεώστει χρέος ἐληγάτευσε τῷ κρεδίτωρι· ζητοῦμεν εἰ ἔρρωται, καὶ φαμὲν ἀνυπόστατον εἶναι τὸ ληγάτον· εἰ μηδὲν πλέον

bus rescriptum est, non videri eum, qui pignori dedisset, animo legatum adimendi id fecisse. Vnde legatarius heredem coget soluto debito prædium à creditore luere & sibi dare. ¶Quòd si quis fundũ mihi legauerit, & cùm superuixisset, partem eius alienauerit: pars quę alienata non est, omnino mihi debebitur: pars autem alienata tunç demũ: cùm non eo animo alienauit, quòd ab amicitia mea recederet.

13 ¶Centum mihi solidos debebas. Ego tibi liberationẽ debiti legaui: Valet legatum. Et neque à te heres meus, neque ab herede tuo petere potest, neque ab alio, qui heredis loco est, vt ab eo, qui vniuersitatis fideicõmissum accepit, aut à bonorum possessore. Sed etiam ex contrario cum herede meo ex testamento poteris agere, vt te acceptilatione liberet. ¶Porrò nõ tantùm in perpetuum debitori meo id concedere possum ne ab eo petatur, sed etiam ad tempus, dicendo: *Damno te heres, ne intra decem annos debitum petas à debitore meo.*

14 ¶ Quid autem, si ex contrario, debitor moriẽs debitum quod debet creditori suo legauerit? quærimus an valeat? Et dicimus, legatum hoc inutile esse, si nihil plus est in le-

a *vt quod inutile est in toto, idem sit & in parte*. l. quæ de tota re 76. ff. de rei vindicat.

b *adde* titul. Digest. de liberatione legata 44. Eclo. 16 περὶ λιβερατζίωνος ληγατευθείσης

c l. 3. § 3. ff. de liberatione legata.

d l. nõ solum 8 §. 1. ff. de liberatione legata.

e l. 28. in f. l. 29. ff. de legat. 1.

gato. Nam si is qui cētena debet, cētena legarit, non valet: igitur vt debitum petitur, & cùm locum habet lex Falcidia, non deminuitur vt cetera legata. Sin autem centena quina dena legata sint, valet legatum propter adiectionem. Cùm verò sola centena sunt in legato, ideo legatum non valet, quoniam sine lucro est.

¶ Quòd si tibi in diem debebam, vt quia fortè stipulatus eras centum solidos tibi dari post annos quindecim, aut debebam tibi sub conditione: veluti, *Si nauis ex Asia venerit*: & debitum tibi hoc purè legaui, Quæritur, an valeat legatum. Et dicēdum est, valere propter repræsentationem, id est, quoniam statim iam soluitur. Id enim lucratur creditor, quòd statim accipiat id, quod post decennium aut post euentum conditionis erat præstandum. Aut etiam interdū quod nunquam daretur, si fortè conditio non extitisset. ¶ Quid ergo, si in hoc legato, viuo testatore qui debitor est, aut diem venire, aut conditionem existere contingat? Et ait Papinianus vtile nihilominus esse legatum, quia semel constitit ab initio, & lucrum in se habuit. Quod & verum est: neque enim obtinuit sen. ētia quorundam Iurisconsultorum, qui existimabāt legatum extingui, cū in eam causam peruenisset, à qua incipere nō potuisset. Vt ecce adueniente die, aut existēte conditione: debitum purum est tempore mortis testatoris. At si quis, quod ab initio purum erat legauerit: iam dictum est legatum

a *ἐμπραισεντασμὸν id est repræsentatio dicitur quoties id quod in diē vel sub conditione debetur, repræsentatur, id est, præsenti die ac statim soluitur, aut solui iubetur. alias si neque modo, neque conditione, neque loco, neque tempore legatum differat ab eo quod debetur, inutile erit legatum* l. si autem. 29 ff. de liber. legat.

b l. verbis legati §. in f. ff. ad l. Falcid.

c *Paulus* l. 82. ff. de leg. 2. l. 140. in f. ff. de verb. obligat. *Marcellus* l. 98. ff. de verb. obliga.

d *Legatum si ad eam causam peruenerit, à qua incipere non potest, an & quomodo valeat.*

ἐστὶν ἐν τῷ ληγάτῳ· εἰ γὰρ ρ χρεωστῶν ρ ἐληγάτευσε, οὐκ ἔρρωται· τὸ γὰρ οὖν ὡς χρέος ἀπαιτεῖται, καὶ χώραν λαμβάνοντος τοῦ Φαλκιδίου, οὐ μειοῦται ὡς τὰ λοιπὰ ληγάτα· εἰ δὲ ριε, ἔρρωται διὰ τὴν προσθήκην. ἐν ᾧ δὲ ρ μόνα ἐστὶν ἐν τῷ ληγάτῳ οὐκ ἰσχύει διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἀκερδές ἐστι τὸ ληγάτον· ¶ Εἰ δὲ ἐχρεώστουν σοι ἰνδίεμ· τυχὸν γὰρ ἐπηρώτησάς με δώσειν σοι ρ νομίσματα μετὰ ιε ἔτη· ἢ ἐχρεώστουν σοι ὑπὸ αἵρεσιν οἷον Si nauis ex Asia venerit· ἐληγάτευσά σοι τοῦτο τὸ χρέος πούρως· ζητοῦμεν εἰ ἔρρωται τὸ ληγάτον· καὶ χρὴ λέγειν ἐρρῶσθαι αὐτὸ, διὰ τὸν ἐμπραισεντασμόν·[a] τουτέστιν, ἐπειδὴ ἐντεῦθεν ἤδη καταβάλλεται,[b] κερδαίνει γὰρ ὁ κρεδίτωρ ἐντεῦθεν ἤδη λαμβάνων, τὸ μέλλον αὐτῷ παρέχεσθαι μετὰ δεκαετίαν, ἤγουν μετὰ ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως· ἢ καὶ ἔσθ' ὅτε μὴ δοθησόμενον, εἴγε ἡ αἵρεσις ἀστοχήσοι· ¶ Τί δὲ ἐπὶ τοῦ τοιούτου ληγάτου εἰ συνέβη ζῶντος[b] τοῦ τεστάτωρος τοῦ ὀφείλοντος, τὴν ἡμέραν παραγενέσθαι, ἢ τὴν αἵρεσιν ἐξελθεῖν; φησὶν ὁ Παπινιανὸς χρήσιμον οὐδὲν ἧττον εἶναι τὸ ληγάτον· διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐρρῶσθαι, καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸ κέρδος, ὅπερ καὶ ἀληθές ἐστιν· οὐδὲ γὰρ ἐκράτησεν ἡ γνώμη τῶν λεγόντων νομικῶν[c] ἀποσβέσθαι[d] τὸ ληγάτον, ἐπειδὴ εἰς τοιαύτην παρεγένετο τάξιν, ἐξ ἧς ἄρξασθαι οὐκ ἠδύνατο· ἰδοὺ γὰρ παραγενομένης τῆς ἡμέρας, ἢ ἐξελθούσης τῆς αἱρέσεως, πούρως λοιπὸν δίεισι τὸ χρέος, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ τεστάτωρος τελευτῆς· εἰ δέ τις τὸ ἐξ ἀρχῆς πούρως ληγατεύσοι, εἰρήκαμεν μὴ

est in legato, quàm in debito: quia nihil amplius per legatum habet.

¶ Quòd si in diem, vel sub conditione debitum, ei purè legauerit, vtile est legatum propter repræsentationem.

¶ Quod si viuo testatore dies venerit: vel conditio extiterit: Papinianus scripsit vtile esse nihilominus legatum, quia semel constitit. quod & verum est. Non enim placuit sētentia existimātium extinctum esse legatum: quia in eam causam peruenerit, à qua incipere non potest.

15 ¶ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatũ: quia plenius est legatum, quam de dote actio. Sed si, quam nõ accepit dotem legauerit: Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legauerit, inutile esse legatũ, si verò certa pecunia, vel certũ corpus, aut instrumenta dotis in prælegando demonstrata sunt, valere legatum.

16 ¶ Si res legata sine facto heredis perierit, legatario decedit. Et si seruus alienus legatus, sine facto heredis manumissus fuerit, non tenetur heres. Si verò heredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit: teneri ipsum Iulianus scripsit. nec interest, sciuerit, an ignorauerit à se legatum esse. Sed & si alij donauerit seruum, & is, cui donatus est, eũ manumiserit: tenetur heres: quanuis ignorauerit, à se eum legatum esse.

ἐρρώσθω τὸ ληγάτον· ἐνταῦθα δὲ ἔρρωται ἐπειδὴ συνίσταται τὴν ἀρχήν.

15 ¶ Ὑποδεξάμενος ἐγὼ προῖκα παρὰ τῆς ἐμῆς γαμετῆς συνεστῶτος ἔτι τοῦ γάμου, [a] τελευτῶν ἐληγάτευσα αὐτῇ τὴν προῖκα, ἔρρωται τὸ ληγάτον· κερδαίνει γὰρ μᾶλλον ἡ γυνή, ἀπαιτοῦσα τὰ πράγματα ὡς ληγάτα, ἢ ὡς ἀπὸ προικός· ἐπειδὴ ὡς ἔχομεν μαθεῖν, οὐχ ἅμα τῇ διαλύσει τοῦ γάμου ἀεὶ ἡ προῖξ ἀποδίδοται. τὸ δὲ ληγάτον ἐντεῦθεν ἤδη καταβάλλεται· τί οὖν ὅτι προῖκα μὴ ὑποδεξάμενος, ἐληγάτευσα προῖκα τῇ ἐμῇ γαμετῇ; Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν· εἰ μὲν ἁπλούστερον ληγατεύσω, εἶπον γὰρ ὅτι ληγατεύω τῇ γυναικί μου τὴν προῖκα ἣν ἐπιδέδωκέ μοι, ἄχρηστον τὸ ληγάτον· οὐδὲν γὰρ ἐπιδέδωκέ μοι, καὶ ἄδηλος ἡ ποσότης· εἰ δὲ φανερᾶς ἐμνήσθην ποσότητος, καὶ εἶπον, Τὰ ἑκατὸν νομίσματα, ἃ λόγῳ προικὸς ἐπιδέδωκέ μοι ληγατεύω αὐτῇ, ἢ καὶ τυχὸν, Τόνδε τὸν ἀγρὸν ὃν ἐπιδέδωκέ μοι, ληγατεύω αὐτῇ, ἰσχυρὸν τὸ ληγάτον· ἢ καὶ εἶπον, Τὰ περιεχόμενα τοῖς προικῴοις γραμματείοις ληγατεύω αὐτῇ, καὶ οὕτως ἰσχύει τὸ ληγάτον.

16 ¶ Οἰκέτην ἐληγάτευσά σοι, δίχα φάκτου, ἤτοι δίχα δόλου τοῦ ἐμοῦ κληρονόμου, ἐτελεύτησε [b] τοῦτον ὁ δοῦλος· ὁ ληγατάριος ἐκ τούτου ζημιωθήσεται· εἰ δὲ καὶ ἀλλότριος ἦν ὁ ληγατευθεὶς οἰκέτης, ἠλευθερώθη δὲ τοῦτον ὑπὸ τοῦ δεσπότου οὐ κατὰ γνώμην τοῦ κληρονόμου, ἢ ἐτελεύτησεν τοῦτον, ἀνεύθυνος ὁ κληρονόμος, εἰ δὲ τὸν τοῦ

non valere. Hic autem ideo valet, quia ab initio constiterit.

15 ¶ Dotem ego ab vxore mea accepi, & constante matrimonio moriens, dotem ei legaui. Valet legatum Id. n. lucratur mulier, quòd plenior sit de legatis actio quàm de dote. Nam (vt adhuc discere poterimus) non simulatque solutum est matrimonium, dos etiam redditur. At legatum protinus soluitur. Quid ergo, si dotem quam nõ acceperim, vxori legauerim? Seuerus & Antoninus rescripserunt: si quidem simplicius legauerim: fortè quòd dixerim: vxori meæ dotem lego, quam mihi dedit, inutile est legatum. Nihil enim mihi dedit, & incerta est quantitas. Sin verò certæ quantitatis mentionem fecerim: vt si dixerim: *Centum solidos, quos nomine dotis mihi dedit, ei lego.* Aut fortè, *Illum fundum, quem mihi dedit, lego ei*: Vtile est legatũ. Aut si dixerim, *Quæ in instrumento dotali expressa sunt, ei lego.* Nam & sic valet legatum.

16 ¶ Seruum tibi legaui. Is sine facto aut dolo heredis mei mortuus est. Damnum hoc erit legatarij. Sed & si alienus sit seruus, qui legatus est, & is non ex heredis voluntate manumissus sit à domino, aut mortuus sit, non tenetur heres. Quòd si heredis seruus legatus fuerit, &

a *Quæ ita dos legatur, Græcè* [illegible] *dicitur* 44. Eclo. 6. c. 15. περὶ [illegible]

b *Paul. 3. sent. 6. §. 7.*

is eum manumiserit, teneri heredem Iulianus ait ad æstimationem eius. Nec interesse putamus, sciuerit an ignorauerit eum seruum à se legatum esse. Idem est, & si ipse seruum non manumiserit, sed alij eum donauerit: & is cui donatus est, eum manumiserit. Nam & hic æstimatio eius petetur ab herede quamuis ignorauerit eum legatum esse.

17 ¶ Ancillam aliquis suam cum natis suis legauit: viuo testatore mortua est ancilla. In ipsa quidem legatum est extinctum, sed in liberis eius valet. Nec cum ipsa, liberorum legatum perimitur. Seruus meus dicitur ordinarius: Seruus autem serui mei vocatur vicarius. Quidam igitur cùm seruum haberet, Stichum nomine, qui vicarios habebat: ordinarium mihi cum vicariis legauit. Cōtigit, vt ordinarius moreretur. Et hic legatum in ordinario peremptum, in vicariis vtile est. ¶ Habeto hæc in modum cuiusdam præuię inspectionis. Quędam sunt principalia, quędam sunt horum sequelæ siue accessoria. Et quamdiu valent principalia, subsistunt & ea quæ accedūt. Illis verò sublatis, & hæc perimuntur: Verbi gratia, Principale est, Seruus: Accessorium, peculium eius: quamdiu seruus consistit, consistit & peculium. Seruo autem aut mortuo, aut manumisso, aut alienato, extinguitur peculium. Nā quomodo peculium apud

a *Serui ordinarij & vicarij qui.*

b *πρωτότυπα δὲ παρακολουθήματα hic opponuntur: vt* & 24. Eclog. 11. c. 1. *προσθῆκαι ἢ πρωτότυπα accessiones & quæ principalia.*

c *Principali subsistente sub sistit accessorium: vt eo sublato perit.* l. 2. ff. de peculio legato, *vbi dixi* & l. 178. ff. de regulis iuris.

d *adde* 44. Eclog. 11. c. 1. & 12. l. 1. ff. de peculio legato.

κληρονόμου οἰκέτην ἐληγάτευσά σοι, αὐτὸς δὲ ὁ κληρονόμος τοῦτον ἠλευθέρωσε. κατέχεσθαι τὸν κληρονόμον Ἰουλιανός φησιν ἐπὶ τῇ δόσει τῆς διατιμήσεως· οὐ διαφερομένων ἡμῶν πότερον ἠπίστατο, ἠγνόει τὸ τοιοῦτον ὑπ' ἐμοῦ καταλείπεσθαι οἰκέτην, τὸ αὐτὸ ἐστιν, εἰ καὶ αὐτὸς μὲν οὐκ ἠλευθέρωσε τὸν οἰκέτην, ἐδωρήσατο δὲ αὐτὸν ἑτέρῳ, καὶ ὁ δεξάμενος αὐτὸν κατὰ δωρεὰν ἠλευθέρωσε· κἀνταῦθα γὰρ ἀπαιτηθήσεται τὴν τούτου διατίμησιν ὁ κληρονόμος, εἰ καὶ ἠγνόει τὸ ληγατευθῆναι αὐτόν.

17 ¶ Τὴν ἰδίαν τὶς θεράπαιναν ἐληγάτευσε μετὰ τῶν ἰδίων τέκνων· ἐπιζήσαντος τοῦ τεστάτορος, ἐτελεύτησεν ἡ θεράπαινα· ἐπ' αὐτῇ μὲν ἔσβεσται τὸ ληγάτον· ἐπὶ δὲ τοῖς παισὶν ἔρρωται, καὶ οὐ συναναιρεῖται αὐτῇ τὸ ἐπὶ τοῖς παισὶ ληγάτον. ¶ Ὁ ἐμὸς οἰκέτης λέγεται ὀρδινάριος· [a] ὁ δὲ τοῦ οἰκέτου μου οἰκέτης, λέγεται βικάριος· ἔχων οὖν τὶς οἰκέτην Στῖχον λεγόμενον, ὃς εἶχε βικαρίους, ἐληγάτευσε τὸν ὀρδινάριον ἐμοὶ μετὰ τῶν βικαρίων· συνέβη τὸν ὀρδινάριον τελευτῆσαι· κἀνταῦθα ἀθετήσαν τὸ ληγάτον ἐπὶ τῷ ὀρδιναρίῳ, ἰσχύει ἐπὶ τοῖς βικαρίοις. ¶ Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν περιθεωρίᾳ· ἔστι τινὰ πρωτότυπα· [b] ἔστι δὲ καὶ τούτων παρακολουθήματα· καὶ ἐφ' ὅσον μὲν ἔρρωνται τὰ πρωτότυπα, ὑφίστανται καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν· [c] ἀνῃρημένων δὲ ἐκείνων, καὶ ταῦτα συναποσβέννυνται· οἷον ἐστὶ πρωτότυπον ὁ οἰκέτης· παρακολούθημα δέ ἐστι, τὸ πεκούλιον αὐτοῦ· ἐφ' ὅσον ὁ οἰκέτης ὑφίσταται, συνίσταται καὶ τὸ πεκούλιον· [d] τοῦ δὲ οἰκέτου, ἢ τελευτήσαντος, ἢ ἐλευθερωθέντος, ἢ ἐκποιηθέντος, ἀποσβέννυται τὸ πεκούλιον· πῶς γὰρ δύναται τὸ πεκούλιον

17 ¶ Si quis ancillas cū suis natis legauerit, etiam si ancillæ mortuę fuerint, partus legato cedunt.

¶ Idem est, & si ordinarij serui cum vicariis legati fuerint: quia licet mortui sint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt.

¶ Sed si seruus fuerit cum peculio legatus: mortuo seruo, vel manumisso vel alienato, peculij legatum extinguitur.

¶ Idem est, si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur.

ὑπεῖναι παρ' ἐμοὶ τοῦ πρωτοτύπου μὴ ὑφεστῶτος; ¶ Πάλιν ἐστὶ πρωτότυπον ἀγρὸς, παρακολούθημα δὲ τὸ ἰνστρούμεντον αὐτοῦ· ἰνστρούμεντον[a] δέ ἐστιν ἀγροῦ, πᾶν ὅπερ συντελεῖ εἰς γένεσιν καὶ συλλογὴν καὶ μετακομιδὴν καὶ παραφυλακὴν τῶν καρπῶν· εἰς γένεσιν μὲν, οἷον οἱ γεωργοῦντες οἰκέται, βόες, ἄροτρα, δίκελλαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα· εἰς συλλογὴν δρέπανα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· εἰς μετακομιδὴν δὲ οἷον ἅμαξαι, κόφινοι καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. εἰς παραφυλακὴν πίθοι, κέραμοι, φακοὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἐπειδὴ σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον· ἐληγάτευσά σοι τὸν ἐμὸν οἰκέτην μετὰ τοῦ πεκουλίου αὐτοῦ· ἐπιζήσας τῇ ποιήσει τῆς διαθήκης, ἠλευθέρωσα τὸν οἰκέτην, ἢ ἐξεποίησα αὐτὸν, ἢ συνέβη αὐτὸν τελευτῆσαι, οὐ μόνον ἐπ' αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ πεκουλίου τὸ ληγάτον ἐξασθενεῖ· τῶν γὰρ πρωτοτύπων μὴ σωζομένων, ὑφεστάναι οὐ δύνανται τὰ παρακολουθήματα. τὸ αὐτό ἐστιν εἰ καὶ ληγατεύσω τὸν ἐμὸν ἀγρὸν instructum, ἤτοι μετὰ τῶν ἰνστρουμέντων· ἐπιζήσας δὲ τοῦτον ἐκποιήσω· κἀνταῦθα γὰρ ἐπειδὴ τὸ ἰνστρούμεντον τοῦ ἀγροῦ ἐστὶ παρακολούθημα, ἀποσβεσθήσεται τὸ ληγάτον καὶ ἐπὶ τῶν ἰνστρουμέντων.

18 ¶ Ἐληγάτευσά σοι τὴν ἐμὴν ἀγέλην τῶν προβάτων, συνέβη μετὰ ταῦτα εἰς ἓν[b] πρόβατον τὴν πᾶσαν ἀγέλην περιστῆναι, δύναται ὁ ληγατάριος τὸ περιλειφθὲν ἀπαιτεῖν πρόβατον. ¶ Τὴν ἐμὴν ἀγέλην ἐληγάτευσά σοι οὖσαν προβάτων ἑκατὸν· ἐπιζήσαντός μου συνέβη ἄλλων[c] ἐπιτεχθέντων, γενέσθαι αὐτὴν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· καὶ τὰ μετὰ τὴν ποίησιν

me posset extare, ipso illo, quod principale est, non extante? ¶ Rursus, Principale est fundus: Accessorium, instrumentum ipsius. Est autem *instrumentum* fundi, quidquid ad gignendos, & colligendos, aut transferendos vel cõseruandos fructus pertinet. Ad *gignendos*: vt serui agricolæ, boues, aratra, ligones, & cetera id genus. Ad *colligendos*: vt falces & quæ his similia. Ad *transferendos*: vt plaustra, corbes, & cetera his adfinia. Ad *conseruandos*: vt dolia, testæ, lenticulæ, & quæcũque talia sunt. His ita præcognitis, vide nunc rem quam tractamus. Seruum tibi meum cum peculio suo legaui. Cùm à testamento facto superuixissem, seruum meum manumisi, aut alienaui, aut eum mori contigit. Non in seruo tantùm, sed etiam in peculio, periit legatum. Nam cùm principales causæ non subsistunt, neque ea quæ accessorij vicem obtinent, subsistere possunt. Idémque est, si tibi fundum meum instructum, siue cum instrumẽto suo legauerim, cúmque cùm superuixissem alienauerim. Nam & hic, cùm instrumentum sequela & accessorium sit fundi, extinguetur legatum & in instrumento.

18 ¶ Gregem ouium tibi meum legaui. Euẽnit deinde, vt totus grex ad vnã ouem redactus esset. Potest legatarius & ouẽ quæ reliqua est, petere. ¶ Gregem ego tibi meũ, in quo centum erãt oues, legaui. Cùm à testamento superuixissem, contigit, vt multis agnatis fieret capitum centum quinquaginta: &

3.

18 ¶ Si grex legatus fuerit, & postea ad vnam ouem peruenerit: quod superfuerit, vindicari potest.

¶ Grege autem legato, etiam eas oues quæ post testamentum factũ gre-

a *Instrumentum fundi quid.* ἰξενάσιμα *vocat author* Eclogæ *li.10.c.8.* & Harmeno. l.10.§.90.

b l. si grege 22. ff. de legat. 1.

c l. grege 21. ff. de legat. 1. 44. Eclo. 1. c. 21. vers. ἀγέλας & Harmeno. 19. §. 6.

hæ quæ post testamentum editæ sunt, in grege numerantur, & omnes legatarius accipiet, vt ait Iulianus. ¶ Grex enim vnum corpus est, ex diuersis capitibus consistens.

19 ¶ Sicut & domus, vnum corpus est, ex cohærentibus lapidibus aut materiis consistens. Itaque si domum tibi legauerim, & à testamento facto, columnas aut marmora adiecerim, nempe & hæc adiecta accipies.

20 ¶ Peculium ego tibi serui mei legaui, in quo erant decem solidi. Siue me viuente quindecim fiant, siue quinque, omne id legatarium respicit, siue lucrum est, siue damnum. Hæc habeto in modum præuiæ cuiusdã inspectionis Cessio est, legatorum quæ nondum percepta sunt, ad heredes transmissio. Porrò quod patrifamilias est heres, id seruo est dominus. Quod enim ego paterfamilias nondum per captum, ad heredem meum transmittere possum, hoc scilicet & seruus domino adquiret. Quod verò cedere nõ potest, atque ad heredes transmitti, id neque dominis adquiretur. Cedunt autem legata, cùm delata nobis fuerint. Deferri verò est, actionem eorum nomine competere. Competit autem actio, in puris quidem legatis, à morte testatoris: in condicionalibus verò, post condicionis euentum. Et olim quidem legata ab adita hereditate cedebant. Sed cùm id sæpe in legatariorum damnum verteretur (heredes enim videntes aliquos ex legatariis morbo laborantes, in magno esse vitæ periculo, aditionẽ differebant, ne le-

τῆς διαθήκης ἐπιτικτόμενα, συναριθμεῖται τῇ ἀγέλῃ, καὶ πάντα λήψεται ὁ ληγατάριος, ὥς φησι Ἰουλιανός. ¶ Ἡ γὰρ ἀγέλη, ἕν τι σῶμα [a] ἐστι συνεστηκὸς ἐκ διαφόρων κεφαλῶν.

19 ¶ Ὥσπερ καὶ ἡ οἰκία ἐστὶν ἓν σῶμα, συνεστηκὸς ἀπὸ συνηνωμένων λίθων, ἤτοι ὑλῶν, ἀμέλει, ἐὰν οἰκίαν σοι ληγατεύσω, μετὰ δὲ διαθήκην κίονας, ἢ μάρμαρα προσθῶ, [b] καὶ ταῦτα λήψῃ τὰ προστεθέντα.

20 ¶ Ἐληγάτευσά σοι τοῦ ἐμοῦ οἰκέτου τὸ πεκούλιον, [c] ἔχον πρᾶγμα δέκα νομισμάτων· εἴτε γένηται πεντεκαίδεκα, εἴτε πέντε ζῶντος ἐμοῦ, τοῦτο σε ὁρᾷ τὸν ληγατάριον, εἴτε κέρδος ἐστὶν, εἴτε ζημία. ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ· προχώρησίς [d] ἐστι τῶν μήπω ληφθέντων ληγάτων ἡ εἰς κληρονόμους παραπομπή· ὅπερ [e] δέ ἐστι τῷ αὐτεξουσίῳ ὁ κληρονόμος, τοῦτο τῷ οἰκέτῃ ἐστὶν ὁ δεσπότης· ὅπερ γὰρ οὐ δύναμαι ἐγὼ ὁ αὐτεξούσιος, περὶ τῆς λήψεως ἐπὶ τὸν ἐμὸν παραπέμψαι κληρονόμον, τοῦτο ὁ οἰκέτης προσπορίσει τῷ δεσπότῃ· ὃ δὲ μὴ δύναται προχωρεῖν, μηδὲ εἰς κληρονόμους μετιέναι, τοῦτο δεσπόταις οὐ προσπορισθήσεται· προχωρεῖ [f] δὲ τὰ ληγάτα, ἐπειδὰν κατενεχθῇ εἰς ἡμᾶς· καταφορὰ [g] δέ ἐστιν, ἡ τῆς ἀγωγῆς ἁρμοσις· ἁρμόζει [h] δὲ ἐπὶ μὲν τῶν πουρῶν, à morte testatoris· ἤγουν μετὰ θάνατον τοῦ διαθεμένου· ἐπὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν, μετὰ τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως· πάλαι μὲν γὰρ ab adita hæreditate προεχώρει τὰ ληγάτα· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο τοῖς ληγαταρίοις ἦν ἐπιζήμιον, οἱ γὰρ κληρονόμοι ὁρῶντες τινὰς τῶν ληγαταρίων ἐπικινδύνως ἔχοντας νοσοῦντας, ὑπερετίθεντο τὴν ἀδιτίωνα ὥστε αὐτοῖς

gi adiiciuntur legato cedere, Iulianus ait. ¶ Est autem gregis vnum corpus ex distantibus capitibus: sicut ædium vnum corpus est ex cohærentibus lapidibus.

19 ¶ Ædibus denique legatis, columnas & marmora, quæ post testamentum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere.

20 ¶ Si peculium legatum fuerit, sine dubio quicquid peculio accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro vel damno est.

a *Corporum dua species hoc & sequente §. enumerantur. Prima τῶν ἐκ διεστώτων. Altera τῶν ἐκ συναπτομένων.* v. l. rerũ 30. ff. de vsucapionibus.

b l. 41. §. 1. l. 44. §. 4. ff. de legat. 1.

c *De peculio legato eiusque accessionibus & deminutionibus* v. l. peculium 65. ff. de legat. 2. *quadam adde* ex 44. Eclo. tit. περὶ κινουμένων ληγατευθέντων.

d *προχώρησις seu cessio legatorum quid.*

e *Heredis & serui: patrisfamilias & domini proportio.*

f *Legata quãdo cedant.*

g *Deferri nobis legata quãdo dicantur*

h *Legatorum nomine, siue ea pura, siue conditionalia sint, quando nobis competat actio*

Quòd si post mortem testatoris, ante aditam hereditatem aliquid seruus acquisierit: Iulianus ait, si quidē ipsi manumisso peculium legatum fuerit: omne quod ante aditam hereditatem acquisitum est, legatario cedere, quia huiusmodi legati dies ab adita hereditate cedit: sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium.

μὴ ἁρμόσαι τὰ ληγάτα. μηδὲ ἐπὶ τοὺς αὐτῶν διαβιβάσαι κληρονόμους, διὰ τοῦτο ἤρεσεν, ὥστε [a] à morte testatoris γίνεσθαι τὴν προχώρησιν, ἤτοι καταφοράν· ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ὁ χρόνος, οὐκ ἐν τῇ γνώμῃ ἀπόκειται τοῦ κληρονόμου· ἔστι [b] δὲ εὑρεῖν καὶ σήμερον ληγάτα τινὰ διὰ τὴν τῶν κανόνων περίστασιν, ab adita hæreditate, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔχοντα τὴν προχώρησιν· ἐπειδὴ οὖν ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον· Στίχου τοῦ ἐμοῦ οἰκέτου ἐληγάτευσα τὸ πεκούλιον. Μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν πρὸ τοῦ ἀδιτζίωνος, Στίχος ὁ εἰρημένος, προσεκτήσατο τινά· ἆρα ταῦτα τίνι ἔσται κέρδος; πότερον μενεῖ παρὰ τῷ κληρονόμῳ; ἢ δοθήσεται τῷ ληγαταρίῳ; καὶ φησὶ Ἰουλιανός, εἰ μὲν αὐτῷ τῷ Στίχῳ ἐλευθερωθέντι ἐν τῇ διαθήκῃ, ἐληγατεύθη τὸ οἰκεῖον πεκούλιον, ἅπαν ὅπερ πρὸ τοῦ ἀδιτζίωνος τοῦ κληρονόμου ἐπεκτήσατο, αὐτῷ δοθήσεται· διὰ ποῖον λογισμὸν ἐροῦμεν· ἐπειδὴ τοῦ τοιούτου ληγάτου ἡ ἡμέρα, μετὰ τὴν ἀδιτζίωνα τοῦ κληρονόμου προχωρεῖ· καίτοι εἰ à morte testatoris, προεχώρει τὸ ληγάτον, ἥρμοζεν ἂν τῷ κληρονόμῳ· τῆς γοῦν ἀλλοιότητος, τίς ἡ αἰτία; οἶδας, ὅτι προχώρησίς [c] ἐστι, τῶν μήπω κτηθέντων ληγάτων ἡ εἰς κληρονόμους παραπομπή· ἔστιν οὖν ὁ Στίχος τὸ ληγατευθὲν αὐτῷ πεκούλιον, ἐπὶ τίνα μεταφέρειν ἔμελλε πρὸ τοῦ ἀδιτζίωνος; ἐπὶ κληρονόμους οὐκ ἠδύνατο· οἰκέτης γὰρ κληρονόμον ἔχειν οὐ δύναται· ἀλλὰ προσαποίσει τῷ δεσπότῃ, καὶ τίς τούτου δεσπότης πρὸ ἀδιτζίωνος; εἰκότως οὖν ἀπροχώρητον μένει τὸ ληγάτον· μετὰ δὲ τὴν ἀδιτζίωνα ἐπειδὴ γέγονεν ἐλευ-

gata eis competerent, & ad heredes ipsorum transmitterentur:) ideo placuit legata à morte testatoris cedere, siue deferri, quoniam hoc tempus in heredum arbitrio nō est. Inuenias tamen vbi & legata quædam hodie propter diuersas iuris regulas, ab adita demum hereditate, vt olim solebant, cedant. His ita pro præuio fundamento quodam inspectis, videto nunc rem, qua de agimus. Stichi serui mei peculium legaui. Post mortem meam ante aditionē, Stichus prædictus adquisiuit aliquid, virius lucro id cedet? apud heredem manebit, an legatario dabitur? Et ait Iulian⁹ si quidē ipsi Sticho in testamento manumisso, legatum fuerit peculium suum: omne quod ante aditam hereditatē adquisierit, ipsius esse. Et quam ob causam, dicemus? quia dies huius legati, ab adita hereditate cedit. Atqui, si à morte testatoris legatū cessisset, ad hæredem spectaret. Huiuscemodi ergo differentiæ quæ ratio est? Audisti, cessionem esse legatorum, quæ nondum percepta sunt, ad heredes transmissionem. Hic igitur Stichus ad quem trāsmissurus erat peculium sibi legatum ante aditam hereditatem? Ad heredes nō poterat: quoniam seruus heredem habere non potest Domino igitur adquiret. At quis est dominus eius ante aditā hereditatem? Meritò igitur nō cedet legatū. Post aditam verò hereditatē, quoniā tūc & liber est factus,

a *Legata à morte testatoris regulariter (paucis exceptis quæ ab adita hereditate) cedunt: & cur.*

b *Legata quæ ab adita hereditate cedunt, non à morte testatoris.*

c προχώρησις quid. adde 44. Eclog. 20. πῶς ἁρμόζει τὰ ληγάτα προχωρεῖ.

& heredem habere potest: non sine ratione est vt legatum cedat. En tibi igitur casum, in quo & hodie secundùm vetera iura ab adita demum hereditate, legatum cedit. Non iniuria ergo, cùm auctum sit legatum antequã cederet, omnia quæ postea adquisita sunt, ad Stichum legatarium pertinent. Quòd si extraneo cuipiam Stichi serui peculium legauerim: quæ post mortem meam ante aditam hæreditatem adquisita fuerint, apud heredem manebunt Nam legatum hoc à morte testatoris cedit. Hęc autem dico, quæ post mortẽ meam adquisita sunt, legatario non dari, nisi quæ adquisita sunt, ex rebus ipsis primitiuis, quę sunt in peculio, descenderint: Veluti, Ancilla erat in peculio, & ea peperit, Fundus, & in eo fructus nati sunt.

¶ Porrò sciendũ est, cùm seruus in testamento manumittitur, peculium nõ sequi: quòd si inter viuos eum manumittam, accipere eum cum libertate peculium, nisi id specialiter adimam. Idque Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. ¶ Seruus autẽ meus non solùm habet in peculio, ea quæ quauis ex causa adquirit, sed etiã si quid in res aut rationes meas impendat, id peculium auget. Verbi gratia: Mille solidorum aliquis habebat peculium, & debebam ei cẽtum solidos, quos in res meas impẽderat, erit peculiũ eius mille & cẽtũ solidorũ. Si hũc igitur seruum testamento manumittam, & peculiũ

a Peculium vt seruum manumissum sequatur, interest seruus testamento an inter viuos manumittatur. v. l. vnicã. C. de peculio eius qui libertatẽ meruit.

b l. 6. §. 4. vers. Cum peculio legato.

θερος, καὶ κληρονόμον ἔχειν δύναται, εἰκότως καὶ προχώρησιν ἔχει τὸ ληγάτον· ἰδοὺ τοίνυν θέμα ὃ κατὰ τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν ἔχει σήμερον ab adita hæreditate τὴν προχώρησιν· εἰκότως οὖν, ἐπειδὴ πρὸ τῆς προχωρήσεως ηὐξήθη τὸ ληγάτον, πάντα καὶ τὰ προσκτηθέντα, ἐπὶ Στίχον τὸν ληγατάριον παραγίνεται· εἰ δὲ ἐξωτικῷ τινὶ τὸ Στίχου τοῦ οἰκέτου πεκούλιον ἐληγάτευσα, τὰ μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν πρὸ ἀδιτίζιονος προσπορισθέντα, μένει παρὰ τῷ κληρονόμῳ· τὸ γὰρ τοιοῦτον ληγάτον, à morte testatoris προχωρεῖ· ταῦτα δὲ λέγω, ὅτι τὰ κτηθέντα μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν οὐ δίδοται τῷ ληγαταρίῳ· εἰ μὴ ἄρα τὰ ἐπιγινόμενα, ἐκ πρωτοτύπων πραγμάτων ὄντων ἐν τῷ πεκουλίῳ προσγέγονε· οἷον θεράπαινα ἦν ἐν τῷ πεκουλίῳ, καὶ τέτοκεν· ἀγρός, καὶ γεγόνασιν ἐνταῦθα καρποί. ¶ Ὀφείλεις δὲ εἰδέναι, ὅτι ἐλευθερουμένου τοῦ οἰκέτου ἐν διαθήκῃ οὐχ ἕπεται τὸ πεκούλιον· εἰ[a] δὲ inter viuos αὐτὸν ἐλευθερώσω, λήψεται τὸ πεκούλιον ὁ ἐλευθερωθείς, εἰ μὴ ἄρα ἰδικῶς ἀδεμπτεύσω αὐτό. τοῦτο γὰρ Σευῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν οἱ θειότατοι. ¶ Ὁ δὲ ἐμὸς οἰκέτης ἔχει ἐν πεκουλίῳ οὐ μόνον ὅσα κτᾶται ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας, ἀλλὰ καὶ ἐάν[b] τι δαπανήσῃ περὶ ἐμὲ τὸν δεσπότην, τοῦτο αὔξει τὸ πεκούλιον· οἷον εἶχέ τις χιλίων νομισμάτων πεκούλιον· ἐχρεώστουν δὲ αὐτῷ ἑκατὸν νομίσματα, ἅπερ ἔτυχε περὶ ἐμὲ δαπανήσας, ἔσται τὸ πεκούλιον χιλίων καὶ ἑκατὸν νομισμάτων· εἰ τοίνυν τὸν τοιοῦτον οἰκέτην ἐλευθερώσω ἐν διαθήκῃ, ληγατεύσω

¶ Peculium autem, nisi legatũ fuerit, manumisso non debetur: quamuis si viuus manumiserit, sufficit si nõ adimatur: & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserũt.

¶ Iidem rescripserunt, peculio legato, non videri id relictũ, vt petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit.

ἢ αὐτῷ τὸ πεκούλιον, ὅτι μὴ λαμβάνει τὰ χίλια νομίσματα συνωμολόγηται. ἆρα δὲ καὶ τὰ ἑκατὸν ἅπερ ἔτυχε περὶ ἐμὲ δαπανήσας; οἱ αὐτοὶ βασιλεῖς ἀντέγραψαν, μὴ ἔχειν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις ἀπαίτησιν· τὰ γὰρ ἐν προχείρῳ ὄντα καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔδοξα ληγατεύειν αὐτῷ, οὐ μὴν ἅπερ ἐδαπάνησε περὶ τοὺς ἐμοὺς λογισμούς. ¶ Ἐὰν δὲ τὸν διοικητὴν [a] τῆς ἐμῆς οὐσίας ἐλευθερώσω ἐν διαθήκῃ ὑπὸ αἵρεσιν τοῦ, ἐὰν παράσχῃ λογισμοὺς τῆς οἰκείας διοικήσεως, ληγατεύειν αὐτῷ δοκῶ τὸ πεκούλιον, καὶ λέγειν ὡς τοῖς αὐτοῖς ἤρεσε βασιλεῦσιν ἐκ τοῦ δοκοῦντος ληγατεύεσθαι αὐτῷ πεκουλίου, δεῖν αὐτὸν τὰς λοιπάδας [b] καταβάλλειν· πόθεν γὰρ οἰκέτης ὢν, ἤμελλε ἀποπληροῦν τὰ ὑποφειλόμενα, εἰ μὴ ἐκ τοῦ πεκουλίου, ἐξ οὗ ἤμελλε καταβάλλειν, εἰ καὶ ζῶν ὁ δεσπότης ἀπῄτει αὐτὸν τὰ λοιπασθέντα.

21 ¶ Οὐ μόνον σωματικὰ, ἀλλὰ [c] καὶ ἀσώματα πράγματα δύναται ληγατεύειν. ¶ Διὸ, ἐάν τις ὑποφείλει [d] νομίσματα ρ, δύναμαι τὴν κατὰ τούτου ἀγωγὴν ἑτέρῳ ληγατεύειν· ἀναγκάζεται δὲ ὁ κληρονόμος ταύτην ἐγχωρεῖν τῷ ληγαταρίῳ· εἰ δὲ ἐπιζήσας τῇ διαθήκῃ ἀπαιτήσω τὸ χρέος, ἀποσβέννυται τὸ ληγάτον· ἰδοὺ τοίνυν ἐνταῦθα ἀσώματόν ἐστι τὸ καταλειφθέν· ἐληγατεύθη γὰρ ἀγωγή. ¶ Ἔρρωται τὸ ληγάτον τὸ οὕτω καταλειφθὲν, Καταδικάζω σε ὦ κληρονόμε, τὴν τοῦδε οἰκίαν [e] ἀνανεῶσαι, ἢ χρεῶν Τίτιον ἐλευθερῶσαι τῶν χρεῶν οἷς ἐνέχεται.

ei suum legem, dubium id non est, quin mille illos solidos sit consequuturus. An autem & centum illos, quos in rem meam impēdit? Et iidem principes rescripserunt petitionem eum eorum non habere. Quæ enim in promptu sunt, & in parato, legare videor, non etiam quæ in rationes meas impendit.

¶ Si dispensatorem rerum mearum testamento manumittam, sub hac conditione, *si rationes dispensationis suæ reddiderit*: legare ei videor peculium, ac dicere, vt iisdem Principibus visum est, ex peculio quod ei legatum videtur, debere ipsum reliqua inferre. Nam vnde cùm seruus esset, exoluturus erat ea quæ deberet, nisi ex peculio: ex quo & reliqua illaturus erat, si dominus cùm adhuc viueret, reliqua petiisset?

21 ¶ Non solum res corporales, sed etiam incorporales legari possunt.

¶ Et ideo si quis centum solidos mihi debeat, actionem quam contra eum habeo, alteri legare possum. Cogitur autem heres hanc legatario præstare. Quòd si debitum hoc exegerim cùm à testamēto superuixissem, extinguitur legatum. Ecce hic igitur, incorporale est, quod relictum est. Actio enim legata est.

¶ Sed & tale legatum valet: *Damno te heres domum illius reficere*. Aut, *Titium ære alieno liberare*.

¶ Iidem rescripserunt, peculium videri legatum, cùm rationibus redditis liber esse iussus est, & ex eo reliqua inferre.

21 ¶ Tam autem corporales res legari possunt, quàm incorporales.

¶ Et ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari, vt actiones suas heres legatario præstet: nisi exegerit viuus testator pecuniam: Nam hoc casu legatum extinguitur.

¶ Sed & tale legatum valet, *Damnas esto heres meus domum illius reficere*: vel *Illum ære alieno liberare*.

a διοικητὴς i. eius dispensator, qui & Glossis διοικητής: sic διοίκησις, dispensatio, actio.

b λοιπάδας vocat, quæ post λοιπασθέντα, id est reliqua, reliquationes, quæ Glossis reliquarium & λοιπαδάριον, quæ iisdem inferius λοιπάδες est & iisdem λοιπογραφία, reliquatio.

c l. Cetera 41. ff. de legat. 1. Paul. 3. sent. 6. §. 11.

d Paul. d. §. 11.

e v. Paul. 3. sent. 6. §. 10.

22 ¶ Generaliter aliquis seruum aut rem aliam legauit, dicens: *Do lego huic seruum.* Aut, *Do lego illi equum.* Quæritur, vtrum danda sit electio heredi, vt quem velit soluat, an legatario, vt quem velit accipiat? Et dicimus electionem esse legatarij, nisi specialiter contrarium dixerit testator.

23 ¶ Optionis legatum, id est, vbi testator ex seruis suis, aut ex vestibus, aut ex libris, legatarium optare aliquid siue eligere iussit, tacitam habet conditionem. Vnde nisi legatarius viuus optauerit, sed ante optionem mortuus fuerit, non transit id legatum ad heredem ipsius, propter regulam dicentem, legatum conditionale ante euentum conditionis mortuo legatario, ad heredem eius non transmitti. Est autem optio, cùm ita dixit testator: *Optato Titius de familia mea seruum vnum.* Et hæc quidem olim in vsu erant. Constitutio autem sanctissimi nostri Imperatoris & hoc in meliorem statum transtulit: licentiámque dedit heredi legatarij, seruum optare, quem legatarius in vita suâ non optauit. ¶ Et diligentiore tractatu habito, illud in eadem constitutione additum est. Nam

a *Imo heres electionem habet.* l. 32. §. 1. l. 37. ff. de legat. 1.
b *De optionis legato.* adde ti. Digestorum de optione legata.
c adde 44. Eclog. 8. κεφ. τοῦ κατ' ἐπιλογὴν λεγατευομένου.
d *Optionis legatum quid.*
e *Optionis legatum eam habet conditionem vt legatarius viuus optet legatum: aliàs legati optionem non transmittit.*
f adde l. 19. ff. de optione. l. 3. ff. quando dies legat.
g *Optio quemadmodum legetur.*
h l. vlt. Cod. comm. de legatis.
i d. l. vlt.

22 ¶ Γενικῶς τις ἐληγάτευσεν οἰκέτην, ἢ ἕτερον πρᾶγμα εἰπών· Δίδωμι καὶ ληγατεύω τῷδε οἰκέτην, ἢ Δίδωμι καὶ ληγατεύω τῷδε ἵππον. Ζητεῖται μὲν τίνι δίδοται ἡ ἐπιλογή, πότερον τῷ κληρονόμῳ, ὥστε καταβάλλειν ὃν βούλεται, ἢ τῷ ληγαταρίῳ, ὥστε λαβεῖν τὸν αὐτῷ ἀρέσκοντα· καὶ λέγομεν τὸν ληγατάριον [a] ἔχειν τὴν ἐπιλογήν, εἰ μὴ ἰδικῶς τὸ ἐναντίον εἶπεν ὁ τεστάτωρ.

23 ¶ Τὸ τῆς ὀπτίωνος [b] ἤγουν τῆς ἐπιλογῆς [c] ληγάτον, τουτέστιν [d] ἔνθα ὁ τελευτήσας ἐκ τῶν ἰδίων οἰκετῶν, ἢ ἐκ τῆς ἰδίας ἐσθῆτος ἢ βιβλίων, τὸν ληγατάριον ἐκέλευσεν ἐπιλέξασθαι, αἵρεσιν [e] ἔχει ἐν ἑαυτῷ· ὅθεν, εἰ μὴ ὁ ληγατάριος αὐτὸς ἐπιλέξεται ζῶν, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἐπιλογῆς ἐτελεύτησεν, οὐ διαβαίνει τὸ ληγάτον ἐπὶ τὸν αὐτοῦ κληρονόμον, διὰ τὸν κανόνα [f] τὸν λέγοντα, αἱρετικὸν ληγάτον πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως τελευτήσαντος τοῦ ληγαταρίου, ἐπὶ κληρονόμους οὐ μεταφέρεται· ὀπτίων [g] δέ ἐστιν, ἤτοι ἐπιλογή, ἡνίκα οὕτως εἶπεν ὁ τεστάτωρ, Optato Titius de familia mea seruum vnum· ἤτοι ἐπιλεξάσθω ἐκ τῆς ἐμῆς φαμιλίας ἕνα δοῦλον· ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν· διάταξις [h] δὲ τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως τοῦτο μετήγαγεν ἐπὶ τὸ κάλλιον· δέδωκε γὰρ παῤῥησίαν, καὶ τῷ κληρονόμῳ τοῦ ληγαταρίου, τὸν οἰκέτην ἐπιλέξασθαι, ὃν ὁ ληγατάριος οὐκ ἐπελέξατο περιών. ¶ Ἐπιμελέστερον δὲ τοῦτο ἐξετάσας, κἀκεῖνο τῇ οἰκείᾳ προσέθηκε διατάξει [i]· ἐπειδὴ γὰρ τὸ πα-

22 ¶ Si generaliter seruus, vel res alia legetur, electio legatarij est, nisi aliud testator dixerit.

23 ¶ Optionis legatum, id est, vbi testator ex seruis suis vel aliis rebus optare legatarium iusserat, habebat olim in se conditionem: & ideo, nisi ipse legatarius viuus optasset, ad heredem legatum non transmittebat. Sed ex constitutione nostra & hoc in meliorem statum reformatum est, & data est licentia heredi legatarij optare seruum, licet viuus legatarius hoc non fecerit.

¶ Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione additum est:

siue plures legatarii extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: siue vnius legatarii plures heredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra beneuolentiam introducebant) fortunam esse huius optionis iudicem, & forte hoc esse dirimendum, vt ad quem sors peruenerit, illius sententia in optione præcellat.

24 ¶ Legari autem illis solùm potest, cum quibus testamenti factio est.

25 ¶ Incertis verò personis neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat. ¶ Nam nec miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt diuus Adrianus rescripsit. ¶ Incerta autē persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat, veluti si quis ita dicat: *Quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit,*

λαῖοι, δύο[a] τινὲς, ἢ καὶ πλείοσιν ὀπτζίωνος καταλειφθείσης, εἰ συνέβη μὴ ὁμονοεῖν αὐτοὺς περὶ τὴν ἐπιλογὴν, ἀλλ' ὁ μὲν, Στῖχον ἐπιλέγεται, ὁ δὲ Πάμφιλον, κατὰ μέν τινας τῶν νομικῶν, ἡσύχαζε τέως ἡ τοῦ ληγάτου ἀπαίτησις, ἕως ἂν ὁμονοήσωσι· κατὰ δέ τινας, ἀπεσβέννυτο τῇ διχονοίᾳ· ἐκέλευσεν ἐν τῇ αὐτῇ διατάξει, εἴτε ἑνὸς ληγαταρίου πολλοὶ ἦσαν κληρονόμοι, εἴτε περὶ τὴν ἐπιλογὴν οὐχ ὁμοφωνοῦσιν, ἢ γοῦν πολλοὶ ληγατάριοι ὄντες, οὐ τὸν αὐτὸν ἐπιλέγονται οἰκέτην, καὶ οὐχ ὁμοφωνοῦσι, μὴ ἀπόλλυσθαι τὸ ληγάτον· εἰ καὶ τοῖς πλείοσι τῶν νομικῶν οὐκ ἐδόκει τοῦτο, ἐναντιουμένοις τῷ καλῶς ἔχοντι· ἀλλὰ τὴν τοιαύτην ὀπτζίωνα, ἤτοι ἐλεκτζίωνα, τύχῃ ἐπιτρέπειν καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένειν κρίσιν· κλήρου[b] γὰρ ἤτοι λαχμοῦ γινομένου, ᾧ τοῦτο παρέσχεν ὁ κλῆρος, ἐκεῖνον ἔχειν τὴν ὀπτζίωνα, ἤτοι ἐλεκτζίωνα, καὶ τοὺς ἄλλους συλληγαταρίους, ἢ συγκληρονόμους ἕπεσθαι τούτῳ· κἀκεῖνον λαμβάνειν, ὃν ἐπελέξατο ὁ ὑπὸ κλήρου τιμηθείς.

24 ¶ Ἐκείνοις δὲ ληγατεύειν δυνάμεθα μόνοις, μεθ'[c] ὧν ἔχομεν τεσταμέντου φακτζίωνα.

25 ¶ Ἰνκέρτοις[d] προσώποις, οὔτε ληγάτα, οὔτε φιδεϊκομμίσσα καταλιμπάνειν ἔξεστι. ¶ Καὶ οὐ μόνον ἐπὶ παγανῶν τοῦτο κρατεῖ, ἀλλ' οὐδὲ στρατιώταις ἐπιτέτραπται, ὡς ἀντέγραψεν Ἀδριανὸς ὁ θειότατος. ¶ Ἰνκέρτον[e] δὲ πρόσωπόν ἐστιν, ὅπερ ἀδήλῳ κρίσει ὁ τεστάτωρ ἑαυτοῦ ὑπέθετο περὶ οὗ ἐρωτώμενος, οὐδὲν σαφὲς εἰπεῖν δύναται· οἷον ἐάν τις οὕτως[f] εἴπῃ, Ὅστις δήποτε τῷ ἐμῷ υἱῷ τὴν ἰδίαν θυγατέρα πρὸς γάμον κατεγγυή-

cùm olim duobus aut pluribus, optione relictâ, si in optione non consentiebant, sed alius Stichum optabat, alius Pamphilū: secundùm aliquorum Iurisconsultorum sententiam, in pendenti esset legati petitio, donec cōsensissent, secūdùm alios, dissensu eorum extingueretur: constituit Imperator, vt siue vnius legatarii plures sint heredes, qui in optando non cōsentiant, siue plures sint legatarii, qui non eundem seruum optent, ne legatum ideo pereat, quamuis compluribus veterum aliud visū sit, contra omnem rationem. Sed totam eiusmodi optionem siue electionē fortunæ voluit committi, & iudicium eius expectari. Sorte enim iacta, eum optionem siue electionē habiturum, cui id sors dederit, & ceteros omnes collegatarios aut coheredes hunc sequuturos, & eum accepturos, quem is elegerit, cui sors fauerit.

24 ¶ Illis autem solis legare possumus, quibuscū testamenti factionem habemus.

25 ¶ Incertis personis neque legata neque fideicōmissa relinqui possunt. ¶ Et neque id in paganis solùm obtinet, sed ne militibus quidē permissum est, sicut Diuus Hadrianus rescripsit. ¶ Incerta autem persona est, quam incerta opinione testator animo suo subiecit, & de qua rogatus nihil certi possit dicere: veluti, si quis ita dixerit: *Quicunque filio meo filiam suā in matrimoniu collocaue-*

a *Optione duobus legata usque in optando dissentientibus, neque pendet neque extinguitur legatum, sed res sorti committitur.*

b *Sorti quæ committantur* dixi ad d. l. vlt. in prin.

c *Proinde ei qui in hostium est potestate vtiliter non legatur si apud hostes decessit* l. si seruo 101. in f. ff. de legat. 1. adde *quædam alia ex Vlpiano* 24. §. 23. 24.

d Paul. 3 sent. 6. § 13. Vlp. 24 §. 18. l. cū post 69 § 4 ff. de iure dotium.

e *Incerta persona quæ dicatur & quemadmodum incerta persona legetur. adde* l. 39. in f. ff. de verb. signific.

f *Aliud est si corpori vel collegio leget hoc enim casu, licet incerta nobis sint personæ corporis aut collegii: certum tamen est nobis ipsum vel corpus vel collegium adde* l. 1. §. si autem ff ad Trebellianum §. 4 sup de hered. institut. *quod in legatis corpori aut colleg. o pauperum obtinere æquissimum est* l. 24. C. de Episcopali audientia. *adde* l. 1 C. de sacro. Ecclesiis.

rit, *fundum illum ab herede meo accipito.* ¶ Aut, *Qui primi a morte mea Consules designabuntur, his heres meus decem solidos dato.* Incerta est & hîc persona. Nam & hoc incertum est, quis filiam suam filio testatoris in vxorem daturus sit; & quis post testamentum sit designandus Consul. Nam si quis de eo testatorem interroget, nihil habet certi quod dicat. Et alios autem multos huiusmodi facile est fingere.

¶ Libertas quoq. incertæ personæ relicta, inutilis est. Nominatim enim seruos in testamento manumitti placuit. ¶ Sub certa autem demonstratione, incertæ personæ vtiliter legatur: Veluti si dixero, *Ex cognatis meis, quos nunc habeo, si quis filiam meam in vxorem duxerit, rem illam ab herede meo accipito.* Hîc enim persona quidem incerta est, verum demonstratio, hoc est, vniuersitas, certa. Nam dixi, ex cognatis quos nūc habeo, qui numerus certus est. ¶ Incertæ personæ legatum dedi. Dubium non est, quin non consistat. Si tamen per errorem heres meus soluerit: repetere non potest. Ita enim id sacris constitutionibus cautum est.

26 ¶ Alienus postumus similis est incertis personis. Et ideo inutiliter ei legatur: Est autem alienus postumus ille, qui natus suus heres non fit:

a v. Paul. 4. sent. vlt. §. 1. l. 14 ff. de manumiss. testamento. Vlp. 1 §. vlt.

b *Incerta persona sub certa demonstratione quemadmodum legetur.*

c *Vniuersitati legata, certis quasi personis legata videntur.*

d Vide §. vlt. in fi. inf. de obligat. quæ ex quasi contractu.

e *Posthumi & incertæ personæ similitudo.*

f *Posthumus alienus quis.*

σῃ, λαμβανέτω παρὰ τοῦ ἐμοῦ κληρονόμου τόνδε τὸν ἀγρόν. ¶ Ἢ οὕτως, τοῖς πρώτοις μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν χειροτονουμένοις ὑπάτοις, διδότω ὁ ἐμὸς κληρονόμος δέκα νομίσματα· ἰνκέρτον κἀνταῦθα τὸ πρόσωπον· ἄδηλον γάρ ἐστι τίς μέλλει τὴν ἰδίαν θυγατέρα διδόναι πρὸς γάμον τῷ παιδὶ τοῦ τεστάτωρος, ἢ τίς μέλλει δεσιγνατεύεσθαι ἤτοι ἀποδείκνυσθαι μετὰ τὴν διαθήκην ὕπατος· ἐρωτώμενος γὰρ ὁ τεστάτωρ περὶ αὐτοῦ, οὐκ ἂν εἴποι τι σαφές· καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ θέματα δυνατὸν ἐπινοῆσαι. ¶ Καὶ ἐλευθερία δὲ ἰνκέρτῳ προσώπῳ καταλιμπανομένη, ἄχρηστός ἐστιν· ἤρεσε γὰρ ὀνομαστὶ [a] τοὺς οἰκέτας ἐν διαθήκῃ ἐλευθεροῦσθαι. ¶ Ὑπὸ δὲ κέρταν δεμονστρατίωνα, ἰνκέρτῳ [b] προσώπῳ ἰσχυρῶς ληγατεύομαι· οἷον ἐὰν εἴπω, Ἐκ τῶν νῦν ὄντων μοι συγγενῶν, ἐάν τις τὴν ἐμὴν θυγατέρα λάβῃ πρὸς γάμον, λαμβανέτω παρὰ τοῦ ἐμοῦ κληρονόμου τόδε τὸ πρᾶγμα. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν πρόσωπον ἄδηλον, ἡ δὲ δεμονστρατίων, τουτέστιν ἡ ὁμὰς [c] δήλη· εἶπον γὰρ τῶν νῦν ὄντων μοι συγγενῶν· τούτων δὲ ὁ ἀριθμὸς δῆλός ἐστιν. ¶ Ἰνκέρτῳ προσώπῳ κατέλιπον ληγάτον, δηλονότι ἀνυπόστατον τὸ καταλειφθέν· εἰ δὲ κατὰ πλάνην [d] ὁ κληρονόμος τοῦτο κατέβαλεν, οὐ δύναται ῥεπετεύειν· τοῦτο γὰρ ταῖς θείαις περιέχεται διατάξεσι.

26 ¶ Ὁ ἀλλότριος ποστοῦμος, ἔοικε [e] τοῖς ἰνκέρτοις προσώποις, διὸ ἀχρήστως αὐτοῖς ληγατεύομεν· ἔστι [f] δὲ ἀλλότριος ποστοῦμος ἐκεῖνος, ὃς τεχθεὶς σοῦος οὐ γίνεται κληρονόμος· διὸ

ei heres meus illum fundum dato. ¶ Illud quoque quod iis relinquebatur, qui post testamentū scriptum primi Consules designati essent: æquè incertæ personæ legari videbatur: & denique multæ huiusmodi species sunt.

¶ Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat nominatim seruos liberari. ¶ Sub certa verò demonstratione id est ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur: veluti, *Ex cognatis meis qui nunc sunt, si quis filiam meam vxorem duxerit.*

¶ Incertis autē personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti nō posse, sacris constitutionibus cautum erat.

26 ¶ Posthumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. Est autem alienus posthumus, (qui natus, inter suos heres testatori futurus nō est.) Ideoque

ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat posthumus auo.

27 ¶ Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta, quum in nostro Codice constitutio posita sit, per quā & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis: quod euidēter ex ipsius cōstitutionis lectione clarescit. ¶ Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere.

28 ¶ Posthumus autem alienus, heres institui & antè poterat, & nunc potest: nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro vxor esse non potest.

29 ¶ Si quidem in nomine, prænomine, cognomine, agnomine legatarii testator errauerit: cùm de persona constat, nihilominus valet legatum.

ὁ ἐκ τοῦ ἐμαγκιπάτου μου παιδὸς συλληφθεὶς καὶ τεχθεὶς ἔγγονος, ἐξτράνεος ἔσται μου ποστοῦμος.

27 ¶ Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάντα κατὰ τὸ παλαιόν· διάταξις [a] δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἐν τῷ αὐτοῦ κώδικι κειμένη, ἅπαν τοῦτο τὸ τῶν ἰγκέρτων παραδόξως διώρθωσεν, οὐ μόνον ἐν κληρονομίαις, ἀλλὰ καὶ ἐν ληγάτοις, καὶ ἐν φιδεϊκομμίσσοις. σαφέστατα δὲ ἡ εἰρημένη διάταξις ἀναγνωσθεῖσα δείκνυσι ἑαυτήν. ¶ Ἐπίτροπος [b] δὲ ἰγκέρτος δίδοσθαι, οὐδὲ ἐκ τῆς προειρημένης δυνήσεται διατάξεως. ὀφείλει γὰρ εἶναι πρόδηλος διὰ γὰρ τὸ διατιθέμενον, σαφῶς τοῖς οἰκείοις παισὶ καταλιμπάνειν ἐπίτροπον· ἄχρηστος τοίνυν ἔσται ἡ δόσις τοῦ ἐπιτρόπου, ἐὰν ὁ τεστάτωρ εἴπῃ, Ἔστω ἐπίτροπος τοῦ ἐμοῦ παιδὸς ὁ πρῶτος ἐρχόμενος ἐπὶ τὴν ἐμὴν κηδείαν.

28 ¶ Ὁ ἀλλότριος [c] ποστοῦμος [d], κληρονόμος γράφεσθαι ἠδύνατο, καὶ πάλαι καὶ νῦν ἀκωλύτως γραφήσεται εἰ μὴ ἄρα συμβῇ αὐτὸν ἐκείνης ἐν γαστρὶ τῆς γυναικὸς εἶναι, ἣν ἐννόμως γαμετὴν ἔχειν οὐ δύναμαι.

29 ¶ Πρὸς δήλωσιν τῶν ὑποκειμένων προσώπων, πολλὰς ἐπενόησαν οἱ παλαιοὶ προσηγορίας· ἔστι γὰρ νόμεν, τουτέστι τὸ κύριον [e] ὄνομα, οἷον Τίτιος· κογνόμεν [f] τὸ ἐπώνυμον, ὅπερ ἀπὸ ψόγου, ἢ ἀπὸ ἐπαίνου λαμβάνεται· ἀπὸ ψόγου μέν, οἷον Συπέρβοις, ἤγουν ὑπερήφανος· ἐξ ἐπαίνου δέ, οἷον Πίους, ἤτ' εὐσεβής· ἔστι καὶ πραινόμεν· τουτέστι ὁ χρηματισμός [g] ὅστις δὲ λαμβάνεται, ἢ ἀπὸ προγόνων, ἢ ἀπὸ εὐεργετῶν. ἀπὸ

ideóque ex emancipato filio conceptus & natus nepos, extraneus est mihi postumus.

27 ¶ Et hæc quidē olim ita in vsu erant. Sed est quædam Imperatoris nostri in Codice posita constitutio, quæ totam hanc de incertis personis partem, mirabiliter emendauit, non solùm in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis. Sed ipsa sese cōstitutio, si quis eam legat, clarissimè ostendit. ¶ Incertus tamen tutor dari, ne ex hac quidem constitutione poterit, certus enim esse debet. quoniā certo iudicio debet testator filiis suis tutorem dare. Inutilis ergo erit illa tutoris datio, si dixerit: *Qui primus ad iusta mihi facienda venerit, is filio meo tutor esto.*

28 ¶ Alienus postumus & olim heres institui poterat, & nunc potest sine impedimento. Nisi fortè in vtero eius feminæ sit, quam iure vxorem habere non possum.

29 ¶ Porrò vt clariù personas de quibus ageretur, veteres explicarent, multas commenti sunt appellationes. Est enim nomen, vt Titius. Cognomen hoc est, quod nomini subiungitur: & id modo in laudem, modo in vitium sonat. In laudem, vt Pius: in vitium, vt Superbus. Est & prænomen. Hoc autem vel à maiorib. sumitur, vel à benefactoribus. A maio-

a *Hac cōstitutio fuit in vet. Codice Iustiniani, eáque constitutiō verisimile est tātum fuisse, vt incerta persona & alieno postumo legari posset.*

b l.2 l.3. ff. de testa.tut.

c *Hunc locum Alciatus additū negat esse legit l. Paradox.9. quo nomine reprehēsus à Roberto l. recepta lectionis;*

d *Posthumus igitur institui potest alienus, vt hic. Sic eius qui in vtero est seruus rectè instituitur.* §. 2. sup. de hered. instituend.

e *κύριον ὄνομα seu nomen quid.*

f *ἐπώνυμον seu cognomen quid. Id authoris Ecloga (de quo infr.) παρωνύμια.*

g *χρηματισμὸς seu prænomen quid & vnde sumatur.*

h *Ex hoc interim loco discimus νόμεν ὄνομα hoc est nomen, κογνόμεν, id est cognomē χρηματισμὸν, hoc est prænomen veteribus fuisse. Author Ecloga & ibidē Scholiastes lib.35 t 2. §. 3. quatuor hæc recenset ὄνομα κύριον, id est nomē χρηματισμὸν, id est prænomen (παρωνυμίαν (id est cognomen) ἐπώνυμον, id est agnomē his adde quæ scripsi à 1 l. 41 C. de testam.*

ribus, vt si quis Achillem vocet Æacidem. A bene factoribus, quemadmodũ videmus Præsides quosdã Prouinciarũ, qui propriis appellationibus nomina illorum præponunt, quorum suffragio Præsides facti sunt: veluti Strategium aut Constantinum. Si quis ergo cùm legatũ alicui daret, in nomine legatarii errauit, vt si cùm Titiũ dicere deberet, dixerit Seium, aut in cognomine, vt si pro Superbo, Pium dixerit, aut in appellatiuo, vt si pro Strategio dixerit Primum: quæritur, an legatum sit inutile. Et dicimus, si in confessum veniat, de quo senserit, nihilominus valere legatum. Idémque & in heredib. obseruatur. Nam si quem heredem instituens, in aliquo eorũ quæ dicta sunt errarẽ, institutionem id non vitiat. Et meritò. Nam nomina significandorum hominum gratia inuẽta sunt. Quod si alio quouis modo intelligi possit, qua de persona agatur, nihil interest: atq; adeò nullũ ex errore circa nomina damnum contingit.

a ἀρχοντ στρατήγιον ἢ κωνσταντινον quasi.

b Eadem ratione Pratore Constãtinopoli Flauialu, Constantinianus, Constãtianus, Theodosius, Arcadius vt notant ad l. 2. C. de officio Prætoris.

30 ¶ Huic rationi proxima est & illa Iuris regula, qua dicimus falsa demonstratione legatũ non perimi. Sciendum est enim quòd interdum demonstratio, interdum causa legatis accidit. Est autem demonstratio, rei quæ legatur designatio. Veluti si quis seruum legaret, *Stichum seruum meum vernam lego Titio*, vtile est legatũ, quamuis non verna sit Stichus, sed ex emptione eum habeam. Aut etiam ita: *Stichum seruum meum quem de Seio emi, Titio lego.*

c Falsa demonstratio legatum non perimit l. falsa 33. ff. de condi. & demõstra. Vlp. 24. §. 19.

d Demonstratio quid.

e Falsa demonstrationis exemplum. idem apud Vlpian 24. §. 19. f οἰκογενὴς verna, dominatus, vernaculus dixi §. 4. sup. de iure personarum.

προσηγόρων μὲν, οἷον ἐάν τις καλέσῃ Αἰακίδην τὸν Ἀχιλλέα· ἀπὸ εὐεργετῶν, ὥσπερ ὁρῶμεν τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν, προτάττοντας τὰς ἰδίας προσηγορίας, τὰ ὀνόματα ἐκείνων, δι' ὧν γεγόνασιν· οἷον στρατήγιον,[a] ἢ Κωνσταντῖνον. εἰ τοίνυν ληγατεύων τις ἐπλανήθη περὶ τὸ ὄνομα τοῦ ληγαταρίου, καὶ δέον εἰπεῖν Τίτιον εἶπε Σέϊον, καὶ ἐπλανήθη περὶ τὸ νόμεν, ἢ περὶ τὸ κογνόμεν δέον γὰρ εἰπεῖν Σουπέρβους, εἶπε Πίους· ἢ περὶ τὸ ἀγνωμαστικὸν, δέον γὰρ εἰπεῖν Στρατήγιος, εἶπε πρῖμος· ζητοῦμεν, εἰ τὸ ληγάτον ἐστὶν ἄχρηστον· καὶ λέγομεν, εἰ ὡμολόγηται περὶ τίνος ἐνεθυμήθη, οὐδὲν ἧττον ἐρρῶσθαι τὸ ληγάτον· τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ κληρονόμων φυλάττεται. εἰ γὰρ γράφων τινὰ κληρονόμον πλανηθῶ περὶ ἕν τι τῶν εἰρημένων, ἡ ἔνστασις ἐντεῦθεν οὐκ ἀκυροῦται· καὶ εἰκότως· τὰ γὰρ ὀνόματα[b] δηλώσεως ἕνεκα τῶν ἀνθρώπων ἐπινενόηται· εἰ δὲ δυνατὸν ἐξ ἑτέρου οἱουδήποτε τρόπου τὸ ὑποκείμενον καταληφθῆναι πρόσωπον, οὐδεμία ἔσται διαφορά, οὐδὲ βλάβη ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄνομα πλάνης.

30 ¶ Ἔοικε τούτῳ τῷ λόγῳ, ἐκεῖνος ὁ κανὼν ὁ λέγων, falsa demõstratio[c] legatum non perimit· τουτέστι ψευδὴς δήλωσις[d], ληγάτον οὐκ ἀκυροῖ. ὀφείλεις γὰρ εἰδέναι, ὅτι παρέπεται τοῖς ληγάτοις, ποτὲ μὲν δεμονστρατίων, ποτὲ δὲ καῦσα· δεμονστρατίων[e] δέ ἐστι δήλωσις πράγματος, ὃ ληγατεύεται, οἷον ἐληγάτευσέ τις οὕτως εἰπών·[f] Στῖχον τὸν ἐμὸν οἰκέτην τὸν οἰκογενῆ[g] ληγατεύω Τιτίῳ· χρήσιμον τὸ ληγάτον, καὶ εἰ ὁ Στῖχος οὐκ ἦν οἰκογενὴς, ἀλλ' ἐξ ἀγορασίας αὐτὸν ἔχω· ἢ καὶ οὕτως εἶπον· Στῖχον τὸν οἰκέτην ὃν ἀπὸ Σείου ἠγόρασα ληγατεύω Τιτίῳ, ἐπι-

Idémque in heredibus seruatur, & rectè. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligentur, nihil interest.

30 ¶ Huic proxima est illa Iuris regula, Falsa demonstratione legatum non perimi. veluti si quis ita legauerit, *Stichum seruum meũ vernam do lego.* licèt enim non verna, sed emptus sit: si tamen de seruo constat vtile esse legatum. Et conuenienter, si ita demonstrauerit, *Stichum seruum quem à Seio*

emi, sitque ab alio emptus: vtile est legatum, si de seruo constat.

31 ¶ Longè magis legato falsa causa adiecta non nocet: veluti cum quis ita dixerit, *Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum do lego:* vel ita: *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego.* Licèt enim neque negotia testatoris vnquam gesserit Titius, neq; patrocinio eius liberatus sit: legatum tamen valet. Sed si cōditionaliter enunciata fuerit causa, aliud iuris est: veluti hoc modo, *Titio, si negotia mea curauerit, fundum meum do lego.*

32 ¶ An seruo heredis rectè legemus, quæritur, & constat purè inutiliter legari,

χον ᾗ αὐτῷ ἀγοράσας ἀπὸ Πρίμου, χρήσιμον καὶ οὕτως τὸ ληγάτον, διὰ τὸν εἰρημένον κανόνα τὸν λέγοντα, falsa demonstratio legatum nō perimit.

31 ¶ Καὶ πλαστὴ[a] δὲ αἰτία ἐγκειμένη τῷ ληγάτῳ, οὐκ ἀκυροῖ τὸ ληγάτον. causa[b] δέ ἐστι, δήλωσις τῆς αἰτίας, δι' ἣν ληγατεύεται. οἷον ἐληγάτευσέ τις οὕτως· Δίδωμι καὶ ληγατεύω Τιτίῳ Στῖχον τὸν ἐμὸν οἰκέτην, ἐπειδὴ ἀπόντος μου, τὰ ἐμὰ διῴκησε πράγματα, ἢ οὕτως· Οἰκέτην ληγατεύω Τιτίῳ, ἐπειδὴ διὰ τῆς αὐτοῦ προστασίας, [c] κεφαλικοῦ [d] ἐγκλήματος ἠλευθερώθην· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ οὐ διῴκησε τὰ ἐμὰ πράγματα Τίτιος, οὐδὲ διὰ τῆς αὐτοῦ προστασίας κεφαλικοῦ ἠλευθερώθην κινδύνου, ἰσχυρὸν τὸ ληγάτον διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, falsa causa legatum non perimit. εἰ μέν τοι αἱρετικῶς[e] τὴν αἰτίαν ἐξεφώνησα, εὑρέθη δὲ ψευδὴς ἡ αἰτία, λήψεται οὐδὲν ὁ ληγατάριος· εἶπον γὰρ οὕτως, Ληγατεύω Τιτίῳ τὸν ἀγρὸν, εἴγε διῴκησε τὰ ἐμὰ πράγματα. εἰ μὲν γὰρ διῴκησε, λήψεται ὡς τῆς αἱρέσεως ἐξελθούσης· εἰ δὲ μὴ διῴκησεν, ὡς τῆς αἱρέσεως ἀσθενούσης, τούτῳ τῷ τρόπῳ, οὐδεμία ἀγωγὴ τῷ ληγαταρίῳ δοθήσεται.

32 ¶ Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ· ἐπειδὰν εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον περιέλθῃ τὰ δίκαια τοῦ ἐνάγοντος καὶ τοῦ ἐναγομένου, ἡ γινομένη κατὰ τὸν τρόπον κονφουσίων,[f] τουτέστι σύγχυσις, ἀποσβεννύει τὴν δίκην· οὐδεὶς γὰρ καθ' ἑαυτοῦ δύναται κινεῖν δικαστήριον· κἀκεῖνο δὲ πάλιν ὀφείλεις εἰδέναι, τὸ πρὸ ὀλίγων εἰρημένον, ὅτι καταφορὰ[g] τοῖς ληγάτοις ἐστὶν,

Quamuis cum de Primo emerim, vtile tamen est legatum, propter dictam regulam, Falsa demonstratione legatum non perimi.

31 ¶ Ficta quoque causa legato iniecta, legatum non vitiat. Est autem causa significatio rationis, qua re res quæque legetur. Veluti si quis ita legauerit: *Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum seruum meum, do, lego.* Vel ita: *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, seruum meum lego.* Quāuis enim maximè, neque negotia mea vnquam Titius gesserit, neque patrocinio eius capitale discrimen euaserim, valet tamē legatum: idque propter regulam: qua dicimus, Falsa causa legatum non perimit: nam si conditionaliter enunciata fuerit causa: & ea falsa inueniatur, nihil consequetur legatarius. Verbi gratia sic dixi, *Titio, si negotia mea vnquam curauit, fundum lego.* Nam si curauit, habebit legatum tanquam impleta conditione. Sin autem non curauit, tanquam cō dicione defectus nullam habebit actionem pro legato.

32 ¶ Hæc habeto in modum præuię cuiusdam inspectionis. Quum in vnā & eandem personam concurrunt iura actoris & rei, confusio eo modo facta, iudicium tollit, & litem extinguit: Neque enim fieri potest, vt quisquam aduersus seipsum iudicio consistat. Illud quoq; sciēdū est, quòd paulò iā antè dictum est, legata pura

a *Falsa causa legato adiecta non nocet, vt lac. adde Vlpianum* 24. §. 19. l. 72 § falsam causam 6. ff. de cōdit. & demonst.

b *Causa quid.*

c προστασία *patrocinium. Id autem potentioribus tribui solet* 7. *Eclog.* 9. περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προστασίας τῶν δυνατῶν. *adde* 2. Harmenop. 9 §. 5. *à patronis autem separo* συνηγορίας *seu aduocationem qua aduocatis tribuitur.* 8. Eclo. 1. ex li. 21. tit. 1. c. 35.

d κεφαλικὸν ἔγκλημα *capitale crimen capitale iudiciū.*

e Αἱρετικῶς *conditionaliter, sub conditione.*

f *Confunduntur actiones reo, actori: & è contrario actore reo succedente.*

g καταφορὰ καταφέρειν *dies quo legata cedūt: actio qua pro legato cōpetit.*

à die mortis testatoris cedere, conditionalia ab euentu condicionis. His ita præinspectis, video nunc rem, quam tractamus. Quidam moriens heredem me instituit: deinde & Sticho seruo meo legatũ à me reliquit. Quæritur, an rectè legatũ hoc datum sit, quoniam in vnã personam, iura actoris & rei concurrunt. Ego enim reus sum, vt qui sim heres: ego rursus actor sum, vt qui sim dominus. Quoniam igitur ius actoris & rei in me cõcurrit, lis cõfunditur. Quidam tamen iurisperiti putant, inspiciendum esse, quando deferatur legatum, hoc est: quando actio pro legata competat, & num eo tempore diuisæ sint à se inuicem personæ heredis & legatarij. Fortè enim quũ superuixisset testator, ego seruum meum manumisi vel alienaui. Nã quoniam tunc diuisæ sunt personæ, valet legatum. Sin verò tempore mortis testatoris, ego seruum meũ, qui & legatarius est, in potestate mea habere inueniar, extinctum est legatũ propter rationem iam dictam. Et id quidem, quum purè datum est legatum. Sin autẽ condicionaliter relictum est, tunc non mortem testatoris, sed euentum condicionis spectamus. Et si quidem existens cõdicio Stichum inuenerit aut liberum aut alterius seruum, vtile est legatum. Sin autem hac eueniente, in potestate mea inuentus fuerit, non cõsistit legatum. Et hæc quidẽ illi. ¶ Ceterum quod obtinuit, id fere tale est. Nam in legatis cõdicionalibus verũ est quod iam retuli-

a. αἱρετικὰ λεγάτα, *sub conditione & conditionalia legata.*

b *Nemo simul heres & legatarius esse potest.* l 12. l. 18. l. 116. ff. de legat. 1.

c *Seruo heredis sub conditione legare possumus. pure non possumus.*

d l. 86. ff. de condic. & demonst.

τοῖς μὲν πούροις, ἡ τοῦ τεστάτωρος τελευτή, τοῖς δὲ αἱρετικοῖς [a] ἡ τῆς αἱρέσεως ἔκβασις· ἐπειδὴ οὖν ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον· τελευτῶν τις ἐνεστήσατό με κληρονόμον· εἶτα Στίχῳ τῷ ἐμῷ οἰκέτῃ ληγάτον κατέλιπε παρ' ἐμοῦ· ζητοῦμεν εἰ ὀρθῶς κατελείφθη τὸ ληγάτον, ἐπειδὴ εἰς ἓν πρόσωπον συντρέχει τὰ δίκαια τοῦ ἐνάγοντος, καὶ τοῦ ἐναγομένου· ἐγὼ γὰρ εἰμὶ ῥέος οἷα κληρονόμος ὤν, ἐγὼ πάλιν ἄκτωρ οἷα δεσπότης ὤν· ἐπειδὴ οὖν εἰς ἐμὲ συνέδραμε τὸ δίκαιον τοῦ ἐναγομένου, καὶ τοῦ ἐνάγοντος, συγχέεται ἡ δίκη. ¶ Ἀλλά τινες λέγουσι τῶν νομικῶν, ὅτι δεῖ προσέχειν τῇ καταφορᾷ· τουτέστιν ὅτε ἁρμόζει ἡ τοῦ ληγάτου ἀγωγή· καὶ εἰ μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀλλήλων κεχώρισται τὰ [b] πρόσωπα τοῦ κληρονόμου, καὶ τοῦ ληγαταρίου· εἰκὸς γὰρ ἐπιζήσαντος τοῦ διαθεμένου, Στίχον τὸν ἐμὸν οἰκέτην ἠλευθέρωσα, ἢ ἐξεποίησα· ἐπειδὴ διακεκρίνεται τὰ πρόσωπα, ἔρρωται τὸ· εἰ δὲ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς τοῦ τεστάτωρος ηὑρέθην ἐγὼ ὑπεξούσιον ἔχων τὸν οἰκέτην τὸν καὶ ληγατάριον, ἀπέσβεσται τὸ ληγάτον, διὰ τὸν εἰρημένον λόγον· ταῦτα ἐν ᾧ πούρως κατελείφθη· εἰ [c] δὲ αἱρετικῶς, σκοποῦμεν οὐκ ἔτι τὴν τελευτὴν τοῦ διαθεμένου, ἀλλὰ τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως· καὶ εἰ μὲν ἐξιοῦσα ἡ αἵρεσις εὗρε τὸν Στίχον ἢ ἐλεύθερον, ἢ ἑτέρου ὄντα οἰκέτην, ἰσχυρὸν τὸ ληγάτον· εἰ δὲ ταύτης παραγινομένης, ἐμὸς ὑπεξούσιος εὑρέθη, τὸ ληγάτον ἀνυπόστατον· ταῦτα μὲν τινές· τὸ δὲ κρατῆσαν, οὕτως ἔχει. ¶ Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν αἱρετικῶν, [d] ἀληθές ἐστι τὸ προ-

nec quicquam proficere, si viuo testatore de potestate heredis exierit: quia quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, hoc nõ debet ideo valere, quia diutius testator vixerit.

¶ Sub conditione verò rectè legatur seruo, vt requiramus an, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

κείμενον, ὅτι δεῖ σκοπεῖν τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως. ἐπὶ δὲ τῶν πούρων, ἅμα τῇ γραφῇ τὸ ληγάτον ἄχρηστόν ἐστι, διὰ τὸν Κάτωνος [a] κανόνα τὸν λέγοντα πάντα [b] τὰ ληγάτα, ὅσα ἤμελλεν ἄχρηστα εἶναι, εἴγε παραχρῆμα μετὰ τὴν ποίησιν τῆς διαθήκης ἐτελεύτησεν ὁ τεστάτωρ, ταῦτα μὴ διὰ τοῦτο ἐπιβεβαιοῦσθαι, ἐπειδὴ συνέβη πολὺν αὐτὸν ἐπιβιῶναι χρόνον τῇ ποιήσει τῆς διαθήκης· ὥστε χώραν γενέσθαι τῷ κληρονόμῳ, Στίχον τὸν ἴδιον οἰκέτην, ἢ ἐκποιῆσαι, ἢ ἐλευθερῶσαι· εἰ γὰρ ἅμα τῇ ποιήσει τὴν διαθήκην ὁ τεστάτωρ ἐτελεύτησεν, ἤμελλεν ὁ οἰκέτης ὑπεξούσιος εὑρίσκεσθαι τοῦ κληρονόμου.

mus: spectandum esse euentum condicionis. In puris autem vnà cũ scriptura sui legatum inutile est, i que propter Catonis regulam, qua dicimus, omnia legata, quæcumque inutilia erant futura, si statim à testamento facto, testator decessisset ea neque ideo conualescere, quod testator post testamentum factum, tam diu superuixerit, vt medio tẽpore, facultatem habuerit heres seruum Stichũ vel manumittendi, vel alienandi. Etenim si testator simul atque testamentum fecerat, decessisset, futurũ erat haud dubiè, vt seruus in potestate heredis inueniretur.

a *Catonis regula v. tit. Digestorum de regula Catoniana Dicuntur & Catonis sententia.* l. 86. ff. de optione.

b *Quod inutile foret, si testamenti tempore decederet testator, non ideo conualescit quòd testator diutius vixerit* vt hi. & l. 1. ff. de regula Catoniana.

33 ¶ Ex diuerso herede instituto seruo quin domino rectè etiam sine conditione legetur, non dubitatur. Nam etsi statim post factum testamentum decesserit testator, nõ tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedere intelligitur: cùm hereditas à legato separata sit, & possit per eum seruum alius heres effici, si prius, quàm iussu domini adeat, in alterius potestate trãslatus sit, vel manumissus, ipse heres efficitur:

33 ¶ Τί δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἐναντίου τελευτῶν τις τὸν ἐμὸν οἰκέτην [c] ἐνεστήσατο κληρονόμον· ληγάτον δέ μοι κατέλιπεν ἀπ' αὐτοῦ; ἐνταῦθα δίχα πάσης ἀμφιβολίας, ἰσχύει τὸ καταλειφθέν· καὶ γὰρ εἰ μετὰ τὴν ποίησιν τῆς διαθήκης ὁ τεστάτωρ εὐθέως ἐτελεύτησεν, οὐκ ἤμελλε παρὰ τῷ κληρονόμῳ ἡ τοῦ ληγάτου προχωρεῖν ἡμέρα· ἄνω μὲν γὰρ ἔνθα κληρονόμος ἦν ὁ δεσπότης, ληγατάριος δὲ ὁ οἰκέτης, κατενεχθὲν τὸ ληγάτον ἐπὶ τὸν οἰκέτην εὐθέως προσεπορίσθη τῷ δεσπότῃ· ἐπὶ δὲ τούτου τοῦ θέματος, οὐ δυνατὸν εἰπεῖν, ὅτι τὸ ληγάτον κατενεχθὲν ἐπὶ τὸν δεσπότην, προσεπορίσθη τῷ οἰκέτῃ τῷ γραφέντι κληρονόμῳ· ἐνταῦθα γὰρ ἡ κληρονομία κεχώρισται τοῦ ληγάτου· καὶ δύναται ἕτερος διὰ τούτου τοῦ Στίχου κληρονόμος γίνεσθαι· εἰ γὰρ πρὶν κελεύσω ἀδιτεῦσαι, καὶ προσπορίσαι μοι τὴν κληρονομίαν, εἰς τὴν ἑτέρου με-

33 ¶ Quid autem è contrario, si quis moriens seruum meum heredem instituit, & ab eo mihi legatũ dedit? Et dubium non est, quin hic valeat quod relictum est. Nam & si statim à testaméto facto, testator decessisset: nondum futurum erat, vt apud heredẽ dies legati cederet. Etenim supra quidem in proxima specie, vbi heres dominus erat, & seruus legatarius, legatum seruo delatum statim & domino adquirebatur. In hac autem specie, dici non potest, legatum domino delatum, & instituto heredi seruo adquiri. Nam hereditas hîc à legato separata est: & per hunc Stichum alius heres effici potest. Etenim si antequam iussu meo hereditatem adeat, eámque mihi adquirat, in alterius

c *adde speciem* l. 25. ff. de legat. 1. *quæ est de filio herede instituto, & patre legatario: cùm hac pertineat ad seruum heredem institutum dominum legatarium factũ.*

potestatem translatus sit, nouo domino adquiret hereditatem. Sin autem manumissus fuerit, adeūdo sibi adquirit hereditatem. Et in his casibus vtile erit legatum. Diuisa enim est persona heredis & legatarii. Itaque vel cū eo si manumissus adiit, vel cum nouo domino ad legatū agere possum. Quòd si in potestate mea permanserit, iussúque meo adierit, euanescit legatū. Quoniam ego, & legatarius ex scriptura testamenti, & heres per serui adquisitionem inuenior.

34 ¶ Ante heredis institutionem inutiliter legamus. Et meritò, quoniam testamenta vim suam ex institutione heredum accipiunt. Et ob id veluti caput atque fundamentū totius testamenti heredis institutio esse intelligitur. Sic igitur, id quod ante heredis institutionē relictum fuerit, extra testamentum esse videtur. ¶ Hac eadē ratione, neq; libertas ante heredis institutionem dari potest. ¶ Sed quoniam sa. ctissi. noster Imperator absurdū putauit esse, scripturæ quidem ordinem seruare (quod tamē & ipsi veteres vituperabant) testatorum autem voluntates aspernari: constitutionē edidit, per quam & hoc vitium emendauit, vt iam liceat & ante heredis institutionem, & inter medias heredum institutiones, lega-

a *Legari ante heredis institutionem cur olim non poterat. addel'au. 3. sent. 6. §. 3. Vlp. 24. §. 15.*
b l. 1. in f. ff. de vulgari. l. vlt. ff de iure codicillorū.
c *Heredis institutio caput & fundamentum testamēti.*
d *Libertas ante heredis institutionem olim relinqui non poterat & cur.*
e *Ordo scripturæ non semper seruandus* l. 6. ff. de solutionibus.
f l. 25. Cod. de testament.

πλήθη ὑπεξουσιότητα, τῷ καινῷ δεσπότῃ προσπορίζει τὴν κληρονομίαν· εἰ δὲ ἠλευθερώθη, αὐτὸς ἀδιτεύων ἑαυτῷ προσπορίζει τὴν κληρονομίαν· καὶ ἐν τούτοις τοῖς θέμασι, χρήσιμον ἔσαι τὸ ληγάτον· διακέκριται γὰρ τὸ πρόσωπον τοῦ κληρονόμου, καὶ τοῦ ληγαταρίου· δυνήσομαι γὰρ κατὰ τοῦ ἐλευθερωθέντος καὶ ἀδιτεύσαντος, ἢ κατὰ τοῦ καινοῦ δεσπότου κινῶν, ἀπαιτεῖν τὸ ληγάτον· εἰ δὲ ἐπιμένων ἐν τῇ ἐμῇ ὑπεξουσιότητι τῇ ἐμῇ κελεύσει ἀδιτεύσῃ, ἐξασθενεῖ τὸ ληγάτον· εὑρίσκομαι γὰρ ἐγὼ καὶ ληγατάριος ἀπὸ τῆς γραφῆς καὶ κληρονόμος ἀπὸ τοῦ προσπορισμοῦ.

34 ¶ Ante[a] heredis institutionem, ἤτοι πρὸ τῆς ἐνστάσεως κληρονόμου, ἀχρήστως ληγατεύομεν· καὶ εἰκότως, ἐπειδὴ[b] αἱ διαθῆκαι τὴν ἰσχὺν λαμβάνουσιν ἐκ τῆς ἐνστάσεως τῶν κληρονόμων· διὸ κεφαλὴ[c] ὥσπερ καὶ θεμέλιος τῆς πάσης διαθήκης εἶναι νοεῖται τοῦ κληρονόμου ἡ ἔνστασις· ὥστε οὖν τὸ καταλιμπανόμενον πρὸ τῆς ἐνστάσεως τοῦ κληρονόμου, ἐκτὸς εἶναι δοκεῖ τῆς διαθήκης. ¶ Τούτῳ τῷ λόγῳ οὐδὲν ἐλευθερία[d] πρὸ ἐνστάσεως δίδοσθαι δύναται. ¶ Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον ἐνόμισεν εἶναι ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεύς, τὴν μὲν τάξιν[e] ἡμᾶς παραφυλάττειν τὴν ἐν τῇ διαθήκῃ γραφῆς, ὅπερ καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐψέγετο τῶν ἀρχαίων, καταφρονεῖν δὲ τῶν τελευτώντων βουλήσεως, τέθεικε διάταξιν,[f] δι' ἧς καὶ τὸ παρὸν ἐλάττωμα διώρθωσεν, ὥστε ἐξεῖναι καὶ ante heredis institutionem, καὶ inter medias heredū institutiones, λη-

quibus casibus vtile est legatum Quòd si in eadem causa permanserit & iussu legatarii adierit, euanescit legatum.

34 ¶ Ante hæredis institutionē inutiliter antea legabatur: scilicet, quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, & ob id veluti caput atque fundamentū intelligitur totius testamenti heredis institutio. ¶ Pari ratione nec libertas ante heredis institutionē [illegible] poterat. ¶ [illegible] quia [illegible] [illegible] quidē [illegible] & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum) spernit autem testatoris voluntatem: per nostram constitutionem & hoc vitium emendauimus: vt liceat & ante heredis institutionem, & inter medias heredum institutiones

lega-

legatum relinquere: & multò magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est

λεγάτον καὶ πολλῷ πλέον, ἐλευθερίαν καταλιμπάνειν, ἡ τις ἐλευθερία [a] πλείστης ἠξιώθη αὐτῆς τῆς... ¶ Καὶ ante [b] heredis δὲ institutionem, οἷον ἐὰν εἴπω ἀρχόμενος τῆς διαθήκης οὕτως, Ληγατεύω τῷδε, ἑκατὸν νομίσματα· ἢ Ἔστω ὁ δεῖνα ἐλεύθερος· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπαγάγω, Ἔστω μου ὁ δεῖνα κληρονόμος.

¶ Inter [c] medias heredum institutiones ἐστὶν, ἡνίκα εἴπω, Ἔστω μου ὁ δεῖνα κληρονόμος εἰς ἓξ οὐγκίας, ληγατεύω τῷδε, καὶ τῷδε ἑκατὸν νομίσματα, ἤγουν Ἔστω ἐλεύθερος ὁ Στῖχος ὁ οἰκέτης· ἐπαγάγω δὲ μετὰ ταῦτα, καὶ τὸν δεύτερον κληρονόμον εἰς τὸ ἕτερον ἑξάγγιον.

tum relinquere, ac multò magis libertatem, vtpote quam leges omnes maximo fauore prosequantur. ¶ Et ante heredis quidem institutionem, veluti si ita in initio testamenti dixero, *Illi solidos centum lego*: aut, *Ille liber esto*, & post deinde subiungam, *Ille mihi heres esto*. Inter medias verò heredum institutiones, cùm dico: *Ille mihi ex semisse heres esto: illi & illi centum solidos lego: aut Stichus seruus meus liber esto*: deinde pòst subiungam & secundum heredem ex altero semisse.

a *Libertatis fauor.*

b *Ante heredis institutionem quemadmodum legari possit.*

c *Inter medias institutiones quemadmodum legari possit.* adde Paul. 3. sent. 6. § 2. in f.

35 ¶ Post mortem quoque heredis aut legatarii simili modo inutiliter legabatur: veluti si quis ita dicat, *Cùm heres meus mortuus fuerit, do lego.*

Item, *pridie quàm heres, aut legatarius morietur.*

¶ Sed simili modo hoc correximus, firmitatē huiusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem præstantes:

35 ¶ Post mortem heredis [d] ἢ post mortem legatarij, ἀχρήστως καταλιμπάνεται τὸ ληγάτον· οἷον ἐάν τις εἴπῃ, Μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ κληρονόμου, ληγατεύω τῷδε ἑκατὸν νομίσματα· τέως μὲν γὰρ ἐν ὅσῳ περίεστιν ὁ κληρονόμος, οὐκ ἀπαιτεῖται τὸ ληγάτον· μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, οὐδὲ ὁ κληρονόμος ἀπαιτηθήσεται, διὰ τὸν κανόνα [e] τὸν λέγοντα, ἀγωγὴ ἡ καθ' ἡμῶν μὴ ἀρξαμένη, κατὰ τῶν ἡμετέρων οὐ διαβαίνει κληρονόμων. ¶ Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ ληγαταρίου· ἐὰν γὰρ εἴπω, Ληγατεύω Πρίμῳ νομίσματα ἑκατὸν, μετὰ τελευτὴν, ἀνυπόστατον τὸ ληγάτον· οὔτε γὰρ αὐτὸς δύναται ἀπαιτεῖν διὰ τὰ ῥήματα τοῦ τεστάτορος, οὔτε ὁ αὐτοῦ κληρονόμος, διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, ἀγωγὴ ἡ ἀφ' ἡμῶν μὴ ἀρξαμένη, ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους οὐ διαβαίνει κληρονόμους. ¶ Καὶ τὸ pridie [f] quàm heres aut legatarius morietur, τουτέστι ληγάτον τὸ πρὸ ἡμέρας τῆς τοῦ κληρο-

35 ¶ Post mortem heredis, aut post mortem legatarij, inutiliter relinquitur legatum: veluti si quis dixerit: *Post mortem heredis illi centum solidos lego*. Tunc enim quamdiu superest heres, legatum ab eo non petitur: post mortem verò eius, ab herede eius nō petetur. Idque propter regulam, qua dicimus: Actionem, quæ aduersus nos non cœperit, neque aduersus heredes nostros transire. Idémque est & in legatario. Nam si dixerim, *Primo cum mortuus fuerit, centum solidos lego*, non constat legatum quoniam neque ipse petere poterit, propter verba testatoris: neque heres eius propter regulam, qua dicimus. Actionem quæ in nobis non cœperit, neque in heredes nostros transmitti.

¶ Item pridie quàm legatarius aut heres mo-

d Paul. 3. sen. 6. § 5. Vl. 24. § 16.

e *Hac regula antiquata iure Cod. in Titulo.* vt actiones ab heredibus & aduersus heredes incipiāt.

f *De legato, pridie quàm heres aut legatarius moriatur.* adde Paul. 4 sen. 1. § 11. in f. Vlp. 24. § 16. *de legato in tempus mortis legatarij & heredis* v. Paul. 3. sent. 6. § 6.

rietur, inutile legatũ est. Verbi gratia si dixero: *Pridie quàm futurum est, vt heres moriatur*, aut *quàm futurum est vt Titius moriatur, Titio centum solidos lego.* Incertus enim dies est qui pridie mortis sit. Nam post mortem, ad præteritum recurrentes dicimus, diem hesternum pridie mortis fuisse, & quoniam id non nisi ex morte cognoscitur, perinde est, quasi post mortem legatum fuisset. ¶ Verùm & hæc Imperator noster sanctissimus simili modo emendare dignatus est, legatis ita relictis firmitatem præbendo ad similitudinem fideicommissorum. Nam veteres fideicommissa in hunc modũ relicta admittebant, & legata calumniabantur. Sic igitur nulla est hac in re inter legata & fideicommissa differentia, valent enim vtraque.

a πρὸ τελευτῆς ἡμέρα ἢ μετὰ τελευτὴν æque incerta.

b v. l. vnicam Cod. vt actiones ab heredibus & contra heredes incipiant. l. 11. C. de contrah. stipulatione.

νόμου ἢ τὸ τὸν ληγαταρεῖον τελευτῆσαι, ἄχρηστόν ἐστι· οἷον ἐὰν εἴπω, Πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ μέλλειν τελευτᾶν τὸν ἐμὸν κληρονόμον, ἢ τοῦ μέλλειν τελευτᾶν Τιτίον, ληγατεύω Τιτίῳ ἑκατὸν νομίσματα· ἄδηλος γὰρ ἡ ἡμέρα ἡ πρὸ[a] μιᾶς τῆς τελευτῆς· μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν, τότε εἰς τὸ παρελθὸν ἀνατρέχοντες λέγομεν, ὅτι ἡ χθὲς ἡμέρα, πρὸ μιᾶς ἦν τῆς τελευτῆς· καὶ ἐπειδὴ ἐκ τελευτῆς καταλαμβάνεται, πάλιν εἰς τὸ post mortem ἐμπίπτει. ¶ Ἀλλὰ καὶ ταῦτα, τῆς αὐτῆς ἠξίωσεν ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς[b] διορθώσεως, τὸ ἰσχυρὸν παρέχων, τοῖς οὕτω καταλιμπανομένοις, πρὸς μίμησιν τῶν φιδεϊκομμίσσων· τὰ γὰρ οὕτω καταλιμπανόμενα φιδεϊκόμμισσα, ἐδέχοντο οἱ παλαιοὶ, διαβάλλοντες τὰ ληγάτα· ὥστε οὐδεμία ἐν τούτοις διαφορὰ ληγάτων καὶ φιδεϊκομμίσσων ἐστίν· ἔρρωται γὰρ ἀμφότερα.

ne in hoc casu deterior causa legatorũ, quam fideicommissorum inueniatur.

36 ¶ Legatum quoque quod pœnæ nomine relinquitur, aut adimitur, aut trãsfertur, inutile est. ¶ Pœnæ nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quò magis aliquid aut faciat aut non faciat. Nam quoniam multi quædam ab heredibus suis fieri iubebant, ac modum quendam illis præscribebant viuendi: & heredes has voluntates sine periculo ac damno aliquo contemnebant: ideo videntes homines contemni iussa ac præcepta sua, deinceps pecuniarum quandam pœnam excogitauerunt, per quam he-

c *Pœna nomine vel causa olim legari non poterat vt hic* Vlp. 24. §. 17. *adde* l. 1. & 2. ff. de his quæ pœnæ causa relinquuntur: *&* C. de his quę pœnę nomine in testamento vel codicillis scribuntur vel relinquũtur.

d *Pœna nomine legare quid vide Vlpianũ* d. §. 17. *vti differat à conditione vide* l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomine.

36 ¶ Καὶ τὸ pœnæ[c] nomine καταλιμπανόμενον ληγάτον, ἢ ἀδεμπτευόμενον, ἤγουν ἀφαιρούμενον, ἢ τρανσλατευόμενον, ἢ μεταφερόμενον ἀνυπόστατόν ἐστι. ¶ Pœnæ[d] nomine ληγατεύεσθαι δοκεῖ ὅπερ τιμωρίας χάριν καταλιμπάνεται τὸν κληρονόμον· ὅπως μᾶλλον ποιήσῃ τι, ἢ μὴ ποιήσῃ· ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τελευτῶντες, προσέταττον γίνεσθαι τινὰ παρὰ τῶν κληρονόμων, καὶ βίαν αὐτοῖς ὑπέγραφον τρόπον τινὰ, καθ' ὃν ἔδει αὐτοὺς πολιτεύεσθαι, εἶτα οἱ κληρονόμοι τῶν τοιούτων κατεφρόνουν βουλήσεων ἀζημίως, διὰ τοῦτο ἑωρακότες οἱ ἄνθρωποι καταφρονούμενα τὰ παρ' αὐτῶν προσταττόμενα, λοιπὸν ἐπενόησαν χρηματικὴν ποινὴν, δι' ἧς ἠνάγκαζετο

36 ¶ Pœnæ quoque nomine inutiliter antea legabatur, & adimebatur, vel transferebatur.

¶ Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis caussa relinquitur, quò magis aliquid faciat aut non fa-

faciat veluti si quis ita scripserit: *Heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit*: vel ex diuerso, *Si non collocauerit, dato decem aureos Seio*: aut si ita scripserit, *Heres meus si seruum Stichum alienauerit*: vel ex diuerso, *Si non alienauerit, Titio decem aureos dato*.

¶ Et in tantum hæc regula obseruabatur, vt quamplurimis principalibus constitutionibus significaretur, nec principem agnoscere, quod ei pœnæ nomine legatū sit: nec ex militis quidem testamento talia legata valebāt: quamuis aliæ militum voluntates in ordinādis testamentis valde obseruabantur: quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat: eo amplius nec heredem pœnæ nomine adiici posse, Sabi-

4 ¶ Et Neronis quidem temporibus Trebellio Maximo, & Anneo Seneca Cōſulib. Senatuſcōſultum factum eſt: quo cautum eſt, vt ſi hereditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes actiones, quæ iure ciuili heredi, & in heredē competerent, ei, & in eum daren tur, cui ex fideicōmiſſo reſtituta eſſet hereditas. Poſt quod Senatuſconſultum Prætor vtiles actiones ei, & in eum qui recepit hereditatem, quaſi heredi, & in heredem dare cœpit.

5 ¶ Sed quia heredes ſcripti, quum aut totā hereditatem, aut penè totam plerumq; reſtituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum vel minimū lucrum, rec ſabāt atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: Poſtea Veſpaſiani Auguſti temporibus Pegaſo & Puſione Conſulibus, Senatus cenſuit, vt ei, qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam

partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere cōceditur. Et in singulis quoq; rebus, quæ per fideicommissū relinquuntur, eadem retentio permissa est. ¶ Post quod Senatusconsultum ipse heres onera hereditaria sustinebat: ille auté, qui ex fideicōmisso recipiebat partem hereditatis, legatarij partiarij loco erat. i. eius legatarij cui pars bonorū legabatur: quæ species legati, partitio vocabatur, quia cū herede legatarius partiebatur hereditaté. Vnde quæ solebāt stipulationes inter heredem & partiariū legatarium interponi, eædem interponebantur inter eū, qui ex fideicommisso recepit hereditatem, & heredem: id est, vt lucrum & damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune esset.

ἐστὶν ὁ Φαλκίδιος· τὸ δὲ ἐν ἀμετρίᾳ φιδεϊκομμίσσων ἐστὶ τὸ Πηγασιανόν. ¶ Μετὰ δὲ τὸ Τρεβελλιανὸν δόγμα, ὁ κληρονόμος μόνος ὑπέκειτο τοῖς βάρεσι τῆς κληρονομίας, οὐ μὴν ὁ φιδεϊκομμισσάριος· ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἤρεσε τὸν φιδεϊκομμισσάριον τάξιν [a] ἐπέχειν ληγαταρίου παρτιαρίου· τουτέστιν ἥμισυ μερίζου [b] ἤγουν ἥμισυ μέρος λαμβάνοντος· τὸ γὰρ παλαιὸν ἦν πέμπτον γένος ληγάτου, ὃ ἐλέγετο παρτιτίων, [c] ἤτοι μερικὸν κατελιμπάνετο δὲ τὸν τρόπον· Titius mihi heres esto, & cum Seio hereditatem diuidito in dimidia portione· τουτέστι, Τίτιος ἔστω μου κληρονόμος, καὶ μεριζέσθω μετὰ Σηΐου τὴν κληρονομίαν κατὰ τὸ ἥμισυ μέρος· λοιπὸν οὖν ἐγίνοντο ἐπερωτήσεις [d] μεταξὺ αὐτῶν τοιαῦται, ὁ κληρονόμος ἐπηρώτα τὸν ληγατάριον οὕτως· Ὁμολογεῖς, ὦ ληγατάριε, ἐὰν ἐναχθεὶς καταβάλω κ νομίσματα, τούτων μοι διδόναι τὸ ἥμισυ; καὶ ἔλεγεν, Ὁμολογῶ· καὶ πάλιν ὁ ληγατάριος ἐπηρώτα τὸν κληρονόμον οὕτως, Ὁμολογεῖς ἐὰν λάβῃς παρὰ ἐρεδιταρίου δεβίτωρος κ νομίσματα, διδόναι μοι τὸ ἥμισυ, τουτέστι τὰ ι; καὶ ἔλεγεν, Ὁμολογῶ· καὶ ἐκαλεῖτο ἡ τοιαύτη ἐπερώτησις, partis [e] & pro parte· κατὰ μίμησιν οὖν τοῦ παρτιαρίου ληγαταρίου ἡ ἐπερώτησις προεχώρει μεταξὺ τοῦ κληρονόμου καὶ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου· καὶ ἐπηρώτα τὸν φιδεϊκομμισσάριον οὕτως, Ὁμολογεῖς ὦ φιδεϊκομμισσάριε, ἐὰν ἀπαιτηθῶ μ νομίσματα ὑπὸ κρεδίτωρος ἐρεδιταρίου, διδόναι μοι τὰ λ· καὶ ὁ κληρονόμος ἐπηρωτᾶτο ὑπὸ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου· Ὁμολογεῖς ὦ κληρονόμε, ἐὰν παρὰ ἐρεδιταρίου δεβίτωρος μ νομίσματα λάβῃς, διδόναι μοι τὰ λ; καὶ ἔλεγεν Ὁμολογῶ· καὶ τούτῳ τῷ

Falcidia, id in immensis fideicommissis est S. C. Pegasianum. ¶ Post hoc autem S.C. heres solus oneribus hereditariis subiiciebatur, nō autem fideicommissarius. Sed postea placuit, fideicōmissarium esse loco legatarij partiarij, id est eius legatarij, qui partē dimidiam acciperet. Nam erat olim quintum genus legati, & vocabatur Partitio. Relinquebatur autē in hunc modum, *Titius mihi heres esto, & hereditatem meam cum Seio in dimidia portione diuidito.* Ad extremum interponebantur inter eos tales stipulationes. Heres ita stipulabatur à legatario: *Spondes legatarie si conuentus viginti solidos soluero, eorum mihi dare dimidiū?* Et dicebat, *Spondeo.* Et rursum legatarius stipulabatur ab herede sic: *Spondes, si à debitore hereditario consequutus fueris viginti solidos, eorum mihi dare dimidium, hoc est, decem?* Et dicebat: *Spondeo.* Et vocabatur hæc stipulatio partis & pro parte. Ad similitudinem igitur legatarij partiarij, stipulatio intercedebat inter heredem & fideicommissarium. Et heres ita stipulabatur. *Spondes fideicommissarie, si creditor hereditarius quadraginta à me solidos exegerit, dare mihi triginta?* Et fideicōmissarius stipulabatur sic: *Spōdes heres, si à debitore hereditario quadraginta solidos cōsequutus fueris, dare mihi triginta?* Et dicebat, *Spondeo.* Et hoc modo

a *Fideicommissarius vicem legatarij quando sustineat, quando emptoris. v §. 4. eo.*

b ἡμισυμερίζου ληγατάριος. *partiarius legatarius.*

c *Partitio genus legati, de quo dixi ad l.* nomen filiarum 164. §. 1. ff. de verb. signif. Vl. 24. §. 25. & tit. 25. §. 15.

d *Stipulationes quæ intercesserint inter heredem & fideicommissarium legatarij vicem sustinentem.*

e *Stipulatio partis & pro parte inter heredem & fideicommissarium (cui ex Pegasiano hereditas restituitur) interponitur: vt heredi instituto pro quarta actiones, pro cætera fideicommissario competant. Paul. 4. sent. 3. §. Vlp. 15. §. 15.*

fideicōmissarius per vniuersitatem, vicem sustinebat legatarij. Et necesse erat, damnum & lucrum hereditarium inter heredem & fideicōmissarium commune esse pro rata. Vocabātur autem hæ stipulationes, Ex parte & pro parte.

a *Stipulationis partis & pro parte effectus.*

b *Alij partis & pro parte.*

6 ¶ Ergo, vt rē in pauca conferamus, si quidē dodrantē, id est, nouem vncias, aut minorem summam, heres rogatus sit fideicommissario restituere, & apud se ex voluntate defuncti quartam aut plus quarta habeat, tunc ex S.C. Trebelliano restituitur hereditas. Et in tres quidem partes fideicommissarius vtili actione vel conuenitur, vel experitur. In quartam verò heres directa actione experitur aut conuenitur. At si plus quam dodrātē, siue nouem vncias, veluti decem aut vndecim vncias, vel etiam totam hereditatem fideicōmissario restituere rogatus sit heres, neque quartam ex voluntate testatoris habeat, locus est Pegasiano S.C. & heres sua voluntate. (Cur autem dicam Sua voluntate, post discemus) semel adita hereditate, siue retinuerit quartam, siue retinere noluerit, ipse vniuersa onera hereditaria sustinet. Sed quarta quidem retenta inter eum & fideicommissarium stipulationes partis & pro parte interponebantur, ad similitudinem heredis & partiarij legatarij. Si verò totam hereditatem restituisset, cessabat S.C. Trebellianum, quoniam quartam hereditatis ex voluntate defuncti apud heredem esse nō videbat. Cessabat & Pegasianum,

c *Si aut non minus, aut si minus quarta parte heres restituere rogatus sit, pro qua parte conueniatur.*

d *Si plus quarta parte restituere heres rogatus sit, pro qua parte conueniatur.*

e *De stipulatione partis & pro parte supe rius dictū est.*

τρόπῳ λεγαταρίου ἐπεῖχε τάξιν ὁ καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσάριος· καὶ ἔδει [a] κοινὸν εἶναι μεταξὺ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου καὶ τοῦ κληρονόμου ἀναλόγως τὸ κέρδος, καὶ τὴν ζημίαν, καὶ ἐλέγοντο αἱ τοιαῦται ἐπερωτήσεις ex [b] parte & pro parte.

6 ¶ Ὥστε οὖν δεῖ συντόμως εἰπεῖν, εἰ μὲν θ' [c] οὐγκίας, ἢ καὶ ἐλάττονα ποσότητα ὁ κληρονόμος ἀξιοῦται ἀποκαταστῆσαι τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ, καὶ ἔχει παρ' ἑαυτῷ ἀπὸ γνώμης τοῦ τεστάτορος τὸ τέταρτον ἢ καὶ πλέον τοῦ τετάρτου, τότε ἀπὸ τοῦ Τρεβελλιανείου δόγματος γίνεται ἡ ἀποκατάστασις· καὶ εἰς μὲν τὰ γ' μέρη, ὁ φιδεϊκομμισσάριος ἐνάγει καὶ ἐνάγεται οὐτιλίως· εἰς δὲ τὸ τέταρτον μέρος ὁ κληρονόμος διρέκτως καὶ ἐνάγει καὶ ἐνάγεται, εἰ δὲ [d] πλέον τῶν θ' οὐγκιῶν, οἷον ι', ἢ ια', ἢ καὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν ὁ κληρονόμος ἠξιώθη ἀποκαταστῆσαι τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ, καὶ οὐκ εἶχεν ἀπὸ γνώμης τοῦ τεστάτορος τὸ δ', χώραν ἐδίδοτο τῷ Πηγασιανείῳ δόγματι· καὶ ὁ κληρονόμος ἅπαξ ἀδιτεύσας, οἰκείᾳ γνώμῃ (διὰ τί δὲ εἶπον οἰκείᾳ γνώμῃ, προϊόντες μαθησόμεθα) εἴτε παρεκράτησε τὸ δ', εἴτε οὐκ ἠβουλήθη παρακρατῆσαι, αὐτὸς ὁ κληρονόμος πάντα ὑφίσταται τὰ ἐρεδιτάρια βάρη· ἀλλ' εἰ μὲν παρεκράτησε τὸ δ', ἐγίνοντο μεταξὺ αὐτοῦ, καὶ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου, αἱ πάρτις [e] καὶ προπάρτε ἐπερωτήσεις κατὰ μίμησιν τοῦ κληρονόμου, καὶ τοῦ παρτιαρίου λεγαταρίου· εἰ δὲ πᾶσαν ἀποκατέστησε τὴν κληρονομίαν, ἤργει τὸ Τρεβελλιάνειον, ἐπειδὴ οὐκ ἑώρα τὸ δ' τῆς οὐσίας ἀπὸ γνώμης τοῦ τεστάτορος ὂν παρὰ τῷ κληρονόμῳ· ἤργει καὶ τὸ Πηγασιάνειον· οὐδὲ

6 ¶ Ergo si quidem non plus quàm dodrantē hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tunc ex Trebelliano Senatusconsulto restituebatur hereditas, & in vtrumque actiones hereditariæ pro parte rata dabantur: in heredem quidem iure ciuili: in eum verò qui recipiebat hereditatem ex Senatusconsulto Trebelliano tanquam in herede. At si plus, quàm dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus esset: locus erat Pegasiano Senatusconsulto: & heres, qui semel adierat hereditatem (si modò sua voluntate adierat) siue retinuerat quartā partem, siue retinere voluerat: ipse vniuersa onera hereditaria sustinebat.

Sed quarta quidem retenta, quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium & heredem: si verò totam hereditatē restitueret, emptæ & venditæ hereditatis stipulationes interponebantur. Sed si recusabat scriptus heres adire hereditatem, ob id, quòd diceret eam sibi suspectam esse, quasi damnosam, cauebatur Pegasiano Senatusconsulto, vt desideranti eo, cui restituere rogatus esset, iussu Prætoris adiret, & restitueret hereditatem: perindéque ei & in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darētur, ac iuris est ex Trebelliano Senatusconsulto, quo casu nullis stipulationibus est opus: quia simul & huic qui restituit, securitas datur: & actiones hereditariæ ei, & in eum trāsferūtur, qui recipit hereditatē: vtroque Senatusconsulto in hac specie concurrente. 7 ¶ Sed quia stipulationes ex S.C. Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerūt: & quibusdā casibus captiosas eas homo excelsi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas quàm difficultas placet: ideo omnib. nobis suggestis tā similitudinibus, quā differentiis vtriusque

γὰρ ἠβουλήθη παρακατασχεῖν καὶ διὰ τοῦτο, οὐδὲ ἐγίνοντο αἱ πάρτις καὶ προπάρτε ἐπερωτήσεις· λοιπὸν οὖν πάσης σχολαζούσης βοηθείας, ἐγίνοντο ἐπερωτήσεις, [a] αἱ ἔμπτε καὶ βενδίτε ἐρεδιτάτις. Ταῦτα μὲν ἡνίκα τις ἑκὼν προσέλθῃ τῇ κληρονομίᾳ· εἰ δέ τις παραιτεῖται τὸν κλῆρον, ὕποπτον εἶναι λέγων τὴν κληρονομίαν διὰ τὸ ἐπιζήμιον, περιέχεται τῷ Πηγασιανείῳ δόγματι· ὥστε προσιέναι τὸν φιδεικομμισσάριον τῷ πραίτωρι καὶ τὸν πραίτωρα κελεύειν τῷ κληρονόμῳ ἀδιτεῦσαι, καὶ τὴν πᾶσαν ἀποκαταστῆσαι τῷ φιδεικομμισσαρίῳ κληρονομίαν· καὶ εἰς ὁλόκληρον μεθίστανται αἱ ἀγωγαὶ ἀπὸ τοῦ κληρονόμου, ἐπὶ τὸν φιδεικομμισσάριον καὶ κατὰ τοῦ φιδεικομμισσαρίου, ὥσπερ εἰ ἀπὸ τοῦ Τρεβελλιανείου γέγονεν ἡ ἀποκατάστασις· καὶ ἐν τούτῳ τῷ θέματι, συνδρομὴ γίνεται τῶν δύο δογμάτων· καὶ τὸ μὲν Πηγασιανεῖον ἀναγκάζει τὸν σκρίπτον ἀδιτεύειν· τὸ δὲ Τρεβελλιανεῖον μεταφέρει τὰς ἀγωγάς, καὶ λοιπὸν οὐδεμία ἐπερώτησις χρειώδης ἐνταῦθα γίνεται. τῷ γὰρ ἀποκαταστήσαντι τὴν κληρονομίαν περιγίνεται τὸ ἀμέριμνον, οὐκέτι ἐναγομένῳ· καὶ τὸ ἀσφαλὲς τῷ φιδεικομμισσαρίῳ προσγίνεται, ἔχοντι πάσας τὰς ἀγωγάς.

7 ¶ Ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ ἐπερωτήσεις αἱ ἀπὸ τοῦ Πηγασιανείου ἐπινενοημέναι, καὶ τοῖς ἀρχαίοις ἀπήρεσκον, καὶ ἔν τισι θέμασιν ὁ ἄριστος [b] τῶν νομικῶν Παπινιανὸς, ἐπιζημίους [c] ταύτας ἐκάλει, τῷ δὲ θειοτάτῳ ἡμῶν βασιλεῖ ἐστὶν ἐν σπουδῇ, ἁπλούστερα [d] μᾶλλον ἤπερ δυσχερείας εἶναι πλήρη τὰ νόμιμα, ἀνενεχθεισῶν αὐτῷ ἁπασῶν ὁμοιώσεων καὶ δια-

quoniam heres quartam retinere nō voluerat quidem. Atque ideo neque stipulationes partis & pro parte locum habebant. Tandem igitur omni cessante auxilio, stipulationes emptæ & venditæ hereditatis interponebantur. Et hæc quidem cum quis sua sponte hereditatem adierit. Sed si scriptus heres hereditatē adire recuset, ob id quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cauetur S.C. Pegasiano, vt si fideicommissarius Prætorē adeat, & vt Prætor iubeat heredem adire hereditatem, ac totam fideicōmissario restituere. Et omnes actiones ab herede in vniuersum ad fideicommissarium & contra fideicommissarium transeunt, perinde atque si ex S.C. Trebelliano restitutio facta fuisset. Atque in hoc casu, cōcursus fit amborum S.C. Et Pegasianum quidem scriptum heredem adire cogit, Trebellianū verò trāsfert actiones. Deniq: nullis hîc stipulationibus opus est, quia simul & ei qui hereditatem restituit, securitas datur, cum nō conueniatur amplius, & qui hereditatem recipit, in tuto est: quum omnes ipse actiones habeat.

7 ¶ Sed quia stipulationes ex S.C. Pegasiano descendentes & ipsi antiquitati displicebant, ac quibusdam casibus excellentissimus Iurisconsultorū Papinianus eas captiosas vocat, & Imperatori nostro sanctissimo studium est, simplicia potius quā difficultatis plena iura facere: ideo omnibus similitudinibus & differentiis

a *Heres restituere totam hereditatem rogatus, si quartam retinere nolebat, ex Sc. Pegasiano eam restituebat, interpositis empta & vendita hereditatis stipulationibus, vt hic. Hodie ex Sc. Trebelliano: aut vi prætoris ex Sc. Pegasiano, nullis interpositis stipulationibus.* l. qui totam 45. ff. ad Sc. Trebellian. *adde* Paul. 4. sent. 3. §. 2.

b *Papinianus* ἄριστος τῶν νομικῶν.

c *Captiones legibus exosa.*

d *Simplicitas legibus amica.*

vtriusq; S.C. ad se relatis constituit, ac placuit explo so S. C. Pegasiano, quod postea superuenit, omnem auctoritatē Trebelliano S.C. præstare, vt ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur, siue ex voluntate testatoris quartā habeat heres, siue plus, siue minus, siue nihil penitus. Cùm enim scriptus heres aut totam hereditatē aut suprà dodrantem restituere rogatus fuerit, liceat ei vel quartam totam, vel quod quartæ deest, ex constitutione Imperatoris nostri retinere: aut quod soluerit repetere: actionib. pro rata inter heredē & fideicōmissarium ex S.C. Trebelliano diuidendis. Sin verò totam hereditatem sponte restituerit heres: omnes actiones fideicō missario & cōtra fideicō missarium dabūtur. ¶ Sed illud etiam quod præcipuè cautum erat S.C. Pegasiano, piissimus noster Imperator constitutione sua ad Trebellianū transposuit. Satis enim ex his quæ paulò antè diximus, nosti, heredem quando hereditatem, vt suspectā adire recusabat, cogi solitum ex Pegasiano S. C. vt adiret, & omnes actiones ad fideicōmissarium transisse. Hoc igitur iam ex solo S. C. Trebelliano fiat, & coactus heres adeat, & volenti fideicommissario hereditatem restituat, nullo damno aut commodo apud heredem remanente.

a Sc. Pegasianū explosum & in Trebellianum transfusum Nouel. 1. vt & actio rei vxoriæ in actionem ex stipulatu.

b Sc. Trebelliani authoritas.

c Fideicommissariæ hereditates restituuntur ex Sc. Trebelliano.

d Quarta Trebellianica retentio cui competat.

e Legendū est [illegible]. Potest enim qui ex Trebelliano restituit totam hereditatem, quartam condicere, vt hic. quod ei qui ex Pegasiano totam hereditatem restituerat non licebat. Paul. 4. sent. 3. §. vlt. Rationem differentiæ vide ibidem apud doctissimum interpretem.

f Heres institutus adire cogitur hereditatem eámque restituere.

φορῶν τῶν δογμάτων, ἤρεσεν ἐκβληθείσης [a] μὲν τὸ Πηγασιανείου τοῦ μεταγενεστέροις ἐπινοηθὲν χρόνοις, πᾶσαν δὲ τῷ Τρεβελλιανείῳ [b] δόγματι τὴν αὐθεντίαν παρασχεῖν, ὥστε ἐξ [c] αὐτοῦ τὰς φιδεϊκομμισσαρίας ἀποκαθίστασθαι κληρονομίας, εἴτε ἔχει τὸ τέταρτον ὁ κληρονόμος ἀπὸ γνώμης τοῦ διαθεμένου, εἴτε πλέον, εἴτε ἔλαττον, εἴτε οὐδὲν παντελῶς· ἡνίκα γὰρ πᾶσαν, ἢ ὑπὲρ τὸ ἐννεαούγκιον ἠξιώθη ἀποκαταστῆσαι τὴν κληρονομίαν ὁ σκρίπτος, ἐξέστω αὐτῷ [d] τὸ δ ὅλον, ἢ καὶ τὸ ἐλλεῖπον τοῦ δ, ἐκ διατάξεως τοῦ ἡμετέρου βασιλέως παρακατέχειν, ἢ καὶ καταβληθὲν ῥεπετευάτεύειν, [e] τῶν ἀγωγῶν ἀναλόγως ἐκ τοῦ Τρεβελλιανείου, μεταξὺ τοῦ κληρονόμου καὶ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου διαιρουμένων· εἰ δὲ πᾶσαν τὴν κληρονομίαν ἑκὼν ἀποκαταστήσει ὁ κληρονόμος, πᾶσαι αἱ ἀγωγαὶ τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ, καὶ κατὰ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου δοθήσονται. ¶ Κἀκεῖνο δὲ, ὅπερ ἐξαίρετον προσεῖχε τῷ Πηγασιανείῳ δόγματι, μετατίθησιν ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς διὰ τῆς οἰκείας διατάξεως ἐπὶ τὸ Τρεβελλιανεῖον· οἶδας γὰρ μαθὼν προβραχέως, ὅτι ἡνίκα παρῃτεῖτο ὡς ὕποπτον προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ ὁ κληρονόμος, ἠναγκάζετο [f] ὑπὸ τοῦ Πηγασιανείου δόγματος ἀδιτεῦσαι, καὶ πᾶσαι μετετίθεντο ἐπὶ τὸν φιδεϊκομμισσάριον αἱ ἀγωγαί· τοῦτο τοίνυν γινέσθω ἀπὸ μόνου τοῦ Τρεβελλιανείου δόγματος· καὶ ἄκων ὁ κληρονόμος ἀδιτευέτω, καὶ τὴν κληρονομίαν ἀποκαθιστάτω τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ βουλομένῳ, οὐδὲ μιᾶς ζημίας, ἢ κέρδους τινὸς παρὰ τῷ κληρονόμῳ μένοντος.

que Senatuscōsulti, placuit, exploso Senatusconsulto Pegasiano, quod postea superuenit, omnem authoritatē Trebelliano Senatuscōsulto præstare, vt ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur: siue habeat heres ex voluntate testatoris, quartam, siue plus, siue minus, siue nihil penitus, vt tūc, quando vel nihil, vel minus quarta apud eū remanet, liceat ei vel quartam vel quod deest ex nostra authoritate retinere, vel repetere solutum quasi ex Trebelliano S. C. pro rata portione actionib. tam in heredē, quàm in fideicommissarium competentibus. Si vero totā hereditatem sponte restituerit, omnes hereditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum competant. ¶ Sed etiam id quod præcipuū Pegasiani Senatuscōsulti fuerat, vt quando recusaret heres scriptus sibi datam hereditatē adire, necessitas ei imponeretur totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hoc transposuimus ad Senatusconsultum Trebellianum, vt ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si ipso nolente adire, fideicommissarius desideret restitui sibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente.

8 ¶ Nihil autem interest, vtrum aliquis ex asse heres institutus, aut totam hereditatẽ, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte institutus, aut totam eam partẽ, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.

9 ¶ Si quis vna aliqua re deducta, siue præcepta, quæ quartã continet (veluti fundo, vel alia re) rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano Senatusconsulto restitutio fiet, perinde ac si quarta parte retenta, rogatus esset reliquam hereditatemrestituere. ¶ Sed illud interest, quod altero casu, i. cùm deducta siue præcepta aliqua re, restituitur hereditas: in solidum ex eo Senatusconsulto actiones transferuntur: & res, quæ remanet apud heredem, sine vllo onere hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei acquisita: altero verò casu, i. cum quarta parte retenta, rogatus est heres restituere hereditatem, & restituit: scinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud heredem.

8 ¶ Ὅσα σοι εἴρηται περὶ τοῦ εἰς ὁλόκληρον γεγραμμένου κληρονόμου, τὰ αὐτά σοι εἰρήσθω καὶ ἡνίκα εἰς μέρος τι, οἷον εἰς ἑξαούγκιον γραφεὶς, ἠξιώθη ὅλον τὸ μέρος, ἢ τοῦ[a] μέρους μέρος ἀποκαταστῆσαι, ἤγουν τὸ τέταρτον· κἀνταῦθα γὰρ, τὰ αὐτὰ φυλάττεσθαι, ὁ θειότατος ἡμῶν ἐκέλευσε βασιλεὺς, ἅ τινα ἐπὶ πάσης κληρονομίας εἰρήκαμεν.

9 ¶ Τελευτῶν τις ἐνεστήσατό με κληρονόμον, εἶτα οὕτως εἶπεν, Ἀξιῶ σε ὑπεξελόντα τόνδε τὸν ἀγρὸν, ἢ ἕτερον πρᾶγμα, ἤτοι κατεξαίρετον λαβόντα (ὑπόθου δὲ τὸν ἀγρὸν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, τῆς πάσης περιουσίας τὸ δ) ἀποκαταστῆσαι τῷδε τὴν κληρονομίαν· καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ θεματισμοῦ, χώρα ἐστὶ τῷ Τρεβελλιανείῳ δόγματι· ὥσπερ εἰ εἶπεν, Ἀξιῶ σε τὸ δ τῆς κληρονομίας παρακατασχόντα, τὸ λοιπὸν ἀποκαταστῆσαι. ¶ Ἡ δὲ διαφορά [b] ἐστιν ἐν τούτῳ, ὅτι ἔνθα ἐν πράγματί ἐστι τὸ δ παρὰ τῷ κληρονόμῳ, εἰς ὁλόκληρον ἀπὸ τοῦ Τρεβελλιανείου αἱ ἀγωγαὶ ἐπὶ τὸν φιδεϊκομμισσάριον, καὶ κατὰ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου μετέρχονται· καὶ τὸ πρᾶγμα μένει παρὰ τῷ κληρονόμῳ, δίχα βάρους παντὸς, ὥσπερ ληγατευθὲν αὐτῷ. ἔνθα μέντοι ἐν δικαίῳ ἔχει τὸ δ· εἶπε γὰρ ὁ τεστάτωρ παρακρατήσας τὸ δ, ἀποκατάστησον τὴν κληρονομίαν, μερίζονται αἱ ἀγωγαὶ καὶ εἰς μὲν τὰ γ μέρη, πλαγιαστικῶς ἐνάγει, καὶ ἐνάγεται ὁ φιδεϊκομμισσάριος· εἰς δὲ τὸ δ ὁ κληρονόμος διρέκτως ἀπαιτεῖ καὶ μεθοδεύεται.

8 ¶ Quæcumque tibi dicta sunt, de herede, qui ex asse, id est, in solidum institutus est: eadem tibi dicta intellige, etiam cùm quis ex parte aliqua vt puta ex semisse heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatus est. Nam & hic eadẽ obseruari imperator noster sanctissimus iussit, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.

9 ¶ Aliquis moriens heredem me instituit, deinde ita dixit: *Rogo te, vt accepto, vel præcepto fundo illo, aut alia quauis re*, (finge autẽ fundũ hunc quartã hereditatis continere) *hereditatem meam illi restituas*. Et in hac specie S.C. Trebelliano locus est, perinde atque si dixisset: *Rogo te, vt quarta hereditatis retenta, reliquum restituas*. ¶ Sed in illo differentia est, quòd cum præcepta aliqua re, quarta apud heredem manet, in solidum ex S.C. Trebelliano actiones ad fideicommissarium & cõtra fideicõmissarium trãsferuntur: & res quæ apud heredem remanet, sine vllo onere remanet, quasi legato relicta. Cùm verò non in re aliqua, sed in iure habet heres quartam, dixit enim fortè testator: retenta quarta hereditatẽ meam restitue, scindũtur actiones, & pro dodrante, id est in tres partes, fideicommissarius vtili actione (quam & obliquam vocant aliqui) agit, & cum eo agitur: pro quadrante autem siue in quartam cum herede directa agitur, & ipse directa agit.

a *Heres ex asse institutus rogari potest partem tantum restituere: & è contra, ex parte heres totam restituere.*

b *Multum interest, damnetur heres quarta retenta restituere hereditatem: an vero hac vel illa re tantum deducta seu retenta. Priore casu actiones inter heredem & fideicommissarium transeunt.* v. l. si legatus 30. §. multum interest 3. ff. ad Sc. Trebellianum.

¶ Etiam si maximè heres scriptus, qui vna aliqua re præcepta siue deducta, hereditatem restituere rogatus est, in ea parte, quā deducet, maximam partē hereditatis habeat. Veluti, si fortè cùm tota hereditas esset quadringētorum solidorum, heres iussus est fundum retinere, qui ducentis quinquaginta solidis valeat. Nam & ità, in solidum actiones fideicōmissario & aduersus fideicommissariū competunt. Et necesse est hic, fideicommissario secum deliberare, num expediat sibi, [a] fideicommissum suscipere. ¶ Eadem dicimus, & si duabus, pluribúsve rebus aut certa aliqua quātitate deducta, heres hereditatem restituere rogatus sit. Nam & hic, si quarta aut etiam plus quarta, incertis illis rebus, certáve illa quantitate sit, ex Trebelliano SC. ad fideicommissarium actiones in solidum transeunt.

¶ Quæ de eo dicta sunt, qui ex asse, id est, in solidū heres institutus, & certa re certísve rebus deductis siue præceptis, alteri rogatus est hereditatem restituere: etiam tunc intelligamus, cùm quis ex parte hæres institutus, institutionem suam certa aliqua re vel rebus retentis, [b] rogatus est restituere. Nā & in hac specie, in solidum eius partis actiones ad fideicommissarium transibunt.

10 ¶ Porrò autem, non scriptum tantùm heredē, fideicommisso quod per vniuersitatē relinquitur, onerare possumus, sed etiam eū, qui ab intestato,

a *Ius deliberandi competit etiam fideicommissario.*

b vide l. 1. §. hoc autē senatusconsultum §. l. 6. §. 1. l. Lucius Titius 78. ff. ad SC. Trebellianum. l. 3. Cod. eod. *Vlpianus* 25. §. 4. l. 13. ff. de inofficioso. l. 114. §. 2. ff. de legat. 1. l. 89. §. Lucius ff. de legat. 2. l. 4. C. de codicillis § 1 in prin. infra de codicillis.

¶ Εἰ καὶ τὰ μάλιστα δὲ ὁ γραφεὶς κληρονόμος καὶ ἀξιωθεὶς, ἓν παρακρατήσας πρᾶγμα, ἤγουν ἐξαίρετον λαβὼν, ἀποκαταστῆσαι τὴν κληρονομίαν, ἐν τῷ παρακραταχθέντι πράγματι τὸ πλέον μέρος ἔχει τῆς κληρονομίας· τυχὸν γὰρ πάσης οὔσης κληρονομίας υ νομισμάτων, ὁ ἀγρὸς ὃν ὁ κληρονόμος ἐκελεύσθη παρακατέχειν, ἄξιός ἐστι σν νομισμάτων· καὶ οὕτως εἰς ὁλόκληρον αἱ ἀγωγαὶ ἐπὶ τὸν φιδεϊκομμισσάριον, καὶ κατὰ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου μετέρχονται, καὶ χρεία ἐνταῦθα τοῦ διασκέψασθαι [a] τὸν φιδεϊκομμισσάριον εἰ συμφέρει αὐτῷ καταδέξασθαι τὸ φιδεϊκόμμισσον. ¶ Τὸ αὐτὸ φαμὲν, εἰ καὶ ὁ κληρονόμος δύο, ἢ καὶ πλείονα πράγματα ἢ ποσότητα ῥητὴν ἐκελεύσθη παρακατέχειν, καὶ οὕτως ἀποκαταστῆσαι τὴν κληρονομίαν· κἀνταῦθα γὰρ εἴτε τὸ δ, ἢ καὶ πλέον τοῦ δ ἦν ἐν τοῖς ῥητοῖς πράγμασιν, ἢ τῇ ῥητῇ ποσότητι, ἐκ τοῦ Τρεβελλιανείου εἰς ὁλόκληρον ἐπὶ τὸν φιδεϊκομμισσάριον αἱ ἀγωγαὶ μετέρχονται. ¶ Τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ εἰς ὁλόκληρον γραφέντος καὶ ἀξιωθέντος ῥητὸν ἢ ῥητὰ πράγματα παρακρατῆσαι, καὶ τὴν κληρονομίαν ἑτέρῳ ἀποκαταστῆσαι, νοοῦμεν, καὶ ἡνίκα τις εἰς μέρος γραφεὶς κληρονόμος ἠξιώθη ὡρισμένον τι πρᾶγμα, ἢ πράγματα παρακρατήσας, τὴν οἰκείαν ἔνστασιν ἀποκαταστῆσαι· καὶ ἐπὶ τούτου γὰρ τοῦ θέματος, εἰς ὁλόκληρον αὐτοῦ τοῦ μέρους, ἐπὶ τὸν φιδεϊκομμισσάριον αἱ ἀγωγαὶ μετελεύσονται.

10 ¶ Οὐ μόνον δὲ τὸν γραπτὸν κληρονόμον δυνάμεθα βαρύνειν τῷ καθ' ὁλόκληρον φιδεϊκομμίσσῳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἐξ ἀδιαθέτου[b] διαδεξάμενον τὴν ἡμε-

¶ Quinetiam licèt vna re aliqua deducta, aut præcepta, restituere, aliquis hereditatē rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis contineatur: æquè in solidū transferuntur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui.

¶ Eadem scilicet interueniūt etsi duabus pluribúsve deductis præceptísve rebus, restituere hereditatem rogatus sit.

¶ Sed etsi certa summa deducta præceptáve quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatē restituere, idem iuris est.

¶ Quæ autē diximus de eo, qui ex asse institutus est, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte heres scriptus est.

10 ¶ Præterea intestatus quoque moriturus potest rogare eū, ad quē bona sua vel legitimo iure vel hono-

ratio pertinere intelligit: vt hereditatem suam totam, partémve eius aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam alicui restituat: cùm alioqui legata, nisi ex testamento, non valeant.

11 ¶ Eum quoque cui aliquid restituitur, potest rogare, vt id rursum alii aut totum aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat.

12 ¶ Et quia prima fideicommissorum cunabula à fide heredum pendent, & tã nomen quàm substantiam acceperunt: ideo diuus Augustus ad necessitatem iuris ea retraxit. Nuper & nos eundẽ principem superare contendentes, ex facto quod Tribonianus vir excellentissimus. Quæstor sacri palatii suggessit, constitutionẽ fecimus: per quam disposuimus, Si testator fidei heredis sui commisit, vt vel hereditatẽ, vel speciale fideicommissum restituat: & neq; ex scriptura, neque ex quinque testiũ numero

τέρων περιουσίαν, ἢ λεγιτίμῳ δικαίῳ, ἢ ἀπὸ τοῦ πραίτωρος· τυχὸν γὰρ κογνάτος ἦν· λέγοντες, Ὦ κληρονόμε λεγίτιμε, ἢ πραιτώριε διάδοχε, ἀξιῶ σε, πᾶσαν ἢ μέρος τῆς κληρονομίας, ἢ καὶ τόνδε τὸν ἀγρὸν, ἢ τοὺς οἰκέτας, ἢ νομίσματα τόσα τῷδε ἀποκαταστῆσαι· ὁπότε ληγάτα ἐν διαθήκῃ, οὐ μὴν ἐξ ἀδιαθέτου καταλιμπάνεσθαι δύναται· ὥστε οὖν ἐστιν αὕτη διαφορὰ [a] ληγάτων καὶ φιδεϊκομμίσσων, ὅτι τὰ μὲν ληγάτα ἐν διαθήκῃ μόνῃ καταλιμπάνονται, τὰ δὲ φιδεϊκόμμισσα καὶ ἐξ ἀδιαθέτου.

11 ¶ Δύναμαι δὲ γράψας κληρονόμον πρῖμον, ἀξιῶσαι αὐτὸν [b] ἀποκαταστῆσαι τὴν κληρονομίαν σεκούνδῳ, καὶ πάλιν σεκοῦνδον ἀξιῶσαι, ἵνα τερτίῳ πᾶσαν τὴν δοθεῖσαν κληρονομίαν αὐτῷ ἢ μέρος αὐτῆς ἀποκαταστήσῃ· ἢ ἵνα παράσχῃ καὶ τερτίῳ τόδε τὸ πρᾶγμα.

12 ¶ Ἐπειδὴ δὲ καθὰ εἴρηται ἐν ἀρχῇ τοῦ παρόντος τίτλου, τὰ προοίμια τῶν φιδεϊκομμίσσων τῆς πίστεως ἤρτηται τῶν κληρονόμων, κἀκεῖθεν καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐδέξαντο, καὶ ἐν προαιρέσει πάλαι ὄντα εἰς ἀνάγκην ἔννομον τῆς ἐκδόσεως ὁ θειότατος Αὔγουστος ἤγαγεν· ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου τὸν εἰρημένον θειότατον Αὔγουστον ὑπερβαλέσθαι σπουδάζων, φάκτου συμβάντος ὅπερ ἐπὶ τὰς θείας αὐτοῦ ἀκοὰς ὁ Τριβωνιανὸς ἀνήγαγε κυαίστωρ, διάταξιν [c] ἐξεφώνησεν, ἐν ᾗ διετύπωσεν, ἵνα ἐὰν καταλείψῃ τις ἄγραφον φιδεϊκόμμισσον παρὰ τοῦ οἰκείου κληρονόμου, ἢ καθολικὸν, ἢ ἰδικὸν, καὶ μηδὲ ἀπὸ γραμμάτων δείκνυσθαι τοῦτο δύναται, μηδὲ ἐκ καταθέσεως πέντε [d] μαρτύρων, ὧν ἡ παρουσία

legitimo iure aut honorario, ad successionem nostram venturus est, forte quòd cognatus fuerit, dicentes, *Rogo te, qui mihi aut iure legitimo heres es, aut iure prætorio bonorum possessor, vt hereditatem totam, aut partem eius, aut etiam fundũ illum, aut seruos, aut tot solidos illi restituas*, cum alioqui legata, ex testamento solùm, non etiam ab intestato relinqui possint. Sic igitur est hæc differentia inter legata & fideicommissa, quod legata solùm ex testamento relinquantur, fideicommissa etiam ab intestato.

11 ¶ Possum autem herede Primo instituto, ac rogato hereditatem Secundo restituere. Secundum quoque rogare, vt rursum totam hereditatem quam susceperit, vel partem eius Tertio restituat, aut etiã Tertio rem illam præstet.

12 ¶ Quoniã autem, sicut in initio huius tituli dictũ est, principia ac fundamẽta fideicommissorũ à fide heredis pendent, atque ex ea re & nomen & substantiam sumpserunt: ideo D. Augustus ea quæ olim in arbitrio sita erant, ad iustam præstandi necessitatem deduxit. At Imperator noster, haud ita lõgò ab hinc tempore, prædictum D. Augustum superare contendens, ex facti contingentia, quod ad sacras ipsius aures Tribonianus Quæstor retulit, cõstitutionem emisit, per quam disposuit, vt si quis sine scriptura fideicommissum ab herede suo reliquerit, aut vniuersale aut speciale: & neque id ex scriptura planum fieri possit, neq. ex quinque testium testimonio, quorũ

a *Legati & fideicommissi in eo differentia est quòd in codicillis testamento non confirmatis, directo nihil relinqui potest: fideicommissis vero potest.* Paul. 4. sent. 1. §. 10. *adde* 2. Gai. 7. §. 9. l. 43. ff. de fideicom. libertat. *vbi alias vide differentias legatorũ & fideicommissorum. Nec id mirũ, cum in fideicõmissis sola voluntas spectetur.* l. 127. ff. de legat. 1.

b *Fideicommissarius grauari potest vt hereditatem sibi ab herede restitutam alteri restituat* l. 1. §. de illo 8 l. 22. in f. ff. eod.

c l. vlt. C. de fideicommissis.

d *Fideicommissum coram quinque testibus relinqui potest.*

præsentia fideicommisso constituendo sufficit (nam aliquando minor numerus testium, aut omnino nullus testis adfuit.) tunc siue pater est, qui a filio herede fideicom. relinquit siue alius quispiam qualiscumque is sit: si heres animi perfidia, id quod fidei suæ creditum commissúmque est, recusat adimplere: negando, ac dicendo nullam rem ita esse subsequutam fideicommissario contra hæc renitente, liceat fideicommissario (cùm prius ipse de calumnia iurauit, id est, se non animo calumniandi iusiurandum deferre) cogere heredem, vt iuret nullum relictum esse fideicommissum Et si iusiurandum heres recusauerit, cogatur ad fideicommissi vel vniuersalis vel specialis solutionem: ne vltima testatoris depereat voluntas, qui rem totam fidei heredis concredidit. ¶ Sed & si à legatario aut fideicommissario hunc in modum fideicommissum relictum fuerit, ea obtinento. Et legatarius negans quicquã relictum esse: nihil relictum esse, iurato: aut recusans, fideicommissum soluito. ¶ Quod si is qui fideicommisso oneratus est confiteatur quidem fideicommissum à se relictum esse, sed ad iuris obseruationem confugiat, dicendo, quinque testes in relinquendo fideicommisso non interuenisse: frigida friuoláque erit caussificatio hæc, & ipse dubio procul fideicommissum soluere cogetur.

a Iureiurando calumniæ quid contineatur. ad d. l. 34. §. 4. de iureiurando.

πρὸς σύστασιν ἀρκεῖ φιδεϊκομμίσσου· ἐπειδὴ ὅτε γὰρ ἐλάττονες τῶν πέντε μαρτύρων παραγεγόνασιν, ἢ παντελῶς οὐδείς· τότε εἴτε πατήρ ἐστιν ὁ παρὰ τοῦ κληρονομοῦντος παιδὸς τὸ φιδεϊκόμμισσον καταλιμπάνων, εἴτε ἕτερος ὅστις δήποτε, ἐὰν ὁ κληρονόμος φαινόμενος ἄδικος, τὸ τῇ πίστει αὐτοῦ καταπιστευθὲν, πληρῶσαι παραιτεῖται, ἀρνούμενος καὶ λέγων, μηδὲν τοιοῦτον παρηκολουθηκέναι, τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου ἀντιλέγοντος πρὸς ταῦτα, ἐξεῖναι τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ πρότερον ὀμνύντι τὸν περὶ καλουμνίας ὅρκον, ὅτι [a] οὐ κατὰ συκοφαντίαν ἐπάγει τὸν ὅρκον, οὕτως ἀναγκάσαι τὸν κληρονόμον ὀμόσαι, ὡς οὐ κατελείφθη φιδεϊκόμμισσον· εἰ δὲ παραιτήσηται τὸν ὅρκον ὁ κληρονόμος, ἀναγκαζέσθω τὸ καθομάδα γοῦν, ἢ τὸ ἰδικὸν καταβάλλειν, ἵνα μὴ ἡ τελευταία τοῦ διαθεμένου βούλησις ἀνατραπῇ, ἀνδρὸς τὸ ὅλον τῷ κληρονόμῳ καταπιστεύσαντος. ¶ Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ληγαταρίου, ἢ φιδεϊκομμισσαρίου κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον φιδεϊκόμμισσον κατελείφθη, τὰ αὐτὰ κρατείτω· καὶ ἀρνούμενος ὁ ληγατάριος τὸ καταλειφθῆναί τι, ὀμνύτω μὴ καταλελεῖφθαι, ἢ παραιτούμενος, ἀπαιτείσθω τὸ φιδεϊκόμμισσον. ¶ Εἰ δὲ ὁ βαρηθεὶς τῷ φιδεϊκομμίσσῳ συνομολογεῖ μὲν τὸ καταλειφθῆναι παρ' αὐτοῦ φιδεϊκόμμισσον, ἐπὶ δὲ τὴν ἀκρίβειαν καταφεύγει τῶν νόμων λέγων, ὡς οὐ παρῆσαν πέντε μάρτυρες ἡνίκα τὸ φιδεϊκόμμισσον κατελιμπάνετο, ὡς ματαίας οὔσης τῆς τοιαύτης δικαιολογίας, καταβαλεῖν ἀμάχως ἀναγκασθήσεται τὸ φιδεϊκόμμισσον.

(qui in fideicõmissis legitimus esse noscitur) possit res manifestari: sed vel pauciores quàm quinque, vel nemo penitus testis interuenerit: tunc siue pater heredis, siue alius quicunque sit, qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliquid voluerit: si heres perfidia tentus adimplere fidẽ recusat, negando rem ita esse subsequutam: si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cum priùs ipse de calumnia iurauerit: necesse eum habere, vel iusiurandum subire, quòd nihil tale à testatore audiuerit: vel recusantem, ad fideicommissi, vel vniuersalis, vel specialis solutionem coarctari: ne depereat vltima voluntas testatoris, fidei heredis cõmissa. ¶ Eadem obseruari censuimus & si à legatario, vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. ¶ Quod si is, à quo relictũ dicitur, (postquã negauerit,) confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatem recurrat, omnino soluere cogendus est.

DE SINGVLIS REBVS PER fideicommissum relictis. TIT. XXIIII.

ΠΕΡΙ ΙΔΙΚΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ τῶν διὰ τῶν φιδεϊκομμίσσων καταλιμπανομένων. Τίτλος κδ.

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMMISSUM relictis. TIT. XXIIII.

¶ *Fideicommisso res etiam singulas relinquere possumus, vel ab herede vel à legatario præstandas. 1. Res inquam proprias, heredis, legatarii, fideicommissarii, cuiuslibet alterius (his tamen casibus nemo rogari potest, plus restituere, quàm testamento ceperit. Quin cum res aliena restitui ab hærede mandatur, heres eam redimere & præstare, aut æstimationem eius solvere tenetur.) 2. Libertatem quoque per fideicommissum relinquere possumus seruis propriis & alienis: quod vltimum cum accidit, heres manumittere rogatus, seruum emere cogitur aut tantisper exspectare dum eum possit, volente eius domino, postea manumittere. Porro qui ita manumittitur, heredis est libertus, non orcinus, id est defuncti. 3. Quibus verbis fideicommitti possit.*

Potest tamen quis etiam singulas res per fideicõmissum relinquere: veluti fũdum, argẽtum, hominem, vestẽ & pecuniam numeratam: & vel ipsum heredem rogare, vt alicui restituat, vel legatarium, quamuis à legatario legari nõ possit.

1 ¶ Potest autẽ non solùm proprias res testator per fideicõmissũ relinquere: sed & heredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cuiuslibet alterius. Itaque & legatarius, & fidei commissarius, nõ solùm de ea re rogari potest, vt eam alicui restituat, quę ei relicta sit: sed etiã de alia, siue ipsius, siue aliena sit.

ΟΥ[a] μόνον καθ' ὁμάδα φιδεϊκόμμισσα κατὰ τὰ ἤδη παρ' ἡμῶν εἰρημένα δυνάμεθα καταλιμπάνειν, ἀλλὰ γὰρ ἰδικά· οἷον ἀγρὸν, οἰκέτας, ἐσθῆτα, ἄργυρον, νούμμους, ἢ καὶ αὐτὸν τὸν κληρονόμον ἀξιῶσαι, ὥστε ἑτέρῳ τοῦτο ἀποκαταστῆσαι, ἤγουν καὶ ληγατάριον,[b] εἰ[c] καὶ τὰ μάλιστα ἀπὸ ληγαταρίου ληγᾶτον οὐ δυνατὸν καταλιμπάνεσθαι.

1 ¶ Καταλιμπανόμενα δὲ κατὰ φιδεϊκόμμισσον, οὐ μόνον τὰ ἡμέτερα πράγματα, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ κληρονόμου, καὶ τὰ ληγαταρίου, καὶ τοῦ φιδεϊκομμισσαρίου· οὐ μόνον δὲ παρακαλεῖσθαι δύναται τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἑτέρῳ ἀποκαταστῆσαι ὅπερ ἔτυχεν αὐτῷ καταλειφθὲν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕτερον, εἴτε αὐτοῦ ἐστιν, εἴτε καὶ ἀλλότριον· ἐὰν γὰρ ἀγρόν σοι καταλείψω, δύναμαί σε ἀξιοῦν, ἢ αὐτὸν τὸν ἀγρὸν, ἢ οἰκίαν, ἀντὶ τοῦ ἀγροῦ ἑτέρῳ δοῦναι, ἀδιαφόρου ὄντος πότερον σὴ, ἢ ἀλλοτρία ἐστὶν ἡ οἰκία.

Non solum per vniuersitatem, vt iam dictum est, fideicommissa relinqui possũt, sed etiam specialia & singulæ res: veluti, fundus, serui, vestis, argentum, nummi. Potest etiam ipse heres rogari, vt id alicui restituat, aut etiam legatarius, quamuis à legatario legatum relinqui non possit.

1 ¶ Relinquimus autem per fideicommissum non solùm res nostras, sed etiã heredis, & legatarii & fideicommissarii. Porrò nõ solùm rogari quis potest, vt eam rẽ, quæ ipsi relicta est alteri restituat, sed etiã aliam, siue ipsius est, siue aliena. Si enim fundum tibi relinquam, rogare te possum, vt hũc ipsum fundũ, aut domũ pro fũdo alteri restituas, nec interest, tua sit domus illa, an aliena.

a *Sic supra titu. proximo. Vlpianus* 24. § 15.

b l. 22. in f. ff. ad SC. Trebellianum.

c *In eo differt fideicõmissum à legato, quòd & à legatario legari potest*: l. 2. in f. Cod. commun. de legat.

¶ Dum tamen hoc scilicet obseruetur, ne quisquam plus alteri præstare rogetur, quam ipse percipit. Quod enim plus in fideicommisso est, inutile est. veluti, centum solidos tibi reliqui, & fideicommisso centum decem solidorum oneraui te: in eo, quod amplius est, non consistit fideicommissum. ¶ Porrò quum res aliena per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, & hanc restituere. Aut enim redemptam dat fideicommissario, aut si nō potest redimere, æstimationem eius præstat.

2 ¶ Enimuerò non pecuniaria tantùm fideicommissa relinquere possumus, sed etiam libertatem per fideicommissum dare permissum est. Possum enim heredem meum rogare, vt seruū illum meū manumittat: aut etiam legatarium vel fideicōmissarium. Nec interest, de meo seruo eos rogem, an de seruo heredis, legatarijve, an cuiuslibet alterius. Dicere enim possum: *Rogo te heres aut legatarie, vt hominem illum tuum, aut Meuij seruum manumittas.* Cogetur enim hunc redimere, & libertate donare. Quòd si dominus cùm nolit vendere (quoniam nec cogitur) ne quis extingui dixerit fideicommissariam libertatem, sed interim in pendenti est & differtur. Et si quādo fieri poterit, dabitur libertas. Nam si is qui rogatus est, quouis modo dominus eiuscemodi serui factus fuerit, manumittere eum cogitur. Et hęc quidem tunc

a dixi plenissimè ad l. 1. §. si is qui 17. ff. ad SC Trebellianum.

b v. quæ scripsi ad §. 4. sup. de legat.

c l. libertates 16. ff. de fidei commiss. libertatib. Vlp. 2 §. 7.

d l. 11. §. 1. ff. de fideicommiss. libertatib.

e hoc verbum precarium est quo vt & similibus, quæ vulgaria dicuntur d. l. 16. libertas per fideicommissum relinqui potest.

f ipsum dixit pro in suspenso esse.

¶ Τούτου δηλαδὴ παραφυλαττομένου, ἵνα[a] μή τις πλέον ἀξιωθῇ ἑτέρῳ παρασχεῖν, ὧν αὐτὸς κερδαίνει· τὸ γὰρ πλέον ἐν τῷ φιδεϊκομμίσσῳ, ἄχρηστόν ἐστιν· οἷον κατέλειψά σοι ρ νομίσματα, ἐβάρυνα δὲ σὲ φιδεϊκομμίσσῳ, ρι νομισμάτων· εἰς τὸ ὑπὲρ πλέον, ἀνυπόστατον τὸ φιδεϊκόμμισσον. ¶ Ἡνίκα δὲ ἀλλότριον[b] πρᾶγμα κατὰ φιδεϊκόμμισσον καταλιμπάνεται, ἐπάναγκές ἐστι τῷ ἀξιωθέντι τοῦτο ἀποκαταστῆσαι· ἢ γὰρ ἀγοράσας δίδωσι τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ, ἢ εἰ μὴ δύναται, τὴν διατίμησιν παρέχει.

2 ¶ Οὐ μόνον δὲ χρηματικὰ φιδεϊκόμμισσα δυνάμεθα καταλιμπάνειν, ἀλλὰ καὶ ἐλευθερίαν[c] κατὰ φιδεϊκόμμισσον διδόναι συγχωρούμεθα· δύναμαι γὰρ ἀξιῶσαι τὸν ἐμὸν κληρονόμον, τόν δέ μου τὸν οἰκέτην ἐλευθερῶσαι· ἤγουν τὸν ληγατάριον[d] ἢ φιδεϊκομμισσάριον· ἀδιάφορον δέ ἐστι, πότερον περὶ τοῦ ἐμοῦ οἰκέτου παρακαλῶ τούτους, ἢ περὶ ἰδικοῦ τοῦ κληρονόμου ἢ τοῦ ληγαταρίου, ἤγουν ἑτέρου τινός. δύναμαι γὰρ λέγειν, Ἀξιῶ[e] σε ὦ κληρονόμε ἤγουν ληγατάριε, τόνδε σου τὸν οἰκέτην, ἢ τὸν Μαΐου δοῦλον, ἐλευθερῶσαι· ἀναγκάζεται γὰρ τοῦτον ἀγοράσαι, καὶ ἐλευθερίᾳ τιμῆσαι· εἰ δὲ ὁ δεσπότης αὐτοῦ οὐ πιπράσκει· οὐδὲ γὰρ ἀναγκάζεται· μὴ λεγέτω τις, ἀποσβέννυσθαι τὴν φιδεϊκομμισσαρίαν ἐλευθερίαν δηλαδή, ἀλλὰ τέως μὲν ἠρεμεῖ[f] καὶ ὑπέρθεσιν ἔχει· καὶ εἴποτε δυνατὸν γένηται, ἐπιτεθήσεται ἐλευθερία· ἐὰν γὰρ ὁ ἀξιωθεὶς ὁπωσδήποτε γένηται δεσπότης τοῦ τοιούτου οἰκέτου, ἀναγκάζεται αὐτὸν ἐλευθερῶσαι· ταῦτα μὲν ἐν ᾧ

¶ Hoc solùm obseruandū est, ne plus, quisquā rogetur alicui restituere, quàm ipse ex testamēto ceperit. nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. ¶ Cùm aūt aliena res per fideicommissum relinquitur: necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsum redimere & præstare, aut æstimationem eius soluere.

2 ¶ Libertas quoque seruo per fideicōmissum dari potest, vt heres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicōmissarius. nec interest, vtrum de suo proprio seruo testator roget, an de eo qui ipsius heredis, aut legatarii, vel etiam extranei sit. Itaque & alienus seruus redimi & manumitti debet. Quòd si dominus eum nō vēdat: si modò nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatem perceperit, non statim extinguitur fideicōmissaria libertas, sed differtur, quod ad possit tempore procedente, vbicunque occasio serui redimendi fuerit præstari libertas.

¶ Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiam si testatoris seruus sit, sed eius, qui manumittit. At is, qui directò ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit: qui etiã Orcinus appellatur. ¶ Nec alius vllus directò ex testamento libertatẽ habere potest, quã qui vtroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentũ, & quo moreretur.

¶ Directa autẽ libertas tũc dari videtur, cùm non ab alio seruum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere vult.

3. ¶ Verba autem fideicommissorum hæc maximè in vsu habentur: *Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo*, quæ perinde singula firma sũt, atque si omnia in vnum congesta essent.

ὁ τοῦ οἰκέτου δεσπότης, οὐδὲν ἀπὸ γνώμης τοῦ τεστάτωρος ἔχει· εἰ γάρ τι κερδαίνει ἐκ τῆς τοῦ διαθεμένου βουλήσεως, ἀναγκάζεται πάντως ἐκποιεῖν τὸν οἰκέτην.

¶ Ἐὰν τῷ ἐμῷ οἰκέτῃ καταλείψω φιδεϊκομμισσαρίαν ἐλευθερίαν, ἐλευθερωθεὶς, ἐμὸς [a] ἀπελεύθερος οὐ γίνεται, ἀλλὰ τοῦ ἐλευθερώσαντος, τουτέστι τοῦ ἐπιθέντος τὸ φάκτον τῆς ἐλευθερίας· εἰ μέντοι διρέκταν ἐλευθερίαν κατέλιπον τῷ οἰκέτῃ μου· εἶπον γὰρ [b] Κελεύω Στῖχον ἐλεύθερον εἶναι, ἢ, Στῖχος ἐλεύθερος ἔστω, ἀπελεύθερος ἐμὸς ἔσται ὁ Στῖχος· κληθήσεται δὲ οὗτος παρὰ τοῖς νομικοῖς, Orcinus [c] libertus. τουτέστι χαρωνιανὸς [d] ἀπελεύθερος. ¶ Ἐκείνῳ δέ μου τῷ οἰκέτῃ μόνῳ [e] δύναμαι διρέκταν ἐλευθερίαν καταλιπεῖν, ὃς ἐν ἑκατέρῳ καιρῷ ὑπὸ τὴν ἐμὴν πέλει δεσποτείαν, ἐν τῇ ποιήσει τῆς διαθήκης, καὶ κατὰ τὴν ἐμὴν τελευτήν. ¶ Διρέκτως [f] δὲ ἐλευθερία τότε καταλιμπάνεσθαι δοκεῖ, ἡνίκα μὴ ἀξιοῖ ὁ διαθέμενος ἕτερον παρασχεῖν τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' αὐτὸς ὥσπερ ἐκ τῆς οἰκείας διαθήκης βούλεται αὐτῷ καταφέρεσθαι τὴν ἐλευθερίαν.

3 ¶ Ἔστι δὲ καὶ ῥήματα [g] πεποιημένα πρὸς φιδεϊκομμίσσου δόσιν, πολλὰ μὲν μάλιστα δὲ ταῦτα ἐν πολιτείᾳ καὶ ἐν χρήσει ἐστὶ, peto, rogo, volo, mãdo, fidei tuæ committo· τουτέστι ἀπαιτῶ, παρακαλῶ, βούλομαι, ἐντέλλομαι, πίστει σῇ βεβαιῶ· ἅπερ καὶ ἰδίᾳ λεγόμενα, καὶ ἅμα κατὰ ταυτὸ, τὴν αὐτὴν ἐπέχει δύναμιν.

procedunt, cùm serui dominus, nihil ex testatoris iudicio habet. Nã si quid ex defũcti voluntate percepit, omnino seruũ vendere cogitur. ¶ Si seruo meo fideicommissariam libertatem relinquã: manumissus libertus meus non fit, sed eius, qui manumiserit, hoc est, eius qui factum manumissionis addiderit. Quòd si directam libertatem seruo meo reliqui, veluti si dixi: *Stichum liberum esse iubeo*, aut, *Stichus liber esto*: libertus meus erit Stichus. Vocatur autem is apud Iurisconsultos Orcinus libertus. ¶ Illi autem tantùm seruo meo directam libertatem relinquere possum, qui vtroq. tempore meus fuerit, & quum testamentum facerem, & cum diem obirẽ. ¶ Tunc autẽ directò relinqui videtur libertas cùm neminem alium rogat testator libertatẽ præstare, sed ipse velut ex testamẽto suo libertatem ei vult deferri.

3 ¶ Sunt autem & verba quædã in vsum fideicommissorũ inuẽta. Ac multa quidem, sed hæc maximè in communi vsu hominũ versantur: *Peto, rogo, volo, mando. fidei tuæ committo.* Quæ & singula per sese dicta, & omnia simul in vnum congesta, parẽ vim obtinent.

a *Manumittatur qua directo, an per fideicommissum interest. Hic enim qui manumittit: ille testatorum est libertus.*
b *Libertas directo quemadmodum relinquatur.*
c *De Orcino Liberto. adde* §. 1. *in f. titu* 12. *lib* 9. *dixi ad Vlpianum* 2 §. 8.
d *Χαρωνιανὸς ἀπελεύθερος dixi ad* Vlp. d. loco.
e *Libertas directa cui relinqui possit.* adde l. 35. ff. de manumiss. testam.
f *Directa libertas quando relicta intelligatur.* adde l. 19. ff. de manumiss. test.
g *Verba fideicommissorum qua. His adde verbum deprecor, cupio, iniungo, desidero, impero.* Paul. 4. sent. 1. §. 6. iubeo. l. 38. §. pen. ff. de libe. lega. *Commendo, nõ est precarium.* Paul. d. loco. l. ex verbo. C. de fideic. libert. l. fidei commissa. §. si ita quis. ff. de lega. 3. *nisi probetur testatorem fideic. mittere eo verbo voluisse. Relinquo autem non est precarium.* Paul. d. loco *cui repugnare videtur.* l. Lucius. 78. §. filiam. ff. ad Trebel.

a 5. Harmenop. 7. & 36. Eclog. 1. περὶ κωδικίλλων.

DE CODICILLIS. Tit. XXV.

ΠΕΡΙ [a] ΤΩ͂Ν ΚΟΔΙΚΕΛΛΩΝ. Τίτλος κε.

DE CODICILLIS. Tit. XXV.

¶ *De quinto genere adquisitionis ciuilis, hoc est, de Codicillis (quartum, diximus esse Testamentum suprà titulo x. in quo heredes instituimus primo vel secundo gradu, leg. imus, fideicommittimus res vniuersas vel singulas) (Codicillorum vsum à L. Lentulo introductum, confirmatum ab Augusto, consilio Trebatij. 1. Codicillos fieri posse post testamentum, ab intestato, ante testamentum, sed & si testamento post non confirmentur specialiter. 2. Codicillis directo hereditatem neque dari neque adimi (fideicommissum tamen dari potest) neque conditionem heredi adijci, neque eidem substitui. 3. Codicillos plures fieri posse. In Codicillis solennitatem testamentorum non requiri: quinque testes in iis sufficere.*

Dicamus nunc de codicillis. ¶ Sunt autem codicilli, corum quæ in testaméto, testatoris voluntati desunt, supplementum. Videtur autem non ab re futurum, si de antiquitate & origine codicillorũ nonnihil disferamus. Ante Augusti tẽpora, codicillorum cõfectio in vsu non erat. Primus eos L. Lentulus inuẽnit, & in cõmunem vitam induxit. Hic enim Lentulus Romæ testamento facto, heredes filiã suam & Augustũ Cæsarẽ, & alios quosdã instituerat, ac scripserat in eo testaméto ita: *Si quos posthac codicillos fecero, firmi & vtiles sunto.* hoc est, futuros codicillos cõfirmauit. Deinde in Africã profectus, cùm dies extremus instaret, codicillos scripsit, in quib. rogabat Augustum, quem sibi ex parte heredem scripserat, vt faceret aliquid. Veluti, vt alicui domũ ædificaret, aut simile quidpiã. Reliquit autem & fideicõmissa ac legata quibusdã nominatim à filia sua. Lecto post mortem Lentuli testamento, & allatis codicillis, Augustus Cęsar ex persona sua, ea quę Lẽtulo placuerãt impleuit. Sed & cæteri deinceps coheredes, Augustũ sequuti fideicõmissa pręstiterunt. Filia quoque Lentuli ea, quæ nominatim ab ipsa

b *Codicillus quid. Idẽ omnino extat apud authorem Eclog. 36. tit. 1. c. 1. Harmenopul. 5. tit. 5. §. 3. κωδικὶς autem & κωδικίλλου differentiam, vide apud Harmenop. 5. ti. 5. §. 1.*

c *Codicillorum origo & antiquitas qua fuerit.*

d *Codicillos L. Lentulus primus Romæ fecit.*

e *Codicillis testamento confirmatis fideicõmissum relinqui potest. vt hic. Imò & non confirmatis, vti dixi ad §. 10. suprà de fideicom. hereditatib.*

f *Codicillis authoritas tributa ab Augusto.*

g *Codicillorum frequentia.*

Εἴπωμεν λοιπὸν περὶ κωδικέλλου. ¶ Κωδίκελλος [b] δέ ἐστιν, ἐλλιποῦς ἐν διαθήκῃ γνώμης τοῦ διατιθέντος ἀναπλήρωσις. ¶ Ἔστι δὲ οὐκ ἄτοπον περὶ τῆς ἀρχαιογονίας [c] τῶν κωδικέλλων διαλεχθῆναι· πρότερον, ἐπὶ τῶν αὐγούστου χρόνων, ἡ τῶν κωδικέλλων ποίησις, οὐκ ἦν ἐν χρήσει· πρῶτος δὲ λούκιος λεντοῦλος [d] τούτους ἐξεῦρε καὶ εἰς πολιτείαν ἤγαγεν· ὁ γὰρ λεντοῦλος ἐν ῥώμῃ διαθέμενος, ἔγραψε κληρονόμον τὴν ἰδίαν θυγατέρα, καὶ αὔγουστον τὸν βασιλέα, καὶ ἑτέρους· εἶπε δὲ ἐν τῇ διαθήκῃ οὕτως, Ἐάν τινα ποιήσω μετὰ ταῦτα κωδίκελλον, [e] ἰσχυρὸς ἔστω, τουτέστι ἐκομφιρμάτευσε τὸν ἐσόμενον κωδίκελλον, ἐκδημήσας ἐπὶ τὴν ἀφρικὴν, εἶτα μέλλων ἐκεῖ τελευτᾷν ἐποίησε κωδίκελλον, ἐν ᾧ κωδικέλλῳ ἠξίωσε τὸν αὔγουστον, μερικὸν ὄντα αὐτοῦ κληρονόμον ποιῆσαι τι· οἷον κατασκευάσαι τινὶ οἰκίαν, ἢ ποιῆσαι, ἢ καὶ ἕτερόν τι τοιούτου τρόπου· κατέλιπε δὲ καὶ φιδεϊκόμμισσα καὶ ληγάτα τισὶν ὀνομαστὶ ἀπὸ τῆς οἰκείας θυγατρός· τῆς διαθήκης δὲ μετὰ τὴν τοῦ λεντούλου τελευτὴν ἀναγνωσθείσης, προσενεχθέντος δὲ καὶ τοῦ κωδικέλλου, αὔγουστος ὁ βασιλεὺς, ἀπεπλήρωσε [f] ἐξ οἰκείου προσώπου τὰ βουληθέντα τῷ λεντούλῳ· καὶ οἱ λοιποὶ [g] δὲ συγκληρονόμοι, τὸν αὔγουστον μιμησάμενοι, παρέσχον τὰ φιδεϊκόμμισσα· καὶ ἡ λεντούλου δὲ θυγάτηρ τὰ παρ᾽ αὐτοῦ ὀνο-

Ante Augusti tẽpora constat codicillorũ ius in vsu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa (esse) cœperũt codicillos introduxit. Nam cùm decederet in Africã, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicõmissum, vt faceret aliquid. Et quum diuus Augustus voluntatem eius implesset, deinceps reliqui eius authoritatem sequuti, fideicommissa præstabãt: & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat, soluit.

Dici-

Dicitur autem Augustus conuocasse sapientes viros intérque eos Trebatium quoque, cuius tunc authoritas maxima erat,& quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonãs à iuris ratione codicillorum vsus esset, & Trebatiū suasisse Augusto, quod diceret, vtilissimum & necessarium hoc ciuibus esse propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: vbi si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Postque tempora, cùm & Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

1 ¶ Non tantùm autem testamento facto potest quis codicillos facere, sed & intestatus quis decedens fideicommittere codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum codicilli facti erant: Pa-

μασὶ καταλειφθέντα ληγᾶτα, προσώποις μὴ δυναμένοις λαμβάνειν κατέβαλε· καὶ τούτων οὕτω παρακολουθησάντων, λόγος τὸν θειότατον αὔγουστον συγκαλέσασθαι τοὺς τότε σοφοὺς, ἐν οἷς καὶ τρεβάτιον, [a] ὅστις κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐπὶ παιδεύσει νόμων τὴν αὐθεντίαν μεγίστην· ζητῆσαι δὲ παρόντων τῶν νομικῶν εἰ δεῖ τοῦτο δεχθῆναι τοῦ κωδικέλλου, καὶ εἰ τῶν νομικῶν οὐκ ἀφέστηκε λογισμῶν· ταῦτα τοίνυν ἐπερωτήσαντος αὐγούστου, λέγεται τὸν τρεβάτιον εἰπεῖν τῷ αὐγούστῳ, χρησιμώτατον, καὶ ἀναγκαῖον εἶναι τοῦτο τὸ τῶν κωδικέλλων ῥωμαίοις, διὰ τὰς μεγάλας καὶ μακρὰς ἀποδημίας, αἵ τινες συνεχεῖς ἦσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, διὰ τοὺς ἀνακύπτοντας πολέμους· ἵνα ἐάν τις διαθήκην μὴ δύνηται ποιῆσαι, ἀπορῶν τῶν εἰς τοῦτο ἐπιτηδείων κωδίκελλον ποιήσῃ, μετ' ἐκείνους οὖν τοὺς χρόνους ὁπότε καὶ Λαβεὼν ὁ νομικὸς κωδίκελλον ποιήσας, ἐτελεύτησε, οὐδενὶ γέγονεν ἀμφισβήτησις, νόμιμον ἔχειν σύστασιν τοὺς κωδικέλλους.

1 ¶ Οὐ μόνον δὲ διαθήκης γενομένης δύναταί τις κωδίκελλον γράφειν, ἀλλὰ καὶ ἀδιάθετος [b] τελευτῶν, ἐν αὐτῷ φιδεϊκόμμισσα συγκεχώρηται καταλεῖψαι. ¶ Εἰ [c] δέ τις κωδικέλλους ποιήσας, τῇ γραφῇ τούτων ἐπιζήσας διάθηται μετὰ ταῦτα, παπινιανὸς οὐ βούλεται τοὺς προγεγραμμένους ἐῤῥῶσθαι κωδικέλλους, εἰ [d] μὴ ἄρα ἰδικῶς ἐν τῇ διαθήκῃ ἐκομφιρμάτευσεν αὐτοὺς εἰπών, Τοὺς πρὸ τῆς διαθήκης μου γενομένους κωδικέλλους ἰσχύειν βούλομαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παπινιανός· σεβῆρος δὲ καὶ ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν οἱ θειότατοι, τὰ καταλειφθέντα φιδεϊκόμμισσα ἐν τοῖς κωδικέλλοις, τοῖς πρὸ τῆς διαθήκης γραφεῖσιν, ἀκωλύτως ἀπαιτεῖσθαι, καὶ [e] μὴ

relicta erãt legata his qui capere non poterãt exsoluit. His ita consequutis, fama est Diuum Augustũ conuocasse sapientissimos quosque eius temporis viros, inter quos & Trebatium, cuius tunc in legali disciplina maxima erat autoritas, ac quæsisse præsentibus his, an vsus codicillorum recipi posset, & an à iuris ratione non absonans esset. Hæc quum Augustus quęsisset, perhibent Trebatium Augusto dixisse, vtilissimum & necessarium esse Romanis codicillorum vsum propter magnas & longinquas peregrinationes, quę apud veteres ob exorientia vndique bella frequentes erant. Vt si quis testamentum facere non posset, his destitutus quæ ad eam rem requiruntur, codicillos facere posset. Post illa igitur tempora, cum & Labeo Iurisconsultus moriens codicillos fecisset, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

1 ¶ Non tantùm autem testamento facto potest quis codicillos scribere, sed etiam intestatus quis decedens fideicommissa in codicillis relinquere potest. ¶ Quòd si quiscùm à codicillis scriptis superuixisset, testamentum postea fecerit, codicillos antea scriptos negat Papinianus valere, nisi speciali ter in testamẽto eos cõfirmaret, dicendo: *Codicillos ante testamentum meum factos, valere volo.* Et hęc quidem Papinianus. Sed D. Seuerus & Antoninus rescripserũt, fideicommissa in codicillis ante testamentum scriptis relicta, nihil obstare quò minùs peti possint: quamuis non

a *Trebatius iuris ciuilis peritia commendatur.* l. 2. §. 45. ff. de origine iuris.

b *Codicillis fideicommittere possumus etiã non testati,* 36. Eclo. 1. c. 3. in princ. §. Harmenop. §. 5. 2. l. 8. l. 16 ff. de iure codicillorum.

c *Eclog.* d. l. vers. πρὸ τῆς διαθήκης. *Harmenop.* d. l. §. οἱ πρὸ τῆς διαθήκης. 7. l. ante tabulas §. ff. de iure codicillorum.

d §. Harmen. 8. §. 7.

e *Codicilli valent, etiamsi nõ specialiter confirmati sint testamento.*

a *In codicillis neque heres, neque exheres quis fieri potest.* 36. Eclo. 1. c. 10. 5. Harmenop. 5. §. 4 l. 2. in f. l. 6. l. 10. ff. de iure codicillorum. l. 27. in f. ff. de cond. institut.
b *Codicillorũ & testamentorum ius confundinõ debet.*
c *Codicillis directò hereditatem dare aut adimere: conditionem heredi instituto adiicere, vel substituere non possumus. per fideicommissũ possumus.* adde l. 27. in fi. ff. de conditionib. Insti. l. 2. C. de codicillis l. 2. l. 6. l. 10. ff. eod. 36. Eclog. 1. c. 10. & ibid. ex tit. 11. c. 71. l. 76. ff. ad Trebellianum. *Sed & in codicillis nomen heredis declarari potest.* Eclog. ibidem & tit. 9. c. 61. l. 77. ff. de heredib. instit.
d l. 6. §. 1. ff. eod. 36. Eclo. 1. c. 3. in f.
e adde l. 6. §. 1. ff. eod. *vbi dicitur, codicillos testatoris manu scribi & subsignari necesse non esse.*
f *Codicillis satis est quinque testes adhiberi, vt hic* adde 5. Harmenop. 5. §. 8. adde l. vlt. C. de codicil.

sequuta cõfirmatione nisi ostendatur testator ab his quæ in codicillis scripserat, recessisse.

2 ¶ Est autem generalis regula quæ dicit: Non possum codicillos faciens dicere, *Ille mihi sit heres*: aut scribere, *Filius meus exheres esto*, ne qua confusio inter testamentum & codicillos fiat, & iura eorum discerni nequeant. Hæc enim in testamentis fiunt. Sic igitur, vt dictum est, neque exhæredare, neque heredem instituere in codicillis possumus. Fideicommissariam verò hereditatem relinquere possumus. ¶ Porrò in tantum obtinet dicta regula, vt si Primum purè heredem instituero, non possim in codicillis condicionem ei inficere, & dicere, *Heres mihi esto, si nauis ex Asia venerit.* Nam si condicionem recipimus, eueniet vt condicione non existente, testator videatur per adiectionem condicionis, Primo hereditatem adimere. Præterea nec heredi directò in testamento instituto substituere in codicillis possumus, & dicere: *Si primus quem mihi heredem in testamento institui, heres mihi non erit, secundus mihi heres esto.*

3 ¶ Et vnos autem & plures licet codicillos facere. Sed & in scribendis codicillis, nullam in scriptura eorum ordinationis solemnitatem desideramus, sicut in testamento dicimus, institutionem præcedere solere. Ad hæc & illud sciendum est, quinque tantùm testes hic sufficere.

γινομένης κομφιρματζίωνος· εἰ μὴ ἄρα δείκνυται ὁ τεστάτωρ τῶν ἐν τῷ κωδικέλλῳ γεγραμμένων ἀναχωρήσας.

2 ¶ Ἔστι δὲ γενικὸς κανὼν ὁ λέγων, Nõ [a] possum codicillos faciens dicere, ille mihi sit heres. τουτέστιν, οὐ δύναμαι κωδικέλλον ποιῶν λέγειν, Ὁ δεῖνα ἔστω μου κληρονόμος. ἤγουν γράφειν, Ὁ υἱός μου ἔστω ἐξερεδάτος· ἵνα [b] μή τις σύγχυσις γένηται μεταξὺ διαθήκης καὶ κωδικέλλου, καὶ εἶεν σαν ἀδιάκριτοι· ταῦτα γὰρ ἐν διαθήκῃ γίνεται. ὥστε οὖν ὡς εἴρηται, οὔτε ἐξερεδατεύειν, οὔτε γράφειν κληρονόμον δυνατὸν ἐν κωδικέλλῳ· φιδεικομμισσαρίαν [c] δὲ κληρονομίαν δυνατὸν καταλιμπάνειν. ¶ Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ὁ κανὼν ὁ εἰρημένος ἰσχύει, ὅτι ἐὰν γράψω πρῖμον πούρως κληρονόμον, οὐ δύναμαι ἐν κωδικέλλῳ αἵρεσιν αὐτῷ προσθεῖναι καὶ λέγειν, Ἔστω μου κληρονόμος si nauis ex Asia venerit· ἐὰν γὰρ δεξώμεθα τὴν αἵρεσιν, ἀτονησάσης αὐτῆς, δοκεῖ ὁ τεστάτωρ, διὰ τῆς ἐν αὐτῷ διδομένης αἱρέσεως, ἀφαιρεῖν τοῦ πρίμου τὴν κληρονομίαν· ἀλλ᾽ οὐδὲ τῷ γραφέντι κληρονόμῳ ἐν τῇ διαθήκῃ διρέκτως, δυνατὸν ὑποκαθιστᾶν ἐν κωδικέλλῳ καὶ λέγειν· Ἐὰν ὁ πρῖμος, ὃν ἐν τῇ διαθήκῃ ἐνεστησάμην κληρονόμον, μὴ γένηται μου κληρονόμος, ἔστω μου σεκοῦνδος κληρονόμος.

3 ¶ Καὶ ἕνα καὶ πολλοὺς [d] δυνάμεθα ποιεῖν κωδικέλλους· γινομένων δὲ κωδικέλλων, οὐδεμίαν ἐπιζητοῦμεν τάξιν, [e] ἐπὶ τῇ τούτων γραφῇ· ὥσπερ ἐπὶ τῆς διαθήκης λέγομεν προηγεῖσθαι τὴν ἔνστασιν, καὶ ὅτι μόνοι [f] πέντε μάρτυρες ἀρκοῦσι.

pinianus ait, nõ aliter vires habere, quàm si speciali postea voluntate confirmentur. Sed diui Seuerus & Antoninus rescripserunt: ex iis codicillis, qui testamentũ præcedũt, posse fideicõmissum peti: si appareat eum qui testamentum fecit, à voluntate, quã in codicillis expresserat, non recessisse.

2 ¶ Codicillis autem hereditas neque dari neque adimi potest: ne confundatur ius testamentorum & codicillorum: & ideo nec exheredatio scribi. Directò autem hereditas codicillis neque dari neque adimi potest: nam per fideicõmissum hereditas codicillis iure relinquitur. ¶ Nec conditionem heredi instituto codicillis adiicere, neque substituere directò quis potest.

3 ¶ Codicillos autem etiã plures quis facere potest: & nullam solemnitatem ordinationis desiderant.



INSTITVTIONVM LIBER III.

DE HEREDITATIBUS quæ ab intestato deferuntur.

TIT. I.

ΤΗΣ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΖΙΩΝΟΣ βίβλος γ.

περὶ κληρονομιῶν τῶν ἐξ [a] ἀδιαθέτου προσφερομένων.

Τίτλος α.

INSTITVTIONVM Liber III.

DE HEREDITATIBUS quæ ab intestato deferuntur.

Titul. I.

¶ De sexto genere adquisitionis ciuilis: seu, de hereditatibus quæ nobis à lege ab intestato adquiruntur. Et qui intestati facto vel iure dicantur. 1 ¶ Intestatorum hereditates primùm ad suos pertinere. 2 ¶ Suos esse, qui in potestate morientis fuerint, siue naturales sint liberi, siue adoptiui, siue legitimati per curiæ oblationem aut matrimonium subsequens, siue posthumi. 3 siue ignorantes ac furiosi. 4 quibus annumerantur qui post mortem patris ab hostibus reuersi sui censeri incipiunt. 5 Suis contrarios esse, qui sui esse desinunt. In suis heredibus gradu proximiores, vlterioribus non præferri. Inter suos imparis gradus hereditatem in stirpes non in capita diuidi. 7. 8. vt quis suus dicatur, considerari vt suus sit ei qui testamentum non fecit, cuiúsve testamentum destitutum ac desertum. 9. 10. 11. 12. 13. 14 Liberi emancipati & adoptiui. 15 Descendentes ex filiabus quemadmodum parentibus succedant.



ΕΤΑ' τὴν ἔκθεσιν τῶν κατ' εἶδος κτήσεων ἀρξάμενοι περὶ τῶν καθομάδα διαλέγεσθαι, ἠρξάμεθα τῆς κληρονομίας, εἰπόντες ταύτην ἢ ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου εἰς ἡμᾶς καταφέρεσθαι· εἰπόντες οὖν τὰ ἐκ διαθήκης ὡς ἐν εἰσαγωγῇ ὡς οἷόν τε ἀνελλιπῶς διὰ τὴν ἀκολουθίαν, εἰπόντες καὶ περὶ ληγάτων, καὶ φιδεϊκομμίσσων, νῦν εἴπωμεν περὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομιῶν. χώραν δὲ ταύταις, ἡνίκα τις μὴ διαθέμενος τελευτήσῃ. ¶ Τελευτᾷ τις ἀδιάθετος, ἢ [b] φάκτῳ, ἢ νόμῳ. φάκτῳ [c] μὲν ἡνίκα τις παντελῶς μὴ ποιήσῃ διαθήκην. νόμῳ [d] δὲ, ἡνίκα τις ποιήσῃ διαθήκην, ἣν ὁ νόμος οὐ προσίεται. ἢ γὰρ non iure Ciuili facta, τουτέστι οὐ δικαίῳ πολιτικῷ γεγενημένη ἐστὶ, πα-

EXPOSITIS modis, per quos singulæ res adquiruntur, factóque deinde initio, vt de his quę per vniuersitatem adquirūtur, dissereremus, ab hæreditate cœpimus: dicentes eam nobis aut ex testamento, aut ab intestato deferri. Cū igitur de ea quæ ex testamento defertur, quā fieri potuit in Isagoge siue institutione accuratissimè plenissiméque dixerimus: dictumq́. etiam sit ob rerū continétiā consequētiámq. de legatis ac fideicommissis, dicamus nunc de hereditatibus quę ab intestato deferuntur. His autem tunc locus est, quando quis sine testamento decessit. ¶ Porrò vt quis intestatus decedat, aut facto fit, aut iure. Facto quidem, quando quis omnino nullum testamentum fecerit. Iure verò quando quis testamentum fecerit, quod ius non admittat. Aut enim non iure ciuili factum est, o-

¶ Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum nō fecit, aut non iure fecit: aut id quod fecerit, ruptum irritúmve factū

a *Adde* 4. Paul. sen. 8 de Intestatorū successione 4. Eclog 45. & Nouell. 118. 5. Harmenop. 8.

b *Intestatus qui vel facto, vel iure decedere dicitur.*

c *Intestatus facto dicitur qui nullū fecit testamentum.* adde l. 1. ff. de suis & legitimis hæredibus *Quid, qui testari non potuit? propriè non est intestatus, sed pro intestato* d. l. 1.

d *Intestatus iure dicitur qui aut non iure testatur, aut cuius testamentū ruptū irritúmve, aut ex cuius testamento nemo hæreditatem adit.* l. 1. ff. de suis & legitimis hæredibus.

missis his, quæ ad solennem testamẽti ordinationem spectant: aut quũ rectè ordinatum esset, ruptum est. (Nouisti autem quibus modis contingat, vt rũpatur, veluti posthumi) id est, filii qui post testamentum factum natus est (præteriti natiuitate & nouo suo herede in locum prioris succedẽte, & nouo suo herede post adscito) Aut irritũfactum est, quia fortè testator capitis deminutionem passus fuerit, in qua & mortuus sit. Aut cùm nihil horum sequutum esset, heres institutus hereditatem non adiit.

1 ¶ Cùm igitur intestatus aliquis secũdum modos iam dictos decessit, hereditas primùm ex lege duodecim Tabularum ad suos heredes pertinet.

1 ¶ Sui autem heredes existimantur (vt proximo libro dictum est qui in potestate morientis fuerint: veluti filius, filia, nepos, neptisve ex filio iam defuncto, pronepos proneptisve ex nepote (qui ex filio meo natus erat) ante mortem meam nati.

¶ Neque verò interest vtrùm naturales sint liberi, an adoptiui.

¶ His autem Suis connumerari & eos oportet, qui ex legitimis quidem matrimoniis nati nõ sunt, sed curiis tamen ciuitatũ secundùm ea quæ Principum constitutionibus cauentur, dati sunt. Decuriones enim facti suorũ heredum iura habebunt.

¶ His adde & eos, quos sanctissimi nostri Imperatoris amplexa est constitutio, per quam iussit, vt si quis mulierem in contubernio suo habuerit.

a Sic sup. §. 2 tit. de hæredum qualitate & differẽtia dixi ad l. 1 §. 1. & §. 5 ff. si tabulæ testamẽti nullæ extabunt.
b Dixi ad l. xij. tab. Titu. de hæredit. ab intest.
c Vlp. 26. §. 1 2. Gai. 8 §. 1.
d Libro 2. titulo de hæredũ qualitate & differentia. §. 2 adde 2. Gai. 8. §. 1. v. sui l. 1. ff. de suis. Sui qui dicantur.
e Summa hoc est naturales scilicet liberos dicimus eos demque adoptiuis opponimus 2. Gai. 6. vel naturales.
f §. vlt. sup. de nuptiis.
g Βουλευταὶ decuriones, curiales vnde paulò ante curiones, curiardo.
h l. ig. 1. C. de natural. lib. liberis 28 E. l. a. c. 5. in fi.

ἐκλειφθέντων τὴν ἀρχὴν, τὴν εἰς ἀχείβη συντεινόντων διατύπωσιν διαθήκης· ἢ τυπωθεῖσα ἰσχυρῶς γέγονε ῥυπτία, τουτέστι ῥηγνυμένη. οἶδας δὲ τὸ ῥῆπτον πόσοις συμβαίνει τρόποις. πρσούμου παραιτεῖται ὅ ἐκεῖ. ταυτέστι υἱοῦ γεννηθέντος μετὰ τὴν τῆς διαθήκης ποίησιν, καὶ καινῷ σουΐῳ ἐπαναβαίνοντι, ἢ καινῷ σουΐῳ ἐπιγνωομένῳ ἢ ἴρειτος, τουτέστιν ἄκυρος ἀποτελεσθῇ, δι᾽ ὧν ὑπέστη κάπιτις δεμινουτζίωνα ὁ πατὴρ ἐν ᾗ καὶ ἐτελεύτησεν. ἢ μηδενὸς τούτου παρακολουθήσαντος, ὁ γραφεὶς κληρονόμος οὐ προσῆλθε τῷ κλήρῳ.

1 ¶ Ἀδιαθέτου τινὸς τελευτήσαντος τινὸς κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους, ἡ κληρονομία κατὰ πρώτην[a] τάξιν ἀπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου[b] νόμου, εἰς[c] τοὺς σουΐους ἀνάγεται κληρονόμους.

2. ¶ Σουΐοι δὲ κληρονόμοι νομίζονται, καθὰ καὶ ἐν τῇ προλαβούσῃ[d] εἰρήκαμεν ἰνστιτούτζιωνι, οἱ ἐν ποτεστάτε ὄντες τοῦ τελευτήσαντος, οἷον υἱὸς, θυγάτηρ, ἔγγονος, ἐγγόνη, οἱ ἀπὸ τοῦ προτελευτήσαντος υἱοῦ. πρόεγγονος, προεγγόνη, οἱ πρὸ τῆς ἐμῆς τεχθέντες τελευτῆς ἐκ τοῦ ἐγγόνου, ὃν ὁ ἐμὸς ἐγέννησεν υἱός. ¶ Καὶ οὐ διαφέρομαι πότερον φυσικοὶ[e] παῖδές εἰσιν, ἢ θετοί. ¶ Τούτοις δὲ τοῖς σουΐοις συναριθμεῖσθαι ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ τεχθέντας μὲν ἀπὸ νομίμων γάμων, ἐπιδοθέντας δὲ κατὰ τὰς βασιλικὰς περιέχεται διατάξεσι βουλευτηρία[f] πόλεως. γινόμενοι γὰρ βουλευταὶ[g] τὰ τῶν σουΐων ἕξουσι δίκαια. ¶ Πρόσθες τούτοις καὶ οὓς ἡ τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως ἐπενόησε διάταξις,[h] κελεύουσα ἐάν τις ἐμίγη τινὶ γυναικὶ.

est: aut si ex eo nemo heres extiterit.

1 ¶ Intestatorũ autem hereditates ex lege duodecim Tabularum primum ad suos heredes pertinent.

2 ¶ Sui autem heredes existimãtur (vt suprà diximus) qui in potestate morientis fuerint: veluti filius filiáve, nepos neptísve ex filio, pronepos, proneptisve ex nepote ex filio nato prognatus prognatáve. ¶ Nec interest, vtrùm naturales sint liberi, an adoptiui. ¶ Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptiis, vel matrimoniis non sunt progeniti curiis tamen ciuitatũ dati, secundum Diualium constitutionũ, quæ super his positæ sunt, tenorem, heredum suorũ iura nanciscuntur. ¶ Nec non eos, quos nostræ amplexæ sunt constitutiones, per quas iussimus, vt si quis mulierem in suo contubernio copulauerit,

rit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit, postea verò affectione procedēte, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non solùm eos liberos, qui post dotē editi sunt, iustos, & in potestate patris esse: sed etiam anteriores, qui & iis, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis prę∫titerunt. Quod obtinere censuimus, & si non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti. ¶ Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve, suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse: siue morte id acciderit, siue alia ratione, veluti emancipatione. Nam si per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo, suus heres esse non potest. ¶ Idque & in cæteris deinceps liberorum personis dictum esse intelligimus. ¶ Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt. 3 ¶ Sui autem heredes fiunt etiam ignorantes,

οὐ γαμικῇ διαθέσει, ἣν ἐκ νόμων γαμετὴν ἔχειν οὐκ ἐκωλύετο. εἰ γὰρ τεχθεῖεν ἐκ ταύτης παῖδες, τῆς δὲ στοργῆς ἐντεῦθεν αὐξανομένης προικῷα πρὸς αὐτὴν συμβόλαια ποιήσεται, τοὺς τεχθέντας, ἢ τὰς τεχθείσας, οὐ μόνον μετὰ τὴν τῶν προικῴων γραφὴν, ἐννόμους καὶ ἰν ποτεστάτε γίνεσθαι τοῖς πατράσι, ἀλλὰ καὶ [a] τοὺς πρὸ τῶν προικῴων τεχθέντας. οἳ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα τεχθεῖσι παρέσχον τοῦ κτήσασθαι τὸ τιμιώτατον τῶν νομίμων παίδων ὄνομα. κρατεῖν δὲ τοῦτο ὁ θειότατος ἡμῶν ἐκέλευσε βασιλεὺς, ἐπὶ τοῖς γεννηθεῖσι πρὸ τῶν προικῴων, εἰ καὶ μηδένα μετὰ τὰ προικῷα τεχθῆναι συνέβη, ἢ καὶ τεχθέντες ἐτελεύτησαν. ¶ Ὁ δὲ ἔγγονος ἢ ἐγγόνη, καὶ ὁ προέγγονος ἢ προεγγόνη, συναριθμοῦνται, τοῖς σουίοις κληρονόμοις τηνικαῦτα, ἡνίκα [b] τὸ προσλαμβανόν αὐτοὺς πρόσωπον ἐπαύσατο εἶναι ἰν ποτεστάτε τοῦ οἰκείου γονέως, τελευτῇ τυχὸν, ἢ ἄλλῳ τρόπῳ, οἷον ἐμαγκιπατίωνι [c]. εἰ [d] γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν ᾧ τις τελευτᾷ τὸν υἱὸν ὑπεξούσιον ἔχει, ὁ ἐξ αὐτοῦ ἔγγονος, εἶναι σουῦος οὐ συγχωρεῖται. ¶ Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν παίδων. ἐν ᾧ γὰρ ὑπεξούσιον ἔχω τὸν υἱόν μου, ἢ τούτου τελευτήσαντος τὸν ἔγγονον τὸν ἐξ αὐτοῦ, ὁ προέγγονος οὐ δύναται σουῦος εἶναι. ¶ Καὶ ἐν τοῖς ποστούμοις [e] ἔστιν εὑρεῖν τὸ σουῦον, ἀλλ' ἐν ἐκείνοις οἵ τινες εἰ ζῶντος ἐτέχθησαν τοῦ πατρὸς, ἤμελλον εἶναι ἰν ποτεστάτε.

3 ¶ Οἱ δὲ σουῦοι κληρονόμοι, καὶ

non ab initio animo maritali, eam tamen quā iure habere vxorem non prohibebatur, & ex ea liberi nati sint, atque hinc affectione crescente, dotalia cum ea instrumenta fecerit: filij filięve non tantum qui post dotalis instrumenti cōscriptionem nati natæve fuerint, iusti liberi fiant, & in potestate patris sint, sed etiam qui antè, cùm hi & his qui postea nati natæque sunt, occasionem pretiosissimum liberorum nomen adquirendi præstiterint. Quod tamen etiam obtinere voluit sanctissimus Princeps, in his qui ante dotalia instrumenta nati sunt, quamvis nulli post dotalia instrumenta nati fuerint, vel etiam ab hac luce fuerint subtracti.

¶ Nepos autem neptisque, item pronepos & proneptis, tunc demum suorū heredum numero habentur, cùm precedens persona in potestate parentis sui esse desiit: morte fortassis, aut alio modo, veluti emancipatione. Nam si per id tempus quo quis moritur, filium in potestate habeat, non est permissum vt nepos ex eo, suus ei heres fit.

¶ Idémque est & in ceteris liberis. Nam si filiū in potestate habeam, aut hoc mortuo nepotem ex eo natum: pronepos, suus mihi esse heres nō potest.

¶ In postumis quoque ius suorum heredum est, sed in his demum qui si viuo parente nati fuissent in potestate eius erant futuri.

3 ¶ Porrò sui heredes, &

a *Legitimatio plerumque retrotrahitur ad anteriores liberos vt hîc. adde l. 53. ff. de ritu.*

b v. l. 5. in pr. ff. si tabul. test.

c v. sup. quib. mod. ius pat. potest. 1. Gai § 3. 1. versic. sed ita.

d Adde §. 7. in fi. inf. eo.

e l. 3. §. vel-que. 9. ff. de suis. 1. Gai. 8. §. 1.

ignorantes fiunt siue existūt heredes. Itaque & furiosi nihilominus heredes fiunt. Id enim sciendū est pro vniuersali regula: ex quibus causis ignorantibus nobis aliquid adquiritur, ex his causis & furiosos adquirere, quoniā hi ignorātibus similes sunt. ¶ Et statim à morte parētis quasi cōtinuatur dominium: hoc est, nō dicimus, quòd patre mortuo patrimonium eius in dominio defuncti esse desiit, & nūc interiecto tempore, in bonis liberorum esse incipit: sed sine intermissione, nullàque re in medio sequuta, dominia rerum cōiunctim sine temporis interuallo in bonis liberorum esse comprehenduntur. ¶ Vnde neque patre defuncto, si quis liberorū impubes est, auctoritate tutoris opus est ad adquisitionē paternæ hereditatis, propterea quòd his ignorantibus, vt suis heredibus hereditas adquiratur. Sed neque pubes, qui aut minor annis est, aut furiosus, hac in re curatoris auctoritate indiget. Quamuis in extranea adeunda hereditate, neque ille sine tutoris auctoritate, neque hi sine curatoris consensu quicquam facere possint.

4 ¶ Casus interdum inuenias, vbi quis mortis tēpore in potestate parentis non sit, suus ei tamen heres fiat: veluti: Filius meus ab hostibus captus est, post mortis meæ tēpus rediit. Ius postliminij suū eum heredem efficit, quāuis quum morerer ego, in potestate eum non habuerim.

a l. 63. ff. de adquir. hæred.

b l. 24. ff. de oblig. & act.

c *Furiosi & ignorantis similitudo.*

d v. l. 11. ff. de liberis & posthumis. l. 8. C. de iure deliberandi.

e *ἀδιακόπως, συναπτῶς, οὐδενὸς μέσου παρακολουθοῦντος, pro eo quod Gaius in l. penult. ff. de suis. statim ipsoque iure heredes existere sine aditione.*

f l. 18 C. de iure deliberandi.

g *Hæres suus patri interdū fit, qui testamenti tempore ei suus hæres non fuit.* Paul. 4. sent. 8 §. 5.

h v. l. 9. l. 14. Co. de captiuis & postliminio reuersis. *eóque sensu, lege Cornelia hæreditates firmari dicuntur.* Paul. 3. sent. 4. §. 5. in f.

ἀγνοοῦντες γίνονται κληρονόμοι, ἤτοι ἀναφαίρονται. ἀμέλει καὶ μεμηνότες [a] οὐδὲν ἧττον κληρονόμοι γίνονται. κανόνα γὰρ ἴσθι καθολικὸν· ἐξ [b] ὧν αἰτιῶν ἀγνοοῦσιν ἡμῖν προσπορίζεταί τι, ἐκ τούτων τῶν αἰτιῶν, καὶ μαινομένοις κτῶνται. ἐοίκασι [c] γὰρ τοῖς ἀγνοοῦσι. ¶ Καὶ ἅμα τῇ τελευτῇ τοῦ πατρὸς, ὥσπερ κοντινουατεύεται [d] ἡ δεσποτεία. τουτέστιν οὐ λέγομεν ὅτι τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς τὰ πράγματα ἐπαύσαντο εἶναι ὑπὸ τὴν τοῦ τελευτήσαντος δεσποτείαν, εἶτα μετὰ χρόνον τινὰ ὑποβάλλεται τῇ τοῦ παιδὸς ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ ἀδιακόπως [e] καὶ οὐδενὸς μέσου παρακολουθοῦντος ἡ δεσποτεία συναπτῶς οὐδενὸς διαλείποντος χρόνου ὑπὸ τὴν τοῦ παιδὸς ἐξουσίαν εὑρίσκεται.

¶ Ὅθεν οὐδὲ τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς, εἰ ὁ παῖς ἄνηβος εἴη, πρὸς κτῆσιν τοῦ πατρῴου κλήρου δεῖται τῆς τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντίας. διὰ τὸ καὶ ἀγνοοῦσι αὐτοῖς οἷα σουΐοις κληρονόμοις μεταφέρεσθαι τὴν κληρονομίαν. ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἔφηβος μὲν, ἀφῆλιξ δὲ ἢ ὁ μεμηνὼς δεῖται πρὸς τοῦτο τῆς τοῦ κουράτορος συναινέσεως. καίτοι κληρονομίαν ξένην [f] ἀδιτεύειν, ὁ μὲν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπιτρόπου, ὁ δὲ δίχα τῆς τοῦ κουράτορος συναινέσεως οὐ δύναται.

4 ¶ Ἔστιν εὑρεῖν θέμα, ἔνθα τις κατὰ μὲν τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς οὐκ ἔστιν ἰν ποτεστάτε τοῦ πατρός. γίνεται [g] δὲ ὅμως αὐτῷ σουΐος κληρονόμος. οἷον ὁ ἐμὸς υἱὸς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐλήφθη, μετὰ χρόνον τῆς ἐμῆς τελευτῆς ὑπέστρεψε. τὸ δίκαιον [h] τοῦ ποστλιμινίου, σουΐον αὐτὸν ἀποτελεῖ κληρονόμον· καίτοι ὑπεξούσιον οὐκ ὄντα μου κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς.

& licèt furiosi sint, heredes possunt existere: quia quibus ex causis, ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest. ¶ Et statim à morte parentis quasi cōtinuatur dominium.

¶ Et ideo nec tur authoritate opus est pupillis, cùm etiam ignorātibus acquiratur suis heredibus hereditas: nec curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso iure.

4 ¶ Interdum autem, licet in potestate parentis, mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: veluti si ab hostibus quis reuersus fuerit post mortem patris sui: ius enim postliminij hoc facit.

5 ¶ Per contrarium autem hoc euenit, vt licèt quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit. suum enim heredem habere non potest, cùm fiscus ei succedat, sed potest dici ipso quidē iure suum heredem esse, sed desinere.

5 ¶ Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου συμβαίνει εἶναι μέν τινα ἐν τῇ ἐμῇ φαμιλίᾳ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐμῆς τελευτῆς, σούϊον δὲ μὴ γίνεσθαι κληρονόμον. οἷον ἐτελεύτησε πρῖμος ὑπεξούσιον ἔχων υἱόν. μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἀπετέθη κατηγορία κατὰ τοῦ τελευτῶντος, ἐπάγουσα τὸ τῆς τυραννίδος [a] ἔγκλημα (τῇ γὰρ τελευτῇ [b] τῶν ἐγκλημάτων ἀποσβεννυμένων, τοῦτο καὶ κατὰ τῶν τελευτώντων κινεῖται) ἀπεδείχθη τύραννος ὁ πρῖμος, ψῆφος ἐξηνέχθη τοῦτο μηνύουσα· ὁ φίσκος τὴν τούτου διαδέχεται περιουσίαν, καὶ συμβαίνει τὸν ὑπεξούσιον αὐτοῦ κληρονόμον μὴ γίνεσθαι. ἀλλ' ἐάν τις τὸ ἀκριβὲς ἐξετάσῃ, αὐτῇ μὲν τῇ ἀκριβείᾳ καὶ τῷ νόμῳ γίνεται κληρονόμος, παύεται δὲ κληρονόμος εἶναι, τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μνήμης καταδικασθείσης. Ἰδοὺ [c] τοίνυν θέμα ἐν ᾧ τὸ ἀσώματον τῆς κληρονομίας ὄνομα ἐμπαγὲν τινὶ ἀφίσταται ἀπ' αὐτοῦ.

5 ¶ Et interim per contrarium contingit, vt aliquis mortis meæ tempore in familia mea sit, & tamē suus heres non fiat: veluti, Mortuus est Primus in potestate habens filium: post mortem verò mota est aduersus defunctum accusatio perduellionis: (Nam quamuis cætera crimina morte reorum extinguantur, hoc tamen etiam aduersus mortuos exercetur.) Cōdemnatus est Primus perduellionis, & sententia de ea re lata est: Fiscus bona huius occupat: Et contingit vt qui in potestate eius fuit, heres non fiat. Verum tamen si quis rem exactè perpēdat, posset dicere: ipso quidem iure heredem eum fieri, sed condemnata patris memoria heredem non esse desinere. En tibi igitur casum, vbi heredis nomen semel alicui partum, ab eo recedat.

a Morte crimē extinguitur, at non maiestatis. v. l. 5. C. ad l. Iul. maiest. l. vlt. ff. ad l. Iul. maiest.
b Τυραννίδος ἔγκλημα perduellionis crimen hinc ἐπὶ τυραννίδι ἐγκλήσεις Eclo. 36. ex tit. 52. c. 15. reus perduellionis. Dicitur & hoc crimen d. tit. 36. καθοσιώσεως maiestatis vt & lex maiestatis περὶ τῶν ἐπιβούλων νόμος.
c Heres interdum heres esse desinit.

6 ¶ Cùm filius filiáve, & ex altero filio nepos neptísve exitūt, pariter ad hereditatem aui vocantur: nec qui gradu proximior est, vlteriorē excludit. Æquum enim esse videtur, nepotes neptésque in patris sui locum succedere.

6 ¶ Τίτιος ἔχων υἱὸν ὑπεξούσιον, ἤγουν θυγατέρα, καὶ ἀπὸ υἱοῦ προτελευτήσαντος ἔγγονον ἢ ἐγγόνην, ἐτελεύτησεν ἀδιάθετος· ἥξουσιν ἐπὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ, ἅμα [d] ὁ υἱὸς, ἤγουν ἡ θυγάτηρ, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ προτελευτήσαντος υἱοῦ ἔγγονος, ἤγουν ἐγγόνη, καὶ οὐδὲ ὁ ἐγγύτερος ὢν τῷ βαθμῷ, τουτέστιν ὁ υἱὸς ἀποκλείει τὸν ἐπέκεινα, ἤγουν τὸν ἔγγονον. δίκαιον γὰρ ἔδοξεν εἶναι, ὥστε τοὺς ἐγγόνους καὶ τὰς ἐγγόνας εἰς τὴν τοῦ οἰκείου πατρὸς ὑπεισιέναι τάξιν.

6 ¶ Titius habēs filium in potestate aut filiam, & ex filio iam antè defuncto nepotem aut neptem, intestato mortuus est. Ad hereditatem eius venient simul & filius filiáve, & ex filio iam antè mortuo nepos neptísve. Neque is, qui gradu proximior est (filius scilicet) vlteriorem (id est, nopotem) excludit. Iustum enim esse visum est, vt nepotes & neptes in locum patris sui succedant.

d Nepos auo succedit vna cūpatruo suo adde l. 2. 3 C. eod. 2. §. 1. 8. §. 3. Vlp. 26. §. 2. Nouell. 118. c. 1. 5. Harmenop. 8. §. 9.

¶ Pari ratione, & si nepos neptísve sit ex filio, & ex nepote pronepos pro-

¶ Τῷ αὐτῷ λόγῳ εἰ καί τις τελευτήσει, ἔγγονον, ἢ ἐγγόνην ἀπὸ πρίμου τοῦ προτελευτήσαντος υἱοῦ καταλιπὼν, καὶ ἀπὸ ἐγγόνου καὶ αὐτοῦ τελευτήσαντος προέγγονον,

¶ Eadem ratione & si quis moriens ex Primo filio iam antè mortuo nepotem aut neptem relinquat, & pronepotem vel proneptem ex nepote iam quoque antè mortuo:

nepos qui ex Primo natus est, & pronepos qui ex nepote, pariter hæredes fiũt. Quemadmodũ enim nepotes in locum filiorum, sic & pronepotes in locũ maiorũ suorũ succedunt. ¶ Quibus rebus cõsequẽs est dicere, nõ in capita, sed in stirpes hereditatem diuidi. Sic igitur filius dimidiam hereditatis habebit. & nepotes qui ex filio antè mortuo nati sunt, siue duo sint siue plures. alterã dimidiã accipient. Quando enim pater horum, si viueret, dimidiam tantum haberet, atque hi in locũ eius succedunt, non immeritò vt semis dandus fuisset patri viuenti, ita & ipsis dabitur. ¶ Sed & si quis defunctus fuerit, nullo quidem filio relicto, sed qui ex duobus filiis iam antea extinctis nepotes habeat: ex vno, vnũ aut duos: ex altero, tres aut quatuor: vnus ille aut duo illi, dimidiam partem: tres verò hi siue quatuor, alteram dimidiam accipiunt.

7 ¶ Cùm autem quærimus, an quis suus hæres possit existere defuncto: tunc exigimus ius sui heredis apud eum esse, quũ apparet defunctum esse intestatum. ¶ Id verò non solùm contingit, cùm nullum omnino factum est testamentum: sed etiam cùm factum quidem est, sed nemo ex eo heres extitit. Quapropter, si quis quum filium in potestate haberet, & ex eo nepotem: exheredato filio, heredẽ extraneũ instituit: post mortẽ deinde testatoris intra deliberationẽ extranei, filius mortuus est: ac postea extraneus vel hereditatẽ repudiauit, vel heres esse nõ potuit (forrassis .n. sub cõditione heres institutus est,

a Pronepos patre & auo mortuis pro auo succedit vna cum propatruo suo.

b De hereditate in stirpes & non in capita diuisione. adde Nouell. 118. c. 1. Vlp. 26. §. 2. Gaius 8. §. 3.

c Hereditas in stirpes quẽ ad modum diuidatur.

d Sum quis an sit tum demum quærendum, cum quis intestatus decessisse dicitur, intestatus an quam, aut nullo penitus facto testamẽto, aut destituto.

e Testamentũ dicitur hoc casu destitutum. Destitutum, inquam, quoniam ex eo nemo hæres extitit. adde l. vlt. ff de cõdi. institut.

f l. 1. §. sciendum: 8. ff. de suis.

ἢ προεγγόνων, ὁ ἔγγονος ὁ ἀπὸ τοῦ πρίμου, καὶ ὁ προέγγονος ὁ ἀπὸ τοῦ ἐγγόνου, ἅμα κληρονομοῦσιν. ὥσπερ[a] γὰρ οἱ ἔγγονοι τὴν τῶν υἱῶν, οὕτω καὶ οἱ προέγγονοι τὴν τῶν οἰκείων προγόνων τάξιν ὑπεισέρχονται. ¶ Ὅθεν ἀκόλουθόν ἐστι λέγειν οὐκ ἐν[b] κάπιτα, ἀλλ' ἐν στίρπεις διαιρεῖσθαι τὴν τοῦ τελευτήσαντος περιουσίαν. ὥστε[c] οὖν ὁ μὲν υἱὸς λήψεται τὸ ἥμισυ τῆς κληρονομίας, οἱ δὲ ἐκ τοῦ προτελευτήσαντος υἱοῦ ἔγγονοι, δύο ἢ καὶ πλείονες ὄντες τὸ ἕτερον λήψονται ἥμισυ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ τούτων πατὴρ περιὼν, ἐλάμβανε τὸ ἥμισυ, οὗτοι δὲ τὸν ἐκείνου τόπον ὑπεισελθόντες εἰσὶν, εἰκότως, ὥσπερ ἐξ αὔγκιον ἐδίδοται περιόντι, οὕτω καὶ αὐτοῖς. ¶ Εἰ δὲ καί τις ἐτελεύτησεν, υἱὸν μὲν μὴ καταλιπὼν, ἀπὸ δὲ δύο υἱῶν προτελευτησάντων ἐγγόνους, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑνὸς ἕνα ἔγγονον, ἢ καὶ δύο· ἀπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου τρεῖς ἢ τέσσαρας, ὁ μὲν εἷς, ἢ καὶ οἱ δύο τὸ ἥμισυ μέρος, οἱ δὲ γ, ἤγουν οἱ δ τὸ ἕτερον ἥμισυ λαμβάνουσι.

7 ¶ Ἡνίκα[d] δὲ ζητοῦμεν εἰ ὁ δεῖνα, ὡς σοῦος δύναται ἀναφαίνεσθαι τῷ τελευτήσαντι κληρονόμος, τότε ἀπαιτοῦμεν εἶναι παρ' αὐτῷ τὸ σοῦον, ἡνίκα δείκνυται ἀδιάθετος ὁ τελευτήσας.

¶ Τοῦτο δὲ συμβαίνει, οὐ μόνον ἡνίκα παντελῶς μὴ γίνηται διαθήκη, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα[e] γίνηται μὲν, μηδεὶς δὲ ἐντεῦθεν κληρονομήσει. διὸ ἐάν[f] τις ἔχων υἱὸν ὑπεξούσιον καὶ ἔγγονον ἐκ τούτου, τὸν υἱὸν ἐξερεδατεύσας, ἐξωτικὸν γράψῃ κληρονόμον· μετὰ δὲ τελευτὴν τοῦ διαθεμένου ἔτι διασκεπτομένου τοῦ ἐξωτικοῦ, ὁ υἱὸς τελευτήσῃ, μετὰ ταῦτα δὲ ὁ ἐξωτικὸς ἢ ῥεπουδιάσῃ, ἢ μὴ δυνηθῇ κληρονομῆσαι, τυχὸν γὰρ ὑπὸ αἵρεσιν ἐγράφη κλη-

neptisve, simul vocantur.

¶ Et quia placuit nepotes, neptésve: item pronepotes pro neptésve in parentis sui locum succedere, conueniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes hereditatem diuidi: vt filius partem dimidiã hereditatis habeat, & ex altero filio duo plurés ve nepotes alteram dimidiam. ¶ Itẽ si ex duobus filiis nepotes neptésve existant, ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

7 ¶ Cùm autem quæritur, an quis suus heres existere possit, eo tempore quærendum est, quo certum est aliquem sine testamento decessisse. ¶ Quod accidit & destituto testamento. Hac ratione, si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio

lio mortuo, postea certū fuerit, heredem institutum ex testamento nō fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit, nepos auo suus heres existet: quia quo tēpore certū est intestatum decessisse patremfamilias, solus inuenitur nepos. & hoc certum est.

8 ¶ Et licèt post mortem aui natus sit, tamē auo viuo conceptus mortuo patre eius, posteáque deserto aui testamēto, suus heres efficitur. ¶ Planè si & cōceptus & natus fuerit post mortē aui, mortuo patre suo desertóque postea aui testamento, suus heres auo nō existet: quia nullo iure cognationis patrē sui patris attigit ¶ Sed nec ille est inter liberos aui, quem filius emācipatus adoptauit. ¶ Hi autē, cùm non sint sui, (quantum ad hereditatem liberi: neque bonorū possessionem petere possunt, quasi proximi cognati. ¶ Hæc de suis heredibus.

9 ¶ Emancipati autem liberi, Iure ciuili, nihil iuris habent, neque enim sui hæredes

κληρονόμος, ἢ ἡ τῆς ἐνστάσεως ἠτόνησεν αἵρεσις, ὁ ἔγγονος οὗτος τῷ πάππῳ γενήσεται κληρονόμος. ἐπειδὴ καθ' ὃν γέγονε χρόνον δῆλον, ἀδιάθετον τετελευτηκέναι τὸν τεστάτωρα, μόνος ὁ ἔγγονος εὑρίσκεται ἐν τῇ αὐτοῦ φαμιλίᾳ, διὰ τὸ τελευτῆσαι ἐν τῷ μεταξὺ τὸν υἱόν.

8 ¶ Τὰ αὐτὰ χώραν ἔχει, εἰ [a] ζῶντος μὲν τοῦ πάππου συνελήφθη ὁ ἔγγονος, μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐτέχθη, καὶ εὑρέθη μόνος ὁ ἔγγονος ἐν τῇ τοῦ τελευτήσαντος ὢν φαμιλίᾳ, μὴ προλαμβανόμενος κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὅτε ἐξωτικὸς, ἢ γνώμῃ, ἢ τύχῃ οὐκ ἐκληρονόμησεν. ¶ Εἰ δὲ [b] ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἔγγονος συνελήφθη, καὶ ἐτέχθη, μετὰ τὴν τοῦ πάππου τελευτὴν, εἶτα τοῦ μέσου τελευτήσαντος ὁ ἐξωτικὸς οὐκ ἐκληρονόμησεν, ὁ ἔγγονος οὐκ ἐπιγίνεται σοῦος κληρονόμος. οὐδὲν γὰρ εἶδος συγγενείας πρὸς τὸν διαθέμενον ὁ τοιοῦτος ἕξει.

¶ Ὥσπερ οὐδὲ ἐκεῖνος τοῖς παισὶ συναριθμηθήσεται, ὃν [c] ὁ ἐμὸς υἱὸς ὁ ἐμαγκίπατος ὢν ἔλαβεν εἰς θέσιν. εἰ γὰρ συμβῇ με τελευτῆσαι ἀδιάθετον τοῦ ἐμαγκιπάτου παιδός μου προτελευτήσαντος, ὃ ἔλαβε πρώην αὐτὸς ὁ ἐμαγκίπατος εἰς θέσιν, οὗτος οὐ διαδέχεται τὰ ἐμὰ δίκαια, οὐδὲ ἓν εἶδος πρὸς ἐμὲ συγγενείας περιέχειν δυνάμενος. ¶ Οὐ μόνον δὲ γνήσιοι κληρονόμοι οἱ εἰρημένοι ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ οὐ δύνανται, ἀλλ' οὐδὲ αἰτῆσαι διακατοχὴν οἷοί τε εἰσὶν ὡς κογνάτοι.

¶ Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν σούων κληρονόμων.

9 ¶ Οἱ δὲ ἐμαγκίπατοι [d] παῖδες καθὰ εἰρήκαμεν καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ

& conditio institutionis defecit:) nepos hic suus erit heres auo. Nam quo tempore cognitum est, testatorē intestato decessisse, solus nepos in familia eius inuenitur, propterea quòd medio tempore filius mortuus sit.

8 ¶ Eadem locum habēt, si viuo auo conceptus nepos, & post mortē eius natus, solus in familia defuncti inuentus fuerit, cū nemo eū eo tempore præcederet, quo extraneus aut spōte aut fortuitò, heres factus non est. ¶ Quòd si post aui mortem nepos ex filio conceptus & natus est, & deinde eo qui in medio erat mortuo, extraneus, heres nō est factus, suus heres auo nepos nō existet: quoniam nullam speciem cognationis hic erga testatorem habebit.

¶ Quemadmodum nec ille inter liberos numerabitur, quem filius meus dum emancipatus esset in adoptionem accepit. Nā si contingat, vt ego filio meo iam antè mortuo, intestatus decedam: is quē filius meus quum viueret & emancipatus esset, adoptauit, in iura mea non succedet: quippe qui nullo cognationis genere tāgere me possit. ¶ Porrò autem non solùm hi iam dicti iure ciuili heredes esse non possunt, sed neq; bonorū possessionē petere possunt quasi cognati. ¶ Et hæc quidem de suis heredibus.

9 ¶ Emancipati verò liberi, sicut & secundo libro

a l. 7. ff. de suis & legitimis.

b l. 6. vers. quod si post mortem aui. ff. de suis & legitimis.

c l. quē filius 26. ff. de adoptionibus.

d Emancipati iure ciuili, ac legibus xij. Tabularum parentibus non succedunt, neque vt sui neque vt cognati. Iure tamen Pratorio ex naturali æquitate emancipatis datur bonorū possessio vnde liberi.

diximus, quantum ad ius ciuile pertinet, in hereditate parẽtum suorũ nihil iuris habebunt. Nam neque sui heredes fieri possunt, quia in potestate parentis esse desierũt, neque vt cognati à lege duodecim tabularum vocabuntur, propter capitis deminutionem quam subierunt.

¶ Sed Prætor naturalem æquitatẽ ante oculos habens, bonorum possessionem vnde liberi dat illis: perinde eos ad successionem defuncti vocãs, quasi quis eos eo tempore quo moriebatur, in potestate habuisset: siue soli sint: siue quos alios in potestate filios habuerit defunctus. Vnà enim cũ eis heredes erunt. Itaque si quis intestatus decedat, duobus relictis filiis, emancipato vno, & eo qui in potestate fuerit: is quidem qui in potestate fuit, solus iure ciuili heres erit, cũ apud se ius sui heredis habeat. Sed cum beneficio Prætoris adiuuetur emãcipatus, & in dimidiam partẽ vocetur, eueniet hoc modo, vt suus heres in effectu non in solidum, sed ex parte heres sit.

a Tit. de exhæredatione liberorum. §. 3.

b Dixi ad leges xij. Tab. tit. de hære. ab intest.

c *Emancipatis datur bonorum possessio vnde liberi.* ad de §. 11. inf. eod. l. 5. C. de cond. indeb.

d *Bonorum possessionis vnde liberi quis effectus.*

e *Emancipati soli vel suis concurrentes quemadmodum patri defuncto succedant.*

f ἐξ ἀποτελέσματος, *re ipsa, vel effectu.*

ἰνστιτουτζιῶνι[a], ὅσον μὲν ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ οὐδὲν πρὸς τοὺς οἰκείους γονεῖς ἕξουσι δίκαιον. οὔτε γὰρ σουοι κληρονόμοι δύνανται γενέσθαι, διὰ τὸ παύσασθαι αὐτοὺς εἶναι ἰν ποτεστάτε τοῦ γονέως. ἀλλ' οὐδὲ ὡς κογνάτοι ὑπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου[b] κληθήσονται. δι' ἣν ὑπέστησαν κάπιτις δεμινουτζιῶνα. ¶ Ὁ δὲ πραίτωρ, ὁρῶν εἰς τὸ φύσει δίκαιον, δίδωσιν αὐτοῖς τὴν vnde[c] liberi διακατοχὴν, καλῶν ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ τελευτήσαντος, ὥσπερ[d] εἰ καθ' ὃν ἐτελεύτα τις καιρὸν εἶχεν αὐτοὺς ὑπεξουσίους· εἴτε μόνοι εἰσὶν, εἴτε ὑπεξουσίους ἔχει παῖδας ὁ τελευτήσας. ἅμα γὰρ αὐτοῖς κληρονομήσουσιν ἀμέλει, ἐάν τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ, δύο παίδων ὑπόντων, ὧν ὁ μὲν ἦν ἐμαγκίπατος, ὁ δὲ ἰν ποτεστάτε, ὁ μὲν ὑπεξούσιος, ὅσον ἀπὸ τῆς πολιτικῆς νομοθεσίας μόνος κληρονομήσει, ἔχων παρ' ἑαυτῷ τὸ τοῦ σουου δίκαιον, ἐπειδὴ δὲ ἐμαγκίπατος ὑπὸ τῆς εὐεργεσίας βοηθεῖται τοῦ πραίτωρος, καὶ[e] εἰς τὸ ἥμισυ καλεῖται, συμβήσεται τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν σουον ἐξ[f] ἀποτελέσματος, μὴ εἰς ὁλόκληρον, ἀλλ' εἰς μέρος κληρονομεῖν.

sunt, qui in potestate parentis esse desierunt, neque vllo alio iure per legem duodecim tabularum vocatur. ¶ Sed Prętor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem, *Vnde liberi*, perinde ac si in potestate parẽtis, tempore mortis fuissent: siue soli sint, siue cum suis heredibus concurrant. Itaque duob. liberis exiſtẽtibus, emãcipato vno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit: sanè quidẽ is qui in potestate fuit, solus iure ciuili heres est & solus suus heres: sed cùm emancipatus beneficio Prętoris in partem admittitur, euenit, vt suus heres pro parte hæres fiat.

10 ¶ Duos habebam filios in potestate, Primum & Secundum. Emancipaui Primum, retento in potestate Secũdo. Primus cũ emancipatus esset, Titio se in adoptionem dedit. Si contingat me intestatum decedere, solus mihi Secundus succedet, non etiam Primus, cùm in adoptiua adhuc sit familia.

g l. 5. ff. vnde liberi.

10 ¶ Εἶχον[g] δύο παῖδας ὑπεξουσίους Πρῖμον καὶ Σεκοῦνδον, ἐποίησα τὸν πρῖμον ἐμαγκίπατον, ἰν ποτεστάτε παρακρατήσας τὸν σεκοῦνδον. ὁ πρῖμος γενόμενος ἐμαγκίπατος, δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς θέσιν Τιτίῳ. ἐὰν συμβῇ με ἀδιάθετον τελευτῆσαι, ὁ σεκοῦνδος μόνος με διαδέχεται, οὐ μὴν καὶ πρῖμος, ὁ ἐν τῇ θετῇ ὢν Τιτίου φαμιλίᾳ.

10 ¶ At hi, qui emancipati à parente, in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris, quasi liberi: si modò, cùm is moreretur, in adoptiua familia fuerint.

Nam

Nam viuo eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec vnquã in adoptiua familia fuissent.

¶ Et cõuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, extraneorũ loco esse incipiũt. Post mortẽ vero naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantum ad hunc adoptiuũ patrem pertinet, æquè extraneorum loco fiunt: & quantũ ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nãciscantur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat esse in potestate patris adoptiui, ad quos bona naturalis patris pertineãt, vtrùm ad liberos eius, an ad agnatos.

11 ¶ Minus ergo iuris habent adoptiui filij quàm naturales. Namq; na-

ἔτος γὰρ ὁ παῖς ἐπὶ τὰ ἐμὰ οὐ παραγίνεται πράγματα. ταῦτα δὲ λέγω, μόνον εἰ καθ' ὃν ἐτελεύτων ἐγὼ καιρὸν, ἦν ἐν τῇ θετῇ φαμιλίᾳ. εἰ γὰρ ἐμοῦ ζῶντος ὁ Τίτιος ἐποίησεν αὐτὸν ἐμαγκίπατον, ὁμοίως παραγίνεται εἰς τὰ πράγματα ἐμοῦ τοῦ φυσικοῦ πατρὸς, ὥσπερ εἰ ἐγὼ ἐποίησα αὐτὸν ἐμαγκίπατον, καὶ οὐδέποτε ὑπὸ θετὴν γέγονε φαμιλίαν. ¶ Ἀκόλουθον οὖν ἐστι λέγειν ὅτι πρὸς τὸν γενόμενον αὐτοῦ θετὸν πατέρα ἐξωτικὸν αὐτὸν εἶναι. εἰ δὲ μετὰ [a] τὴν ἐμὴν τελευτὴν ἐμαγκίπατον αὐτὸν ὁ Τίτιος ἐποίησε, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐξωτικὸς φανήσεται, τοῦτο δὲ οὕτως ἔχειν ἤρεσεν, ἐπειδήπερ ἄδικον εἶναι νενόμισται, ἐν ἐξουσίᾳ εἶναι τοῦ θετοῦ πατρὸς, εἰς τίνα δεῖ παραγενέσθαι τοῦ φυσικοῦ γονέως τὰ πράγματα, πότερον εἰς τοὺς υἱοὺς, ἢ τοὺς ἀγνάτους. ἐὰν γὰρ ἔχων υἱὸν, ποιήσω τοῦτον ἐμαγκίπατον, παράσχῃ δὲ οὗτος ἑαυτὸν εἰς ἀῤῥογατζίωνα Τιτίῳ, τελευτήσω δὲ ἀγνάτους ἔχων, ἔξεστι Τιτίῳ ἐν τῇ θέσει παρακατέχοντι τὸν παῖδα, πάροδον δοῦναι τοῖς ἀγνάτοις εἰς τὴν κληρονομίαν· ἤγουν ἐὰν βουληθῇ ποιῆσαι αὐτὸν ἐμαγκίπατον ἐμοῦ τελευτήσαντος, ὥστε ἐξωθῆναι μὲν τοὺς ἀγνάτους, τοῦτον δὲ κληθῆναι ἐπὶ τὴν ἐμὴν περιουσίαν, ἀκωλύτως πράξει τοῦτο. ἀτοπώτατον [b] δὲ εἰρήκαμεν εἶναι τὸ ὑποκεῖσθαι ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ θετοῦ πατρὸς, ὑπὸ τίνων δεῖ με κληρονομεῖσθαι, πότερον, ὑπὸ τοῦ υἱοῦ μου, ἢ ὑπὸ τῶν ἀγνάτων.

11 ¶ Ὥστε οὖν, δεῖ γὰρ ἀναδραμεῖν εἰς τὸ πρὸ βραχέως [c] εἰρημένον, ἔνθα εἴρηται, ὅτι ὁ γενόμενος ἐμαγκίπατος ὑπὸ τοῦ θετοῦ πατρὸς, ἐξωτικὸς νο-

Filius enim hic ad bona mea non admittitur. Hæc autem dico, si modò cùm morerer, in adoptiua adhuc fuerit familia. Nam si me viuo Titius eum emãcipauerit: non dissimiliter ad bona mea, qui natura sum pater eius, veniet: atque si egomet ipse eum emancipassem, nec vnquã in adoptiua familia fuisset. ¶ Consequens est igitur dicere, quantum ad adoptiuum patrẽ pertinet, extraneum eum esse. Quòd si post mortẽ meã Titius eum emancipauerit, etiam quantum ad eũ pertinet, extranei loco existet. Hoc autem ideo sic placuit: quia iniquum esse visum est, in patris adoptiui potestate esse, ad quos bona patris naturalis pertinerent, ad filios ne an ad agnatos. Si enim quum filium haberem, eum emãcipauero, & is sese Titio dederit in arrogationem, deinde moriar agnatos habens, licet Titio vt filio meo in adoptione retento, aditum præstet agnatis ad hereditatem meam: aut si velit eum post mortem meam emãcipare, vt & agnati repellantur, & ipse ad successionem vocetur, nihil obstabit quo minus id faciat. Sed iam diximus absurdissimum esse, vt id in arbitrio adoptiui patris sitũ sit, quos heredes habeam, filium meum an agnatos.

11 ¶ Sic ergo (nam ad illud recurrendum est, quod paulò antè diximus, vbi dictũ est: eum qui ab adoptiuo patre emãcipatus est, extraneum ei exi-

[a] l. penult. §. 2. ff de adoptionibus.

[b] *Heredes alieno arbitrio nobis vt sint, iniquißimum.* adde l. 32. l. 70. ff. de hered. instituẽdis.

[c] §. 9. sup. eo.

ſtimari) minùs iuris adoptiui filij habẽt, quàm naturales. Nam filius meus naturalis emancipatus à patre adoptiuo quantum ad ipſum, extranei loco eſt: quantum verò ad me, etiã ſi ius ſucceſſionis de iure ciuili amiſerit, attamen per Prætorem in numero liberorum habetur. Filij verò adoptiui ſi emãcipati fuerint, & iure ciuili à gradu liberorũ excidunt, & à Prætore non adiuuantur. Ac meritò quidem. Quoniam naturalia iura, lex ciuilis perimere non poteſt: nec quia deſinũt ſui heredes eſſe, deſinunt & natura eſſe filij filiæve, aut nepotes neptéſve. Adoptiui verò liberi vbi emancipati fuerint, extraneorũ loco incipiũt eſſe: nomen enim filij filiæve quod per adoptionem habebant, alia ciuili ratione, id eſt, emancipatione amittunt.

a *Adoptiuorũ & naturaliũ liberorũ emancipatorum differentia.* adde 45. Eclog. t. c. 1. in fi. c. 4.

b l. 3. C. de legitimis heredibus l. 5. C. de condict. indeb. *Nouel.* 118. c. 1. in fin.

c adde §. vl. ſup. de legitima agnatorum tutela. l. 8. ff de reg. iur.

d *Adoptiuorum emancipatorum poſt emancipationẽ conditio qua.* l. 4 ff. vnde liberi.

12 ¶ Atque hæc non ſolùm in hȩreditate ab inteſtato deferẽda dicere poſſumus, ſed etiam in bonorum poſſeſſione cõtra tabulas petenda: quam Prȩtor aduerſus paternũ teſtamentum liberis neque heredibus inſtitutis, neque vt oportet (id eſt, nominatim) exheredatis pollicetur. Quos enim in poteſtate defũcti inuenerit, & qui emancipati fuerint naturales, eos ipſe ſi præteriti ſint, bonorum poſſeſſione contra tabulas armat atque inſtruit. His verò, qui cùm pater ipſorum naturalis moreretur, in adoptiua fuerint familia, bonorum poſſeſ-

e l. 1. §. 1. & ſequentib. ff. de bon. poſſ. cõtra tabulas.

f *Præteriti dicuntur, qui neque nominatim exheredati aut inſtituti.*

g l. penult. in pr. C. de adopt.

μίζεται παρ' αὐτοῖς. Ἐλάττονα [a] τὰ δίκαια ἐπὶ τῶν θετῶν παίδων, ἤπερ τῶν φυσικῶν. ὁ γὰρ φυσικός μου παῖς γενόμενος ἐμαγκίπατος ὑπὸ τοῦ θετοῦ πατρὸς, ἐξωτικὸς νομίζεται παρ' αὐτῷ. πρὸς ἐμὲ δὲ εἰ καὶ τὸ δίκαιον ἀπόλλυσι τῆς διαδοχῆς, ὅσον ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ, ἀλλ' οὖν ὑπὸ τοῦ πραίτωρος [b] συναριθμηθήσεται τοῖς παισίν. οἱ δὲ θετοὶ παῖδες γεγονότες ἐμαγκίπατοι καὶ κατὰ τὸ πολιτικὸν τῆς τάξεως τῶν παίδων ἐκπίπτουσι, καὶ ὁ πραίτωρ αὐτοῖς οὐ βοηθεῖ. καὶ εἰκότως. τὰ [c] γὰρ φυσικὰ δίκαια, ὁ πολιτικὸς νόμος ἀναιρεῖν οὐ δύναται. καὶ ἐπειδὴ ἐπαύσαντο εἶναι σοῦοι κληρονόμοι, παύονται καὶ τῇ φύσει εἶναι υἱοὶ, ἢ θυγατέρες, ἢ ἔγγονοι, ἢ ἔγγοναι. οἱ [d] δὲ θετοὶ παῖδες ἐμαγκιπατευθέντες, ἄρχονται εἶναι ἐξωτικοί. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ υἱοῦ ἢ θυγατρὸς ὅπερ εἶχον διὰ τῆς θέσεως, ἑτέρῳ πολιτικῷ λόγῳ, τουτέστι ἐμαγκιπατζιῶνι ἀπολλύουσι.

12 ¶ Ταῦτα δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεως ἐστὶν εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς κοντραταβούλλας διακατοχῆς, ἣν ὁ πραίτωρ κατὰ [e] τῆς πατρῴας τοῖς παισὶ δίδωσι διαθήκης, μὴ [f] γραφεῖσι κληρονόμοις, μηδὲ γεγονόσι νομίμως ἐξερεδάτοις, τουτέστι νομινάτιμ, ἤγουν ὀνομαστί. οὓς μὲν γὰρ εὗρεν ἐν ποτεστάτε τοῦ τελευτήσαντος, καὶ τοὺς γενομένους ἐμαγκιπάτους φυσικοὺς, ὁπλίζει πραιτωρείοις ὄντας τῇ κοντραταβούλλας. τοῖς δὲ μένουσιν ἐν τῇ θετῇ φαμιλίᾳ, καθ' [g] ὃν ὁ φυσικὸς τελευτᾷ καιρὸν, οὐ χορηγεῖ

turales emancipati, beneficio Prætoris gradũ liberorum retinent, licèt Iure ciuili perdant. Adoptiui verò emancipati, & iure ciuili perdunt gradũ liberorum, & à Prætore nõ admittũtur: & rectè. Naturalia enim Iura ciuilis ratio perimere non poteſt: nec, quia deſinunt ſui heredes eſſe, poſſunt deſinere filij filiæve, aut nepotes neptéſve eſſe: adoptiui verò emancipati, extraneorũ loco incipiunt eſſe: quia ius, nomenque filij filiæve quod per adoptionẽ conſequuti ſunt, alia ciuili ratione, id eſt, emãcipatione, perdũt.

12 ¶ Eadem hæc obſeruantur & in ea bonorum poſſeſſione, quã contra tabulas teſtamẽti parẽtis liberis prȩteritis, id eſt, neq; heredibus inſtitutis, neq; vt oportet, exheredatis, Prætor pollicetur. Nã eos quidem, qui in poteſtate mortis tẽpore fuerint, & emãcipatos, vocat Prætor ad eundem bonorum poſſeſſio-

possessione: eos verò, qui in adoptiua familia fuerint, per hoc tempus, quo naturalis parẽs moreretur, repellit. ¶ Item adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre sicut nec ab intestato, ita longè minùs contra tabulas testamenti ad bona eius admittit: quia desinũt in numero liberorum eius esse.

13 ¶ Admonẽdi tamẽ sumus, eos qui in adoptiua familia sunt, quíve post mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licèt ea parte edicti, qua liberi ad bonorumpossessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, scilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstent, neq; adgnatus quidem vllus interueniat. Antè enim Prætor liberos vocat tã suos heredes, quàm emancipatos, deinde legitimos heredes, tertiò proximos cognatos.

τὴν κοντρατάβουλας. ¶ Ἐὰν δὲ θετόν μου υἱὸν ἐμαγκιπάτον ποιήσω, οὐ μόνον ἀδιάθετόν με τελευτήσαντα οὐ [a] διαδέχεται, ἀλλ' οὐδὲ παραπεμφθεὶς ἐν τῇ ἐμῇ διαθήκῃ, λήψεται κατ' αὐτὴν τὴν κοντρατάβουλλας. ἐπαύσατο γὰρ τοῖς ἐμοῖς συναριθμεῖσθαι παισίν.

13 ¶ Ἐκείνου δὲ μεμνῆσθαι ἡμᾶς χρή, ὅτι ὁ φυσικός μου παῖς, δοὺς ἑαυτὸν εἰς θέσιν, καὶ μείνας ἐν τῇ θετῇ φαμιλίᾳ, ἢ μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν ὑπὸ τοῦ θετοῦ πατρὸς ἐμαγκιπατευθείς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπὶ τὰ πράγματα ἐμοῦ τοῦ φυσικοῦ πατρὸς οὐ δύναται παραγενέσθαι, ὡς [b] ἀπὸ τοῦ οὐνδὲ λίβερι διακατοχῆς, ἀλλ' οὖν ἐξ ἑτέρας κληθήσεται τάξεως, τοῦτ' ἔστιν ἐξ [c] ἧς οἱ τοῦ τελευτήσαντος παραγίνονται κογνάτοι. ἀλλὰ τοῦτο τὸ τε [d] οὕτως εἶχεν, ἡνίκα μὴ κατέλειψα, μὴ δὲ σουὺς κληρονόμους, μὴ δὲ ἐμαγκιπάτους. μήτε μὴν ὑπῆρχε μοι τις ἀδνάτος. οὗτοι γὰρ αὐτοῦ προτιμηθήσονται. πρότερον γὰρ ὁ πραίτωρ τοὺς παῖδας καλεῖ, τοῦτο μὲν σουὺς, τοῦτο δὲ ἐμαγκιπάτους. τούτων δὲ μὴ ὄντων ἀδνάτους. μὴ ὑποκειμένων δὲ ἀδνάτων, οἱ κογνάτοι κληθήσονται. ἐν οἷς προτερεύουσιν οἱ παῖδές μου, οἱ ὄντες ἐν τῇ θετῇ φαμιλίᾳ.

14 ¶ Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ. ἐὰν ἔχων τρεῖς ἄῤῥενας παῖδας ὑπεξουσίους, παράσχω ἕνα εἰς θέσιν, λέγεται ἡ τοιαύτη υἱοθεσία, ἐξ [e] τρείβους μάρειβους. καὶ ἔστι δόγμα σαβινιανὸν τὸ λέγον, ἀνάγκην σε ἔχειν παντὶ τῷ τοιούτῳ παιδὶ τῷ ἐξ τρίβους μάρειβους υἱοθετηθέντι τὸ τέταρτον τῆς σῆς περιουσίας καταλιπεῖν. εἰ δὲ μὴ καταλίπῃς αὐτῷ, δίδωσιν αὐτῷ τὸ εἰρη-

sionem contra tabulas non largiatur. ¶ Si filium meum adoptiuum emancipauerim: non modò mihi intestato non succedit, sed neque in testamento meo præteritus ad bona mea per bonorũ possessionem cõtra tabulas admittitur, quoniã in numero liberorũ meorũ esse desiit.

13 ¶ Illius tamen meminisse nos oportet, quòd naturalis meus filius, qui se in adoptionem dedit, & in adoptiua familia mansit, vel ab adoptiuo patre post mortem meam emãcipatus est, etiam si maximè ad successionem meã, qui pater eius naturalis sum, non possit admitti, ex ea parte edicti, vnde liberi ad bonorum possessionem vocantur: ex alia tamen parte vocabitur, ex ea videlicet, vnde cognati defuncti vocantur. Et tũc quidem ita hæc res se habebat, cùm neque suos heredes liberos, neque emancipatos reliqueram: ac ne vllus quidem interueniebat agnatus. Horum enim causa potior: quoniã ante Prætor liberos vocat, tum suos tum emancipatos, ac his non extantibus agnatos: qui si nulli sint, cognati vocantur, inter quos primas obtinent filii mei, qui in adoptiua familia sunt.

14 ¶ Hæc habeto in modum præuię cuiusdam inspectionis: si cùm tres filios mares haberẽ, vnum ex his in adoptionem dederim: vocatur hæc adoptio ex tribus maribus. Et extat S.C. Sabinianũ quo dicitur necesse tibi esse, filio huic ex tribus maribus adoptato quartam bonorum tuorum relinquere. Et si non relinquas,

a addè § 12. sup. eod. l. 1. § 6. ff. de poss. contra tab.

b l. 4. ff. vnde liberi.

c l. 1. § 4. ff. vnde cognati.

d *Filius naturalis adoptatus ab extraneo olim patri naturali succedebat, post suos emancipatos adgnatos: hoc est, ea parte edicti, qua cognati, admittebatur.*

e *Ex tribus maribus in adoptionẽ dari quid, & quis effectus, apud veteris istius fuerit. dixi ad l. penul. § 3 C. de adoptionibus.*

ipsum S.C. ei dat actionē aduersus heredes tuos ad petendam quartam. His præcognitis, videt nunc deinceps cetera.

¶Quæcunque iam suprà dicta sunt, olim obtinebant. At Imperator noster aliquam his emendationem attulit per constitutionem suam, in qua de filiis qui à patre naturali in adoptionem dantur, disseruit. Cùm enim casus nonnullos inueniret, (qui & à nobis suprà relati sunt) in quibus filii & naturalis patris hereditatem amitterēt, propterea quòd in adoptiua familia essēt, & adoptione facilè per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocarentur: hoc ipse solito more in melius cōuertens, constitutionem, vt dictum est, fecit: per quam statuit, vt si pater naturalis filium suum alteri in adoptionem dederit, omnia perinde iura ei erga patrem naturalem seruentur, nec aliter ex familia eius exeat, atque si nunquam omnino adoptatus à quoquam fuisset. Neque igitur adoptio quicquam habebit, nisi in eo tantùm casu, vt filius adoptiuus ad patris adoptiui successionem ab intestato venire possit. Quoniam testamento ab eo facto: neque iure ciuili, neque Prætorio ex hereditate eius aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessio petita, neque querela inofficiosi instituta: cum nec necessitas patri ado-

a l.pen.C.de adoptionib.

b *Filij naturales in adoptionem dati, quemadmodum parentibus naturalibus succedant.*

c *Adoptiuus patri adoptiuo ab intestato succedit.* adde §.2.sup.de adopt.

d *Adoptiuis, etiamsi ex tribus maribus adoptati, aduersus testamentum patris adoptiui, non datur bonorū possessio contra tabulas sed nec querela inofficiosi.*

μένον δόγμα ἀγωγὴν κατὰ τῶν κληρονόμων, ἐπὶ ἀπαιτήσει τοῦ τετάρτου. ἐπειδὴ σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. ¶Ἅπαντα τὰ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρημένα ἐκράτει τὸ παλαιόν. ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς, μείζονα τούτοις διόρθωσιν προσήγαγε διὰ τῆς οἰκείας διατάξεως[a] ἐν ᾗ περὶ τῶν διδομένων εἰς θέσιν ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ πατρὸς διελέχθη. ἐπειδὴ γὰρ εὗρε θέματα ἅπαντα καὶ προειρήκαμεν, ἐν οἷς οἱ παῖδες καὶ τὴν τοῦ φυσικοῦ πατρὸς διὰ τὸ εἶναι ἐν θέσει κληρονομίαν ἀπολλύοντες, καὶ τῆς θέσεως ῥαδίως διὰ τῆς ἐμαγκιπατίωνος διαλυομένης, πρὸς οὐδετέρου πατρὸς ἐκαλοῦντο διαδοχὴν, κατὰ τὸ συνῆθος αὐτοῦ, καὶ τοῦτο μεταφέρων ἐπὶ τὸ κάλλιον, ἐποίησεν ὡς εἴρηται διάταξιν, δι' ἧς ἐκέλευσεν, ἵνα[b] ἐὰν φυσικὸς πατὴρ τὸν ἴδιον υἱὸν εἰς θέσιν ἑτέρῳ παράσχῃ, ἀκέραια πάντα τὰ δίκαια παρὰ τῷ φυσικῷ πατρὶ τοῦτον ἔχειν, καὶ μὴ ἐξιέναι τῆς αὐτοῦ φαμιλίας· ὥσπερ εἰ παντελῶς οὐκ ἐγένετο υἱὸς θετός. ἐν τούτῳ δὲ μόνῳ τῷ θέματι δοκεῖ τι ἔχειν ἡ θέσις, εἰς τὸ δύνασθαι τὸν παῖδα ἐξ ἀδιαθέτου παραγίνεσθαι, εἰς τὴν κληρονομίαν τοῦ[c] καλουμένου θετοῦ πατρός. ἐπεὶ τοί γε[d] διαθήκης ὑπ' αὐτοῦ γινομένης, οὔτε κατὰ τὸ πολιτικὸν, οὔτε κατὰ τὸ πραιτώριον δίκαιον δύναταί τι ἐκ τῆς τούτου κληρονομίας ἀπαιτῆσαι, οὐδὲ κοντραταβούλας αἰτῆσαι, οὐδὲ δὲ ἰνοφφιτιόσο κινῶν, διὰ τὸ μηδὲ ἀνάγκην εἶναι τῷ θετῷ πατρὶ, ἢ γράφειν αὐτὸν κλη-

¶ Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquā autem emendationem à nostra cōstitutione acceperunt: quam super iis personis exposuimus, quæ a patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dātur. Inuenimus etenim nonnullos casus in quibus filii, & naturalium parentum successionē propter adoptionē amittebant: & adoptione facilè per emancipationem soluta ad neutrius patris successionē vocabātur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quā definimus: Quādo parens naturalis filium suū adoptandum alii dederit, integra omnia iura ita seruari atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsequuta: nisi in hoc tantummodò casu vt possit ab intestato ad patris adoptiui venire successionem. Testamento autem ab eo facto, neque iure ciuili, neque Prætorio, ex hereditate eius aliquid persequi potest: neque cōtra tabulas bonorum possessione agnita, neq. inofficiosi querela instituta: cū nec necessitas patri adoptiuo

priuo imponatur, vel heredē eum instituere, vel exheredem facere: vtpote nullo vinculo naturali copulatum: neque si ex Sabiniano Senatusconsulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in eiusmodi casu, neq; quarta ei seruatur, neque vlla actio ad eius persequutionē ei cōperit. ¶ Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandū susceperit. Vtroq; enim Iure tam naturali quam legitimo in hāc personam concurrente, pristina Iura tali adoptioni seruamus: quemadmodū si paterfamiliâs sese dederit adrogandū. quæ specialiter & singulatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi. 15 ¶ Itē vetustas ex masculis progenitos plus diligēs, solos nepotes vel neptes, qui queve ex virili sexu descendūt, ad suorum vocabat successionem, & iure adgnatorum eos anteponebat: nepotes autē, qui

ἐσχόμενον, ἢ ἐξερεδάτον ποιεῖν, οἷα μηδενὶ φυσικῷ δεσμῷ κεχωρισμένον αὐτόν. τὸ πλέον φημί, οὐδὲ εἰ κατὰ τὸ Sabinianum δόγμα ἐκ τριῶν ἀρρένων ἔτυχεν αὐτὸν λαβὼν εἰς θέσιν. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς τοιαύτης θέσεως, οὐδὲ τὸ τέταρτον αὐτῷ φυλαχθήσεται ἀπὸ δόγματος, οὔτε τις ἀγωγὴ πρὸς ἀπαίτησιν ἁρμόσει τῆς τετάρτης.

¶ Ἐξῄρηται δὲ ἐκ τῆς εἰρημένης διατάξεως [a] τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως, ἐκεῖνος [b] ὁ θετὸς παῖς, ὃν ὁ φυσικὸς πατὴρ ἢ ὁ πάππος αὐτοῦ τοῦ παιδὸς δέδωκεν εἰς θέσιν. ἑκατέρου [c] γὰρ ἐνταῦθα συντρέχοντος δικαίου, τοῦτο μὲν τοῦ φυσικοῦ διὰ τὴν συγγένειαν, τοῦτο δὲ τοῦ ἐννόμου διὰ τὴν θέσιν. τὰ ἀρχαῖα δίκαια τῇ τοιαύτῃ θέσει, φυλάττομεν οὕτως, ὥσπερ εἴ τις αὐτεξούσιος ὢν δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς θέσιν. ταῦτα δὲ ἰδικῶς καὶ καθ᾽ ἕκαστον ἐκ τῶν ῥημάτων τῆς προλαβούσης διατάξεως ἔξεστι λαβεῖν.

15 ¶ Ὁμοίως ἔτυχε κἀκεῖνο θεραπείας πρεπούσης. τῶν γὰρ παλαιῶν, τοὺς [d] ἐξ ἀρρένων καταγομένους πλέον φιλούντων, καὶ μόνοις ἐγγόνοις ἢ ἐγγόναις τοῖς ἐξ ἀρρενογονίας καταγομένοις τὰ τῶν σουίων παρεχόντων δίκαια, καὶ τῶν ἀδνάτων αὐτοὺς προτιμώντων· τοὺς δὲ ἀπὸ θυγατρὸς ἐγγόνους, καὶ τοὺς ἀπὸ ἐγγόνης προεγγόνους, τοῖς κογνάτοις συναριθμούντων, καὶ τῶν ἀδνάτων δευτέρους τιθέντων. ἐκαλοῦντο γὰρ εἰς τὰ πράγματα, τοῦτο μὲν τοῦ πρὸς μητρὸς πάππου, τοῦτο δὲ εἰς τὴν κληρονομίαν τῆς μάμμης, ἢ προμάμμης, εἴτε

priuo imponatur, vel heredem eum instituere, vel exheredatum facere: vtpote nullo vinculo naturæ sibi coniunctum: Plus dico, ne si ex S.C. quidem Sabiniano ex tribus maribus in adoptionem datus fuerit, quoniam & in huiusce modi adoptione, neque quarta ipsi ex S.C. seruabitur: neque actio aliqua ad quartæ persecutionem ei cōpetet. ¶ Exceptus est autem à dicta Imperatoris nostri sanctissimi constitutione, is quem pater naturalis, auo filij in adoptionē dederit. Cum enim hîc vtrūque ius cōcurrat, hinc naturale propter cognationem: inde ciuile propter adoptionem: vetera iura huic adoptioni seruamus, perinde atque si paterfamiliâs aliquis in adrogationem sese dedisset. Et hac specialiter & singulatim ex prædictæ constitutionis tenore colligi possunt.

15 ¶ Similiter & illud debita cura correctū est. Cùm enim vetustas ex maribus natos plus diligēs, solis nepotibus neptibúsque, qui per virilem sexū descendunt, iura suorum heredum daret, & agnatorum quoque iure eos anteponeret: nepotes autem ex filia, aut pronepotes ex nepte natos, in cognatorum numero haberet, & secundos ab agnatis poneret, quoniam tunc demum ad successionem tam aui materni, quàm auiæ vel proauiæ, siue

ex filiabus nati sunt & pronepotes qui ex neptib. cognatorum loco cōnumerans, post agnatorū lineā eos vocabat: tā in aui vel proaui materni, quā in auiæ vel proauiæ, siue

a d. l. penult.

b *Adoptatu ab auo naturali, competit querela aduersus testamentum aut. sedebonorum possessio contra tabulas.* d. l. pen. in prin. vers. si verò pater naturalis.

c *Vno iura vnico potentiora.*

d *Adgnatis gemis inreueteri antepositi iji qui ex fœminis nati.*

paternę, siue maternæ, vocabantur, quum nulli extarent agnati: Diui principes, qui ante annos aliquot regnarunt, tantam absurditatem sine correctione non reliquerunt. Cùm enim nepotis & pronepotis nomen commune esset, tum his qui per virilem sexum, tum his qui ex fœminis descendunt: ideo communem eis ordinem & eundem successionis gradum donarunt.

a Valentinianus, Theodos. Arcadius. l. 9. C. de suis & legitimis.

¶ Sic tamen vt nonnihil plus haberent, qui per virilem sexum descendunt, vtpote quos & natura agnoscat, & vetera iura tantum honorarint: itavt iam tertia parte plus habeant. Nam si quis decedat relicto filio, & ex filia, nepote neptéve vel pronepote proneptéve, filius quidem octo vncias habebit, nepos verò neptísve aut pronepos proneptísve ex filia iā antè mortua, quatuor: hoc est, tertia parte minus quàm mater eorum vel auia, si superesset, haberet. Erat enim mater eorum siue auia sex vncias habitura, si vixisset: nunc verò illa defuncta, nepos aut pronepos ex ea descendēs, minus tertia parte, hoc est sextante, siue duabus vnciis (nam sex vnciarū, sextans tertia pars est) accepturus est ex aui vel proaui hereditate. Quòd si mortua sit fœmina relicto filio filiáve, relicto item nepote aut pronepote ex filio filiáve iam antè defunctis: filius ille aut filia octo vncias habebit, nepos verò aut pronepos, siue ex filio sint, siue ex filia, iā antè defunctis, quatuor: hoc est, & ipsi tertia parte minus, quàm pater eorum aut mater, vel auus auiáve siue paterni, siue materni haberēt. Quoniā cùm persona quæ defun-

b Eorum qui ab adgnatis, ab his qui à cognatis geniti sunt differentia.

πρὸς πατρὸς, εἴτε πρὸς μητρὸς, ἡνίκα μὴ ὑπῆσαν ἀγνάτοι. οἱ δὲ πρὸ ὀλίγων [a] βεβασιλευκότες ἐνιαυτῶν, οὐ κατέλιπον ἀδιόρθωτον τὸ τοιοῦτον ἀτόπημα. ὁπότε γὰρ τὸ τοῦ ἐγγόνου, καὶ προεγγόνου ὄνομα κοινόν ἐστι τῶν ἐξ ἀρρενογονίας καὶ θηλυγονίας καταγομένων, διὰ τοῦτο κοινὴν αὐτοῖς τάξιν, καὶ τὸν αὐτὸν τῆς διαδοχῆς ἐφιλοτιμήσαντο βαθμόν. ¶ Οὕτω μέντοι, ὥστε πλεονεκτεῖν ἐν βραχεῖ τοὺς ἐξ ἀρρενογονίας, οἷα καὶ γνωσκομένους τῇ φύσει, καὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν τιμηθέντας, ὥστε αὐτοὺς ἐν τρίτῳ μέρει τὸ [b] πλεῖον ἔχειν. ἐὰν γὰρ τις τελευτήσῃ καταλιπὼν υἱὸν, καὶ ἀπὸ θυγατρὸς τελευτησάσης ἔγγονον ἢ ἐγγόνην, προέγγονον ἢ προεγγόνην, ὁ μὲν υἱὸς λήψεται η οὐγκίας, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς προτελευτησάσης θυγατρὸς ἔγγονος ἢ ἐγγόνη, ἢ προέγγονος ἢ προεγγόνη δ. τουτέστι παρὰ τὸ τρίτον ὧν ἤμελλεν ἡ μήτηρ, ἤγουν ἡ μάμμη περιοῦσα λαμβάνειν. ἡ γὰρ μήτηρ αὐτῶν, ἤγουν ἡ μάμμη ζῶσα, ς ἐλάμβανεν οὐγκίας. ἐκείνης δὲ τελευτησάσης ὁ ἐξ αὐτῆς ἔγγονος ἢ προέγγονος παρὰ τὸ τρίτον, τουτέστι παρὰ τὸ διούγκιον· τῶν γὰρ ς οὐγκιῶν τὸ τρίτον διούγκιόν ἐστι· λήψεται τῆς παππῴας ἢ προπαππῴας κληρονομίας. εἰ δὲ γυναῖκα συμβῇ τελευτῆσαι ἐπὶ υἱῷ, ἤγουν θυγατρὶ καὶ ἐπὶ ἐγγόνῳ ἢ προεγγόνῳ, ἀπὸ υἱοῦ ἤγουν θυγατρὸς προτελευτησάντων, ὁ μὲν υἱὸς ἤγουν θυγάτηρ λήψεται η οὐγκίας, ὁ δὲ ἔγγονος ἢ προέγγονος ἢ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, ἢ τῆς θυγατρὸς τῶν προτελευτησάντων δ λαμβάνουσι τουτέστι καὶ αὐτοὶ παρὰ τὸ γ, ὧν ἤμελλε λαμβάνειν ὁ αὐτῶν πατὴρ ἢ μήτηρ, ἢ πάππος ἢ μάμμη, εἴτε πρὸς πατρὸς εἴτε πρὸς μητρός. θήλεος γὰρ ὄντος τοῦ

paternæ, siue maternę successionem. Diui autem Principes non passi sunt talem contra naturam iniuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cùm nepotis, & pronepotis nomen commune sit vtrisque, tam qui ex masculis, quàm qui ex fœminis descendunt: ideo eundem gradum & ordinem successionis eis donauerunt. Sed vt amplius aliquid sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris iuris suffragiis muniuntur: portionem nepotum, vel neptū, vel deinceps (de quibus suprà diximus) paulò minuendam esse existimauerunt: vt minus tertia parte acciperēt, quam mater eorum, vel auia fuerat acceptura: vel pater eorum, vel auus paternus, siue maternus, quando fœmina mortua sit, cuius

cuius de hereditate agitur: iisq; (licet soli sint) adeuntibus adgnatos minimè vocabant. Et quemadmodū lex duodecim tabularum, filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes, in locū patris sui ad successionem aui sui vocat: ita & principalis dispositio in locū matris suæ, vel auiæ, eos cum iam designata partis tertiæ deminutione vocat.

16 ¶ Sed nos cum adhuc dubitatio maneret inter agnatos, & memoratos nepotes, quartam partem sub stantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cuiusdam cōstitutionis authoritate: memoratā quidem constitutionē à nostro Codice

τελευτήσαντος προσώπου περὶ οὗ γίνεται ζήτησις τῆς κληρονομίας, οὐκ ἔτι διαφορά τις ἀναφύεται, πότερον ἐξ ἀρρενογονίας ἢ θηλυγονίας οἱ ἔγγονοι ἢ οἱ προέγγονοι κατάγονται. εἰ δὲ συμβῇ τελευτῆσαι ἄρρενα ἀπὸ θυγατρὸς προτελευτησάσης ἐγγόνους καταλιπόντα, εἰ καὶ συμβῇ θήλειαν τελευτῆσαι, καὶ ἀπὸ υἱοῦ ἤγουν θυγατρὸς προτελευτησάντων ἐγγόνους καταλιπεῖν, ὑπεισὶ δὲ καὶ ἀγνάτοι τῷ τελευτήσαντι, πάλαι μὲν ὡς εἴρηται, ὁ δυωδεκάδελτος[a] νόμος τοὺς ἀγνάτους τῶν τοιούτων ἐγγόνων προετίμα. ¶ Σήμερον δὲ εἰ καὶ μόνοι ὑπεισιν οἱ ἔγγονοι, οὐδεμία πάροδος τοῖς ἀγνάτοις ἀπὸ τοῦ δυωδεκαδέλτου δοθήσεται, ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ τελευτήσαντος, ἢ τῆς τελευτησάσης, διὰ τὸ τοὺς ἐγγόνους[b] ἢ τοὺς προεγγόνους ὑπεισιέναι τὸν τόπον ἐκείνων, ἐξ ὧν καὶ γεγόνασιν. ἀλλ' εἰ μὲν ὡς εἴρηται τῷ τελευτήσαντι, ἢ τῇ τελευτησάσῃ ἐστὶν υἱὸς ἢ θυγάτηρ, τότε, ἐπὶ μὲν τοῦ τελευτήσαντος ἄρρενος, οἱ ἀπὸ θηλυγονίας ἔγγονοι, ἐπὶ δὲ τῆς τελευτησάσης θηλείας οἱ ἀπὸ ἀρρενογονίας ἢ θηλυγονίας ἔγγονοι παρὰ τὸ γ΄ λαμβάνουσι τῆς οἰκείας γονέων.

16 ¶ Ἡνίκα δὲ αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἀγνάτοις μόνοις ἐστὶν ὁ ἀγών, πᾶσαν λήψονται τὴν κληρονομίαν τῶν ἀνιόντων. ἦν μὲν γὰρ πάλαι διάταξις[c], ἥτις τοῖς μὲν τοιούτοις ἐγγόνοις θ΄ ἐδίδου οὐγκίας. τοῖς δὲ ἀγνάτοις τρεῖς. ¶ Ἔκειτο δὲ καὶ μεταγενεστέρα διάταξις ἀμυδρῶς ἐναντιουμένη. ἀλλ' ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς τὴν τοιαύτην ἐκ τῆς ἀσαφείας ἐγειρομένην ἀμφιβολίαν ἀναιρῶν, τὴν μὲν εἰρημένην δευτέραν διάταξιν, οὐ συνεχώρησεν ἐγγραφῆναι τῷ οἰκείῳ κώδικι. οὐδὲ εἴασεν αὐτὴν εἶναι ἐν

cta est, sit fœmina, de cuius hereditate quæstio est, nulla est differentia, vtrū quis per virilē sexum, an ex fœminis descendat. Sin autem masculus decesserit relictis ex filia iam antè mortua nepotibus: vel fœmina, quæ ex filio filiave iam antè mortuis nepotes habeat, superfint autem & defuncto agnati: olim quidem (vt dictum est) ex lege duodecim Tabularum agnati hisce nepotibus præferebantur.

¶ Hodie verò, etiam si soli supersint nepotes, nullus agnatis aditus ex lege duodecim Tabularum ad successionem defuncti defunctæve dabitur: propterea quod nepotes & pronepotes in locum eorum ex quibus nati sunt, succedūt. Sed enim cùm, vt dictum est, defuncto vel defunctæ filius aut filia superstes fuerit, in masculi successione, nepotes ex filia nati: in fœminæ successione, nepotes omnes, siue ex filio sint siue ex filia, tertia parte minus accipiunt, quàm parentes ipsorum.

16 ¶ Quum verò certamen illis omne & solum cum agnatis est, tunc totam parentū hereditatem accipiunt. Nam fuit olim & cōstitutio quædam, quæ huiusce modi nepotibus dodrantem siue nouē vncias daret, agnatis autem quadrantem siue tres vncias. ¶ Emissa erat & alia posterior constitutio, quæ leuiter tantum & obscurè contrarium volebat. Sed Imperator noster, vt dubitationem hanc ex rei obscuritate coortam tolleret, prædictam secundam constitutionem Codici

a l. 3. Cod. de suis & legitimis.

b Nepotes pronepotes, & deinceps in locū parentum suorum succedūt atque ita adgnatis præferuntur.

c l. si defunctus. 4. Cod. Theodos. de legitimis heredibus.

suo inseri noluit, neq; ex Theodosiano Codice trāsferri concessit. ¶ Verùm generalem & clarissimam edidit cōstitutionem, quæ totam dodrantis & quadrantis diuisionem sustulit, & in solidum prædictos nepotes agnatis antepofuit. Absurdum enim erat, eos qui ex transuersa linea veniunt, potiores esse illis, qui in ordine liberorum sunt. Et ne multa, eandem constitutionem, secundùm illa, quæ in ea cauentur, ac secundùm tēpora, quæ in ea designantur, & nunc obtinere voluit. Quemadmodum autem suprà diximus, cū quis relicto filio decedit, & nepotes neptésve habet ex filio iam antè mortuo: eos qui ex filio iam antea mortuo descēdunt, in stirpem, & non in capita vocari. Sic etiam si masculus aliquis decedat relicto filio, & nepotibus ex filia iam antè mortua natis, omnes nepotes in stirpem vocantur, tertia parte minus accipientes. Sin autem fœmina decedat, relicto filio, & nepotibus ex filio aut filia iam antè defunctis, rursum nepotes quotcunque sint, trientem accipient: & quemadmodum si masculus decedat, nullum relinquens filium: sed ex filiis iam antè mortuis nepotes diuerso numero, ex vno vnum aut duos, ex altero tres aut quatuor non in capita, sed in stirpes diuisio fit, & vnus ille aut duo semissem accipiunt, tres verò hi aut quatuor alterum semissem: sic etiam si masculus decedat nepotes ex filiabus iam antè mortuis relinquens: aut etiam fœmina decedat nepotes ex filiis aut filiabus iam antè mortuis relinquens diuerso numero: veluti ex

a l. vlt. C. de suis & legitimis hæredib.

b *Liberi in successionibus præferuntur quibuscunque cognatis ex latere.*

c §. 6. sup. eo.

d *In capita successioni opponit lat. in stirpem successionem.*

αὐτῷ, ἀπὸ τοῦ Θεοδοσιανοῦ κώδικος μεταπεθεῖσαν. ¶ Ἀλλ' ἐξεφώνησε γενικὴν καὶ σαφεστάτην διάταξιν, [a] ἀναιροῦσαν μὲν τὴν τοῦ θ, καὶ γ ἰῶν οὐγκιῶν διαίρεσιν, εἰς ὁλόκληρον δὲ τοὺς εἰρημένους ἐγγόνους τῶν περιγόνους προτιμήσασαν τῶν ἀγνάτων. ἄτοπον [b] γὰρ τοὺς ἐκ πλαγίου, καλλίονας εἶναι τῶν κατιόντων. ἐν βραχεῖ γοῦν μέρει, τὴν αὐτὴν διάταξιν κρατεῖν κατὰ τὰ ἐν αὐτῇ περιεχόμενα καὶ κατὰ τοὺς σημαινομένους ἐν αὐτῇ χρόνους, ἐκέλευσεν. ὥσπερ δὲ εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν [c], ὅτι ἐάν τις τελευτήσῃ ἐπὶ υἱῷ καὶ ἐγγόνῳ καὶ ἐγγόναις ἀπὸ υἱοῦ προτελευτήσαντος, ὅτι ἰν στίρπεμ, ἤγουν κατὰ στειρὰν, καλοῦνται αἱ ἀπὸ τοῦ προτελευτήσαντος ἔγγονοι, καὶ οὐχὶ ἰν [d] κάπιτα, οὕτω καὶ ἐὰν ἄρρην τελευτήσῃ ἐπὶ υἱῷ καὶ ἐγγόνοις ἀπὸ θυγατρὸς προτελευτησάσης, πάντες οἱ ἔγγονοι ἰν στίρπεμ καλοῦνται παρὰ τὸ γ λαμβάνοντες. εἰ δὲ θήλεια τελευτήσῃ ἐπὶ υἱῷ καὶ ἐγγόνοις ἀπὸ υἱοῦ, ἢ θυγατρὸς προτελευτησάντων, πάλιν οἱ ἔγγονοι ὅσοι δήποτέ εἰσι λήψονται τὸ τετραούγκιον. καὶ ὥσπερ ἐὰν ἄρρην τελευτήσῃ, υἱὸν μὲν μηδένα καταλιπὼν, ἀπὸ δὲ υἱῶν προτελευτησάντων ἐγγόνους διαφόρου ἀριθμοῦ, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑνὸς, ἕνα ἢ δύο, ἀπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου τρεῖς ἢ δ, οὐχὶ ἰν κάπιτα, ἀλλ' ἰν στίρπεμ γίνεται ἡ διαίρεσις. καὶ ὁ εἷς ἢ οἱ δύο λήψονται τὸ ἑξαούγκιον, οἱ δὲ γ ἢ δ, τὸ ἕτερον ἑξαούγκιον. οὕτω καὶ ἐὰν τελευτήσῃ ἄρρεν πρόσωπον, ἐγγόνους καταλιπὼν ἀπὸ θυγατέρων προτελευτησασῶν ἢ καὶ θήλεια τελευτήσῃ ἐγγόνους καταλιποῦσα ἀπὸ υἱῶν ἢ θυγατέρων προτελευτησάντων, ἢ προτελευτησασῶν διαφόρου ἀριθμοῦ, οἷον ἐκ μ

segregauimus, neque inseri eā ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra autem constitutione promulgata, toti iuri eius derogatū est: & sancimus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps, superstitibus, adgnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare: ne hi, qui ex transuersa linea veniunt potiores his habeantur, qui recto iure descendunt. Quam cōstitutionem nostram obtinere secūdum sui vigorem, & tempora, & nunc sancimus. ¶ Ita tamen vt quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas statuit, non in capita, sed in stirpes diuidi hereditatem: similiter non inter filios & nepotes ex filia distributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes, & pronepotes & alias deinceps

deinceps personas vt vtraque progenies, matris, vel patris, auiæ vel aui portionem sine vlla deminutione consequatur: vt si fortè vnus vel duo: ex vna parte, ex altera tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

τῶ ἑνὸς μέχρι ἑνὰ, ἐκ ᾿δ τῶ ἑτέρου γ ἢ δ, ἐν σίρπει ἡ κληρονομία διαιρεθήσεται, ὥστε ὁ εἷς ἢ καὶ οἱ δύο λήψονται τὸ ἑξάγκιον, οἱ ᾿δ τρεῖς, ἢ καὶ οἱ δ τὸ ἕτερον ἑξάγκιον. Ἡνίκα ᾿δ θῆλυ πρόσωπον ἐστὶ τὸ τελευτῆσαν, καὶ οἱ ἔγγονοι ἢ προέγγονοι φιλονεικῶσιν, εἰ μὴ πρὸς θείους ἢ θείας, τότε τῶ προτελευτήσαντος ἀκέραιον λήψονται τὸ μέρος, τῶ τρίτου μειώσεως οὐ γινομένης.

vna parte vnum vel duos, ex altera, tres aut quatuor, in stirpē diuidetur hereditas & vnus ille aut duo semissem accipiēt: tres verò hi vel quatuor, alterū semissem. Item cùm femina fuerit quæ decessit, si certandum habent nepotes cùm auunculis scilicet aut materteris, tunc partem eius, qui antè obiit in solidum consequentur, idque sine vlla tertiæ partis deminutione.

DE LEGITIMA ADGNATORUM SUCCESSIONE. TIT. II.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΝΟΜΙΜΟΥ[a] τῆς κατὰ ἀρρενογονίαν διαδοχῆς.

Τίτλος β.

DE LEGITIMA ADGNATORUM SUCCESSIONE. TIT. II.

a Adde Vlp. tit. de legitimis hęredib. 26.

¶ Post suos (de quibus dictum est tit. superiore) id est, si nulli sui sunt, aut qui inter suos numerantur proximi cognati per virilem sexum descendentes (est enim cognationis nomen generale diuisum in ascendentes, descendentes, ex latere. Et horum quidem, alij adgnati, alij cognati. Et priorum, id est Ascendentiū & descendentium gradus facile: horum, id est ex latere cognatorum, difficilius numerantur) succedunt. 1 Per virilem sexum coniunguntur, fratres fratri consanguineo, patruus fratris filio, duorum fratrum filij, & deinceps agnati. Agnatis etiam censeri masculos posthumos. 2 sed & adoptiuos filios. 3 Fœminas olim deterioris conditionis fuisse in succedendo, quàm masculos: hodie, fœminas vnà cum masculis quoto gradu ea sint, succedere, seruata tamen gradus prærogatiua seu proximitate. 4 Proinde fratres sororum filios excludunt hoc iure Institutionum, licet hoc ius hodie mutatum Nouell. 127. Ipsi verò sororum filij inter se ac soli succedent in capita non in stirpes. Proximi enim semper præferuntur. 5 Proximi autem appellatione singulos proximos: imò & eum intelligimus, qui nullos sequentes habeat. 6 Sed & proximum defuncti consideramus, quo tempore is intestatus mortuus fuerit. 7 In legitimis hæreditatibus hodie successionem esse. 8 Legitimum hæredem emancipato filio patrem censeri, licet contracta fiducia non emancipauerit.

ΕΧΕ ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ. ἡ συγγένεια, ὄνομά ἐστι γενικόν.[b] ¶ Διαιρεῖται ᾿δ εἰς τρία, εἰς ἀνιόντας, κατιόντας, καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου. ¶ Καὶ ἀνιόντες μὲν εἰσιν, οἱ ἡμᾶς γεγεννηκότες, οἷον πατὴρ, μήτηρ, πάππος, μάμμη, πρόπαππος, προμάμμη, καὶ οἱ ἐπὶ τούτων ἀνώτεροι. ¶ Κατιόντες[d] ᾿δ οἱ ἐξ ἡμῶν γεννηθέντες, οἷον υἱὸς θυγάτηρ, ἔγγονος, ἐγγόνη, προέγγονος, προεγγόνη. καὶ οἱ ἐπὶ τούτων κατωτέρω. ¶ Ἐκ πλαγίου[e] ᾿δ, οἱ μήτε ἡμᾶς γεγεννηκότες, μήτε ἐξ ἡμῶν γεννώμενοι, τῆς ᾿δ αὐτῆς γονῆς καὶ ῥίζης ἡμῖν κεκοινωνηκότες. οἷον ἀδελφὸς ἀδελφὴ, θεῖος θεία, ἀνεψιὸς

HABETO hæc veluti in modum præuiæ cuiusdam inspectionis. ¶ Cognatio nomen generale est, sed in tria diuisum: in ascendentes, in descēdētes, & in eos qui ex transuerso veniunt. ¶ Et ascendentes quidem sunt, qui nos genuerunt: veluti, Pater, mater, Auus, auia, Proauus, proauia: & qui supra hos sunt. ¶ Descendentes verò qui ex nobis geniti sunt: veluti Filius, filia, Nepos, neptis, Pronepos, proneptis: & qui infra hos sunt. ¶ Ex transuerso autem cognati, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis geniti sunt: sed stirpem & radicem nobiscum communem habent: veluti Frater, soror, patruus vel auūculus,

b Idem suprà dictū est titu. de legitima adgnatorum tutela: adde infra titul. de gradib. c Ἀνιόντες, qui.

d Κατιόντες, qui.

e Ἐκ πλαγίου, qui.

a *Cognatio ex transuerso diuiditur in agnatos & cognatos.*
b Ἀδνάτοι, qui.
c Κογνάτοι qui.
d *Cognatio diuersos gradus habet.*

amita vel matertera, patruelis, vel cōsobrinus, itémq. cōsobrina, & qui ex his nascūtur. ¶ Rursus cognatio, quæ ex transuerso est, in duo diuiditur, nēpe in agnatos & cognatos. Et agnati quidē sunt, qui per virilē lineā nobis sunt cōiūcti. Cognati verò, qui per fœmineā. Habēt autē singuli cognationis ordines, varios & diuersos gradus & inter ascendentes & descēdētes, siue inter parētes & liberos, simplex & facilis est graduū cognitio: quoniā singulæ personæ gradū absoluūt, & (vt rem vno verbo explicem) quot generationes, tot inuenies & gradus. In his autē qui è trāsuerso veniūt, maioris negotii res est, & nō tā faciles inuētu sunt gradus. Neque. n. statim, ad personā quæ nobis ex trāsuerso cōiūcta est, recurri debet: sed prius sursū versus ascēdi oportet, donec peruenerimus ad eū, qui cognationis huius transuersę causa & origo est. Quo inuēto, descēdēdū est ad personā, de qua ex transuerso quæritur. Et ita omnes (quas collegeris) generationes numerādæ sunt, tū in ascensu, tum in descensu. Nam ita numerum inire debes, vt singulis generationibus suum gradum assignes. Et in liberis quidē facile id est: verbi gratia: Filius meus quoto mihi gradu est? Ego eū genui: Ecce vna generatio vnum gradum confecit. Primo igitur gradu mihi filius meus est. Nepos autem quoto? Ego genui filium, filius nepotem. Ecce duæ generationes duos gradus confecerunt. Secūdo igitur gradu nepos est. Idem tenta & deinceps in pronepote, & abnepote. Similiter videamus & in parentibus. Pater quoto mihi gradu est? Me pater genuit: ecce vna generatio vnum gradum confecit. Primo igitur mihi est gradu. Auus quoto? Me pater genuit, patrem

e *Gradus quemadmodum dinumerandi in linea directa & descendentium.*
f *Gradus quemadmodum dinumerandi in linea directa ascendentium.*

ἀνεψιὰ καὶ οἱ ἐκ τούτων καταγόμενοι. ¶ Ἡ δὲ [a] ἐκ πλαγίου συγγένεια, διαιρεῖται εἰς δύο, εἰς ἀδνάτους, καὶ κογνάτους. καὶ ἀδνάτοι [b] μέν εἰσιν οἱ κατὰ ἀρρενογονίαν ἡμῖν συναπτόμενοι. κογνάτοι [c] δὲ οἱ κατὰ θηλυγονίαν. ἑκάστη [d] δὲ τάξις συγγενείας, ποικίλους ἔχει καὶ διαφόρους βαθμούς. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων ἁπλουστέρα τις καὶ εὐχερὴς ἡ κατάληψις τῶν βαθμῶν. ἕκαστον γὰρ τούτων τῶν προσώπων βαθμὸν ἀποτελεῖ. καὶ ἁπλῶς ὅσας γεννήσεις, τοσούτους καὶ βαθμοὺς εὑρήσεις. ἐπὶ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου δυσχερεστέρα καὶ οὐκ εὐκατάληπτός ἐστιν ἡ τῶν βαθμῶν εὕρεσις. δεῖ γὰρ ἡμᾶς οὐκ εὐθέως τρέχειν ἐπὶ τὸ ἐκ πλαγίου πρόσωπον, ἀλλὰ πρότερον ποιεῖσθαι τὴν ἀνάβασιν ἐπὶ τοὺς ἀνιόντας, μέχρις οὗ ἐπιστῶμεν ἐκείνῳ τῷ αἰτίῳ τῆς γεννήσεως τοῦ ἐκ πλαγίου, εἶτα τοῦτο εὑρόντας κατιέναι ἐπὶ τὸ ζητούμενον πρόσωπον τὸ ἐκ πλαγίου. καὶ οὕτως πάσας ἀριθμεῖν τὰς γεννήσεις τὰς συναγομένας, τοῦτο μὲν ἐπὶ τῆς ἀνόδου, τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς καθόδου. ἑκάστῃ γὰρ γεννήσει ἐν ἰδίῳ τάττων βαθμὸν, ποιοῦ τὸν ἀριθμόν. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν κατιόντων [e] εὐχερὲς τοῦτο. οἷον ὁ υἱός μου πόστου μοί ἐστι βαθμοῦ; ἐγὼ ἔτεκον, ἰδοὺ μία γέννησις ἕνα βαθμὸν ἀπετέλεσεν. οὐκοῦν πρώτου μοι ἐστὶν ὁ υἱὸς βαθμοῦ. ὁ ἔγγονος πόστου; ἐγὼ ἐγέννησα τὸν υἱόν, ὁ υἱὸς τὸν ἔγγονον, ἰδοὺ δύο γεννήσεις δύο βαθμοὺς ἀπετέλεσαν. οὐκοῦν ὁ ἔγγονος ἐστὶ δευτέρου βαθμοῦ. τὸ αὐτὸ καὶ ἐφεξῆς, ἐπὶ προεγγόνου καὶ ἀπογγόνου. ὁμοίως [f] καὶ ἐπὶ τῶν ἀνιόντων. ὁ πατήρ πόστου μοι ἐστὶ βαθμοῦ; ἐμὲ ἐγέννησεν ὁ πατήρ, ἰδοὺ μία γέννησις ἕνα βαθμὸν ἀπετέλεσεν. ὥστε τοῦ πρώτου μοι ἐστὶ βαθμοῦ. ὁ πάππος πόστου; ἐμὲ ὁ πατὴρ ἐγέννησε, τὸν

πατέρα ὁ πάππος, ἰδοὺ δύο γεννήσεις δύο βαθμοὺς ἀπετέλεσαν. ἔστιν οὖν ὁ πάππος δευτέρου βαθμοῦ. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ μητρὸς, καὶ μάμμης, καὶ πάντων ἀνιόντων ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν. ἐπὶ [a] δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ὡς εἴρηται, δεῖ ἀνιέναι ἐπὶ τὸ τῆς συγγενείας αἴτιον πρόσωπον τὰς γεννήσεις ἀριθμοῦντα. καὶ πάλιν κατιέναι ψηφίζοντα τὰς γεννήσεις, ἕως οὗ ἔλθωμεν εἰς τὸ πρόσωπον περὶ οὗ ἡ ζήτησις. εἰ γάρ τίς σε ἐρωτήσει, ὁ ἀδελφός [b] σου πόσου σοι ἐστὶ βαθμοῦ; λέγε ὅτι δευτέρου. διὰ τί; ἀνέρχου πρὸς τὸν πατέρα. ἰδοὺ μία γέννησις ἀπὸ τοῦ πατρὸς εἰς σὲ ἕνα βαθμὸν ἀπετέλεσε. εἶτα ἐπειδὴ εὗρες τὸ αἴτιον τῆς γεννήσεως πρόσωπον, κάτελθε πρὸς τὸν ἀδελφὸν, προστιθεὶς ἐνταῦθα ἑτέραν γέννησιν. ἰδοὺ δύο γεννήσεις δύο βαθμοὺς ἀπετέλεσαν. ἐκ κοινοῦ καλῶς εἴρηται ὅτι ὁ ἀδελφὸς δευτέρου ἐστὶ βαθμοῦ. πάλιν ἐάν τίς σε ἐρωτᾷ, ὁ θεῖος [c] πόσου σοί ἐστι βαθμοῦ, λέγε ὅτι τρίτου. ἀνάγκη γάρ σε ἀνιέναι ἐπὶ τὸν σὸν πατέρα, καὶ λέγειν· ἐμὲ ἐγέννησεν ὁ πατὴρ τὸν πατέρα ὁ πάππος. ἰδοὺ δύο γεννήσεις. ὁ αὐτὸς πάππος τὸν ἐμὸν θεῖον. ἰδοὺ γ γεννήσεις τρεῖς βαθμοὺς ἀπετέλεσαν. ὥστε οὖν τρίτου μοι ἐστὶ βαθμοῦ ὁ θεῖος. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἑξῆς, τῷ αὐτῷ προσέχων κανόνι δυνάσαι καταλαβεῖν τοὺς βαθμοὺς. ἐπειδὴ σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ἔρχου λοιπὸν τὸ προκείμενον. ¶ Ἐάν τις τελευτήσῃ, μηδένα καταλιπὼν μηδὲ τὸν [d] ἐν τάξει σουὺς καλούμενον, ἢ ὑπὸ τοῦ πραίτωρος, ὁποῖος ἐστὶν ὁ ἐμαγκίπατος, ἢ ὑπὸ τῶν διατάξεων, ὁποῖοι εἰσὶν οἱ προειρημένοι ἔγγονοι, ἢ ὑπόντα τὰ τοιαῦτα πρόσωπα τοῦ τελευτήσαντος ὅπως δήποτε κληρονομεῖν οὐχ ὑπεισέρχονται. τότε ὁ

¶ Si nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætor vel constitutiones vocant, existat, qui successionē quoquo modo amplectatur: tunc ex lege

trē auus: ecce duę generationes duos gradus cōfecerunt. Auus igitur secūdo gradu est. Idē & in matre ac auia est, cæterisque ascendentib. tum masculis tum fœminis. In his verò, qui nos ex transuerso contingunt, ad eū (vt dictum est) ascēdi oportet, qui cognationis causa est, generationibus semper cōputandis: & rursus descendi generationes exactè numerando, donec ad eam personam peruentum sit, de qua quærimus. Nam si quis te cōsulat, quoto gradu sit tibi frater? Dic: secūdo. Quam ob rem? Ascēde ad patrem: ecce vna generatio à patre in te, vnum gradum confecit. Deinde inuento eo, qui generationis caussa est, descende ad fratrem: hic rursus alterā addens generationē: ecce duæ generationes duos gradus confecerūt. Rectè igitur dictum est, fratrem secūdo esse gradu. Rursus si quis te cōsulat, Patruus quoto tibi gradu est? Dic, tertio. Necesse enim tibi est, vt ad patrem ascendas, & dicas: Pater me genuit, patrem auus: ecce duæ generationes: Idē ille auus patruū meū: ecce tres generationes, tres gradus cōfecerunt. Sic igitur tertio mihi gradu est patruus. Atque ita & in cæteris, qui deinde sequuntur, eidem regulæ adhærendo gradus cuiusque inuenire poteris. His ita præfationis modo inspectis, videto nunc rē, de qua agimus. ¶ Si quis decedat neminē suum heredē relinquēs, vel alium, qui inter Suos aut à Prætore (vt est emancipatus) aut à constitutionib. (vt iā dicti nepotes ad hereditates vocātur: aut cùm personę huiusceemodi extarēt, hereditatē tamē defuncti amplexæ nō sint: tunc lex

a Gradus quē admodum dinumerandi in linea collaterali.

b Fratrem quoto gradu nos attingat.

c Patruum quoto gradu nos attingat.

d Heredum suorū alij proprie sui, alij inter suos, & qui illi.

a *Adgnati lege xij. Tabularum quãdo adgnatu succedant, dixi ad leges xij. Tabul. Titul. de hæredit. ab intestato. c. de adgnatis.*
b *Adgnati qui*, adde l. 5. ff. vnde legitimi. 2. Gal. 8. §. 4. l. 4. §. 2. ff. de gradibus. *Paul.* 4. sent. 8. §. 1. tit de legitima adgnator. tutela.
c *ὁμαιμοι consanguinei, sic ὁμαιμότης consanguinitas. adde* l. 1. §. penult.
d *Fratres patrueles qui, ad* de l. 1. §. 6. ff. de gradib.
e *Consobrini qui propriè.*
f *Adgnatos quemadmodũ distinguere a cognatu possimus.*
g l. 1. §. 10. in fin. ff. de suis & legitimis l. vl. ff vnde legitimi.
h *Adgnati adgnatu quibus sui hæres non est, succedunt, non omnes sed qui proximi* Vlp 26. §. 1 in fin. *dixi* ad leges xij. Tabul. ti. de hæredit. ab intestato. c. 16. l. 2. §. 4. ff. de suis.

duodecim Tabularũ secundo loco proximum agnatum ad hereditatem vocat.

1 ¶ Sunt autem agnati, (vt primo quoq; libro diximus) cognati per virilis sexus personas nobis cõiũcti, quasi à patre cognati. ¶ Sic igitur fratres eodem patre nati, agnati inter se sunt. & Latinè dicũtur consanguinei, Græcè ὁμαιμοι Nec interest, ex eadem matre, an ex diuersis matribus nati sint. ¶ Sed & patruus meus, agnatus mihi est, & ego illi. ¶ Sic & qui ex duobus fratrib. nati sunt, agnatorum iura inter se habent, qui dicuntur fratres patrueles: & per abusionem etiam consobrini, quũ cõsobrini propriè sint qui ex duabus sororibus nati sunt, quasi cõsororini. ¶ Quam regulam si quis sequatur, & ad plures gradus possit peruenire, & dicere: Patrui mei filius & ex filio nepos, agnati sũt. Et (vt vno verbo rem cõcludã) quãdiu per fœminæ personã, cognationem non scindi videbis: agnatos esse, qui nascuntur, pronuntiato.

¶ Porrò non hi tantùm, qui viuo patre nati sunt, sed etiã hi qui post mortem eius iura consanguinitatis erga me habent.

¶ Non tamen omnes simul agnati, ad defũcti hereditatem vocãtur à lege duodecim Tabularũ: sed hi tantùm, qui tunc proximum gradum obtinebãt, cùm certũ esse cœpit, intestatũ aliquem decessisse. Quod quemadmodum intelligi debeat, infrà latiùs docebimur. Sic igitur, si &

δωδεκαδέλτος[a] νόμος, ἐν δευτέρᾳ τάξει τὸν ἐγγύτατον ἀδνάτον, ἐπὶ τὴν κληρονομίαν καλεῖ.

1 ¶ Ἀδνάτοι[b] δέ εἰσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ προφάτῃ[c] παραδεδώκαμεν ἰνστιτουτίωνι, οἱ κατὰ ἀρρενογονίαν ἡμῖν συναπτόμενοι συγγενεῖς, quasi à patre cognati. τουτέστιν ὡσανεὶ ἐκ πατρὸς συγγενεῖς. ¶ Ὥστε οὖν οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς τεχθέντες ἀδελφοὶ, ἀδνάτοι ἀλλήλοις εἰσὶ, καὶ ῥωμαϊστὶ μὲν λέγονται κονσαγγουίνεοι, ἑλληνιστὶ δὲ ὁμαιμοι[d], οὐ διαφερομένων ἡμῶν πότερον ἐκ τῆς αὐτῆς μητρός εἰσιν, ἢ ἐκ διαφόρων μητέρων. ¶ Καὶ ὁ θεῖος μου ὁ πρὸς πατρὸς, ἀδνάτος μοι ἐστὶ, κἀγὼ ἐκείνῳ. ¶ Καὶ οἱ ἀπὸ δύο ἀδελφῶν ἀρρένων τεχθέντες, ἀδνατικὰ πρὸς ἀλλήλους προσέχονται δίκαια, οἵτινες λέγονται fratres[e] patrueles. καταχρηστικῶς δὲ κονσοβρεῖνοι. κονσοβρεῖνοι[f] δὲ λέγονται κυρίως οἱ ἐκ θηλειῶν δύο ἀδελφῶν τεχθέντες, quasi consororini. ¶ Τούτῳ χρώμενος τῷ κανόνι, δύναταί τις εἰς πολλοὺς βαθμοὺς παραγενέσθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θείου μου τοῦ πρὸς πατρὸς, καὶ ὁ ἐκ τούτου ἔγγονος, ἀδνάτοι εἰσὶν, καὶ ἁπλῶς ἐφ'[g] ὅσον ὁρᾷς θῆλυ πρόσωπον μὴ διακόπτον τὴν συγγένειαν, ἀδνάτους ἀποφαίνου τοὺς τικτομένους. ¶ Οὐ μόνον δὲ οἱ ζῶντος τοῦ πατρὸς τεχθέντες, ἀλλὰ καὶ οἱ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, τὰ τῆς ὁμαιμότητος ἔχουσι πρὸς ἐμὲ δίκαια. ¶ Οὐ πάντες δὲ ἅμα οἱ ἀδνάτοι εἰς τὴν τοῦ τελευτήσαντος καλοῦνται περιουσίαν, ὑπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου[h] νόμου, ἀλλ' οὗτοι οἵτινες ἐγγύτερον ἐπεῖχον βαθμὸν, ὁπότε δῆλον γέγονε ἀδιάθετόν τινα τετελευτηκέναι. πῶς δὲ χρὴ τοῦτο νοεῖσθαι, προϊόντες μαθησόμεθα, ὥστε οὖν

xii. Tab. ad agnatum proximum pertinet hereditas.

1 ¶ Sunt autẽ adgnati (vt primo quoque libro tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione cõiuncti, quasi à patre connati. ¶ Itaq; ex eodem patre nati fratres, adgnati sibi sunt, qui & consanguinei vocãtur: nec requiritur, an etiã eandem matrem habuerint. ¶ Item patruus fratris filio, & inuicem is illi adgnatus est. ¶ Eodẽ numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam cõsobrini vocantur. ¶ Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis peruenire poterimus. ¶ Ii etiam qui post mortem patris nascũtur iura cõsanguinitatis nãciscũtur ¶ Nõ tamen omnibus simul adgnatis dat lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximiore gradu sunt, cùm

cùm certũ esse cœperit, aliquẽ intestatum decessisse.

2 ¶ Per adoptionem quoque adgnationis ius consistit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubiũ est, quin ii impropriè consanguinei appellẽtur. Item si quis ex cæteris adgnatis [tuis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui lõgiore gradu est, adoptauerit aliquem: adgnatus inter tuos heredes esse non dubitatur.

3 ¶ Cæterùm inter masculos quidem adgnationis iure hereditas, etiamsi longissimo gradu sint, vltro citroque capitur. Quod ad fœminas verò [attinet,] ita placebat, vt ipsæ consanguinitatis iure tantùm capiant hereditatẽ, si sorores sint: vlteriùs non capiant: masculi autem ad earum hereditates (etiã

ἐὰν ἔστιν ἀδελφὸς, ἔστι καὶ θεῖος, ἐπειδὴ [a] ὁ μὲν ἀδελφὸς δευτέρου βαθμοῦ, ὁ δὲ θεῖος τρίτου ἐστὶ βαθμοῦ, ὁ ἀδελφὸς προτιμᾶται.

2 ¶ Οὐ [b] μόνον δὲ γέννησις, ἀλλὰ καὶ θέσις, [c] ἀδνατζίωνα συνίστησιν. οἷον ἐγὼ ἔχω φυσικὸν παῖδα, ἔλαβον καὶ θετὸν, καλέσουσιν οὗτοι ἀλλήλους οὐ μόνον ἀδνάτους, ἀλλὰ καὶ ὁμαίμους. εἰ δὲ ἕτερος ἀδνάτος, οἷον ὁ ἀδελφός μου, ἢ ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος, ἢ καὶ ὁ υἱὸς, ἤγουν ὁ ἔγγονος τοῦ πρὸς πατρὸς θείου, εἰς θέσιν ἔλαβέ τινα, ἀδνατζιὼν μεταξὺ ἡμῶν συνίσταται.

3 ¶ Ἡ κληρονομία μεταξὺ ἀρρένων, ἀδνατικῷ δικαίῳ καταφέρεται, εἰ καὶ μακροτέρου [d] βαθμοῦ εἶεν πρὸς ἀλλήλους, ὁ τελευτήσας, καὶ ὁ τοῦτον διαδεχόμενος. καὶ ἔστι γὰρ τοῦ πρὸς πατρὸς θείου ἀπέγγονος διὰ πάντων προϊόντων ἀρρένων, ὅς ἐστιν ἑβδόμου βαθμοῦ. εἰ γὰρ ὁ θεῖος ἐστὶ γ βαθμοῦ, τούτου ὁ υἱὸς, δ, ὁ ἔγγονος ε, ὁ προέγγονος ϛ, ζ εἰκότως ὁ ἀπέγγονος. ταῦτα μὲν μεταξὺ ἀρρένων. ¶ Εἰ δὲ θήλεια τὴν κληρονομοῦσα, τότε ἠδύνατο ἀδνατικῷ δικαίῳ τὴν τοῦ τελευτήσαντος λαβεῖν περιουσίαν ἡνίκα ὁμαίμος ἦν πως ἡ ἀδελφή. [e] εἰ δὲ ἦν θεία πρὸς πατρὸς ἢ θυγάτηρ ἀδελφοῦ, οὐκ ἠδύνατο ὡς ἀδνάτα κληρονομεῖν. καθόλου γὰρ ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι θῆλυ πρόσωπον ὑπερβὰν βαθμὸν ὁμαιμότητος, ἀδνατικῷ δικαίῳ οὐ κληρονομεῖ. εἰ [f] δὲ θήλεια μὲν ἦν ἡ τελευτήσασα, ἄρρεν δὲ πρόσωπον εἰς τὴν ταύτης ἐκαλεῖτο κληρονομίαν, εἴτε γ, εἴτε δ, εἴτε ε, τοῦ βαθμοῦ, ἀδνατικῷ δικαίῳ κληρονομεῖ. ¶ Διὰ τοῦ [g] ἐμοῦ ἀδελφοῦ, ἢ τοῦ θείου μου τοῦ πρὸς πατρὸς ἡ θυγάτηρ, ἢ ἡ πρὸς μητρὸς θεία εἰ ἐτε-

frater & patruus extant: quoniam frater secundo gradu est, patruus autem tertio: frater præfertur.

2 ¶ Non tantùm autem per generationẽ, sed etiam per adoptionem, ius agnationis consistit, veluti: habeo naturalẽ filiũ, accepi & adoptiuũ: hi sese mutuò non agnatos tantùm, sed etiam cõsanguineos vocabunt. Sed & si ex ceteris agnatis quispiã: veluti frater meus, aut patruus, patruíve filius, vel ex filio nepos, in adoptionem aliquem acceperit, agnatio inter nos constituitur.

3 ¶ Hereditas inter masculos iure agnationis defertur, etiã si lõgissimo inter se gradu sint defunctus & successor eius. Quoniã fieri potest, vt extet patrui abnepos per omnes virilis sexus personas descendẽs: qui septimo gradu est. Nã patruus tertio gradu est. Filius, quarto: Nepos, quinto: Pronepos, sexto: vnde sequitur, vt abnepos sit septimo. Et hæc quidẽ inter masculos. ¶ Quod verò ad fœminas attinet: si fœmina erat, quæ ad hereditatẽ aspirabat, tũc demũ iura agnationis ad bona defuncti admittebatur cùm soror esset consanguinea. Quòd si aut amita erat, aut fratris filia: vt agnata heres esse non poterat. Nã id in vniuersum sciendum est, personam fœmineã, quæ gradum consanguinitatis excessit, iure agnationis ad hereditates non admitti. Sin verò fœmina erat, quæ decesserat, masculus autem ad hæreditatẽ eius vocabatur: siue tertio, siue quarto, siue quinto gradu fuisset, hæres fiebat. ¶ Qua de causa, si fratris mei vel patrui filia, aut amita mea decesserit, ego ad hæredi-

a Frater defuncti, patruo eiusdem in successione præfertur.

b Adoptione ius adgnationis & consanguinitatis contrahitur l. 1. §. 2. & §. vlt. l. 2. §. 3. ff. de suis & legitimis heredibus.

c Igitur hinc ἐξ ἴσου opponuntur: vt infra liters a vocabis.

d Septimo, vt hic. Imò & decimo §. vlt. inf. de succes. cognatorum.

e Fœmina ad hæreditates legitimas vltra consanguineas ad successiones olim non admittebantur iure ciuili vt hic. Voconiãi vt rogatione. Paul 4. sent. 8. §. 3. Vlp. 26. § 6. 2. Caius 8. §. 6. quod postea abrogatum. versi. Ideo nos in fi. inf. eod.

f Fœminæ succedebant olim masculi etiam quinto gradu. masculo fœminæ non succedebant nisi consanguineæ.

g Forte legendum διὰ τὸ ...

tatem eius vt agnatæ admittebar: sin autem ego decessera, ipsæ iure agnationis ad hereditatē meā nō veniebant. ¶ Hæc ideo sic erant constituta, quia commodius videbatur esse & vtilius, frequentiores ad masculos quā ad feminas hereditates cōfluere: propterea quòd vtiliores se masculi præstent Reipublicæ, dum aut bella gerunt, aut sacra faciunt, aut muneribus publicis fūguntur. ¶ Verùm quoniam sanè iniquum erat, in vniuersum eas repelli à defunctorum successione, quasi extraneis similes, Prætor id quod natura æquum est præ oculis habens, bonorum possessionem Vnde cognati eis pollicitus est: ex ea parte edicti vocans eas, qua cognatis aditum ad bona intestatorum dedit: hoc est, cùm neque agnatus vllus, neque proximior cognatus inuenitur. ¶ Quod autem dictū est, fœminas iure agnationis heredes habere, sed heredes non esse, vbi gradum consanguinitatis excedūt non inuentum legis duodecim tabularum est. Nā lex duodecim Tabularū familiarē legibus simplicitatem amplexa, simili modo omnes tum adgnatos tum adgnatas, cuiuscumque gradus essent, ad similitudinem suorum, ad successiones defunctorum vocabat.

Verum Iurisconsulti, qui post legem duodecim Tabularum venerunt, ea quidem posteriores, sed Principū cōstitutionibus priores, subtilitate quadā adducti, prædictam differentiam commenti sunt, vt eas penitus ab agnatorum successione repellerēt: donec (vt dictū est) Prætores

a Hereditates cur frequētius ad masculos olim delata quàm ad fœminas.
b Masculi in multis vtiliores Republica quàm fœmina.
c Æquitas in iudiciis spectanda.
d Hoc ius confirmatur versiculo, Ideo, in fin. inf. eod. l. 14. Co. de legit. hæred. dixi ad leges xij. Tab. Tit. de hæred ab intestato.
e Lex xij. Tabularum nulla discretione sexus agnatos vita legendum videtur apud Paul. 4. sent. 8 §. 3.) admittit.
f Fœmina penitus arcentur ab agnatorum successione iure à prudentibus introducto seu media iurisprudentia Vlp vt Paul. 4. sent. § 3. iure ciuili & Voconia rogatione qua lex hereditatem mulierū coercuit, ne ditescerent, ac proinde elata æquarent se viris.
g Proinde, hac iurisprudētia, media hic dicitur.
h Fœmina ad successionem adgnatorū iure Prætorio vocantur vt cognata: data illis bonorū possessione, vnde cognati.

λέλοιπεν, ὡς ἀδνάτων ἐκληρονόμουν ἐγώ. εἰ δὲ ἐγὼ ἐτελεύτησα, αὗται ἀδνατικῷ δικαίῳ ἐπὶ τὴν ἐμὴν οὐ παρεγίνοντο κληρονομίαν. ¶ Ταῦτα δὲ οὕτως ἔχει, ἐπειδὴ[a] λυσιτελέστερον ἔδοξεν εἶναι, συνεχέστερον τοὺς ἄρρενας μᾶλλον ἐπὶ τὰς κληρονομίας καλεῖσθαι, ἢ τὰς θηλείας. ἐπειδὴ τῇ πολιτείᾳ χρειώδεις[b] εἰσὶν οἱ ἄρρενες, πολεμοῦντες, λειτουργοῦντες, ἄρχοντες. ¶ Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἄπορον ἐνομίσθη ἐξωθεῖσθαι αὐτὰς καθ' ὅλου τῆς τῶν τελευτησάντων διαδοχῆς ἐξωτικοῖς μιμουμένους, ὁ πραίτωρ αὐτὰς πρὸς[c] τὸ φύσει δίκαιον ἀποσκοπῶν, τὴν ὕνδε κογνάτοι διακατοχὴν ἐπηγγείλατο, ἐξ ἐκείνου τοῦ μέρους καλέσας αὐτὰς, ἐξ οὗ τοῖς κογνάτοις ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου πρόσοδον, τουτέστιν ἡνίκα μηδεὶς ἀδνάτος, μηδὲ ἐγγύτερος κογνάτος ὑπείη[e]. ¶ Τὸ δὲ εἰρημένον ἡμῖν, ὅτι αἱ θήλειαι ἀδνατικῷ δικαίῳ κληρονομοῦνται μὲν, οὐ κληρονομοῦσι δὲ βαθμὸν ὁμαιμότητος ὑπερβᾶσαι, οὐχ εὕρεσις ἐστὶ τοῦ δωδεκαδέλτου. ὁ γὰρ δωδεκάδελτος,[d] ἐν τοῖς νόμοις συνήθη φιλῶν ἁπλότητα, ἅπαντας ὁμοίως ἀδνάτους[e] καὶ ἀδνάτας, οἱουδήποτε εἶεν βαθμοῦ καθ' ὁμοιότητα τῶν σούων, ἐπὶ τὰ τῶν τελευτησάντων ἐκάλει πράγματα.

¶ Ἀλλ' οἱ μὲν τὸν δωδεκάδελτον σοφοί,[f] νεώτεροι μὲν ὄντες τῆς ἐκείνου νομοθεσίας, πρεσβύτεροι[g] δὲ τῶν βασιλικῶν διατάξεων, ἀκριβείᾳ χαίροντες, τὴν εἰρημένην ἐμηχανήσαντο διαφορὰν, ἐξωθοῦντες αὐτὰς καθόλου, τῆς τῶν συγγενῶν διαδοχῆς. μέχρις οὗ καθὰ εἴρηται, οἱ πραίτωρες[h] τὴν ὑπὸ τῶν σοφῶν εἰσενεχθεῖσαν

si lōgissimo gradu sint) admittitur. Qua de caussa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitę tuę hereditas ad te pertinebat: tua verò ad illas nō pertinebat. ¶ Quod ideo ita cōstitutū erat, quia cōmodius videbatur, ita iura constitui, vt plerunque hereditates ad masculos cōfluerent. ¶ Sed quia sanè iniquū erat, in vniuersū eas quasi extraneas repelli, Prętor eas ad bonorū possessionem admittit ea parte qua proximitatis nomine bonorū possessionē pollicetur: ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque adgnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat. ¶ Et hæc quidē lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatē legibus amicā amplexa, simili modo omnes adgnatos, siue masculos siue fœminas, cuiuscunque gradus ad similitudinem suorum inuicem, ad successionem vocabat. ¶ Media autem Iurisprudentia, quæ erat quidem lege duodecim Tabularū iunior, Imperiali autem

tem dispositione anterior: subtilitate quadam excogitata præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à successione adgnatorum repellebat: omni alia successione incognita, donec Prætores paulatim asperitatem iuris ciuilis corrigentes, siue quod deerat, implentes, humano proposito aliũ ordinem suis edictis addiderunt, & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorũ poss. eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum poss. quę *Vnde cognati* appellatur.

¶ Nos verò legem XII. Tab. sequentes, & eius vestigia in hac parte conseruãtes, laudamus quidẽ Prętores suę humanitatis, non tamen eos in plenum huic causę mederi inuenimus. Quare etenim vno eodémque gradu, naturali concurrẽte & agnationis titulis, tã in masc. quàm in fœminis æqua lance cõstitutis, masculis quidem dabatur ad success. venire omnium adgnatorum: ex agnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori ad agnatorum success. patebat aditus.

¶ Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius XII. Tab. eandem dispositionem exæquãtes, nostra constitutione sancimus, omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes (siue masculini gen. siue fœm. sint) simili modo ad iura successio-

τραχύτητα τῇ πολιτείᾳ φιλανθρωποτέρᾳ, διανοίᾳ διορθοῦντες ὡς κογνάτας ταύτας ἐκάλεσαν, ἢ καὶ τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦντες, (τοῦτο [a] γὰρ ἔθος αὐτοῖς,) τρίτην τάξιν κογνατικὴν ἐπινοήσαντες, ὡς κογνάτας αὐτὰς ἐκάλεσαν, τὴν οὖν δὲ κογνάτοι διακατοχὴν αὐταῖς ἐπαγγελλάμενοι. ¶ Ὁ δὲ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς, τὴν ἐπινοηθεῖσαν ὑπὸ τῆς δωδεκαδέλτου [b] ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν περὶ τὴν διαδοχὴν ἰσότητα [c] φυλάττων, ἐπαινεῖ μὲν τῆς φιλανθρωπίας τοὺς πραίτωρας, μὴ καθάπαξ ἐκτὸς τῆς διαδέχεσθαι τὰς θηλείας ἐάσαντας. φησὶ δὲ αὐτοὺς μὴ τελείως τὸ κατὰ τῶν θηλειῶν ἀδικίας εὑρεῖν ἴαμα. ἀτοπώτατον γὰρ εἶναι, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ τὰς θηλείας τοῖς ἄρρεσιν συντρεχούσας, καὶ οὐ μόνον τὴν φυσικὴν ἐχούσας συγγένειαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀδνατικὴν ἀποσῳζούσας, μὴ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τοῖς ἄρρεσι διαδέχεσθαι, ἀλλὰ μόνας ἀδελφὰς ἀδνατικῷ δικαίῳ, ἐπὶ τὴν τοῦ τελευτήσαντος παραγίνεσθαι κλῆρον. ¶ Τούτοις οὖν κινηθεὶς ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς τοῖς λογισμοῖς, τὸ ἀρχαῖον ἀνεκαλέσατο δίκαιον, καὶ ἀπὸ τῆς δωδεκαδέλτου [d] φημὶ, καὶ οἰκείᾳ [e] διατάξει τὰ ἐξ ἀρρενογονίας συναπτόμενα τῷ τελευτήσαντι πρόσωπα, εἴτε ἄρρενα, εἴτε θηλεία [f] ἴσῳ τρόπῳ εἰς τὴν λεγιτίμαν ἐκέλευσεν ἐκ ἀδιαθέτου καλεῖσθαι διαδοχὴν, τῆς προτιμήσεως πανταχοῦ τοῦ βαθμοῦ σῳζομένης. τὸν γὰρ ἐγγύτερον, [g] ἢ τὴν ἐγγυτέραν, τῶν ἐπέκεινα προτιμᾶσθαι βούλεται. καὶ μὴ διὰ τοῦτο ἐλάττονα αὐτὰς ἔχειν, ἐπειδὴ βαθμὸν ὑπερέβησαν ὁμαιμότητος,

asperitatẽ iuri ciuili à prudẽtibus inuectam, humaniore cõsilio corrigentes, vt cognatas eas ad successionem admiserũt, aut potius, quod deerat implentes (nã ideis familiare est) tertio ordine cognatorũ inuẽto, vt cognatas eas vocarunt, bonorũ possessionẽ, quæ Vnde cognati dicitur, illis pollicendo. ¶ At verò Imperator noster sanctissimus, æqualitatẽ inter masculos & feminas à lege XII. Tab inuenta conseruans: laudat quidẽ Prætores humanitatis suæ, quòd non omnino fœminas à successionibus passi sint excludi, sed negat perfectè ab eis remedium aduersus fœminarum iniuriam inuentũ esse. Absurdissimum enim esse, fœminas quæ ex vno eodémq; gradu cum marib. concurrant, neq; solùm naturalẽ cognationem habeant, sed etiã agnatarũ nomen conseruent, nõ eodem modo, quo mares succedunt, ad successiones admitti, verùm solas sorores iure agnationis ad defuncti hereditatẽ venire. ¶ Atq; his igitur rationibus motus Imperator noster sanctissimus vetera iura, ex lege (inquã) XII. Tab. reuocauit, & constitutione sua sanxit, vt personæ omnes, quæ per virilẽ sexũ defunctũ contingũt, siue mares sint, siue fœminæ, simili modo ad legitimæ successionis iura vocentur: quod tamen seruata vbiq; gradus prerogatiua fiat. Nam proximũ queq; aut proximã his qui remotiore gradu sunt, præferri vult. Neve ideò minus iuris habeant, quòd gradum consanguinitatis egressæ sint:

a *Prætoribus ius ciuile supplere licet.* l. 7. § 1. ff. de iustitia & iure.

b Versic. & hæc quidem sup. eod.

c *Fœmina vna cũ masculis succedũt iure XII. Tab.*

d *Confirmatur* versic. Et hæc quidem lex sup. eod.

e l. penult. & vlt. C. de legit. hæredit.

f *Abrogatur ius vetus.* [illegible] *quo* in versic. quod ad fœminas sup. eod.

g *Proximi vlteriores gradus personas* [illegible]

verùm vt si quis decedat, duos relinquens agnatos, eiusdem gradus, quorum alter masculus, & altera sit fœmina, simul veniant: veluti verbi gratia, est filius patrui iam antea defuncti, est & filia patrui: quamuis ea & quarto in gradu sit, & consanguinitatem excesserit, nihilominus vnà cum fratre suo, succedet defuncto.

4 ¶His ita in dicta constitutione cautis, & illud insuper adiecit Imperator noster sanctissimus. Nam gradum vnum siue personam vnam, à iure cognationis in ordinem agnatorum transtulit, iubens ac sanciẽs, non filiũ tantùm, aut filiam fratris mei, ad hereditatem meã, vt agnatos, (sicut iam dictum est venire: verum etiam & sororis filios, siue eiusdem patris simus, siue eiusdem matris. Si quis igitur decedat, relinquens fratris iam antè mortui filium aut filiam, & sororis quoque iam ante mortuę (siue consanguinea sit, siue vterina) filium aut filiam: ex æquo venient omnes, & ex æquo succedent illi, vt patruo: hi, vt auunculo: perinde atque si per virilis sexus personas omnes cognati essent. Hæc autem ita, vt species ficta est, intelligere oportet, scilicet cùm fratres aut sorores, ex quibus hi descendunt, in viuis non sunt. Nam si illi super sint, & defuncti hereditatem amplectantur, hi, qui sequentes gradus obtinent, quiescent. Porrò inter dictas personas, quas dicta constitutio inuenit, hereditas defuncti non in stirpes, sed in capita diuidetur. Quæ tamen exemplo aliquo explicanda sunt. Quidam excessit è viuis, relicta

a hoc est gradum sororum filiorum in quo scilicet sororũ filij sunt positi.

b Liberi fratrum & sororum patruis & auunculis succedunt.

c Hoc ius postea immutatum: iure repræsentationis introducto.

d Fratrum & sororum liberi patruis succedunt inter se, hoc est, nullo fratre aut sorore defunctis existentibus in capita, non in stirpes.

ἀλλ' ἐάν τις τελευτήσῃ, δύο συγγενεῖς καταλιπὼν τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ, ὧν ὁ μὲν ἄῤῥην, ἡ δὲ ἐστι θήλεια, ἅμα παραγινέσθωσαν· οἷον λόγου χάριν, ἔστιν υἱὸς θείου πρὸς πατρὸς προτελευτήσαντος, καὶ θυγάτηρ θείου, εἰ καὶ τοῦ δ' βαθμοῦ ἐστὶ, καὶ ἐξῆλθε τὴν ὁμαιμότητα οὐδὲν ἧττον, ἅμα τῷ οἰκείῳ ἀδελφῷ τὸν τελευτήσαντα διαδέχεται.

4 ¶ Γυνή τις πορνευθεῖσα, παῖδας ἔσχεν. οὐχ [b] ἕξουσι οὗτοι πρός τινα λεγίτιμα δίκαια. ἡ γὰρ ἀδνατζίων, ἀπὸ τοῦ πατρὸς γνωρίζεται. οὗτοι δὲ πατέρα ἔχειν οὐ νοοῦνται. Ὥστε οὖν οὗτοι οὐδὲ ἀλλήλοις εἰσὶν ὅμαιμοι. ἡ γὰρ ὁμαιμότης [c] εἶδος ἐστὶν ἀδνατζίωνος. κογνατικὰ δὲ οἱ ἐκ πόρνης μητρὸς τεχθέντες ἀδελφοὶ περιβάλλονται πρὸς ἀλλήλους δίκαια ὥσπερ καὶ πρὸς πάντα τὸν ἀπὸ μητρὸς αὐτοῖς γνωσκόμενον συγγενῆ. ¶ Οὗτοι τοίνυν ἐκ τῆς τρίτης παραγίνονται τάξεως. οὐκοῦν ἡ [d] ἀπὸ τοῦ πραίτωρος ἐπινενοημένη τρίτη τάξις, ἔχει τοὺς ὑπεξουσίους ἀδνάτους κάπιτις δημινουτίωνα, ἐξῃρημένων ἀδελφῶν, καὶ τοὺς ἐκ τούτων τεχθέντας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ θηλυγονίας ἡμῖν ἐγνωσμένους. καὶ παῖδα ὄντα μὲν ἐν τῇ θετῇ φαμιλίᾳ, τὸν δὲ φυσικὸν πατέρα κληρονομεῖν σπουδάζοντα καὶ τοὺς ἀπὸ [e] πορνείας τεχθέντας. οἷς πᾶσι proximitatis nomine, τὴν vnde cognati διακατοχὴν ἐπαγγέλλεται. τουτέστιν οὐ πάντας ἅμα καλῶν, ἀλλὰ τοὺς πλησιάζοντας τῷ βαθμῷ.

5 ¶ Πολλῶν δὲ διαφορῶν οὐσῶν μεταξὺ ἀδνάτων καὶ κογνάτων, πρὸς ταῖς οὔσαις ἐστὶ καὶ [f] αὕτη ἐάν [g] τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ, ὁ τούτου ἀδνάτος ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κληθήσεται κληρονομίαν, εἰ καὶ δέκατου ἐστὶ βαθμοῦ, καὶ δύναται ἀδιτεύειν ὡς

minutos, legi duodecim Tabularum ignotos, Prętor ex tertio ordine vocauit.

3 ¶ Habebit autem & tertius ordo filiū in adoptionem datum, cùm ad naturalis patris hereditatem admitti postulabit.

4 ¶ Mulier ex meretriciis concubitibus liberos habuit, nullos hi agnatos habebunt. Agnatio enim per patrem cognoscitur, hi verò patrē non habere intelliguntur. ¶ Sic igitur, neque inter se erunt consanguinei. Quoniam consanguinitas species est agnationis. Cognationis verò iura inter se habent filii ex meretrice matre nati: sicut & erga quemuis qui per matrē eis coniunctus est, cognatum.

¶ Igitur & hi ex tertio ordine succedent. Itaque tertius hic à Prætore inuentus ordo habet agnatos capite minutos (exceptis fratribus) & eos deinde qui ex illis nascuntur. Ad hæc & illos, qui per fœminas non contingunt. Et filium, qui cùm in adoptiua familia sit, patri tamen naturali heres esse postulat. Et liberos postremò, vulgo quæsitos. Quibus omnibus proximitatis nomine, bonorum possessionem. Vnde cognati pollicetur: hoc est, non omnes simul vocans: sed vt quisque gradu proximus est.

5 ¶ Porrò, cùm multæ sint inter agnatos & cognatos differentię, cum & illa pręter cęteras vna est. Nam si quis intestatò decedat, agnatus eius ad hereditatē ipsius vocabitur, etiā si decimo sit gradu, & vt ex lege duodecim Tabularū adire poterit, aut

a l. 1 §. cognation m 4 ff. vnde cognati.

b l. 4. ff vnde cognati. l. 4. §. sciendum. ff. de gradib.

c *Consanguinitas species est adgnationis.*

d *Tertio ordine qui vocentur ad successionem defuncti.*

e §. Harmen. 9. §. 19.

f *Adgnatorum & cognatorum differentia.*

g *Adgnato adgnatus succedit etiam si sit decimo gradu.* adde §. 3. sup. de legit. adgnat. success.

a *Quod præstat aditio ex iure ciuili, id bonorum possessio petita à Prætore, efficit.*

b *Cognatus cognato succedit intra sextum cognationis gradum.*

c *In septimo gradu vocantur sobrini, sobrina nati,* vt hic & l. 1. Hęc autem. ff vnde cognati. *nec enim vltra inueniuntur nomina.* l. non facile. ff de gradibus, Paul. 4. sent. tit. § 8. d sic 28. Eclo. ... Eclo. 3. 38. Dicit. 10. adde ... 4. Paul. sent. tit. 11. de gradib. 4. Harmen. ... 6.

vt ex edicto Prætoris, bonorum possessionem Vnde legitimi petere. ¶ Quòd si agnatus nullus supersit, sed cognatos habeat defunctus: dabitur his bonorũ possessio Vnde cognati, quãdiu inter sextum gradum sunt. Nam è septimo gradu solæ vocantur hæ personæ. Filius filiáve, consobrini cõsobrinæve. Qui autem hi sint, ex sequenti titulo discemus.

ἀπὸ τοῦ δυωδεκαδέλτου, αἰτεῖ δὲ τὴν οὐνδὲ λεγίτιμαν, ὡς [a] ἀπὸ τοῦ πραίτωρος. ¶ Εἰ δὲ ἀδνάτος μὲν μὴ ὑπεστι, περίεισι δὲ κογνάτοι τῷ τελευτήσαντι, δοθήσεται αὐτοῖς ἡ οὐνδὲ κογνάτοι διακατοχή. ἕως ἂν εἰσὶ μέχρι τοῦ ἕκτου [b] βαθμοῦ. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑβδόμου βαθμοῦ, ταῦτα μόνα καλεῖται τὰ πρόσωπα, ὁ υἱὸς, ἤγουν ἡ θυγάτηρ τοῦ [c] κονσοβρείνου, ἢ τῆς κονσοβρείνας. τίνες δὲ οὗτοι εἰσὶν ἐν τῷ ἑξῆς μαθησόμεθα τίτλῳ.

quo Prætor legitimis heredibus datur ũ se bonorũ possessionem pollicetur. ¶ Proximitatis verò nomine, iis solis Prætor promittit bonorũ possessionem qui vsq. ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo à sobrino sobrináque, nato natáve

DE GRADIBVS COGNATIONVM. TIT. VI.

ΠΕΡΙ ΒΑΘΜΩΝ ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΣ.[d] ΤΙΤΛΟΣ ς.

DE GRADIBVS COGNATIONVM. TIT. VI.

¶ Cognatio alia superior parentum: inferior liberorum: ex latere fratrum, sororum, & eorum qui quæve ex his generantur. Priores duæ cognationes à primo: posterior à secundo gradu incipit. 1 *Quæ persona primo gradu.* 2 *secundo.* 3 *tertio.* 4 *quarto.* 5 *quinto* 6 *sexto.* 7 *& reliquis gradibus contineantur.* 8 *Gradus adgnationis eodem modo numerantur, quo cognationis gradus numerari nunc diximus.* 9. *Graduum cognitionem facilius percipi ex descriptione & tabella, quàm viua voce aut nuda narratione.*

e *Titulo de legitima adgnatorum tutela. & tit. de legitima adgnatorũ successione.*

f *Cognatio ascendentium & descendentiũ à primo gradu incipit.*

QVod nuper in præfatione quadam inspectione de gradibus diximus, id nunc nobis per ipsam ordinationem rerũ exhibendum est, quò res maiorem fidem habeat. Sic igitur gradus cognationis numerabuntur. ¶ Interim tamen in primis sciendum est: cognationem, aut ascendentium & descendentium esse, aut eorum qui ex latere veniunt, qui dicuntur ex transuerso, fratrum, sororum, & qui ex his nascuntur: & consequenter, patrui & auunculi, amitæ, que & materteræ. ¶ Et ascendẽtium quidem & descendentiũ cognatio,

ΤΟ πρότερον [e] ἐν προθεωρίᾳ ἡμῖν εἰρημένον περὶ τῶν βαθμῶν, νῦν ἀναγκαῖον δι' αὐτῆς παραδειχθῆναι τῆς ῥήσεως, ἐπὶ τὸ πλείονα πίστιν ἔχειν τὸ λεγόμενον. ἀριθμηθήσονται δὲ οἱ βαθμοὶ τῆς συγγενείας οὕτως. ¶ Τέως δὲ κατὰ πρώτην τάξιν εἰδέναι χρὴ τὴν συγγένειαν ἢ τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων, ἢ τῶν ἀπὸ λοξότητος ἐρχομένων, οἵτινες λέγονται ἐκ πλαγίου, ἀδελφῶν ἀρρένων καὶ θηλειῶν, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν τικτομένων. ἀκολούθως δὲ θείου καὶ θείας. τούτου μὲν πρὸς πατρὸς, τούτου δὲ πρὸς μητρός. ¶ Καὶ ἡ [f] μὲν τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων συγγένεια

HOc loco necessariũ est exponere quemadmodum gradus cognationis numerẽtur. ¶ Quare inprimis admonẽdi sumus, cognationem aliã suprà numerari, aliam infra: aliã ex transuerso, quę etiã à latere dicitur.
¶ Superior cognatio est parẽtum: inferior liberorum: ex trãsuerso fratrum sororũve, & eorum

rum qui quæve ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ auunculi, materteræ. ¶ Et superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea quæ ex transuerso numeratur, à secundo.

1 ¶ Primo gradu est suprà pater, mater: infrà filius, filia

2 ¶ Secundo gradu suprà Auus, auia: infrà Nepos, neptis: ex transuerso Frater, soror.

3 ¶ Tertio gradu suprà proauus proauia: infrà pronepos, proneptis: ex transuerso fratris sororisq. filius filia & cõuenienter patruus, amita auunculus, matertera. ¶ Patruus est frater patris qui Græcè πατράδελφος appellatur. ¶ Auũculus est frater matris, qui Græcè μητράδελφος dicitur, & vterq promiscuè θεῖος appellatur. ¶ Amita est patris soror, quæ Græcè πατραδέλφη appellatur. ¶ Matertera verò, matris soror, quæ Græcè μητραδέλφη dicitur: & vtraque promiscuè θεία appellatur. 4 ¶ Quarto gradu suprà abauus, abauia: infrà abnepos, abneptis. ex transuerso fratris, sororisque nepos, neptisve: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater & soror, item

ἀπὸ πρώτου ἄρχεται βαθμοῦ. ἡ δὲ [a] τῶν ἐκ πλαγίου, ἀπὸ δευτέρου. πρῶτον γὰρ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βαθμὸν ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου.

1 ¶ Ὁ πρῶτος [b] βαθμὸς ἐν μὲν τοῖς ἀνιοῦσιν ἔχει, πατέρα, μητέρα. ἐν δὲ τοῖς κατιοῦσιν, υἱὸν, θυγατέρα.

2 ¶ Ὁ δεύτερος [c] ἐν τοῖς ἀνιοῦσιν ἔχει, πάππον, μάμμην. ἐν δὲ τοῖς κατιοῦσιν, ἔγγονον, ἐγγόνην. ἐν δὲ τοῖς ἐκ πλαγίου, ἀδελφὸν, ἀδελφήν.

3 ¶ Ὁ τρίτος [d] βαθμὸς ἔχει ἐν τοῖς ἀνιοῦσι, πρόπαππον, προμάμμην· ἐν τοῖς κατιοῦσι, προέγγονον, προεγγόνην. ἐν τοῖς ἐκ πλαγίου, ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς, υἱὸν καὶ θυγατέρα, καὶ ἀκολούθως θεῖον πρὸς πατρὸς ἢ πρὸς μητρός.

¶ Ὁ θεῖος ὁ πρὸς πατρὸς ῥωμαϊστὶ λέγεται patruus. τουτέστιν ὁ τοῦ πατρὸς ἀδελφὸς, ὃς ἑλληνιστὶ λέγεται πάτρως. ¶ Ὁ δὲ πρὸς μητρὸς θεῖος καλεῖται ῥωμαϊστὶ μὲν ἀβουγκουλος. τουτέστιν ἀδελφὸς τῆς μητρὸς, ὃς παρ' ἕλλησι καλεῖται κυρίως μήτρως. κοινῶς δὲ πᾶς θεῖος λέγεται. ¶ Ἡ πρὸς πατρὸς θεία, λέγεται ἄμιτα. τουτέστι τοῦ πατρὸς ἀδελφή. ¶ Ἡ δὲ πρὸς μητρὸς ματέρτερα. τουτέστι τῆς μητρὸς ἀδελφή. ¶ Ἑκατέρα δὲ θεία προσαγορεύεται ἤγουν παρά τισι τηθίς.

4 ¶ Ὁ δὲ τέταρτος [e] βαθμὸς περιέχει ἐκ μὲν τῶν ἀνιόντων ἀπόπαππον, ἀπομάμμην. ἐκ δὲ τῶν κατιόντων ἀπέγγονον, ἀπεγγόνην. ἐκ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς ἔγγονον, ἐγγόνην. θεῖον πρὸς πατρὸς μέγαν, θείαν πρὸς πατρὸς μεγάλην. ὁμοίως δὲ θεῖον μέγαν πρὸς μητρὸς, θείαν μεγάλην πρὸς μητρός. τουτέστι

à primo gradu incipit: eorum verò qui ex transuerso veniunt, à secundo. Nã primus gradus nullus est ex transuerso.

1 Primus gradus, suprà habet patrem & matrem: infrà verò, filium & filiam.

2 ¶ Secundus, suprà habet, auum & auiam: infrà, nepotem & neptem. Ex transuerso, fratrem & sororem.

3 ¶ Tertius gradus suprà, habet proauum, proauiam: infrà, pronepotem, proneptem. Ex transuerso, fratris & sororis, filium, filiam. Et consequẽter, patruum, auunculum, amitam, materteram. ¶ Patruus Latinè dicitur frater patris, qui Græcè dicitur πατρῷος. ¶ Auunculus quoq. Latinè vocatur frater matris, quem Græci propriè μητρῷον vocant. Et vterque promiscuè θεῖος appellatur. ¶ Amita est patris soror: matertera, matris. Et vtraque communi nomine, dicitur θεία, à nonnullis verò etiam τιτθίς.

4 ¶ Quartus, suprà continet, abauum, abauiam: infrà, abnepotẽ, abneptẽ. ex transuerso, fratris & sororis nepotem, neptem. patruum magnum, amitam magnã. Similiter &

a *Cognatio collateralium à secundo gradu incipit.*

b l.1.§.3.l.10.§.12.ff. de gradib. *Paul.* 4. senten 11.§.1. *Hoc gradu continentur persona 4.*

c d.l.1.§.4.l.10.§.13 ff.eo. Paul.d.loco.§.2. *Hoc gradu continentur persona 12.*

d l.1.§.5.l.10 §.14.ff. de gradib. *Paul.* d.loco §.3 *Hoc gradu cõtinentur persona 32.*

e d.l.1.§.5.l.10.§.15.ff.eo. *Paul.*d.loco. §.4 *Hoc gradu continentur persona 80.*

auũculum magnum, materteram magnam, id eſt, aui & auiæ meæ fratrem & ſororem. Eſt & *conſobrinus* & *conſobrina*, id eſt, qui quæve ex duobus fratrib. aut ſororibus procreātur.

¶ Quidam tamen veterum rectè dixerunt, *conſobrinos* eos propriè vocari, qui ex duabus ſororibus geniti ſunt, quaſi cõſororinos. Eos verò, qui ex duobus fratribus procedunt, propriè dici *fratres patrueles*. Si autē ex duobus fratrib. filiæ naſcantur, inter ſe ſorores patrueles dicũtur. At hi qui ex fratre & ſorore generantur, *amitini* propriè dicuntur. Amitæ meæ filij *conſobrinum* me vocant, & ego illos *amitinos*. Itaque (vt rē in pauca contraham) per abuſionē hi qui ex duobus fratrib. aut ſororibus nati ſint, *conſobrini* appellantur. Sed propriè mares ex duobus fratribus, *fratres patrueles*, fœminæ, *ſorores patrueles*. Et ex duabus ſororibus mares aut fœminæ, *conſobrini* & *conſobrinæ*. Et qui ex fratre & ſorore nati ſunt, *amitini*. Sed ſororis quidem filius, fratris filium vocabit *conſobrinum*: fratris autem filius, ſororis filium, *amitinum*.

a *Conſobrini qui propriè dicantur.*

τοῦ πάππου μου καὶ τῆς μάμμης μου ἀδελφὸν καὶ ἀδελφήν. ἔστι καὶ ὁ κονσοβρῖνος, καὶ ἡ κονσοβρίνα. τουτέστιν οἵ τινες καὶ αἵ τινες, ἀπὸ δύο ἀδελφῶν ἀῤῥένων τίκτονται, ἤγουν θηλειῶν.

¶ Τινὲς δὲ τῶν παλαιῶν κονσοβρίνους [a] μὲν ὀρθῶς λέγουσι τούτους κυρίως, οἵ τινες ἐκ δύο ἀδελφῶν θηλειῶν ἐτέχθεισαν, κουάσι κονσοβρίνους. τούτους δὲ οἵ τινες ἐκ δύο ἀδελφῶν ἀῤῥένων προῆλθον κυρίως φράτρες πατρουέλες καλεῖσθαι λέγουσιν· εἰ δὲ ἐκ δύο ἀδελφῶν ἀῤῥένων θυγατέρες τεχθῶσιν, ἀλλήλας καλοῦσιν σορόρες πατρουέλες. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς τικτόμενοι, ἀμίτινοι κυρίως προσαγορεύονται. τῆς θείας μου τῆς πρὸς πατρὸς οἱ παῖδες, ἐμὲ κονσοβρῖνον καλοῦσιν, ἐγὼ δὲ ἐκείνους ἀμιτίνους. ὥστε συνελεῖν συντόμως εἰπεῖν, καταχρηστικῶς μὲν οἱ ἀπὸ δύο ἀῤῥένων, ἤγουν θηλειῶν τικτόμενοι κονσοβρῖνοι προσαγορεύονται. κυρίως δὲ οἱ μὲν ἀπὸ ἀῤῥένων ἄῤῥενες, φράτρες πατρουέλες, οἱ δὲ ἀπὸ θηλειῶν ἄῤῥενες, ἤγουν θήλειαι, κονσοβρῖνοι, καὶ κονσοβρῖναι, οἱ δὲ ἀπὸ ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς ἀμίτινοι. ἀλλ' οὖν ὁ μὲν τῆς θηλείας υἱὸς τὸν τοῦ ἄῤῥενος κονσοβρῖνον καλέσει· ὁ δὲ τοῦ ἄῤῥενος τὸν τῆς θηλείας ἀμίτινον.

auunculus magnus & matertera magna, id eſt, auiæ frater & ſoror: conſobrinus, conſobrina, id eſt, qui quæve ex ſororibus, aut fratribus procreantur. ¶ Sed quidā rectè conſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerantur, quaſi cõſororinos: eos verò qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcũtur, ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore progenerantur, amitinos propriè dici putā. Amitæ tuæ fil. te conſobrinũ te appellant: tu illos amitinos.

b d. l. 1. §. 7. l. 10. §. 16. ff. eo. *Paul.* d. loco §. 5. *hoc gradu continentur perſonæ* 184.

5 ¶ Quintus gradus habet, ſuprà adauum, adauiā: infrà, adnepotē, adneptē. Ex tranſuerſo, Fratris & ſororis pronepotem, proneptem. Et conſequenter, maiorem patruum, maiorem amitam, id eſt, proaui fratrem & ſororem. Auũculum maiorē, materterā maiorem, id eſt, proauiæ

5 ¶ Ὁ πέμπτος [b] βαθμὸς ἔχει ἐν αὐτῷ ἐκ μὲν τῶν ἀνιόντων δισπάππον, δισμάμμην. ἐκ δὲ τῶν κατιόντων δισέγγονον, δισεγγόνην. ἐκ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου, ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς προέγγονον προεγγόνην. καὶ ἀκολούθως μείζων θεῖος πρὸς πατρὸς, μείζων θεία πρὸς πατρός. τουτέστι τοῦ προπάππου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφή. μείζων θεῖος πρὸς μητρὸς, μείζων θεία πρὸς μητρός. τουτέστι τῆς προμάμμης

5 ¶ Quinto gradu ſuprà atauus, atauia: infrà atnepos, atneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſq. pronepos, proneptis: & conuenienter, propatruus, proamita, id eſt, proaui frater & ſoror: & proauunculus & promatertera, id.

est, proauiæ frater & soror: itē fratris patruelis vel sororis patruelis consobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius, filia: propiùs sobrino, propiùs sobrina: hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ, filius, filia.

6 ¶Sexto gradu suprà tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex transuerso fratr. sororisque abnepos, abnept. & conuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater & soror: abauunculus abmatertera, id est, abauiæ frater & soror: (Item propatrui, proamitæ, proauūculi, promaterteræ filius filia: itē propiùs sobrino, sobrināve filius filia: item cōsobrini consobrinæ, nepos neptis) item sobrini sobrinæ, & qui quæve ex fratribus, vel sororibus patruelibus, vel cōsobrinis, vel amitinis progenerātur. 7 ¶ Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Nanque ex his palā est intelligere, quēadmodum vlteriores quoq; gradus numerare debemus: quippe semper generata persona gradum adiicit, vt longè facilius sit respondere, quoto quisque gradu sit, quàm propria cognationis appellatione quenquam denotare.

8 ¶ Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur. 9 ¶ Sed cùm magis veritas oculata fide, quàm per aures animis hominum infigatur: ideo neces-

ἀδελφὸς καὶ ἀδελφή. ὁμοίως καὶ τῶν ἀπὸ ἀδελφῶν τικτομένων, οἵτινες ὡς εἴρηται ποτὲ μὲν φράτρες πατρουέλες, ποτὲ δὲ σορόρες πατρουέλες, καὶ ποτὲ μὲν κονσοβρεῖνοι καὶ κονσοβρεῖναι, ποτὲ δὲ ἀμίτινοι καὶ ἀμίτιναι, υἱὸς καὶ θυγάτηρ, καὶ ὁ λεγόμενος πρόπριος κονσοβρεῖνος, καὶ πρόπρια κονσοβρεῖνα. τουτέστι τῶν μεγάλων θείων τῶν πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς υἱὸς καὶ θυγάτηρ.

6 ¶ Ἐκ τοῦ [a] βαθμοῦ εἰσὶν, ἐκ μὲν τῶν ἀνιόντων, τρίταταος, τριτάμμη. ἐκ δὲ τῶν κατιόντων τρισέγγονος, τρισεγγόνη. ἐκ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς, ἀπέγγονος ἀπεγγόνη. καὶ ἀκολούθως θεῖος μέγιστος πρὸς πατρὸς, θεία μεγίστη πρὸς πατρός. τουτέστι τοῦ ἀποπάππου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφή. θεῖος μέγιστος πρὸς μητρὸς, θεία μεγίστη πρὸς μητρός. τουτέστι τῆς ἀπομάμμης ἀδελφὸς καὶ ἀδελφή. ὁμοίως καὶ ὁ μείζων κονσοβρεῖνος, καὶ ἡ κονσοβρεῖνα. τουτέστιν ὅστις ἢ ἥτις, ἀπὸ υἱῶν καὶ θυγατέρων τῶν φρατέρων πατρουέλων, ἢ ἀπὸ τῶν κονσοβρείνων ἢ ἀμιτίνων ἐτέχθησαν.

7 ¶ Ἀρκεῖ μέχρι τούτων ἀποδεῖξαι τίνα τρόπον, οἱ τῆς συγγενείας ἀριθμοῦνται βαθμοί. ὀφείλεις γὰρ εἰδέναι, ὅτι τὸ τεχθὲν πρόσωπον, ἀεὶ βαθμὸν προστίθησιν. ῥᾷον δὲ χαριέστερον [b] δέ ἐστι τὸ εἰπεῖν πόσου τίς ἐστι βαθμοῦ, ἢ τὰ ἰδιάζοντα τῆς συγγενείας ὀνόματα δηλῶσαι.

8 ¶ Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ, καὶ τῆς ἀδνατζίωνος ἀριθμοῦνται οἱ βαθμοὶ, καὶ τῆς κογνατζίωνος.

9 ¶ Ἀλλ' ὁπότε ἡ ἀλήθεια διὰ τῶν ὀφθαλμῶν μᾶλλον ἤπερ διὰ τῆς ἀκοῆς ἔχει τὴν πίστιν ἰσχυροτέραν, ἀναγ-

fratrem & sororem. Similiter eorum, qui ex fratribus vel sororibus nascūtur, &(vt dictum est) modò fratres patrueles, aliàs sorores patrueles, modò consobrini & consobrinę, nonnumquam amitini & amitinæ vocantur, filium & filiā. Deinde & propriū consobrinum, propriámque cōsobrinam, sicut vocātur, hoc est, patrui magni & amitæ magnæ, auūculi magni & materteræ magnæ, filium filiam.

6 ¶Sexto gradu sunt: suprà, tritauus, tritauia: infrà, trinepos, trineptis: Ex transuerso, fratris & sororis abnepos, abneptis. Et cōuenienter, patruus maximus, amita maxima, hoc est, abaui frater, & soror. Auunculus maximus, matertera maxima, id est, abauię frater & soror. Similiter & maior consobrinus & maior consobrina, id est, qui quæve ex filiis filiabúsque fratrū aut sororum patruelium, consobrinorum consobrinarúmve, amitinorum amitinarúmve nascuntur.

7 ¶ Hactenus monstrasse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur: quoniā sciendū est, semper generata persona gradū vnū adiici. Est autem lōgè facilius dicere quoto gradu quisq; sit, quam propria cognationis nomina exprimere.

8 ¶Eodem quoque modo & agnationis gradus numerantur, & cognationis.

9 ¶Verùm cū veritas per oculosquā per auresmaiorē fidē habeat, ideo neces-

a l. sexto gradu 3. l. 10. §. 19. ff. eo. Paul d. loco, §. 6. *Cæterùm hoc gradu continentur personæ 448.*

b *Sic* Paul 4. *sent.* 11. §. 7. & 8. *Septimo gradu qui sunt, cognati propriis nominibus non appellātur, quia vlterius per rerum naturā, nec nomina inueniri, nec vita succedentibus prorogari potest. Cæterùm hoc gradu, id est septimo personas 1024. contineri notat* Paul. l. 10. §. 18. ff. de gradibus.

sarium visum est, post narrationem graduum, etiam præsenti libro eos gradus inscribi, vt iuuenes & auribus & oculis hæc accipientes, perfectissimam graduum doctrinam adipiscantur.

καῖον ἐνομίσθη διὰ τὸ, μετὰ τὴν τῶν βαθμῶν διήγησιν, καὶ αὐτοῖς ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ ἐγγράψαι τοὺς βαθμούς. ὅπως αἱ ἀκοῇ καὶ θέᾳ οἱ νέοι ταύτας προσλαμβάνοντες, τελειοτάτης τῶν βαθμῶν ἐπιτύχωσι διδασκαλίας.

sarium duximus post narrationem graduum, eos etiam præsenti libro scribi: quatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

DE SERVILI COGNATIONE. TIT. VII.

ΠΕΡΙ[a] ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΣ δούλων. Τίτλος ζ.

DE SERVILI COGNATIONE. TIT. VII.

¶ *Seruos manumissos cognatis liberis vel manumissis hodie succedere.* 1 *Quo sensu dicatur eos qui pari gradu sint, non pariter succedere: eósque qui proximiores sint, non semper esse potiores in succedendo.*

Illvd autem ante omnia nosse oportet, Prætorem, cùm cognatorum ordinem excogitasset, seruilem cognationem in eo numero nõ habuisse: Nam neque veteres leges, vt est lex duodecim Tabularum, aut aliæ quædam, que de cognatis loquuntur, eam nouerunt.

¶ Verùm Imperator noster in constitutione quadam, quam de iure patronatus scripsit sublata rerum obscuritate & iuris confusione, humanitate suggerente & hoc constituit, vt si quis in seruitute liberum vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex serua: aut contrà, si qua mulier ex libero vel seruo liberos peperit, cuiuscunque sexus sint: & contigerit, vt pater seruus aut mater serua manumittantur, & hi qui ex seruili ventre nati sunt, ad libertatem quoque venerint: hi omnes liberè ad successionem patris & matris veniant, iure patronatus in hac parte

Οὐδὲ[b] δὲ πρὸ πάντων εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὁ πραίτωρ ἐπινοήσας τὴν κογνατικὴν τάξιν, οὐ συνηρίθμησε τοῖς κογνάτοις, τὴν[c] ἐν δουλείᾳ οὖσαν συγγένειαν. ἐπεὶ δὲ οὐδὲ νόμος ἀρχαιότερος, οἷον ὁ δυωδεκάδελτος, ἢ καὶ ἕτεροί τινες περὶ συγγενῶν διαλεγόμενοι τούτους ἐπίσταντο.

¶ Ἀλλ' ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς ἐν τῇ διατάξει ἐν ᾗ περὶ τῶν πατρωνικῶν διειλέχθη διαδοχῶν. ἀνελὼν τὴν ἐν αὐτῇ κρατοῦσαν ἀσάφειαν, καὶ τὴν νομοθεσίας τὴν σύγχυσιν φιλανθρώπῳ σκοπῷ, ἐνομοθέτησε καὶ τοῦτο, ἵνα ἐάν τις δοῦλος ὢν, παῖδα ἢ παῖδας σχοίη, εἴτε ἐξ ἐλευθέρας, εἴτε ἐκ δούλης· ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου γυνὴ δούλη, ἐὰν ἐξ ἐλευθέρου, ἢ οἰκέτου τέκῃ παῖδας, οἵας δήποτε φύσεως, συμβῇ δὲ τὸν δοῦλον πατέρα, ἢ τὴν δούλην μητέρα ἐλευθερωθῆναι, καὶ οἱ ἀπὸ δούλης δὲ γαστρὸς προελθόντες ἐλευθερωθῶσι παῖδες, ἀδιαφόρως ἐχέτωσαν τοὺς οἰκείους διαδέχεσθαι γονεῖς, τῶν πατρωνικῶν σχολαζόντων

Illvd certũ est, ad seruiles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio permittitur, nõ pertinere. nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur.

¶ Sed nostra constitutione quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum & vndique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, vt si quis in seruili constitutus consortio liberum vel liberos habuerit, siue ex libera siue ex seruilis cõditionis muliere: vel contrà, serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus, & ad libertatem his peruenientibus, ii, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatẽ meruerint: vel, dum mulieres liberæ erant, ipsi in seruitute eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint: vt hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito. ¶ Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionẽ,

a *Hanc epigraphen ita restituendam censeo, cur enim desit Theophilo, cũ Latinis his institutionibus non desit. Et sanè ex Indice titulorũ Theophili suspicio est, hunc titulo specialem ac suam epigraphen fuisse, vt & sequenti: ex vtroque autem temere hunc in Indice legi περὶ συγγενείας ἀπελευθέρων cuius pars prior, huius tituli propria, si librarius addiderit: altera sequentis proxime si διαδοχῆς præposueris.*

b *Adde* 1 Harmenop. 14. §. 18.

c *Cognatio seruilis iure xij. Tabularum & Prætorio ignoratur in successionib. vt hic: at non in nuptiis §: illud certum. sup. de Nuptiis.*

sed etiam alterum in alterius successionē mutuā vocauimus ex illa lege specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur, qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt, siue vnà cùm aliis, qui post libertatē parentū cōcepti sunt: (siue ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex aliis nuptiis) ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

1 ¶ Repetitis itaq. omnibus, quę iam tradidimus, apparet, non semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eòque amplius ne eum quidē, qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse.

¶ Cum enim prima causa sit suorum heredū, & eorum, quos inter suos heredes enumerauimus, apparet pronepotem, vel abnepotem defuncti potiorem esse quàm fratrem, aut patrem, ma-

δικαίων. ¶ Οὐ μόνον δὲ οἱ οὕτως τεχθέντες τοὺς οἰκείους διαδέξωνται γονεῖς, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀμοιβαδὸν τὰς ἀλλήλων λήψονται κληρονομίας. ὡς ἡ αὐτὴ βούλεται διάταξις ἰδικῶς, εἴτε μόνοι περίεισιν οἱ ἐν δουλείᾳ τεχθέντες, εἶτα ἐλευθερωθέντες, εἴτε συμβῇ μετὰ ταῦτα τῶν γονέων ἐλευθερωθέντων ἑτέρους τεχθῆναι. ἅμα γὰρ αὐτοῖς, τὸ πατρῷον ἢ μητρῷον διαδέξονται κλῆρον, εἴτε ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς, εἴτε τοῦ αὐτοῦ πατρὸς εἰς φῶς προῆλθον οἱ μετὰ τὴν ἐλευθερίαν τῶν γονέων τεχθέντες, εἴτε ἐκ διαφόρων. καὶ ἁπλῶς ἅπαντα κρατείτω ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς μίμησιν τῶν ἐξ ἐννόμων τεχθέντων γάμων.

1 ¶ Ἐκ τῶν εἰρημένων (δεῖ γὰρ ἀνακεφαλαιωσάμενον συντόμως εἰπεῖν) τρεῖς [a] εἰσι τάξεις συγγενείας. ἡ τῶν σουΐων, ἡ τῶν λεγιτίμων, ἡ τῶν κογνάτων. διὸ οὐ δεῖ λέγειν, ὅτι ὁ ἐγγύτερος τῷ βαθμῷ ἐκεῖνος προτιμᾶται περὶ τὸ κληρονομεῖν· τάξις γὰρ τάξεως προτιμᾶται, καὶ ὁ πρεσβυτέρας ὢν τάξεως εἰ καὶ ἀπολιμπάνεται τῷ βαθμῷ, πλὴν ἐκ τῆς τάξεως δυνατώτερος ὤν, προλαμβάνει περὶ τὸ κληρονομῆσαι. τότε [b] δὲ βαθμῶν γίνεται σύγκρισις, ἡνίκα πολλὰ πρόσωπα ἐκ τῆς αὐτῆς ὁρμᾶται τάξεως. οὔτε [c] οὖν οἱ τὸν ἴσον ἔχοντες βαθμὸν τῆς συγγενείας ἀεὶ ἅμα καλοῦνται, οὔτε δὲ ὁ [d] ἐγγύτερος ἀεὶ προτιμώτερος. ¶ Ἔστι γὰρ πρώτη [e] τάξις ἡ τῶν σουΐων, καὶ συναριθμουμένων τοῖς σουΐοις, τουτέστιν ἐμαγκιπάτων, καὶ τῶν ἀπὸ θηλυγονίας ἐγγόνων, καὶ οὓς κατὰ μέρος ἐν [f] τοῖς προλαβοῦσιν ἠριθμησάμην. ὑπόθου τοίνυν εἶναι προέγγονον, ἢ ἀπέγγονον τῷ τελευτήσαντι, εἶναι δὲ καὶ ἀδελφὸν, ἤγουν πατέρα ἢ μητ-

sopito. ¶ Neq. verò qui sic nati sunt, solum ad parētū successionē venient, sed etiā alter ad alterius mutuā successionē vocatur, quēadmodū specialiter vult dicta cōstitutio. Siue hi soli supersint, qui in seruitute nati, & deinde manumissi sunt, siue euenerit, vt post manumissionē parētū alii quoque nascerentur: quoniā vnà cū eis ad paternā vel maternam hereditatē admittentur: siue ex eadē matre, aut ex eodē patre in lucē prodierint, hi qui post parētum manumissionem nati sūt, siue ex diuersis. Et (vt vno verbo rem totam absoluam) Omnia in eis obtinere debēt, ad similitudinem eorū, qui ex iustis nuptiis nati sunt.

1 ¶ Ex his quæ dicta sunt (vt rem veluti per capita colligēdo in compēdium cōtraham) tres sunt ordi-[a]nes cognationis: Suorum, Legitimorum, & Cognatorum. Quapropter dicēdū nō est eum qui proximus gradu sit, statim etiā in hereditate percipiēda pręferri, quoniā ordo ordini pręfertur. Et qui in proximiore ordine est, quāuis eū alius gradu præcedat, dum ipse ordine potior sit, & in hereditate percipienda potior est. Tunc autē gradus fit [b] cōparatio, cùm plures personæ ex eodem ordine veniūt. Neque igitur, qui pa[c]rem gradum cognationis obtinent, semper pariter vocantur: neque eius, qui proximior est, causa semper potior est. ¶ Primus enim ordo primaq. causa Suorū est, & eorū qui suorū numero habētur: vt emancipatorum, & qui per fœminā descendunt nepotū: atq. aliorum, quos suprà particulatim enumerauimus. Finge ergo defūcto esse pronepotem vel abnepotem, esse & fratrem, patrémve aut ma-

a *Cognationis tres sunt ordines.*

b *Graduum comparatio quando fiat.*

c *Pari gradu qui sunt, non semper eodem ordine succedunt.*

d *Proximioris non semper est potior causa.*

e *Primus ordo succedendi est suorum.*

f *Suorum numero quinam habeantur.*

trem: Pronepos iste aut abnepos præfertur, [a] vtpote qui ex potiore ordine veniat, quamuis gradu superetur. Nam pater aut mater, primo gradu sunt, sicut latius dictum est: frater, secundo. At pronepos, tertio: abnepos, quarto. Et tamen hic cùm ex quarto gradu veniat, præfertur his qui ex primo aut secundo gradu sunt: propterea, quod ordine potior sit. Nec interest, pronepos iste vel abnepos in potestate morientis fuerit, an non fuerit, quòd vel emancipatus esset, vel ex emancipato aut per fœmininum sexum propagatus.

a *Vlteriore gradu sui præferuntur adgnatu tametsi gradu proximiore positu.*

¶ Quando autem Sui non supersunt, aut qui loco Suorum habentur, sed agnatus superest: hoc est, qui integrum ius habeat legitimi, etiam si remotiore gradu sit, plerumque tamen proximiore cognato potior habetur. ¶ Nam patrui nepos, qui quinto gradu est: aut pronepos, qui sexto: auunculo & materteræ præferuntur, quamuis tertium gradum obtineant.

¶ Toties igitur proximum cognatum aut potiorem esse dicimus, aut vnà cum iis, qui eodem gradu sunt, vocari, quoties neque Suus aliquis, aut qui Sui vicem obtinet, extat, neque etiam agnatus vllus superest. Nam hi in hereditatibus præferuntur. Hæc dicimus exceptis fratre & sorore emancipatis. Hæ enim personæ circa ius agnationis per capitis deminutionem non læduntur. Sed agnatis omnibus

b *Proximus cognatus non succedit, suis aut quasi suis existentibus: hoc est non succedit nisi post suos, quasiue suos.*

c *Fratres licet emancipati præferuntur adgnatis remotiore gradu positis.*

τέρα. ὁ προέγγονος, [a] ἤγουν καὶ ἀπέγγονος προτιμηθήσεται· ὡς ἀπὸ τάξεως ἐρχόμενος δυνατωτέρας. καίτοι πλεονεκτεῖται τῷ βαθμῷ. ὁ γὰρ πατήρ, ἤτοι ἡ μήτηρ, πρώτου ἐστὶ βαθμοῦ κατὰ τὰ εἰρημένα. ὁ δὲ ἀδελφὸς δευτέρου, ὁ προέγγονος γ, ὁ ἀπέγγονος δ. καίτοι ἀπὸ τετάρτου ὢν βαθμοῦ προτιμᾶται τῶν ἐρχομένων ἀπὸ πρώτου ἢ δευτέρου βαθμοῦ· διὰ τὸ τάξεως εἶναι τιμιωτέρας. οὐδεμίας οὔσης διαφορᾶς πότερον ὁ προέγγονος, ἢ ἀπέγγονος ὑπεξούσιος ἦν τῷ τελευτήσαντι, ἢ οὔ. ἐπειδὴ γέγονεν ἐμαγκίπατος, ἢ ἐξ ἐμαγκιπάτου ἐτέχθη, ἢ ἀπὸ θηλυγονίας προῆλθεν. ¶ Ἡνίκα δὲ μὴ ὕπεισι σοῦοι, ἤγουν οἱ μιμούμενοι τοὺς σούους, ὕπεστι δὲ ἀδνάτος, τουτέστιν ἀκέραια ἔχων τὰ λεγίτιμα δίκαια, εἰ καὶ μακροτέρου ἐστὶ βαθμοῦ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καλλίων ἐστὶ τοῦ ἐγγυτέρου κογνάτου. ¶ Ὁ γὰρ τοῦ πρὸς πατρὸς θείου ἔγγονος, ἢ προέγγονος ὤν· ὁ μὲν ε, ὁ δὲ ς ἐστὶ βαθμοῦ. τοῦ πρὸς μητρὸς δὲ θείου καὶ θείας προτιμηθήσεται, καίτοι τρίτον ἐπεχόντων βαθμόν. ¶ Τοσαυτάκις [b] οὖν τὸν ἐγγύτερον κογνάτον καλλίονα λέγομεν εἶναι, ἢ ἅμα καλεῖσθαι τοῖς τὸν αὐτὸν ἐπέχουσι βαθμόν, ὁσάκις οὔτε σοῦος ὑπόκειται, ἤγουν ὁ τάξιν ἐπέχων σούου, οὐχ ὕπεστι δὲ οὐδὲ ἀδνάτος. οὗτοι γὰρ προτιμῶνται περὶ τὸν κλῆρον. ταῦτα λέγομεν, ἐξῃρημένους τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς τῶν ἐμαγκιπάτων [c]. τὰ γὰρ τοιαῦτα πρόσωπα περὶ τὴν ἀδνατικὴν οὐ βλάπτεται διαδοχήν, ἐκ τῆς κάπιτις δεμινουτζίονος. ἀλλὰ πάντων

tremque defuncti: cùm alioqui pater quidem & mater (vt suprà quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an non, quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo sexu propagatus est.

¶ Amotis quoque suis heredibus, & quos inter suos heredes vocari diximus, adgnatus, qui integrum ius habet adgnationis, etiam si longissimo gradu sit, plerumque potior habetur: quam proximior cognatus. ¶ Nam patrui nepos, vel pronepos auunculo, vel materteræ præfertur.

¶ Toties igitur dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quoties neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis iure aliquis præferri debeat, secundùm ea quæ tradidimus, exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum, vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen

tamen præferuntur cæteris vlterioris gradus adgnatis.

ἀδυνάτων τῶν ὄντων τρίτου ἢ καὶ τοῦ ἐπέκεινα βαθμοῦ προτιμᾶται, ὡς ἡ Ἀναστασίου βούλεται διάταξις. ὥστε οὖν τὸ εἰρημένον πρὸ βραχέος, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, εἴρηται διὰ τοὺς ἐμαγκιπάτους ἀδελφούς. οὗτοι γὰρ καίτοι κογνατικὰ ἔχοντες δίκαια ἐκ τῶν παλαιῶν, προτιμηθῆναι ἐκ τῆς εἰρημένης διατάξεως.

qui tertio aut remotiore gradu sunt, præferuntur: secundum Anastasij cõstitutionẽ. Quod igitur antè diximus, plerunque propter fratres emancipatos dictum est. Nam quamuis hi secundùm veteres, ius tantùm cognationis habeant, tamen ex dicta cõstitutione prælati sunt.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM. TIT. VIII.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΔΟΧΗΣ [a] ἀπελευθέρων. Τίτλος η.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM. TIT. VIII.

¶ *Libertis qui olim successerint ex lege xij. Tabularum.* 1 *Iure prætorio.* 2 *Lege Papia.* 3 *Iure Iustinianeo: & quemadmodum patroni, libertis sui succedant centenarij, aut centenario minoribus, & qui Centenarij liberti.* 4 *Libertinorum priscis temporibus alios fuisse ciues: alios, Latinos: alios, dedititios: hodie nouo iure omnes libertinos ciues esse.*

NVNC de libertorũ bonis videamus.



ΕΧΕ ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ· ἡ [b] συγγένεια ὄνομά ἐστι γενικόν. διαιρεῖται δέ, εἰς ἀνιόντας, κατιόντας, καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου, ἀλλ' αὗται αἱ τρεῖς συγγένειαι, ἐπὶ [c] συγγενῶν ἐλευθέρων σκοποῦνται. ἐπὶ γὰρ τῶν ἀπελευθέρων, ἀνιόντας οὐκ ἴσασιν οἱ ἀρχαῖοι. πῶς γὰρ ὁπότε ἐν δουλείᾳ ἐτέχθησαν; οὔτε τοὺς ἐκ πλαγίου. ὁ γὰρ μὴ ἔχων ἀνιόντας, οὐδὲ τοὺς ἐκ πλαγίου κέκτηται. ἐξ ἐκείνων γὰρ οὗτοι καταλαμβάνονται. μόνην [d] δὲ ἔχουσι τὴν τῶν κατιόντων συγγένειαν. τουτέστι τῶν συλληφθέντων καὶ τεχθέντων αὐτοῖς μετὰ ἐλευθερίαν. ἐπειδὴ δή σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ἔρχου λοιπὸν τὸ προκείμενον. διεξελθόντες τὴν τῶν ἰνγενῶν διαδοχήν, ἀκολούθως ὀφείλομεν εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἀπελευθέρων. ἐὰν [e] ἀπελεύθερος ἀδιάθετος τελευτήσῃ, τίς ἐπὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ παραγίνεται· εἰ μὲν ὕπεστι αὐτῷ παῖς συλληφθεὶς μετὰ τὴν ἐλευθερίαν, ἐκ τῆς τῶν σουίων οὗτος κληθήσεται τάξεως.



HÆc habeto, veluti pro quadã præuia inspectione. Cognatio nomen generale est. Diuiditur autem in ascẽdentes, descendentes, & eos qui ex trãsuerso veniunt. Verùm hæ tres cognationum species, in cognatis ingenuis spectantur. Nam in libertinis ascendentes, nõ norunt veteres. Nã quomodo, cùm in seruitute nati sint? ac ne eos quidem, qui ex transuerso coniunguntur. Qui enim ascendentes nõ habet, neq; ex transuerso cognatos habere potest, cùm hi ex illis intelligantur. Solam igitur habent descendentium cognationẽ, hoc est, eorum quos post libertatem cõceperint, & pepererint. His ita præcognitis, videto nunc cæter... Cùm disputatũ sit de successione ingenuorũ, cõsequens est dicere & de successione libertorum: si libertus intestatus decedat, quis ad hereditatem eius vocetur. Et si quidem liberos habet post libertatem conceptos, ex ordine Suorum heredũ hi vo-

a *Hanc epigraphen ita restituendam esse superiori titulo satis vere videor explicasse. Cæterũ huic titulo ad de* Vlp. 27 de libertorum successionibus vel bonis: & titul. 29 *Adde* Tl. Digestorum de bonis libertorum. *Paul.* 3 sen. 4. & 5. Harmen. 3. §. 2.

c *Cognatio in ingenuis tantũ spectatur libertinis &c.*

d *Libertate donati neque ascendentes habent neque cognatos ex latere, sed descendentes tantũ: eosque post libertatem adeptam conceptos.*

e *Liberto intestato mortuo quis succedat.* Vl. 27 §. 1

cabũtur. Quòd si liberi nulli extent, videamus, quis sit vocãdus. Et agnatũ quidẽ dicere non possumus, quoniã parentes libertus non habet, vt in seruitute natus. Atque ideo non sine ratione, & cognatis ex transuerso caret. Nam hi ab illis procedunt. Quando igitur nullus ei agnatus est, lex in agnati locum, patronum subiecit. Quæcunque igitur agnatum à successione defuncti submouent, ea & patronum à successione liberti reiiciunt. Liberti igitur liberis extantibus, patrono locus non est. Quoniam autem & facto testamento agnatus hereditatem non percipit, ita similiter nec patronus.

¶ Olim igitur quantũ ad legem duodecim Tabularum pertinet, liberto patronum præterire licebat. Nam ita demum lex duodecim Tabularum ad hereditatem liberti aditum dabat patrono, cùm nullus liberto suus extabat, nullúmque factum erat testamentum. Et quidem quum aliquis liberorum superstes patronum excluderet, poterat, neque enim indignum erat patronum naturæ cedere. Verùm quũ adoptiuus filius vt iura sui heredis habẽs, patrono præferretur, id apertè absurdum & iniquũ erat, patronum ab adoptiuo filio superatum liberti successione priuari.

1 ¶ Qua de causa Prætor postea edicto suo, huic iuris iniquitati succurrit: iubens libertum, qui testamentum faceret, dimidiam bonorum suorum partem omnino patrono relinquere. Quòd si minus dimidia reliquisset, dabat patrono bonorum possessionem cõtra tabu-

τούτου δὲ μὴ ὑπόντος σκοπήσωμεν τίς καλεῖται. καὶ τέως ἀδνάτον οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. οὐ γὰρ ἔχει τοὺς ἀνιόντας ὁ ἀπελεύθερος, οἷα τεχθεὶς ἐν δουλείᾳ. καὶ εἰκότως ἀμοιρεῖ τῶν ἐκ πλαγίου. ἀπ' ἐκείνων γὰρ τούτοις ἐστὶν ἡ προέλευσις. ἐπειδὴ οὖν οὐκ ἔστιν ἀδνάτος, ἐν [a] τάξει ἀδνάτου τὸν πάτρωνα ὁ νόμος ἐπενόησεν. ἃ [b] τοίνυν τὸν ἀδνάτον ἐξωθεῖ τῆς διαδοχῆς τοῦ τελευτήσαντος, ταῦτα καὶ τὸν πάτρωνα τῆς τοῦ ἀπελευθέρου κληρονομίας ἐκβάλλει. οὐκοῦν παιδὸς ὑποκειμένου τῷ ἀπελευθέρῳ οὐ χώρα τῷ πάτρωνι. ἐπειδὴ δὲ καὶ διαθήκης ποίησις τὸν ἀδνάτον οὐκ ἐᾷ κληρονομῆσαι, εἰκότως οὐδὲ πάτρωνα.

¶ Ἐξῆν οὖν πάλαι ὅσον ἀπὸ τοῦ δυωδεκαδέλτου [c] παραιτεῖσθαι ποιεῖν τὸν πάτρωνα. σουΐου γὰρ μὴ ὑπόντος καὶ διαθήκης μὴ ὑποκειμένης, τότε μόνον ὁ δυωδεκάδελτος ἐδίδου τῷ πάτρωνι πάροδον ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ ἀπελευθέρου. καὶ εἰ μὲν παιδὸς ὑποκειμένου ὁ πάτρων ἐξεβάλλετο, φορητὸν ἦν. οὐδὲν γὰρ ἄτοπον ὑπείκειν αὐτὸν τῇ φύσει. ἐπειδὴ δὲ καὶ θετὸς παῖς ἔχων [d] τὰ τοῦ σουΐου δίκαια προετιμᾶτο τοῦ πάτρωνος, ἀτόπημα μέγιστον ἐντεῦθεν ἀνεφύετο, τὸ στερεῖσθαι αὐτὸν τῆς τοῦ ἀπελευθέρου διαδοχῆς ὑπὸ τοῦ θετοῦ νικώμενον παιδός. 1 ¶ Ὅθεν χρόνοις ὕστερον ὁ πραίτωρ [e] διὰ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἐθεράπευσε τὸ τοιοῦτον ἀδίκημα εἰπών, τὸν ἀπελεύθερον διατιθέμενον πάντως τὸ ἥμισυ [f] καταλιμπάνειν τῆς ἰδίας περιουσίας τῷ πάτρωνι. εἰ δὲ ἧττον τοῦ ἡμίσεως κατέλιπε, ἐδίδοτο τῷ πάτρωνι, ἡ κόντρα ταβούλ-

¶ Olim itaque licebat liberto patronum suũ impunè testamento præterire, nam ita demum lex duodecim Tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, herede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset, patrono nihil in bonis eius iuris erat. Et si quidẽ ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela: si verò adoptiuus filius fuisset, apertè iniquum erat, nihil iuris patrono superesse.

1 ¶ Qua de caussa postea Prætoris edicto hæc iuris iniquitas emendata est: siue enim faciebat testamentum libertus, iubebatur ita testari, vt patrono partem dimidiam bonorum suorum relinqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat: dabatur patrono cõtra tabu las

a Patronus, quasi adgnatus aut adgnati loco, liberto intestato sine liberis legitimis mortuo succedit. l. 17. ff. de bonis liber.

b Patroni & adgnatis cognatio seu similitudo.

c Patroni libertis suis quẽadmodum succedebant iure xij Tabularũ & à liberis liberti excludebantur. adde Vlp. 29 § 1. in pr.

d Adoptiui liberi iura suorum habent: sed & iure xij. Tabu. patrono in bonis patris adoptiui præferebantur.

e l. 1. § vlt. ff. de bonis liber. Vlp. 29. § 1. vers. sed ex edicto.

f Legitima quæ competat patrono in bonis liberti: & quæ actio eo nomine patrono competat.

las testamenti, partis dimidiæ bonorũ possessio. ¶ Siue intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc suum heredem partis dimidiæ bonorum possessio. ¶ Prodesse autem liberto solebant, ad excludendum patronum, naturales liberi: non solùm quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modò ex aliqua parte scripti heredes erãt, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto Prætorio petierant: nã exheredati, nullo modo repellebant patronum.

λας κατὰ τῆς τοῦ ἀπελευθέρου διαθήκης. δι' ἧς πάντως ἐλάμβανε τὸ ἐξαούγκιον. ¶ Εἰ δὲ ἀδιάθετος ἐτελεύτησεν ὁ ἀπελεύθερος, θετὸν παῖδα καταλιπὼν ὁ πραίτωρ ἐδίδου τῷ πάτρωνι τὴν κόντρα ταβούλλας διακατοχήν, δι' ἧς ἐλάμβανε τὸ ἐξαούγκιον. ¶ Παῖδες [a] δὲ φυσικοὶ [b] ὑπάρχοντες τοῦ ἀπελευθέρου, ἐξωθοῦσι τὸν πάτρωνα, οὐ μόνον ὑπεξούσιοι, ἀλλὰ καὶ ἐμαγκίπατοι. ἔτι δὲ καὶ υἱοὶ εἰς θέσιν διδόμενοι, τότε ἡνίκα εἰς μέρος ἐλάχιστον ἐγράφησαν κληρονόμοι. οἷον ἀπελεύθερος ὢν ἐγώ, ἔχων δὲ πάτρωνα, ἔχων καὶ φυσικὸν υἱόν, δέδωκα τοῦτον εἰς θέσιν. εἰ μὲν οὖν διαθέμενος γράψω αὐτὸν ἐν μέρει κληρονόμον, ἀποκέκλεισαι ὁ πάτρων. εἰ δὲ πραιτερίτον αὐτὸν καταλείψω, ἀκωλύτως ὁ πάτρων αἰτήσει κατὰ τῆς διαθήκης μου, τὴν κόντρα ταβούλλας. εἰ δὲ ὁ υἱός μου, ὁ ὑπεξούσιος, ἤγουν ὁ ἐμαγκίπατος κληρονομοῦντες μὲν γνώμῃ [c] ἢ νόμῳ, νικῶσι τὸν πάτρωνα. γνώμῃ μέν, ἡνίκα γράψω αὐτοὺς κληρονόμους. νόμῳ δὲ ἡνίκα ἀδιάθετος τελευτήσω, ἢ καὶ ἐὰν διάθωμαι πραιτερίτους αὐτοὺς καταλείψω. ὁ μὲν γὰρ ἀνατρέπει ipso iure· ὁ δὲ ἐμαγκίπατος διὰ τῆς κόντρα ταβούλλας λαμβάνων τὴν ἐμὴν οὐσίαν οὐ δίδωσι χώραν τῷ πάτρωνι. κόντρα [d] ταβούλλας γὰρ οὐδέποτε δίδωσιν ὁ πραίτωρ κατὰ φυσικῶν παίδων. ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τοῦ πραίτωρος νομοθεσίαν, οὔπω βοηθήσασαν τῷ πάτρωνι, ὑπῆν ἔτι μέθοδος τῷ ἀπελευθέρῳ, δι' ἧς ἀκινδύνως οὐδὲν ἔτι κατελίμπανε τῷ πάτρωνι. εἰ γὰρ εἶχε παῖδα φυσικόν, οὔτε ὁ δωδεκάδελτος ἐβοήθει τῷ πάτρωνι, οὐδὲ ὁ πραίτωρ τὴν φύσιν ἐρυθριῶν.

las testamenti liberti, per quam semissem penitus cõsequebatur. ¶ Si verò intestatus libertus decederet, adoptiuum filium relinquens, Prætor dabat patrono possessionem contra tabulas, per quam semissem accipiebat. ¶ Porrò naturales liberi patronum excludebant, tum qui in potestate erant, tum emancipati. Quinimmò & filii in adoptionem dati, si modò ex aliqua parte minima heredes scripti erant: veluti, cùm ego libertus essem, habebam patronũ, habebam & filium naturalem: hunc in adoptionem dedi. Si igitur testamento condito, ego eum ex parte heredem scripsero, aditus patrono præclusus est ad hereditatẽ meam. Sin verò præteriero, nihil obstabit quò minus contra tabulas testamenti mei bonorum possessionẽ petere possit. Liberi igitur mei, siue in mea potestate sint, siue emancipati, cùm aut voluntate mea, aut iure heredes mihi sunt, patronum superant. Voluntate mea, cùm heredes eos scripsero: iure, cùm aut intestatus decedo, aut testamento condito eos prætereo. Nam is qui in potestate est ipso iure subuertens testamentũ: emancipatus verò bonorũ possessionem contra tabulas petens, locum in hereditate mea patrono non relinquunt. Quoniam bonorum possessionem contra tabulas nunquam dat Prætor aduersus liberos naturales. Verùm enimuerò & post hoc ius Prætorium, quo patrono prospectum videbatur, adhuc suberat ratio, qua libertus nihil relinqueret patrono. Nã si libertus filium naturalem habebat, neque lex duodecim Tabularum opẽ patrono ferebat, neque item Prætor naturam reuerens.

a *Liberi liberti patronũ excluduntur.*

b *adde* l.3. ff. de suis.

c *Heredes sũt testatoris aut legis voluntate.*

d *Bonorũ possessio contra tabulas non datur aduersus liberos naturales. Vlpia. vlt.* §.5.

a *Lege Papia ius patronorum quatenus adauctum sit in bonis locupletioris liberti.* Vlp. 29 §. 3. 5. 6. l. 1. §. pen. ff. si cui plus quam per legem Falcid.
b *Libertus locupletior seu locuples censetur ὁ ἔχων ἑκατὸν χιλιάδων σεστερτίων περιουσίαν*

2 ¶ Sed postea lex Papia iura patronorum adauxit: cautum est enim vt ex bonis locupletioris liberti (eũ verò locupletem definiit, qui cẽtũ millia sestertiũm possideret) cui pauciores quàm tres essent liberi, siue is testamento facto, siue intestatus mortuus fuisset, virilis pars patrono conseruaretur. Itaque, si contigisse, vt libertus locupletior cõdito testamẽto moreretur, vnum relinquens filium, aut vnã filiam, lex Papia vnà cum filio aut filia patronũ admittebat, data ei dimidia parte bonorum defuncti, perinde atque si nullus filius, nullave filia extitisset. Sin autem duos filios duásve filias heredes scripsisset, in tertiam partem admittebatur. Cùm autẽ tres extabant expellebatur patronus, propter multitudinem liberorum.

2 ¶ Ἀλλὰ χρόνοις ὕστερον ὁ Πάπιος [a] νόμος ηὔξησε τὰ πατρωνικὰ δίκαια. εἴτε γὰρ ἐὰν πλούσιος ἀπελεύθερος, πλούσιον [b] δὲ ὡρίσατο τὸν ἔχοντα ἑκατὸν χιλιάδων σεστερτίων περιουσίαν, καὶ ἐλάττονας τῶν τριῶν παίδων καταλείψῃ, ἡ ἀναλογοῦσα φυλαχθήσεται τῷ πάτρωνι. εἴτε ἐπὶ διαθήκης, εἴτε ἀδιαθέτως ἐτελεύτησεν. ἀμέλει, εἰ συμβῇ τελευτῆσαι τὸν πλούσιον ἀπελεύθερον υἱὸν ἕνα ἤγουν μίαν ἔχοντα θυγατέρα, ἐπὶ διαθήκῃ, συναναπέμπετο τῷ υἱῷ μου, ἤγουν τῇ θυγατρὶ, ὁ Πάπιος τὸν πάτρωνα, διδοὺς αὐτῷ τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ τελευτήσαντος περιουσίας, ὥσπερ εἰ μηδὲ εἷς ὑπῆν παῖς. εἰ δὲ δύο υἱοὺς ἤγουν δύο θυγατέρας ἐνεστήσατο κληρονόμους, εἰς τὸ τρίτον ὁ πάτρων συνανεπέμπετο. τριῶν δὲ ὑπόντων, ὁ πάτρων ἐξεβάλλετο διὰ τὸ πλῆθος τῶν παίδων.

1 ¶ Postea verò lege Papia adaucta sunt iura patronorũ qui locupletiores libertos habebãt. Cautũ est enim, vt ex bonis eius, qui sestertiûm centum millium patrimoniũ reliquerat, & pauciores quã tres liberos habebat (siue is testamẽto facto siue intestatus mortuus erat) virilis pars patrono deberetur. ¶ Itaque cùm vnum quidẽ filium filiáve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllo filio filiáve intestatus decessisset: cũ verò duos duásve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

c *cuius fragmenta vide in* l. 4. Co. de bonis libertorum.
d *Patronus liberto quemadmodum succedat iure nouo à Iustiniano introducto.*
e §. Harmen. 3. §. 5. 6.
f *Centenariis minores qui minus centum solidis habent* v. l. 52. ff. ad l. Falc.
g *Centum millia sestertiũm. pro centum solidis: mille sestertiy pro vno solido.*
h *Patronus quemadmodũ succedat liberto centenario minori, vel ex testamẽto, vel ab intestato.*

3 ¶ Et hæc quidem olim. edita est autem Imperatoris nostri cõstitutio, quã, vt omnibus innotesceret, compendioso tractatu habito, Græca lingua euulgauit. ¶ Per quam definiit, vt si libertus libertáve minores sint centenariis, id est, patrimoniũ habeant minus centum solidis: (Sic enim à lege Papia taxatam centum millium sestertiûm summam interpretatus est, vt mille sestertii solidum vnũ faciãt) nullum locũ habeat patronus, cùm testamẽtũ factum est, ad hereditatẽ eius

3 ¶ Ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν. διάταξις [c] δὲ γέγονε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἣν [d] διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι πρόδηλον, ἐξεφώνησεν ἑλληνιστί, πολλῆς φροντίσας τῆς συντομίας. ¶ Ἐν ᾗ διετύπωσεν, ἵνα [e] εἰ μὲν ἀπελεύθερος, ἤγουν ἀπελευθέρα, ἥττονες ἦσαν τῶν κεντηναρίων, τουτέστιν [f] ἥττονα ἔχοιεν περιουσίαν τῶν ἑκατὸν νομισμάτων. οὕτω [g] γὰρ τὴν ὑπὸ τοῦ Παπίου νόμου τῶν ἑκατὸν χιλιάδων σεστερτίων ὁρισθεῖσαν ποσότητα ἡρμήνευσεν, ὥστε τὰ χίλια σεστέρτια ἓν νόμισμα ποιεῖν· μηδεμία [h] χώρα τῷ πάτρωνι διδόσθω εἰς τὸ κληρονομῆσαι διαθήκης ὑποκειμένης. ¶ Εἰ γὰρ ἀδιάθετος τελευτήσ[…]

3 ¶ Sed nostra constitutio (quã pro omni natione, Græca lingua compendioso tractatu habito cõposuimus) ita huiusmodi caussam definiuit: vt si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est, minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, vt pro mille sestertiis vnus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. ¶ Sin autem intestati decesserint, nullo

¶ Nã si intestatus decedat,

nullo liberorũ relicto: tunc patronatus ius, quod erat ex lege duodecim Tabularum integrum reseruauit. ¶ Cùm verò maiores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeãt, siue vnum siue plures cuiuscunque sexus vel gradus, ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis vnà cum sua progenie semotis. ¶ Sin autẽ sine liberis decesserint si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos, patronásque vocauimus. ¶ Si verò testamentũ quidẽ fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, cũ nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredauerint, vel mater siue auus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamẽta: tunc ex nostra constitutione per bonorũ possessionem contra tabulas, non dimidiam (vt antea) sed tertiam partem bonorum liberti consequantur:

παῖδας μὴ καταλιπὼν ἐχέτω τελευταῦτα ὁ πάτρων, τὴν εἰς ὁλόκληρον ἀπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου [a] διακατοχήν. εἰ δὲ μείζων ἦν τῶν κεντηναρίων, εἰ μὲν ἐπὶ παισὶ τελευτήσῃ κληρονόμοις καλουμένοις, ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ, ἢ τοῦ πραιτωρίου, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς emãcipatos, εἴτε εἷς, εἴτε πλείονες εἰσὶ παῖδες, οἱασδήποτε φύσεως, ἢ βαθμοῦ, εἰς ὁλόκληρον οὗτοι κληθήσονται, τοῦ πάτρωνος, ἢ τῶν παίδων τοῦ πάτρωνος, τῆς τοιαύτης ἐκβαλλομένων κληρονομίας. ¶ Εἰ δὲ μείζων [b] ὢν τῶν κεντηναρίων ὁ ἀπελεύθερος τελευτήσῃ ἄπαις, εἰ μὲν ἀδιάθετος, ὁ πάτρων ἢ ἡ πατρωνίσσα τὸ ὁλόκληρον λήψονται. εἰ δὲ διαθέμενος πραιτερίτους ἐάσῃ τὸν πάτρωνα ἢ τὴν πατρωνίσσαν ἄπαις ὤν, ἢ ἔχων παῖδας, exhæredatos δὲ αὐτοὺς ποιήσας, ἢ ἐν ᾧ ἀπελευθέρα ἐστὶν ἡ τελευτήσασα ἢ ἀπελεύθερος ἐγγόνους ἔχων ἀπὸ θυγατρὸς προτελευτησάσης, πραιτεριτεύσωσι δὲ τούτους, ἡ μὲν τὸν υἱὸν ὁ δὲ τὸν ἐκ τῆς προτελευτησάσης θυγατρὸς ἔγγονον· οἶδας γὰρ ὅτι μὲν τούτων ὡς ἐδιδάχθημεν ἐν τῇ β, ἡ πραιτερίτζιων ἀντὶ ἐξερεδατζίωνος παραλαμβάνεται· καὶ μὴ δυνηθῶσιν οἱ τοιοῦτοι παῖδες διὰ τῆς de inofficioso τὴν διαθήκην ἀνατρέψαι, τότε ἐκ τῆς τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως διατάξεως, τοῖς πάτρωσι καὶ ταῖς πατρωνίσσαις διδομένης τῆς κόντρα [c] ταβούλλας, οὐ τὸ ἥμισυ ὥσπερ πάλαι, ἀλλὰ τὸ τρίτον [d] μέρος ἀποσπασθήσεται, ἢ τὸ ἐλλεῖπον τῷ τρίτῳ ἀναπληρωθήσεται. τυχὸν γὰρ εἰς οὐγκίαν, ἢ δούγκιον, ἢ τριούγκιον αὐτοὺς ἐνεστήσατο. οὕτω δὲ λήψονται διὰ τῆς κόντρα ταβούλλας τὸ τρίτον, ὡς τὰ ληγάτα, [e] ἢ φιδεϊκόμμισσα ἐκ τούτου μὴ ἀναγκάζεσθαι καταβάλλειν,

nullos relinquens liberos, tunc patronus ex lege duodecim Tabularum hereditatem eius in solidum habebit. Sin autem maior fuerit centenario, & liberos relinquat qui ad hereditatẽ eius vocẽtur, vel iure ciuili, vel honorario, quia sint emancipati, siue vnus sit, siue plures, cuiuscumque sexus, aut gradus: hi in solidum vocabuntur, patrono & filiis patroni ab eiusmodi hereditate repellendis.

¶ Quòd si libertus, quum maior esset cẽtenario, nullos moriens reliquerit liberos: tunc si intestato decesserit, patronus aut patrona in solidum heredes erunt: Sin autem condito testamẽto patronũ aut patronam præterierit, cũ liberos non haberet, aut quos habebat exheredasset, aut cùm liberta esset defuncta, quæ filium præterierit, aut libertus defunctus, qui nepotem ex filia iam antè mortua, quoniam, (vt scis, & secundo libro à nobis dictum est) in his preteritio loco exhæredationis accipitur, nec possunt hi liberi mota inofficiosi querela testamentum subuertere: tunc ex constitutione Imperatoris nostri sanctissimi, patroni patronæque data eis contra tabulas bonorum possessione, nõ dimidiam partem vt olim, sed tertiam tantùm auferent: aut, quod tertiæ parti deest, supplebitur. Quoniam fortè libertus eos ex vncia, aut sextante vel quadrante heredes scripserat. Sic autem per bonorum possessionem contra tabulas tertiam partem capient, vt tamen legata aut fideicommissa ideo præstare nõ cogãtur:

a *Dixi ad legẽ xij. tab.*

b *Patronus quemadmodũ succedat liberto centenario maiori, siue testamentum factum sit, siue intestatus mortuus sit.*

c *Bonorũ possessio contra tabulas liberti patrono an & quando detur.*

d s. Harmen. 9. §. 18.

e *Aliud in ære alieno.* *Paul 3. sent. 2. §. 4. Nam bona deducto ære alieno intelliguntur.*

non solùm extraneis personis, sed ne liberis quidẽ liberti libertæve, (verùm quod ab ipsis relictũ fuerit, id coheres agnoscet) exhæredatis forsitan, aut præteritis quando præteritio vim exhæredationis habet: qui si heredes scripti fuerint, nihil debetur patrono. Et si contingat eum heredem scribi, legata liberis debentur.

¶ Multos autem & alios casus, ad huius iuris dispositionem necessarios collegit dicta cõstitutio. Etenim sanxit, vt tam patroni patronæque, quàm liberi eorum, necnon qui ex transuerso veniunt, ad quintum vsque gradum ad libertorum libertarúmve successionem vocentur. ¶ Si igitur eiusdem patroni patronæve, aut duorum patronorum duarúmve patronarum, aut etiam plurium extent liberi, is qui gradu proximior est, ad liberti libertæve successionem vocabitur. Veluti, decessit libertus aut liberta, nullos habens liberos, nec vllo condito testamento, cùm neque patronus aut patrona superesset: verùm extabant liberi, nepos fortè & pronepos: nepos vocabitur. Et in capita hereditas, non autem in stirpes diuidetur. Veluti vnius patroni duo erant liberi, alterius tres: in quinque partes scindetur successio. ¶ Idem & his qui ex transuerso patronum patronámve contingunt, obtinebit, vt & proximior potior sit, & in capita hereditas diuidatur. Quoniam pene consonantia esse ingenuitatis iura in successionibus dicta constitutio voluit.

a *Ius patronatus ad quintũ vsque gradũ collateralium extensum.*
b *Harmenop.* 3 §. 3.
c *Proximus quisque patronorum ad hereditatem liberti vocatur. Adde* Paul. 3. sent. 2. §. 1. l. *Libertus pre*terito § pen. ff. de bonis libertorum. l. penul. ff. de adsig. liber. *Proinde, in bonis liberti prior est patronus quàm filius alterius patroni: Item prior est filius patroni, quàm nepos alterius patroni.* Paul d. l. Vlpia. 27. §. 2 §. 3.
d *Libertorum hereditas in capita non in stirpes diuiditur. & ideo si vnius patroni duo sunt liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones habebunt. Paul.* 3. sent. 2. § 3. l. 23. §. vlt. ff de bonis libertorum. Vlp. 27. §. 4.

οὐ μόνον, ἐξωτικοῖς, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς παισὶ τοῦ ἀπελευθέρου, ἢ τῆς ἀπελευθέρας. ἀλλ᾽ ὅπερ ἔτυχεν παρ᾽ αὐτῶν καταλειφθὲν ὁ συγκληρονόμος ἐπιγνώσεται. τοῦτο. τυχὸν exheredatis οὖσιν περιπεπτωκόσιν. ὅτι ἡ παραίτησις ἔοικε τῇ exheredationi. εἰ δὲ ἐγράφησαν κληρονόμοι, οὐδὲν ἐχρεωστεῖτο τῷ πάτρωνι. καὶ εἰ συνέβη αὐτὸν γραφῆναι κληρονόμον, ἐχρεωστεῖτο τοῖς παισὶ τὰ ληγάτα. ¶ Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα θέματα ἡ εἰρημένη συνήγαγε διάταξις, πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου νομίμου διατύπωσιν ἀναγκαῖα, καὶ ἐκέλευσε γὰρ τὸν [a] πάτρωνα καὶ τὴν πατρώνισσαν, καὶ τοὺς τούτων καπόντας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου μέχρι πέμπτου βαθμοῦ πρὸς τὴν τῶν ἀπελευθέρων παραγίνεσθαι διαδοχήν. ἐὰν οὖν τοῦ αὐτοῦ πάτρωνος, ἢ τῆς αὐτῆς πατρωνίσσας, ἢ δύο πατρώνων, ἢ πατρωνισσῶν, ἢ καὶ πλειόνων ὑπεισι παῖδες, ὁ ἐγγύτερος [b] ὢν τῷ βαθμῷ εἰς τὰ τοῦ ἀπελευθέρου ἢ τῆς ἀπελευθέρας κληθήσεται πράγματα· οἷον ἐτελεύτησεν ἀπελεύθερος ἢ ἀπελευθέρα ἄπαις καὶ ἀδιάθετος, πάτρωνος ἢ πατρωνίσσης οὐχ ὑπόντων. ὑπῆσαν δὲ παῖδες, ἔγγονος τυχὼν καὶ πρόεγγονος παραγενήσεται, καὶ in capita [c] οὐ μὴν in stirpem ἡ κληρονομία διαιρεθήσεται. οἷον ἑνὸς πάτρωνος ἦσαν δύο παῖδες, ἑτέρου δὲ τρεῖς, εἰς πέντε μερισθήσεται ἡ κληρονομία. ¶ Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν, τοῦ πάτρωνος ἢ τῆς πατρωνίσσης κρατήσει· ὥστε τὸν ἐγγύτερον πλεονεκτεῖν, καὶ in capita διαιρεῖσθαι τὴν κληρονομίαν. σχεδὸν γὰρ σύμφωνα τὰ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς ἀπελευθερότητος ἐν ταῖς διαδοχαῖς ἡ λεχθεῖσα διάταξις ἐκέλευσεν εἶναι νόμιμα.

vel quod deest eis ex const. nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis relique rit: ita sine onere, vt nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicõmissa præstentur, sed ad heredes eorum hoc onus redundet. ¶ Multis aliis casibus à nobis in præfata constitutione cõgregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem Iurisperspeximus: vt tam patroni, patronęque, quã liberi eorũ, nec non qui ex trãsuerso latere veniunt, vsque ad quintũ gradum ad successionem libertorũ, libertarũve vocẽtur, sicut ex ea cõstitutione intelligendum est. ¶ Et si eiusdem patroni, vel patronæ, vel duorum duarúmque plu riúmve liberi sunt: qui proximior est, ad liberti, vel libertę vocetur successionem, & in capita, non in stirpes diuidatur successio. ¶ Eodem modo, & in iis qui ex transuerso latere veniunt, seruando.

¶ Penè enim consonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus.

4 ¶ Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in ciuitatem Romanã peruenerunt: cũ nec sint alij liberti, simul & Dedititiis & Latinis sublatis: cùm Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant, quia licèt vt liberi vitam suã peragebant, attamen ipso vltimo spiritu simul animam, atque libertatem amittebant: & quasi seruorũ, ita bona eorum, iure quodammodo peculij, ex lege Iunia Norbana manumissores detinebant. ¶ Postea verò Senatusconsulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumissoris non nominatim exheredati facti, extraneis heredibus eorum præponerentur.

¶ Quibus etiam superuenit D. Traiani edictũ,

¶ Σχεδὸν [a] δὲ εἶπον διὰ τὸ, ἐπειδὴ ἐπὶ μὲν τῶν εὐγενῶν καὶ περαιτέρω τοῦ πέμπτου βαθμοῦ ἐπεκτείνεται τὰ τῆς κληρονομίας· ἐπὶ δὲ τῶν ἀπελευθέρων, μέχρι ε τῶν συγγενῶν τοῦ πάτρωνος ἢ τῆς πατρωνίσσης.

4 ¶ Ταῦτα περὶ τούτων τῶν ἀπελευθέρων σήμερον πραγματεύομεν, τῶν πολιτῶν ῥωμαίων. οὐ γάρ εἰσιν ἕτεροι ἀπελεύθεροι. οἶδας γὰρ μαθὼν ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ [b] καὶ τὰ τῶν δεδιτιτίων καὶ τὰ τῶν λατείνων ἀνῃρέθη δίκαια. ἡνίκα δὲ οἱ λατεῖνοι ἐπολιτεύοντο, οὐδεμία ἐπ᾽ αὐτῶν νόμιμος ἐπραγματεύετο διαδοχή. εἰ [c] καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἔζων ὡς ἐλεύθεροι, ὅμως ἐτελεύτων ὡς οἰκέται συναπολλῦντες τῇ ψυχῇ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ ὡς οἰκετῶν καὶ ὑπὸ τῶν ἐλευθερωτῶν ἐκληρονομοῦντο τῶν οἰκείων τὰ βόνα αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ κληρονομίαν ἐπὶ οἰκετῶν δυνατὸν καλέσαι, ἀλλὰ iure peculii ἀπὸ τοῦ ἰουνίου [e] νόμου ἐλάμβανον οἱ ἐλευθερωταί. καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ ἰουνίου [f] νόμου. ¶ Μετὰ δὲ ταῦτα δόγμα γέγονε λαργιανέιον, τὸ κελεῦον, ὥς τε τοὺς παῖδας τοῦ ἐλευθερωτοῦ μὴ γενομένους νομινάτιμ ἐξερεδάτους τῶν ἐξωτικῶν κληρονόμων προτιμᾶσθαι περὶ τὴν τοῦ λατείνου διαδοχήν· οἷον, ἠλευθέρωσα ἐγὼ τὸν ἐμὸν οἰκέτην, καὶ ἐποίησα λατεῖνον. ἐτελεύτησα γράψας κληρονόμους παῖδας ἐμοὺς, ἔτι δὲ καὶ ἐξωτικούς. ἀπὸ μὲν τοῦ ἰουνίου εἰ συνέβη τελευτᾶν τὸν λατεῖνον, οἱ παῖδες οἱ ἐμοὶ ἅμα τοῖς ἐξωτικοῖς κληρονόμοις εἰς τὰ βόνα παρεγίνοντο τοῦ λατείνου. ἀπὸ δὲ τοῦ δόγματος τοῦ λαργιανείου, οἱ παῖδες μόνοι διαδέχονται τὸν λατεῖνον. ἐπειδὴ οὐ γεγόνασι nominatim exheredati. ¶ Μετὰ δὲ τὸ λαργιανέιον γέγονε ἔδικτον τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως,

¶ Penè dixi, ideo, quòd inter ingenuos & vltra quintum gradum deferantur hereditates: libertinorum verò successiones intra quintum gradum cognatorum patroni & patronæ consistant.

4 ¶ Et hæc quidem de his Libertinis hodie tractamus, qui Ciues Romani sunt, cùm nec sint alij liberti. Didicisse enim te opinor ex libro primo dediticiorum & Latinorum iura sublata esse. Porrò, cùm Latinorum vsus adhuc receptus esset, de nulla ipsorum successione agitabatur. Quamuis enim maximè vt liberi viuerẽt, tamen vt serui moriebantur, veluti vnà cum spiritu libertatem exuentes. Et quasi seruorum, bona eorum à manumissorib. possidebantur. Non iure hereditatis, quoniam seruorum nullas dicere possumus hereditates: sed iure peculij, idque ex lege Iunia.

¶ Postea factum est Senatusconsultum Largianum, quo cautum fuerat, vt liberi manumissoris nõ nominatim exheredati, extraneis heredibus eius in successione Latini præponerentur: veluti, Manumisi seruum meum, & Latinum feci, mortuus sum institutis heredibus liberis meis & quibusdam extraneis. Ex lege quidem Iunia, si contingat Latinum mori, liberi mei vnà cum extraneis heredibus, ad bona Latini venissent. Ex Senatusconsulto autem Largiano, soli liberi mei Latino succedẽt, quoniam nominatim exheredati non sunt. ¶ Post Senatusconsultũ Largianum venit D. Traiani edictum

a *Ingenuitatis & libertinitatis in successionibus differentia: hæ strictius: illæ laxius deferuntur.*

b §. Harmen. 3. §. 6.

c *Titulo* de libertinis §. 3.

d *Libertorum Latinorũ quæ olim conditio fuerit: & quo iure eorum bona à patronis occuparentur. adde Timoth. seu Saluianũ* 3 ad Ecclesiã.

e *De lege Iunia* l. bona vide d. §. 3.

f *De quo vide Nouell.* 28.

quo cauebatur, vt si quis Latinus, inuito aut inscio patrono Ciuitatẽ sibi Romanã petisset, & obtinuisset, viueret quidem vt Ciuis Romanus, & omnia ageret quę Ciuium Romanorum sunt, verùm vt Latinus moreretur. ¶ Sed Imperatoris nostri constitutio, has conditionũ mutationes perosa, cùm vt Ciuis Romanus viueret, ac vt Latinus moreretur, & alias quoque difficultates hinc nascentes sustulit, explosis non Latinis tantùm & lege Iunia, & S.C. Largiano, sed etiam edicto Traiani: vt iam omnes liberti, Ciues Romani sint. Et ita veluti quadam inuentione, siue adiectione quibus modis Latini fiebant, qui manumittebantur, iisdem & Ciuitatem Romanam serui adipiscuntur.

a l. vnic. C. de Latina libertate.

ὅπερ ἐκέλευσεν, ἵνα ἐὰν ὁ Λατεῖνος, ἄκοντος ἢ ἀγνοοῦντος τοῦ πάτρωνος, αἰτήσῃ ἑαυτῷ πολιτείαν Ῥωμαϊκὴν, καὶ ἐπιτύχῃ, ζῇ μὲν ὡς πολίτης ῥωμαῖος, καὶ πάντα πράττῃ τὰ τῶν ῥωμαίων, τελευτήσῃ δὲ ὡς λατεῖνος. ¶ Ἀλλ' ἡ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διάταξις, [a] τὰς τῶν τοιούτων αἱρέσεων ἐναλλαγὰς μισοῦσα, ὅτι ἔζη μὲν ὡς ῥωμαῖος, ἐτελεύτα δὲ ὡς λατεῖνος, καὶ ἑτέρας δὲ δυσχερείας ἐντεῦθεν ἀναφυομένας ἀνεῖλεν ἐξωθήσασα τῆς πολιτείας, οὐ μόνον τοὺς λατείνους, καὶ τὸν ἰούνιον νόμον, καὶ τὸ λαργιανὸν δόγμα, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἔδικτον Τραϊανοῦ, ὥστε πάντας ἀπελευθέρους εἶναι ῥωμαίους. καὶ μετά τινος ἐπινοίας ἤγουν προσθήκης, δι' ὧν τρόπων ἐγίνοντο πάλαι λατεῖνοι οἱ ἐλευθερούμενοι, διὰ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὴν ῥωμαϊκὴν ἄγει τοὺς οἰκέτας πολιτείαν.

quod eundem hominem, si inuito vel ignorante patrono ad ciuitatẽ Romanam venire ex beneficio principis festinarat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum, Latinum verò morientẽ. ¶ Sed nostra cõstitutione propter huiusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Iuniam, & S.C. Largianum, & edictum diui Traiani in perpetuum deleri censuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur: & mirabili modo quibusdam adiectionibus ipsas vias quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam capiendam transposuimus.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM. TIT. IX.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΚΥΡΩΣΕΩΣ [b] ἀπελευθέρων. Τίτλος θ.

DE ASSIGNATIONE libertorum. TIT. IX.

b Idem 49. Eclog. 5. adde 38. Digest. 4. de adsignandis libertis. Porrò quid sit adsignare libertũ. vide legẽ 107. de verborũ signific.

¶ *De septimo genere adquirendi iure ciuili, seu de adsignatione liberti (id enim aliud à legato & fideicommisso, l. 7. ff. de adsignandis libertis: fit etiam adsignatio, alibi quàm in testamento: vt id genus adquirendi, à testamentario sit diuersum, & ab intestato, cùm non lege fiat: sed voluntate defuncti, imò vt sæpius aduersus legem intestato succedendi receptam) Patronum, libertum, libertósve suos.* 1 *Imò & libertam vni filiorum adsignare posse. Imò & filiæ, nepoti, nepti, quos in potestate habet.* 2 *Proinde emancipato eo cui libertus adsignatus est, adsignatio tacitè reuocata intelligitur.* 3 *Adsignationem fieri testamento, sine testamento, quibuscunque verbis. Quo tempore ius adsignandi liberti introductum.*

CVM dictum sit de libertis, dicamus vt in summa de adsignatione ipsorum. Scis enim liberos patroni, cùm parem gradum obtinent, simul, pariterque & ex æquis partibus ad successionem liberti paterni

c *Liberi patroni æquis partibus liberto patroni succedunt.*



ΙΠΟΝΤΕΣ περὶ τῶν ἀπελευθέρων, εἴπωμεν ὡς ἐν τέλει καὶ περὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς γινομένης προσκυρώσεως. οἶδας [c] ὅτι οἱ παῖδες τοῦ πάτρωνος, ἡνίκα τὸν αὐτὸν ἐπέχουσι βαθμὸν, ἅμα καὶ ἐξ ἴσου ἐπὶ τὴν τοῦ πατρῴου,

IN summa (quod ad bona libertorũ attinet) admonẽdi sumus. censuisse Senatum vt quamuis ad omnes patroni liberos qui

qui eiusdē gradus sunt, æqualiter bona liberto rū pertineāt, tamē licere parēti, vni ex liberis assignare libertū: vt post mortem eius, solus is patronus habeatur, cui adsignatus est: & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadē bona, nulla adsignatione interueniente, pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant, sed ita demum pristinū ius recipiāt, si is cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relictis.

1 ¶Nec tantum libertum, sed etiam libertam: & non tantùm filio nepotíve, sed etiam filiæ, neptíve adsignare permittitur.

2 ¶Datur autem hæc adsignandi facultas ei qui duos pluréſve liberos in potestate habebit, vt eis quos in potestate habet, adsignare libertum libertámve liceat. Vnde quærebatur, si eum cui adsignauit, postea emancipauerit, num euanescat adsignatio. Sed placuit euanescere: quod & Iuliano,

ἀπελευθέρου παραγίνονται κληρονομίαν. γέγονε δὲ μετὰ ταῦτα δόγμα [a] συγκλήτου τὸ λέγον ἐξεῖναι τῷ πάτρωνι πολλοὺς ἔχοντι παῖδας ἑνὶ τούτων ἀδσιγνατεῦσαι, [b] ἤτοι προσκυρῶσαι τὸν ἀπελεύθερον. καὶ λοιπὸν μετὰ τὴν τοῦ ἀπελευθέρου τελευτὴν, ἐκεῖνος μόνος ὁ ἀδσιγνατευθεὶς, ἕξει [c] τὰ πατρωνικὰ δίκαια, οὐδεμίαν ἐχόντων πάροδον ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κλῆρον τῶν ἄλλων παίδων τοῦ πάτρωνος, ὅσοι ἔμελλον ἅμα κληρονομεῖν μιᾶς γινομένης ἀδσιγνατζίωνος. εἰ δὲ συμβῇ ἐκεῖνον τὸν παῖδα ᾧ ἀδσιγνατευθῇ ὁ ἀπελεύθερος ἄπαιδα τελευτῆσαι, τότε οἱ ἄλλοι παῖδες τοῦ πάτρωνος, τὸ ἀρχαῖον ἀναλήψονται δίκαιον, καὶ αὐτοὶ τοῦτον διαδέξονται.

venire. Factum tamen est postea S.C. quo placuit, patrono plures habenti liberos, licere vt vni eorum libertum adsignet. Et deinde mortuo liberto, is solus patroni iura habebit, cui ille adsignatus fuerit, & cæteri liberi patroni, qui pariter ad eadē bona venturi erāt nulla adsignatione interueniēte, iam nullum aditum ad hereditatem liberti habebunt. Quòd si is, cui libertus adsignatus fuerit, decedat nullis relictis liberis: tunc ceteri patroni liberi pristinum ius recipiunt, & liberto possunt succedere.

1 ¶Οὐ μόνον δὲ ἀπελεύθερον, ἀλλὰ καὶ ἀπελευθέραν ἔξεστιν ἀδσιγνατεῦσαι.[d]

1 ¶Nec tātùm libertum, sed etiam libertam: Et nō tantùm filio nepotíve, sed etiam filiæ neptíve, adsignare permittitur.

2 ¶Τῷ [e] πάτρωνι καὶ τῷ ἔχοντι δύο ἢ πλείονας παῖδας in potestate. ἐμαγκιπάτῳ γὰρ ἀδσιγνατεύειν οὐ [f] δυνατόν. τί οὖν ὅτι τὸν ἀπελεύθερον ἀδσιγνατεύσας τὸν οἰκεῖον δοῦλον τῷ ὑπεξουσίῳ παιδὶ, εἶτα ἐπιζήσας ἐμαγκίπατον ἐποίησεν παῖδα, ζητοῦμεν εἰ ἐξασθενεῖ ἡ ἀδσιγνατιών; καὶ ἤρεσεν Ἰουλιανῷ καὶ τοῖς πλείοσι τῶν νομικῶν, ἐξασθενεῖν αὐτήν.

2 ¶Porrò hæc adsignandi facultas ei competit, qui duos aut plures liberos in potestate habet. Quoniam emancipato libertus assignari non potest. Quid ergo, si quis libertum suum filio in potestate adsignauerit, & deinde cùm super uixisset, filium emancipauerit? Quærimus, an euanescat adsignatio? Et Iuliano ac aliis Iurisconsultis placuit eam euanescere.

3 ¶Δυνατὸν δὲ ἀδσιγνατεύειν, οὐ μόνον ἐν διαθήκῃ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου. οὐ μέν ἐστιν ἐπὶ τούτῳ ἐπινενοημένα ῥήματα [h] τυπικά. γέγονε δὲ τὸ περὶ τῶν ἀδσιγνατζιώνων διαλεγόμενον δόγμα ἐπὶ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἐπὶ Σουιλλίου [i] Ῥούφου, καὶ Ὀστωρίου [k] Σκαπουλᾶ τῶν ὑπάτων.

3 ¶Possumus autem assignare, non tantùm in testamento, verùm etiam ab intestato. Neq. etiam hac in re inuenta sunt solennia quædam & formalia verba. Porrò, S.C. quod de adsignatione libertorū loquitur, imperāte Claudio factum est: Suillio Rufo, & Hostorio Scapula COS.

& aliis plerisque visum est. 3 ¶Nec interest, an testamento quis adsignet, an sine testamento, sed etiam quibuscunque verbis, patronis hoc permittitur facere ex ipso S.C. quod Claudianis temporibus factum est, Sabellio Rufo, Asterio Scapula Consulibus.

a De hoc Senatusconsulto, vide l.1. ff. de adsignandis libertis.

b Adsignare libertum vni liberorum patronus potest.

c l.30. in fin. ff. qui & à quib. manumissi.

d Integra sententia de nepote & nepte hic in textu Græco deest.

e Deesse hic aliquid videtur vel ἤτοι τῷ παιδὶ ἤ vel ὑπὸ ἤ.

f Imo potest. l. 9. ff. de adsig. libertis.

g l.1. §.1. l.13. ff. eod.

h Figurata verba pro solēnibus posuit. cur autem verborū solennitas hic non requiratur collige ex l.7. ff. eo.

i Aliàs Sabellio vt hic. aliàs Vellio.

l.1. ff. eod.

k Aliàs Asterio vt hic in ipso textu Institutionum: aliàs Ostorio. l.1 ff. eod. aliàs Hostorio vt in Pand.

a Adde Vlp. Titu. de possessionibus dandis.
b Bonorũ possessio quid. adde 1 Harmeno. 3. §. 36. 37. & lib. 5. titu. 6. §. 7.

DE BONORVM POSSESSIONIBUS. TIT. X.

ΠΕΡΙ[a] ΤΗΣ ΠΡΑΙΤΩρίας διαδοχῆς.[b] Τίτλος ι.

DE BONORVM POSSESSIONIBUS. TIT. X.

¶ De octauo genere adquirendi iure ciuili aut potius Prætorio, seu de bonorum possessionibus. ¶ Bonorum possessiones à Prætoribus introductas testamentorum emendandorum, confirmandorum causa, sed & successionum ab intestato confirmandarum (quod cùm accidit, sciendum est, Prætorem eos, quib. ita dat bonorum possessionem non facere heredes, sed quasi) & ampliandarum causa. Ius enim succedendi ex legibus duodecim Tabul. strictum erat. 1 ¶ In eum finem Prætor introduxit duas generales, vnam bonorum possessiones ex testamento, alteram ab intestato. ¶ Ex testamento quidem, duas species, contra tabulas (ea liberis præteritis datur) secundum tabulas (ea scriptis heredibus datur.) Ab intestato verò hasce speciales introduxit. Primam, vnde liberi: Secundam, vnde legitimi: Tertiam, vnde decem personæ. Quartam, vnde cognati. Quintam, tanquam ex familia. Sextam, vnde patroni. Septimam, vnde vir & vxor. Octauam, vnde cognati manumissoris. 2 ¶ Sed hic ordo Bonorum possess. à Iustiniano mutatus est hunc in modum. Bonorum poss. ex testamento duas quidem admisit, Contra tabulas, & secundum tab. Ab intestato, hos gradus fecit. Primum, vnde liberi. Secundum, vnde legitimi. Tertium, vnde cognati. Quartum, vnde vir & vxor. Quintum, eúmque subsidiarium & extraordinarium, Ex legibus, senatusconsultis, constitutionibus: Reliquas, vt otiosas sustulit. Et hæ quidem bonorum poss. earúmque gradus. 4 ¶ quarum petitionem intra certum tempus (ne alioquin nullo petente, actiones creditorum differrentur) & à liberis, parentibúsque intra annum: à reliquis intra centesimum diem peti voluit. 5 ac si intra id tempus petita à proximioribus nõ essent, vlterioribus adcrescere, eósque admitti ex successorio edicto. 6 In petenda autem bonorum possessione dies vtiles esse. 7 ¶ Bonorum possessiones, hodie quocunque modo intra certa ac definita legibus tempora admitti, neque necessariò à Prætore peti.

c Lege xij. Tabul. succeditur vel ex testamento, vel ab intestato.
d Heredum alij necessarij, alij voluntarij.
e Bonorũ possessiones iure Prætorio, cur inuenta.
f Bonorum possessiones iuris ciuilis emẽdãdi caussa à Prætoribus inuenta: cuiusmodi potestas Prætoribus data. l. 7. §. 1. ff. de iustitia & iure.
g Bonorũ possessiones, alia ab intestato, alia contra tabulas seu testamentum dantur.

QVemadmodum legis duodecim Tabularum inuentum est, vt ex testamento vel ab intestato vocaremur: & qui vocantur, aliàs efficit, vt existant tamen, quod genus sunt necessarii: aliàs requirit, vt adeant, cuiusmodi sunt ceteri præter hos: sic & Prætor bonorũ possessiones inuenit, per quas interdum ius ciuile emendat. ¶Non solum in intestatorum hereditatibus, vt dictum est (Nam quum ius ciuile capite minutos, & eorum liberos, necnon & eos, qui ex fœminis nascuntur, ignoraret: ipse tertio quodam ordine inuento bonorum possessionẽ Vnde cognati eis dedit) verum etiam in eorum qui testamento facto decedunt, erratum legis duodecim Tabularum correctum est. Nam, si quis moriens alienum

ΩΣΠΕΡ ὁ δωδεκάδελτος[c] ἐπενόησε τὴν ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἀναφαίνεσθαι ποιεῖ τοὺς καλουμένους, ὁποῖοι[d] εἰσὶν οἱ νεκεσσάριοι. ποτὲ δὲ ἀδιτεύειν, ὁποῖοί εἰσιν οἱ παρὰ τούτοις. οὕτω καὶ ὁ πραίτωρ ἐπενόησε τὰς διακατοχὰς,[e] δι' ὧν, ποτὲ μὲν διορθοῦται[f] τὸ πολιτικόν. ¶ Οὐ μόνον ἐπὶ τῆς ἐξ ἀδιαθέτου[g] καθὰ εἴρηται. (τοῦ γὰρ πολιτικοῦ τοὺς κάπιτε δημινούτους, καὶ τοὺς ἐκ τούτων οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ θηλυγονίας ἀγνοοῦντος, αὐτὸς τρίτην ἐπινοήσας τάξιν, δέδωκε αὐτοῖς τὴν οὕνδε κογνάτοι διακατοχὴν) ἀλλὰ καὶ ἐν διαθήκαις, τὸ πταῖσμα διορθοῦται τοῦ δωδεκαδέλτου. ἐὰν γάρ τις τελευτῶν ἀλλότριον ποσοῦμον γράψῃ κληρονόμον. οἶδας δὲ τίς ἐστιν ἀλλότριος

IVs bonorum possessionis introductum est à Prætore, emendandi veteris iuris gratia.

¶ Nec solùm in intestatorũ hereditatibus vetus ius eo modo Prætor emendauit, sicut suprà dictum est, sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint. Nam si alienus

posthumus heres fuerit institutus: quamuis hereditatē Iure ciuili adire non poterat, cùm institutio non valebat: honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur: videlicet cùm à Prætore adiuuabatur. Sed & is à nostra constitutione hodie rectè heres instituitur, quasi & Iure ciuili non incognitus. ¶ Aliquando tamen neque emendādi, neque impugnandi veteris iuris, sed magis cōfirmandi gratia, Prætor pollicetur bonorū possessionem. Nam illis quoque qui rectè testamento facto heredes instituti sunt, dat secundùm tabulas bonorum possessionem. ¶ Item ab intestato suos heredes, & adgnatos ad bonorum possessionē vocat. Sed & remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas iure ciuili.

ποσοῦμος, τουτέστιν, ὁ μὴ τικτόμενός μοι σοῦος· τεχθεὶς ὁ ζῶντος, ὅσον ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ ἀδιτεύειν οὐκ ἠδύνατο· ἀπέβαλε γὰρ τὴν τοιαύτην ἔνστασιν τὸ πολιτικόν· ὁ δὲ πραίτωρ τὴν σεκουνδουμ ταβέλλας αὐτῷ χορηγεῖ διακατοχὴν, καὶ bonorum possessorem αὐτὸν ἀποτελεῖ. ἀλλὰ καὶ διάταξις τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, τὸν ζῶντα ποσοῦμον, ὀρθῶς βούλεται γράφεσθαι κληρονόμον, ὡσανεὶ καὶ τῷ πολιτικῷ ἐγνωσμένον. ¶ Ἔστι δὲ ὅτε ὁ πραίτωρ, οὐ διορθοῦται μὲν, ἐναντιοῦται δὲ τῷ πολιτικῷ. οἷον ὡς εἰρήκαμεν, ἐὰν ὁ ἀπελεύθερος τὸν πάτρωνα πραιτερίτον καταλείψῃ, ὁ μὲν δωδεκάδελτος οὐκ ἐδίδου τῷ πάτρωνι πάροδον ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ ἀπελευθέρου ποιήσαντος διαθήκης νικωμένῳ. ὁ δὲ πραίτωρ ἐπενόησε τὴν κόντρα ταβούλλας. ¶ Οὐκοῦν ἐνταῦθα ἄντικρυς μάχεται, οὐκ ἔστι δὲ δυσχερὴς, οὐδὲ φιλόνεικος ὁ πραίτωρ. ἡνίκα [a] γὰρ οἶδε τὸ πολιτικὸν εὐδοκιμοῦν, τότε οὐδὲ ἐπὶ διορθώσει, οὐδὲ ἐπὶ ἐναντιώσει, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ βεβαιώσει τίθησι τὴν ἰδίαν νομοθεσίαν· ἐὰν γάρ τις ὀρθῶς γινομένης διαθήκης γραφῇ κληρονόμος, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ δύναται ἀδιτεύειν, ἀλλὰ καὶ ὁ πραίτωρ δίδωσιν αὐτῷ τὴν σεκουνδουμ [b] ταβούλλας διακατοχήν. καὶ τὸ μὲν κατὰ νόμον hæredem [c] αὐτὸν ἀποτελεῖ. ὁ δὲ βονόρουμ ποσσέσσωρα καὶ ἐξ ἀδιαθέτου συναινεῖ. τοὺς γὰρ σουίους κληρονόμους καὶ τοὺς ἀγνάτους καλεῖ τὸ πολιτικόν. καὶ τοὺς μὲν ἀναφαίνεσθαι ποιεῖ, τοὺς δὲ ἀδιτεύειν. ὁ δὲ πραίτωρ συντρέχων τῷ πολιτικῷ, τοῖς μὲν δίδωσι τὴν οὕνδε λίβεροι, τοῖς δὲ δίδωσι τὴν οὕνδε λεγίτιμοι, κἂν τὰ μάλιστα δὲ μὴ αἰτήσωσι τὴν διακατοχὴν, οὐδὲν ἧττον

posthumū heredem scribat (scire te opinor quis sit alienus posthumus, nēpe is qui si nascatur suus mihi futurus nō est) is si natus fuerit, quod ad ius ciuile adire non posset: reiecit enim talem institutionem ius ciuile: Verum Prætor ei Bonorū possessionem secundum tabulas largitur, & bonorū possessorem eum facit. Sed & Imperatoris nostri constitutio, rectè hūc heredem vult institui, quasi nec iure ciuili incognitum. ¶ Aliquando Prætor non emendat, sed impugnat ius ciuile. Veluti (sicut diximus) cùm libertus patronum præterit. Lex XII. Tabularum nullū dabat patrono quasi testamento facto superaretur, aditum ad bona liberti: At contra Prætor bonorū possessionem contra tabulas commētus est. ¶ Hoc igitur ex aduerso pugnat. Porrò nō est Prętor acerbus aut cōtentiosus: quoniā vbi ius ciuile probari in vulgus putauit, non emendandi, neq. impugnandi, sed confirmandi eius gratia, suam iurisdictionē interposuit. Nam si quis rectè atq. ordine facto testamento, heres institutus sit, non solū iure ciuili adire poterit, sed etiā Prætor ei dat bonorum possessionem secundum tabulas. Et ius quidem ciuile ex lege heredem facit, Prætor verò & ab intestato bonorum possessorē approbat. Nam suos quidem heredes & agnatos vocat ius ciuile: atque vt illi existant, & hi adeant efficit. At verò Prętor cum iure ciuili concurrens, illis dat bonorum possessionem Vnde liberi, his bonorum possessionem Vnde legitimi. Atque etiamsi maximè bonorum possessionē nō petierint: nihilominus

a *Prætor ius ciuile vsu receptum atque in vsu positum confirmare solet. at non impugnare.*

b *Bonorum possessio secundum tabulas datur scriptis haeredibus.* Vlp. 28. §. 5. vbi plenius dixi.

c *Haeredis & bonorum possessoris cognatio.*

d *Bonorum possessio vnde liberi.*

heredes fiunt iure ciuili. Sic igitur Prætor, aut [a] emendat, aut impugnat, aut comprobat. Emendat, vt in extraneo posth. mo. Impugnat, vt in patrono præterito. Et comprobat, vt in heredibus scriptis: Et in his qui ab intestato vocantur, ex primo aut secundo ordine.

¶ Quos autem solus Prætor, non etiam ius ciuile ad successionem vocat, heredes quidem ipso iure eos non facit. Nam heredis nomen nemini Prætor tribuit, sed aut lex, aut [b] quod legis vicem habeat. Veluti S.C. aut constitutio Principis. S.C. vt Tertullianum & Orfitianum: constitutio principis, vt Imperatoris nostri constitutio, quæ sororis filium in numerum legitimorū retulit. Prætor igitur heredem non facit: sed data [c] bonorum possessione, loco heredis eum constituit: & bonorum possessorem efficit: sic vt vtiliter & experiri possit & conueniri. ¶ Neque verò iam dictas bonorum possessiones tantùm Vnde liberi, Vnde legitimi, & Vnde cognati inuenit Prætor: sed etiam alias plurimas: cùm vnus eius sit scopus ne quis sine successore moriatur. Nam angustissimis finibus [d] conclusum à lege duodecim Tabularum ius percipiendarū hereditatum, Prætor ex bono & æquo dilatauit.

1 ¶ Porrò bonorum possessiones: aliæ ex testamento sunt, aliæ ab intestato. Et ex testamento [e] quidem sunt hæ duæ, Prima: quæ Contra tabulas [f] dicitur, quam Prætor liberis præteritis pollicetur: Secunda: quæ Secundum tabulas vocatur, quam

heredes εἰσὶν ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ. ὥς τε συνὸ πραίτωρ ἢ [a] διορθοῦται, ἢ ἐναντιοῦται, ἢ συναιρεῖ. διορθοῦται μὲν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐξωτικοῦ ποστούμου. ἐναντιοῦται δὲ, ὡς ἐπὶ τοῦ πραιτερείτου πάτρονος. καὶ συναιρεῖ ὡς ἐπὶ τῶν σκρίπτων κληρονόμων, καὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων, ἀπὸ πρώτης ἢ δευτέρας τάξεως. ¶ Οὓς δὲ ὁ πραίτωρ μόνος καλεῖ ἐπὶ τὴν διαδοχὴν, οὐκ ἔτι δὲ τὸ πολιτικὸν, hæredes μὲν αὐτοὺς νόμῳ οὐκ ἀποτελεῖ. τὸ γὰρ τοῦ κληρονόμου ὄνομα, ὁ πραίτωρ οὐδενὶ περιποιεῖ, ἀλλ' [b] ὁ νόμος, ἤγουν ὁ τοῦ νόμου τάξιν ἐπέχων. οἷον δόγμα συγκλήτου, ἢ διάταξις βασιλέως. δόγμα συγκλήτου, ὡς ἐπὶ τοῦ Τερτυλλιανείου καὶ Ὀρφιτιανείου. διάταξις, ὡς ἡ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως τὸν παῖδα τῆς ἀδελφῆς συναριθμήσασα τοῖς λεγιτίμοις. ὁ πραίτωρ [c] οὖν κληρονόμον οὐ ποιεῖ, διδοὺς δὲ διακατοχὴν, ἐν τάξει κληρονόμων αὐτὸν καθίστησι, καὶ ἀποτελεῖ bonorum possessorem ὥς τε αὐτὸν πλαγιαστικῶς καὶ ἐνάγειν, καὶ ἐνάγεσθαι. ¶ Οὐ μόνον δὲ τὰς εἰρημένας διακατοχὰς τὴν οὖνδε λίβεροι, καὶ τὴν οὖνδε λεγίτιμοι, καὶ τὴν οὖνδε κογνάτοι ὁ πραίτωρ ἐπενόησεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πλείστας, ἕνα τὸν σκοπὸν ἔχων, ἵνα [d] μή τις ἀδιάδοχος τελευτήσῃ. καὶ γὰρ στενοτάτοις ὅροις τὸ δίκαιον τῆς διαδοχῆς ἐκ τοῦ δωδεκαδέλτου περικεκλεισμένον, ἐκ τοῦ καλλίστου καὶ τοῦ δικαίου ὁρμώμενος ὁ πραίτωρ ἐπλάτυνε.

1 ¶ Τῶν δὲ διακατοχῶν, αἱ μέν εἰσιν ἐκ διαθήκης, αἱ δὲ ἐξ ἀδιαθέτου. καὶ ἐκ [e] διαθήκης μέν εἰσι δύο αὗται. ἡ κόντρα ταβούλας, ἣν ἐπαγγέλλεται τοῖς πραιτερείτοις [f] παισί. δευτέρα δὲ καὶ σεκούνδουμ ταβούλας, ἣν χορηγεῖ

¶ Quos autem solus vocat Prætor ad hereditatē, heredes quidem ipso iure non fiunt: nam Prætor heredē facere non potest: per legem enim tantùm, vel similem Iuris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsulta, & constitutiones principales. sed cùm eis Prætor dat bonorū possessionem, loco heredum constituūtur, & vocantur bonorum possessores. ¶ Adhuc autem & alios complures gradus Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis dum id agebat, ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis finibus constitutum per legem duodecim Tabularum ius percipiendarum hereditatū, Prætor ex bono & æquo dilatauit.

1 ¶ Sunt autem bonorum possessiones, ex testamento quidē hæ: Prima quæ præteritis liberis datur, vocaturq; *Contra tabulas*. Secunda, quā omni-

a *Prætor ius ciuile quemadmodum emendet, impugnet, confirmet.* l. sup. §.1 ff de iustitia & iure.

b *Heredes fiūt lege, senatuscō sulto, constitutionib.*

c *Heredes non fiunt à Prætore, sed qui loco hæredū dicuntur, vicem tamen hæredum sustinent.* l.2. ff. de bonorū possessionib.

d *Bonorum possessiones variæ inuentæ sunt à Prætore, vt ne quis sine successore moreretur.*

e *Bonorum successio ex testamento duplex. Est enim vel contra tabulas, vel secundum tabulas.*

f *Bonorū successio contra tabulas datur liberis præteritis.* vide l.1. & pass. ff. de bō. poss. cōtr. tab.

omnibus iure scriptis heredibus Prætor pollicetur, ideóq; vocatur *Secundū tabulas* (testamēti.) ¶Et cùm de testatis priùs loquutus est, ad intestatos transitum fecit. Et primo loco suis heredibus, & iis, qui ex edicto Prætoris inter suos heredes connumerātur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur *Vnde liberi.* ¶Secundò, legitimis heredibus. ¶Tertiò, decem personis, quas extraneo manumissori preferebat. Sunt autem decem personæ hę: pater, mater: auus, auia, tam paterni quàm materni: item filius, filia: nepos, neptis, tam ex filio quàm ex filia: frater, sorórve, consanguinei, vel vterini.

πᾶσι τοῖς [a] κατὰ νόμον γραφεῖσι κληρονόμοις. ἐπινοήσας δὲ [b] πρώτας τὰς ἀπὸ διαθήκης, μετῆλθεν ἐπὶ τὰς ἐξ ἀδιαθέτου. καὶ κατὰ πρώτην τάξιν τοῖς [c] σουΐοις κληρονόμοις καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς ἀριθμουμένοις, λέγω δὲ τοῖς ἐμαγκιπάτοις δέδωκε διακατοχήν, ἥτις λέγεται οὐνδὲ λίβεροι. ¶Δευτέραν ἐξ ἀδιαθέτου, τοῖς [d] ἀπὸ νόμου καλουμένοις ἐπὶ τὴν κληρονομίαν τοῦ τελευτήσαντος δέδωκε, τὴν οὐνδὲ λεγίτιμοι, οἷον ἀγνάτοις, καὶ πάτρωνι, καὶ τοῖς τούτου παισὶν ἐρχομένοις ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ ἀπελευθέρου, ἢ τὰ τῆς ἀπελευθέρας. καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ Τερτυλλιανείου, ἢ Ὀρφιτιανείου, καὶ ἀπὸ τῶν διατάξεων, ἔχουσι τὰ ἐξ ἀδιαθέτου. ¶Τρίτην, τὴν vnde [e] decem personæ, ἐξ ἧς τοῦ ἐξωτικοῦ ἐλευθερωτοῦ τῆς ἐλευθέρας κεφαλῆς δέκα πρόσωπα προετίμησε συγγενῶν ἀνιόντων, κατιόντων, καὶ ἐκ πλαγίου, μέχρι δευτέρου βαθμοῦ. τί δὲ τοῦτό ἐστιν ἀναγκαῖον εἰπεῖν, εἰ καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἐν πολιτείᾳ. εἰ συνέβη με τὸν ἐμὸν υἱὸν ποιοῦντα ἐμαγκίπατον, δοῦναί σοι αὐτὸν, εἰς πρῶτον μαγκίπιον καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ σὺ ἠλευθέρωσας αὐτὸν, καὶ αὐτεξούσιον ἐποίησας διὰ τῆς δόσεως τῆς ἐλευθερίας, εἶχες ἐπ' αὐτῷ λεγίτιμα [f] δίκαια μιμούμενος πάτρωνα. καὶ εἰ συνέβη τὸν ἐλευθερωθέντα ἀδιάθετον τελευτῆσαι, σὺ πάντων προετιμήθης τῶν αὐτοῦ συγγενῶν ἔχων, ὡς εἴρηται, διὰ τὴν ἐλευθερίαν τὰ λεγίτιμα δίκαια τῶν ἄλλων ὄντων αὐτοῦ κογνάτων, δι' ἣν ὑπέστη κάπιτις διμινουτίωνα. ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον ἦν διὰ μόνην ψιλὴν ἐλευθερίαν σε προτιμᾶσθαι πάντων τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, διὰ τοῦτο ὁ πραίτωρ ἐκάλεσε δέκα [g] πρόσωπα, ὀφείλοντά σου προτιμᾶσθαι περὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου

omnibus iure scriptis heredib. largitur. Et cū eas primas fecisset, quæ ex testamento dantur, ad ea transiit, quæ ab intestato locum haberēt. Ac primo loco suis heredibus, & his qui inter suos heredes cōnumerantur (dico autem emancipatos,) bonorum possessionem dedit, quæ vocatur Vnde liberi. ¶Secundo loco ab intestato his dedit bonorum possessionem Vnde legitimi, qui iure ciuili ad hereditatem defuncti vocātur: vt agnatis: & patrono libetísq; eius in bonis liberti libertæve. Et his, qui ex S.C. Tertulliano vel Orfitiano aut principū constitutionibus ius ab intestato percipiendarum hereditatum habent. Tertio loco proposui bonorum possessionem Vnde decem personæ: per quam extraneo manumissori liberi capitis, decē personas cognatorū prætulit: parētū, liberorum, & eorū qui ex transuerso veniunt, vsq; ad secundum gradū. Quid autē id sit, docere necesse est, quāuis in vsu cōmuni nō versetur. Si tibi ego filium meumquē emancipassem, in primum & secundum & tertium mancipium dedissem: tuq; eum manumisisses, & sui iuris fecisses: propter libertatis dationē iura legitimę successionis in eo hab. bas ad similitudinem patroni. Et si contigisset, vt hic manumissus, intestatus decederet, tu omnibus cognatis præfere baris: quippe qui, vt dictū est, iura legitimi haberes propter libertatē: & cęteri omnes cognati essent pro pter capitis diminutionē. Verùm quia iniquum erat ob solam & nudā libertatem omnibus cognatis te præferri: ideo Prætor decem personas vocauit, quę in successione ab intestato præferri tibi debeant. Filium, filiam, nepotem,

a *Bonorum possessio secundum tabulas datur scriptis heredib.* vide Vlp. 28. §.5. vbi dixi plenius adde ti. Dig. ti. si tabulæ testamenti extabunt. & de bonorum poss. secundum tabulas.

b *Bonorum possessiones ab intestato varia,* vide Vlp. 28. §. 7.

c *Bonorum possessio, vnde liberi quibus detur.* vide ti. Digest. si tabulę testamēti nullę extabunt: vnde liberi.

d *Bonorum possessio, vnde legitimi quibus detur.* vide Tit. Digest. vnde legitimi.

e *Bonorum possessio, vnde decem persona*

f *Manumissori ingenui qua iura in bonis manumissi intestato mortui competebant.*

g *Manumissori extraneo decem persona praferuntur, & qua illa: & quemadmodū illis detur bonorum possessio, vnde decē persona.*

neptem, siue ex filio sint, siue ex filia, patrem, matrem, auum, auiam, siue paterni sint, siue materni: fratrem & sororem. Hos igitur extraneo manumissori prætulit, dans ei bonorum possessionem Vnde decem personæ. Ex numero enim eorum, qui petere possent, nomen bonorum possessio hæc accipit. ¶ Quarto loco, bonorum possessionem Vnde cognati. ¶ Quinto loco, pollicitus est bonorum possessionem, quam Tanquam ex familia vocant. Est autem huic locus in casu huiuscemodi. Libertus sine liberis, sinéque testaméto decessit, quum neque patronus superstes esset: Agnati patroni ad bona liberti veniunt per bonorum possessionem tanquam ex familia.

¶ Sexto loco inuênit eam quam patrono patronæque dedit parentibúsque eorum & liberis, & vocauit, Vnde liberi patroni & patronæ & parentes eorum. Nam si libertus decesserit, & patronus vel patrona liberíve eorum per bonorum possessionem Vnde legitimi venire noluerint, & tempora petẽdi prætererint, (nam vnaquæque bonorũ possessio certo tempore circumscripta est, vt infrà latiùs docebimur) neque rursum eam petierint, quæ Tanquam ex familia vocatur, per hanc bonorum possessionem venire possunt, aut patroni ipsi, aut liberi eorum, si ipsi non supersint, aut parentes patronorum patronarúmve.

¶ Septimo loco inuenit eam, quæ Vnde vir & vxor dicitur. Nam si aut vir aliquis aut mulier aliqua sine testamento decedat, neminem relinquens

διαδοχήν, υἱόν, θυγατέρα, ἔγγονον, ἐγγόνην, εἴτε ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, εἴτε ἀπὸ θυγατρὸς, πατέρα, μητέρα, πάππον, μάμμην, εἴτε πρὸς πατρὸς, εἴτε πρὸς μητρὸς, ἀδελφήν. τούτους οὖν προετίμησε τοῦ ἐξωτικοῦ μανουμίσσωρος, διδοὺς αὐτοῖς τὴν οὔνδε δέκεμ περσόναι διακατοχήν. ἐκ γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν αἰτούντων ἔσχεν ἡ διακατοχὴ τὴν προσηγορίαν.

¶ Τετάρτην, [a] τὴν οὔνδε κογνάτι.

¶ Πέμπτην ἐπηγγείλατο τὴν [b] tanquã ex familia. χώρα δὲ ταύτῃ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἀπελεύθερος ἐτελεύτησεν ἄπαις καὶ ἀδιάθετος, πάτρωνος μὴ ὑπόντος. οἱ ἀγνάτοι τοῦ πάτρωνος ἔρχονται ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ ἀπελευθέρου, ἀπὸ διακατοχῆς τῆς εἰρημένης tanquam ex familia, ἤγουν ὡσανεὶ ἐκ φαμιλίας. ¶ Ἕκτην [c] ἐπενόησεν, ἣν καὶ τῷ πάτρωνι καὶ τῇ πατρωνίσσῃ δέδωκε. καὶ ἀνιοῦσιν αὐτῶν καὶ κατιοῦσιν, ἣν ὠνόμασεν vnde liberi patroni & patronæ & parentes eorum, ἤγουν παῖδες τοῦ πάτρωνος καὶ τῆς πατρωνίσσης καὶ οἱ ἀνιόντες αὐτῶν. ἐὰν γὰρ ἀπελεύθερος τελευτήσῃ, εἶτα οἱ πάτρωνες, καὶ αἱ πατρώνισσαι, ἤγουν οἱ παῖδες αὐτῶν μὴ θελήσουσιν ἐλθεῖν ἀπὸ τῆς οὔνδε λεγίτιμοι, ἀλλ᾽ ὁ χρόνος παρέλθῃ τῆς διακατοχῆς. ἑκάστη γὰρ διακατοχὴ ῥητῷ περικέκλεισται χρόνῳ, ὡς προϊόντες μαθησόμεθα. μήτε δὲ αἰτήσουσι τὴν tanquam ex familia δύνανται ἀπὸ τῆς παρούσης διακατοχῆς παραγενέσθαι, ἢ αὐτοὶ οἱ πάτρωνες, ἢ αὐτῶν μὴ ὑπόντων οἱ παῖδες αὐτῶν. ἤτοι οἱ γονεῖς τῶν πατρώνων, καὶ τῶν πατρωνισσῶν. ¶ Ἐν ἑβδόμῃ [d] τάξει ἐφεῦρε τὴν vnde [e] vir & vxor. ἐὰν γάρ τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ, μηδενὸς ὑπόντος συγγενοῦς, ἤγουν γυνὴ ἀδιάθετος τελευτήσῃ, οὐκ ἔχουσα τινὰ

¶ Quartò, cognatis proximis. ¶ Quintò *Tanquam ex familia.*

¶ Sextò, patrono, patronæque, liberísque eorum, & parentibus.

¶ Septimò, viro & vxori.

¶ Octa-

a *De bonorũ possessione vnde cognati.* vide ti. Digest. vnde cognati.

b *Hac bonorũ possessio tanquam ex familia.* Vlp. 28. §. 7. *familia dicitur: aliutum quem ex familia, vbi bonorũ hæc possessio quarto gradu constituitur qua hic quinto.* Porro de *familia adde* l. 195. ff. de verbor. signific.

c *Quinto loco constituitur ab* Vlp. d. loco.

d *Sexto loco constituitur apud* Vlp. d. loco.

e Vide Tit. Digest. & C. vnde vir & vxor.

¶ Octauò, cognatis manumissoris.

2 ¶ Sed eas quidem Prætoris introduxit iurisdictio: à nobis tamen nihil incuriosum prætermissum est: sed nostris cōstitutionibus omnia corrigentes, *Contra tabulas* quidem *& secundum tabulas* bonorum possessiones admisimus, vtpote necessarias constitutas, necnon ab intestato, *Vnde liberi*, *& Vnde legitimi*, bonorū possessiones.

¶ Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, *Vnde decem personæ*: eam pio proposito, & cōpendioso sermone superuacuā ostendimus. Cū enim præfata bonorū possessio decem personas præponebat extraneo manumissori, nostra constitutio, quam de emācipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdémque manumissoribus, contracta fiducia manumissionē facere dedit: vt ipsa manumissio eorum hoc in se habeat priuilegium, & superuacua fiat supradicta bonorum possessio.

¶ Sublata

τὴν δυναμένην κληθῆναι ἐκ τῶν προλαβουσῶν διακατοχῶν, τῇ παρούσῃ διακατοχῇ γίνεται χώρα. καὶ ὁ ἀνὴρ τὰ τῆς γυναικὸς, καὶ ἡ γυνὴ τὰ τοῦ ἀνδρὸς διαδέχεται. ¶ Ὄγδοον[a] τόπον ἐπέχει ἐν τῇ ἐξ ἀδιαθέτου, ουνδὲ κογνάτοι μανουμισσώρεις, ἤγουν κατὰ θηλυγονίαν συγγενεῖς τοῦ ἐλευθερωτοῦ. ἐὰν γάρ τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ μηδενὸς παντελῶς ὑπόντος, μὴ πάτρωνος, μὴ παίδων τοῦ πάτρωνος, μήτε ἀδνάτων, οἱ κογνάτοι τοῦ πάτρωνος τὴν παροῦσαν αἰτοῦσι διακατοχήν.

2 ¶ Ταύτας μὲν ὁ πραίτωρ ἐπενόησε τὰς διακατοχὰς δύο[b] ἐκ διαθήκης, καὶ ὀκτὼ ἐξ ἀδιαθέτου. ὁ δὲ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς, οὐδὲν ἀπολυπραγμόνητον καταλιπὼν, τὰ διορθώσεως δεόμενα ἐπὶ τὸ κάλλιον μετήγαγε καὶ τὴν κόντρα ταβούλλας, καὶ σεκουνδουμ ταβούλλας, οἷα οὔσας ἀναγκαίας, εἴασεν ἐπὶ σχήματος. καὶ ἐξ ἀδιαθέτου τὴν ουνδὲ λίβεροι, καὶ τὴν ουνδὲ λεγίτιμοι. ¶ Τὴν δὲ τρίτην μὲν οὖσαν τῶν ἐξ ἀδιαθέτου, πέμπτην[c] δὲ ὅσον καὶ πρὸς τὰς ἐκ διαθήκης, ουνδὲ δέκεμ περσόναι, τοῦ τῶν διακατοχῶν ἐξώθησεν ἀριθμοῦ, συντόμῳ λόγῳ περιττὴν[d] αὐτὴν ἀποφήνας. ὁπότε γὰρ ἡ εἰρημένη διακατοχὴ δέκα συγγενῶν πρόσωπα, καθὰ εἴρηται, τοῦ ἐξωτικοῦ προετίμα μανουμισσώρος. ἡ δὲ διάταξις[e] τοῦ εἰρημένου βασιλέως, ἣν περὶ τῶν ἐμαγκιπατζιώνων ἀνέγραψε, πᾶσι πάτρωσι καὶ μανουμισσώροσι, ἐν προλήψει δέδωκε τὸ contracta fiducia ἐλευθερωθῆναι, ὥστε σιωπηρῶς αὐτὴν τὴν ἐμαγκιπατζίωνα τοῦτο ἔχειν ἐν ἑαυτῇ. εἰκότως εὑρίσκεται περιττὴ ἡ προλεχθεῖσα διακατοχὴ μηκέτι ἐξωτικοῦ γινομένου μανουμισσώρος. ¶ Περιαιρεθείσης

qui ex aliqua dictarū bonorum possessionū, ad successionē eius vocetur: tūc locus fit huic bonorū possessioni. Et vir vxori, vxórque viro succedit. ¶ Octauum locum obtinet inter bonorū possessiones, quæ ab intestato dantur, ea quę Vnde cognati manumissoris, dicitur: Nā si libertus intestatus decedat, nec patronū habēs, neq. patroni liberos, neq. etiam agnatos, cognati patroni ex hac parte bonorū possessionē petūt.

2 ¶ Et has quidem bonorū possessiones Prætor inuenit, duas ex testamento, & octo ab intestato. Verùm Imperator noster sāctissimus, nihil intactū inexcussúmq. relinquēs, ea, quę emēdatione indigere videbātur, in melius trāstulit, atq. eā quidē quæ Cōtra tabulas dicitur, eamq. item quę Secūdū tabulas, vt necessarias in suo habitu reliquit. Necnō & ex his, quę ab intestato dātur, eā quæ Vnde liberi, eamq. quę Vnde legitimi. ¶ Quæ autem tertio loco posita est inter ea quæ ab intestato dātur & quinto quantū & ad eas quæ ex testamēto: ac vocatur Vnde decē personæ: eā ex numero bonorū possessionū sustulit, breui ratione superuacaneā esse ostēdens. Quum enim præfata bonorū possessio decē personas cognatorū (sicut dictum est) extraneo manumissori præferret, cōstitutio autē præfati Imperatoris, quā de emancipationibus conscripsit, omnib. patronis & manumissoribus præsumptionē cōtractæ fiduciæ in manumissionibus dederit, sic vt ipsa emācipatio tacitè id in sese habeat: meritò & præfata bonorum possessio pro superuacua habēda est, cū extraneus posthac manumissor nullus intelligatur. ¶ Sublata

a *Septimo loco ponitur apud* Vlp. d. loco.

b *Bonorū possessiones hæ recepta sunt à Iustiniano, Cōtra tabulas & secundum tabulas, vnde liberi, vnde legitimi.*

c *Bonorū possessio vnde decem personæ, diuersa ratione tertio, diuersa, quinto gradu datur.*

d *Bonorum possessio vnde decem personæ sublata.*

e l. vlt. C. de emancipat. liberorum.

igitur bonorũ possessione Vnde decem personę: quæ quinta erat numero: bonorum possessionẽ Vnde cognati, quæ prius sexta erat in ordine, quintam fecit. ¶ Porrò eam bonorũ possessionem quæ septimo loco erat, Tãquã ex familia, cámque quę octaua, Vnde liberi patroni, patronęque & parẽtes eorum: vtramq. inutilem fecit, in sacra sua cõstitutione, quam de iure patronatus cõposuit. Cùm enim ad similitudinẽ successionis ingenuorũ, & Libertinorũ successiones redegisset: eas vsque ad quintũ gradũ coarctãdo vt aliquid esset inter Ingenuos & Libertinos differẽtiæ cõtẽtos esse eos voluit bonorum possessionibus, Cõtra tabulas, & Vnde legitimi, & Vnde cognati. Ex quibus hereditatẽ liberti ab intestato cognati patroni sibi vindicare possunt: omni scrupulositate & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum sublata. ¶ Nona autem bonorum possessione, quæ Vnde vir & vxor dicitur, sexto loco posita: decimam bonorũ possessionem, quę erat Vnde cognati manumissoris, pro superuacua haberi voluit propter rationes in dicta constitutione de iure patronatus enumeratas. Ita vt iam sex tantùm sint ordinariæ bonorum possessiones: duæ ex testamento: Contra tabulas, & Secundùm tabulas: & quatuor ab intestato, Vnde liberi, Vnde legitimi, Vnde cognati, & Vnde vir & vxor.

τοίνυν, τὴν οὐνδε δέκεμ περσόναι, ἥ τις ἦν πέμπτη. [a] τὴν ἕκτην πάλαι διακατοχὴν οὖσαν, τουτέστι τὴν οὐνδε κογνάτοι, πέμπτην ἐποίησε. ¶ Τὴν δὲ ἑβδόμην οὖσαν, λεγομένην δὲ tanquam [b] ex familia, καὶ ὀγδόην τὴν vnde [c] liberi patroni patronæque & parentes eorum, ἑκατέραν ματαίαν ἀπέδειξεν ἐν τῇ θείᾳ αὐτοῦ διατάξει ἣν ἐπὶ τοῖς πατρωνικοῖς συνέθηκε δικαίοις. ὁπότε γὰρ πρὸς [d] μίμησιν τῆς τῶν ἰνγενούων διαδοχῆς, τὰς ἀπελευθερικὰς ἐποίησε κληρονομίας, μέχρι πέμπτου βαθμοῦ ταύτας στενώσας, ὥστε εἶναί τινα διαφορὰν μεταξὺ ἰνγενούων καὶ ἀπελευθέρων, ἐκέλευσε αὐτοὺς ἀρκεῖσθαι τῇ κόντρα ταβούλλας, καὶ οὔνδε λεγίτιμοι, καὶ οὔνδε κογνάτοι διακατοχῇ, ἐξ ὧν δύνανται καὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομίαν ἑαυτοῖς περιποιῆσαι τοῦ ἀπελευθέρου οἱ τοῦ πάτρωνος συγγενεῖς, πάσης δυσχερείας, καὶ πέρας οὐκ ἐχούσης πλάνης, τὰς τοιαύτας ἐλευθερώσας διακατοχάς. ¶ Τὴν δὲ ἐννάτην διακατοχὴν, τὴν λεγομένην vnde [e] vir & vxor, ἐν ἕκτῳ τόπῳ ἀποθέμενος, τὴν δεκάτην φημὶ δὲ τὴν οὐνδε κογνάτοι [f] μανουμίσσωρος περιττὴν ἀπέδειξε διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας, ἃς διεξῆλθεν ἐν τῇ περὶ πατρωνικῶν κειμένῃ διατάξει. ὡς λοιπὸν ἓξ [g] μόνας εἶναι τὰς πάσας ὀρδιναρίας διακατοχάς. δύο μὲν ἐκ διαθήκης κόντρα ταβούλλας, καὶ σεκούνδουμ ταβούλλας, τέσσαρας δὲ ἐξ ἀδιαθέτου, οὔνδε λίβεροι, οὔνδε λεγίτιμοι, οὔνδε κογνάτοι, οὔνδε vir & vxor.

igitur prædicta quinta bonorũ possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessionem induximus: & quintã fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur. ¶ Quúmque antea fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tãquã ex familia* & octauo, *vnde patroni, patronæque, liberi & parẽtes eorum*: vtranque per constitutionẽ nostrã quã de Iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cũ enim ad similitudinẽ successionis ingenuorũ, libertinorum successiones posuerimus, quas vsque ad quintum gradũ tãtummodo coarctauimus, vt sit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia: sufficit eis tã *Cõtra tabulas* bonorum possessio, quã *Vnde legitimi*, & *Vnde cognati*: ex quibus possunt sua iura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta. ¶ Aliam verò bonorum possessionem, quæ *Vnde vir & vxor* appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & altiore loco, id est, sexto eam posuimus, decima quoque veteri bonorum possessione, quæ erat *Vnde cognati manumissor*, propter caussas enumeratas meritò sublata: vt sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant, suo vigore pollentes.

a *Bonorũ possessionem omnes, si ita numeres, Bonorum possessio contra tab. secundum tabu. vnde liberi, vnde legitimi, vnde decem personæ, vnde cognati, hæc bonorum possessio, vnde cognati sexta fuerit, vt hic numeratur. Si initiũ feceris ab intestato bonorũ possessionibus, quarto gradu possessio erit. vt* §. 1. vers. 4. sup. eo *Hodie quinto ordine constituitur.*

b *Bonorum possessio tanquam ex familia sublata.*

c *Bonorũ possessio vnde liberi patroni, patronæque & parentes eorũ, sublata: data his personis bonorum possessione contra & secundum tabulas. adde* 6. C. 13.

d *Ingenuorum & libertinorũ successionis cognatio.*

e *Bonorũ possessio, vnde vir & vxor, sexta inter bonorum possessiones, à Iustiniano introductas.*

f *Bonorũ possessio, vnde cognati manumissoris sublata.*

g *Bonorũ possessiones sex tantum directa: & subsidiaria vna. de qua* §. proximo inf. eod.

3 ¶ Septima

3 ¶ Septima eas sequuta, quã optima ratione prætores introduxerunt. Nouissimè enim permittitur edicto iis etiã bonorũ possessio, quibus vt detur lege, vel Senatusconsulto, vel cõstitutione cõprehensum est: quã neque bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque iis quæ ex testamẽto sunt, Prætor stabili iure connumerauit: sed quasi vltimũ & extraordinariũ auxiliũ (prout res exigit accõmodauit, scilicet iis, quæ ex legibus, Senatuscõsultis, cõstitutionibúsve Principum, ex nouo iure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

4 ¶ Quum igitur plures species successionum Prętor introduxisset, easque per ordinẽ disposuisset, & in vnaquaq. specie successionis sæpe plures extẽt dispari gradu personæ: ne actiones creditorum differrẽtur, sed haberent, quos conuenirent: & ne facilè in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent: ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfiniuit. Liberis itaque & parentibus tam naturalibus quàm adoptiuis, in petenda bonorum

3 ¶ Προσκείσθω δὲ αὐταῖς καὶ ἑβδόμη διακατοχή, ἣν ἀρίστῳ λογισμῷ οἱ πραίτωρες ἐπενόησαν, ἐν ἐσχάτῃ τάξει τοῦ οἰκείου ἐδίκτου ταύτην ἐπαγγελλάμενοι ἐκείνοις οἷς αὐτὴν δοθῆναι ἢ νόμος, [a] ἢ δόγμα, ἢ διάταξις ἐκέλευσε. Ταύτην δὲ οὐδὲ τῶν ἐκ διαθήκης, οὐδὲ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου συναριθμεῖν ἐστὶ σταθηρόν. ἀλλ' ὥσπερ τελευταίαν καὶ παρὰ τὴν ἐπινενοημένην τάξιν βοήθειαν, ὡς ἂν ἡ χρεία καλῇ ταύτην, ἐφορῶντες δεδώκασι, ποτὲ μὲν ἐκ διαθήκης, ποτὲ δὲ ἐξ ἀδιαθέτου. ὄνομα δὲ αὐτῇ τὸ, quibus vt detur vel lege, vel senatusconsulto, vel Principis constitutione comprehensum est. τουτέστιν οἷς πον ἵνα δοθῇ νόμῳ ἢ συγκλήτου δόγματι ἢ διατάξει βασιλικῇ περιηγγελμένον ἐστί. δυνατὸν δὲ καὶ ἕτερον αὐτῇ ὀνομάσαι καὶ καλέσαι τὸ quibus ex legibus, ἤγουν οἷς πον ἐκ νόμου.

4 ¶ Πολλῶν δὲ οὐσῶν τῶν ὑπὸ τῶν πραιτώρων ἐπινενοημένων διακατοχῶν καὶ κατὰ τάξιν συγκειμένων, ἐπειδὴ συμβαίνει ἐν μιᾷ ἑκάστῃ διακατοχῇ, πολλάκις ὅτε ὑπεῖναι πρόσωπα ἀνίσου βαθμοῦ, ἵνα μὴ τῶν κρεδιτώρων αἱ ἀγωγαὶ εἰς ὑπέρθεσιν ἄγωνται, ἀλλ' ἔχοιεν οἱ δανεισταὶ τοὺς δυναμένους μεθοδεύεσθαι, ὅπως μὴ ῥᾳδίως ἐπὶ νομὴν πέμπονται τῶν τοῦ τελευτήσαντος πραγμάτων, διὰ τῆς νομῆς ἑαυτοῖς τὸ ἀμέριμνον περιποιοῦντες. τούτου χάριν ὁ πραίτωρ μίαν ἑκάστην διακατοχὴν ῥητῷ περιέκλεισε χρόνῳ, [b] οὗ παραδραμόντος τοῖς ἑξῆς γίνεται χώρα. ἀνιοῦσι μὲν οὖν καὶ κατιοῦσι, τοῦτο μὲν φυσικοῖς, τοῦτο δὲ καὶ θετοῖς ἐνιαυτὸν [c] δέδωκεν ὁ πραίτωρ εἰς αἴτησιν διακατοχῆς πάσης ἁρμόζουσαν αὐτοῖς ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου. τού-

3 ¶ Sequitur tamen eas & septima bonorum possessio: quam optima ratione Prætores introduxerunt: ex vltima edicti sui parte, his eam pollicentes: quibus eam dari aut lex, aut S. C. aut constitutio Principis iusserit, [a] hanc autem neque his quæ ex testamento dantur: neque his quæ ab intestato, perpetuò posses annumerare. Sed vt extremum auxilium & præter ordinem inuentum, eam prætores dare, cùm necesse fuerit, solent aliâs ex testamento, aliâs ab intestato. Porrò nomen ei tale est. Quibus vt detur, vel lege, vel S.C. vel principis constitutione comprehensum est. Potes & aliud ei nomen dare, ac vocare, Quibus ex legibus.

4 ¶ Cùm igitur multas bonorum possessionum species Prętor introduxerit, eásque per ordinem disposuerit, & in vnaquaque bonorum possessione, nonnunquam multæ superfint personæ dispari gradu: ne actiones creditorum longius differantur, sed vt habeant, quos conuenire possint: vt ne facilè in possessionem bonorum defuncti mittantur, & ita indemnitati suæ consulsant, huiusce rei gratia, Prætor vnamquamque bonorum possessionem certo tempore conclusit: quo elapso his qui sequuntur locus fit. Parentibus igitur liberisque tum naturalibus, tum adoptiuis, anni spatium dedit Prætor ad petendam bonorum possessionem ex testamento vel ab intestato sibi competentem: hoc

a *Vide* Tit. Digest. vt ex legibus. senatúsve consultis bonorum possessio detur.

b *De temporibus bonorum possessionis petendæ.*

c *Bonorum possess. petenda tempus annale parentibus & liberis datur.* l. 1. §. 12. ff. de successorio edicto. Vlp. 28. §. 10. l. 2. C. qui admitti.

autem tempore præterito bonorum possessionem sibi competentem amittunt. Cæteris verò agnatis vel cognatis aut extraneis spatium centum dierum dedit.

a l. Harmen. 3.3.§.38. & lib. 5. tit. 6. §. vlt.

5 ¶ Et si intra hos centũ dies bonorum possessionem sibi competentem agnoscere neglexerint, tũc si quidem sunt alij eodem gradu, pars non petentis illis adcrescit: sin autẽ nullus ex eodem gradu procedit, qui sequenti gradu sunt, veniunt veluti per successionem: perinde atque si is qui præcessit, nec petiit, ex eo numero non fuisset. ¶ Cùm delata mihi esset bonorum possessio, & ego eam intra annum petere deberem, quia ex parentibus eram aut ex liberis: vel intra centum dies, quia alius quispiam eram: repudiaui eam Non dicimus expectandum esse, quoad tempus, quod vel anno deerat, vel centum diebus, prætereat, vt sequenti locus tunc demũ fiat: verùm statim cæteri qui sequenti gradu aut ordine sunt, ad bonorum possessionem vocabũtur.

b l. 1. §. 10. ff. de successorio edicto.

6 ¶ Tempus bonorum possessionis petendæ, vtile est non continuum: hoc est, illi currunt dies bonorum possessionis qui eam sibi scit competere, & eam petere potest. Si enim aut nesciuit ad bonorum possessionem defuncti se vocari: aut ignorauit aliquẽ cognatorum defunctum esse: aut cùm hæc sciret, petere tamen non potuit, quod maiori necessitate distineretur, tẽpora ei bonorũ possessionis nõ currẽt. 7 ¶ Et olim quidẽ petendæ erant, & in petendo cõsistebant bonorum possessiones: ac necesse erat Prætorem adire, & specialiter dicere, Da mihi hãc bonorũ possessionẽ. ¶ Sed hodie constitutionibus Principũ

c *Bonorũ possessionis petendæ tempus non continuum est, sed vtile.* vide l. vtile tẽpus 2. ff. quis ordo in possessionib.

d *Vtiles dies qui dicantur.*

e *Bonorũ possessiones olim in petendo & petenda à Prætoribus: hodie sufficit intra statutum tempus bonorum possessorem se gerere.*

f *Bonorũ possessio certa solennitate olim petebatur.* l. 1 C. comm. de successionib.

g l. vlt. C. qui admitti.

τῶν δὲ παραδραμόντος τοῦ χρόνου ἐκτὸς τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς γίνονται διακατοχῆς. τοῖς δὲ λοιποῖς [a] πᾶσι συγγενέσι καὶ ἐξωτικοῖς, ἑκατὸν ἡμερῶν δέδωκε διάστημα.

5 ¶ Καὶ [b] ἐάν τις εἴσω τῶν ἑκατὸν τούτων ἡμερῶν, τὴν ἁρμοδίαν ἐπιγνῶναι ῥαθυμήσῃ διακατοχήν, εἰ μὲν τινες εἶεν τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ, τὸ τοῦ μὴ αἰτήσαντος μέρος ἐκείνοις προσαυξεῖ. εἰ δὲ μηδεὶς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὁρμᾶται βαθμοῦ, οἱ ἐκ τοῦ ἑξῆς παραγίνονται βαθμοῦ ὡς ἀπὸ σουκκεσσίωνος. ὡσανεὶ μηδὲ γεγονότος τοῦ προηγησαμένου, καὶ μὴ αἰτήσαντος. ¶ Ἡρμόσε μοι διακατοχή, καὶ ἔδει με ταύτην αἰτῆσαι εἴσω ἐνιαυτοῦ, ἐν ᾧ ἐτύγχανον τῶν ἀνιόντων ἢ τῶν κατιόντων, ἢ εἴσω ρ ἡμερῶν, ἐν ᾧ ἕτερός τις ὑπῆρχεν. ἐρεπουδιάτευσα ταύτην οὐ λέγομεν ὡς χρῆναι περιμένειν ἕως οὗ παρέλθοι τὸ λειπόμενον τοῦ χρόνου ἐν τῷ ἐνιαυτῷ, ἢ ἐν ταῖς ἑκατὸν ἡμέραις, ἵνα τότε χώρα γίνηται τοῖς ἑξῆς· ἀλλ' εὐθέως οἱ τοῦ ἑπομένου βαθμοῦ, ἢ οἱ τῆς ἑπομένης τάξεως κληθήσονται ἐπὶ τὴν διακατοχήν.

6 ¶ Ὁ χρόνος τῶν διακατοχῶν, οὐτίλιός ἐστιν οὐ κοντινοῦος. [c] τουτέστιν [d] ἐκείνῳ τρέχουσιν αἱ ἡμέραι τῆς διακατοχῆς, ὃς εἶδεν ἁρμόζειν αὐτῷ τὴν διακατοχήν, καὶ δύναται ταύτῃ χρήσασθαι. εἰ γὰρ ἀγνοεῖ ἑαυτὸν καλεῖσθαι ἐπὶ τὴν διακατοχὴν τοῦ τελευτήσαντος, ἢ καὶ ἀγνοεῖ ἔτι ὅτι ὅτι ἐτελεύτησέ τις τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, ἢ καὶ μαθὼν οὐ δύναται χρήσασθαι τῇ διακατοχῇ, διὰ τὸ συνέχεσθαι μείζοσιν ἀνάγκαις, ὁ χρόνος οὐ δραμεῖται τῆς διακατοχῆς.

7 ¶ Ἀλλὰ πάλαι μὲν [e] ἐν τῇ αἰτήσει, ἦσαν αἱ διακατοχαί, καὶ ἐπανάγκης ἦν ἀπιέναι εἰς τὸν πραίτωρα, καὶ ἰδικῶς λέγειν, δός μοι ταύτην τὴν διακατοχήν. ¶ Σήμερον δὲ αἱ βασιλικαὶ διατάξεις. [f]

possessione anni spatium, cæteris autem agnatis, vel cognatis centum dierum dedit.

5 ¶ Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionẽ non petierit, eiusdẽ gradus personis adcrescit, vel si nullus sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto pollicetur: ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset. ¶ Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiauerit: non quousque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, exspectatur: sed statim cæteri ex eodem edicto admittuntur.

6 ¶ In petenda autem bonorum possessione dies vtiles singuli considerantur.

7 ¶ Sed bene anteriores Principes & huic caussæ prouiderũt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet: sed quocunque

cunque modo admittentis eā iudicium (intra statuta tamen tempora) ostenderit, plenum habeat earum beneficium.

λέγουσιν, ὅτι οἱῳδήποτε τρόπῳ ἐὰν ἐκεῖνος ᾧ ἡ διακατοχὴ ἁρμόζει ἔσω τῶν προσφόρων χρόνου δείξῃ ἑαυτὸν ὅπως δήποτε τὴν διακατοχὴν ἀσπασάμενον, ἕξει τελειοτάτην ἐξ αὐτῆς τὴν εὐεργεσίαν.

effectum est vt quocumque modo is, cui bonorū possessio competit, intra statutum tempus ostenderit se dictam bonorum possessionem admittere, plenissimum habeat eius beneficium.

DE ACQVISITIONE PER adrogationem. TIT. XI.

ΠΕΡΙ [a] ΠΡΟΣΠΟΡΙΣΜΟΥ διὰ υἱοθεσίας. Τίτλος ια.

DE ACQVISITIONE PER ADROgationem. TIT. XI.

[a] Adde §. vlt. sup. per quas personas.

¶ De octauo genere adquirendi ex iure ciuili, non scripto, seu de adquisitione per adrogationem. 1. 2. 3. & quæ adrogatori adquirantur per filium adrogatum.

EST & alterius generis per vniuersitatem successio: quæ neque lege duodecim Tabularum, neque Prętoris edicto, sed eo iure, quod consensu receptum est, introducta est.

ΕΙΡΗΚΑΜΕΝ περὶ δύο κτήσεων καθολικὰ τῆς κληρονομίας, ἥ τις ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου ἡμῖν προσγίνεται. ἔτι δὲ καὶ τῆς διακατοχῆς, καὶ αὐτῆς ὁμοίως ἐκ διαθήκης ἢ ἐξ ἀδιαθέτου προσφερομένης. εἴπωμεν καὶ τρίτην καθολικὰ κτῆσιν. αὕτη δὴ οὐδὲ ἐκ τοῦ δωδεκαδέλτου ἐπινενόηται, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ πραίτωρος, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἀγράφου [b] τῶν σοφῶν συναινέσεως εἰς πολιτείαν εἰσηνέχθη. ἕτερον γὰρ νόμος, καὶ ἕτερον πολιτικὴ νομοθεσία. νόμος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἔχων ἰδικὴν προσηγορίαν. οἷον δωδεκάδελτος, Αἴλιος Σέντιος, Φούριος Κανίνιος, Φαλκίδιος. νομοθεσία δὲ πολιτικὴ ἡ ἄγραφος [c] συναίνεσις τῶν σοφῶν, ἡνίκα τι εἰσηνέχθη ἀγράφως, εἶτα διὰ τῆς χρήσεως ἐπλατύνθη, καὶ τελευταῖον γνόντες οἱ σοφοὶ τοῦτο χρήσιμον ἐβεβαίωσαν οἰκείᾳ συναινέσει.

DIctum est de duobus per vniuersitatē adquirendi modis: de hereditate, quæ vel ex testamento, vel ab intestato ad nos pertinet. Deinde & de bonorum possessione, quę & ipsa similiter vel ex testamento, vel ab intestato nobis defertur. Dicamus & de tertia per vniuersitatem adquisitione. Hæc autem neque lege duodecim Tabularum, neque edicto Prætoris inuenta: sed eo iure, quod sine scripto & ex approbatione prudentum receptum est, introducta est in communem ciuitatis vsum. Nam longè aliud est lex, & aliud ciuilis vsus. Quoniam lex est, quæ propriam habet appellationem, vt lex duodecim Tabularum, lex Ælia Sentia, lex Furia Caninia, lex Falcidia. Vsus verò ciuilis est approbatio prudentum nulla scriptura constans, cùm quid primum sine scripto introductum est, deinde per vsum longius productū: & ad extremum, cùm prudentes id vtile esse iudicassent, approbatione sua confirmarunt.

[b] *Ius adquirendi per adrogationem consuetudine introductum.*

[c] *Consuetudo quid.*

1 ¶ Ecce enim cùm paterfamiliàs sese in adrogationem dat, omnes res eius corporales, & incorporales, quæq; ei debitæ sunt, adrogatori

1 ¶ Ἰδοὺ ἐὰν τις αὐτεξούσιος [d] ἑαυτὸν εἰς ἀδρογατίωνα παράσχῃ, πάντα τὰ πράγματα αὐτοῦ σωματικὰ καὶ ἀσώματα, καὶ τὰ ὀφειλόμενα ἑαυτῷ τῷ ἀδρογάτωρι

2 ¶ Veluti, Ecce si paterfamiliàs in adrogationē se dederit, omnes illi res corporales & incorporales & quę ei debebātur, adrogatori

[d] *Patrisfamiliàs adrogati res omnes olim adquirebātur adrogatori.*

anteà quidem adquirebat, dominũ eum rerum suarũ faciens. his exceptis, quæ per capitis diminutionem pereũt, cuiusmodi est operarũ obligatio, (quid autem id sit, infrà discemus) & ius agnationis (nã iure agnationis propter capitis diminutionem, ad superiorum agnatorum hereditatem nõ vocabatur) Vsus enim & vsusfructus, quamuis olim hoc quoq; modo extinguerẽtur, Imperatoris tamen nostri cõstitutione prohibitum est, ne minima capitis diminutione perirent.

2 ¶ Sed idem ille sanctissimus noster Imperator, adquisitionem hanc, quæ per adrogationem fiebat, in angustum contraxit, similem eam faciens adquisitioni naturalium parentum. Quoniam neque naturali neque adoptiuo patri quicquam vltra vsumfructum in his rebus adquiritur, quas liberi extrinsecus, & non ex re patris adquirunt. ¶ Si contingat, vt is qui in adrogationem acceptus est, apud adrogatorem inque adoptiua familia decedat: & rerum dominium in adrogatorem transit, nisi supersint aliæ personæ, quæ ex constitutione Imperatoris nostri, patri in successione earum rerum, quæ adquiri non possunt, præferantur.

3 ¶ Sin autem is qui se in adrogationẽ dedit, debeat aliquibus, ipso quidẽ iure & stricta ratione, adrogator pro eo nõ tenetur. Quomodo.n. ex eo quod alius contraxit, cum alio agetur? Sed nomine filii agetur cum eo: & si nolit eum

a *Capitis diminutione perit operarum obligatio & ius adgnationis.*

b l. 16. C. de vsufructu.

c *Ius adquirendi per adrogationem à Iustiniano coangustatum.*

d *Adrogati liberi non aliter adquirunt parenti adrogatori, quàm naturales, patri naturali.*

e l. 6. §. 1. C. de bonis quæ liberis.

f *Vt liberi & fratres.* l. vlt. Cod. com. de successionibus.

g l. 42. ff. de peculio.

πάλαι μὲν προσεποίειζε, δεσπότην αὐτὸν ἀποτελῶν, τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων. ἐξῃρημένων ἐκείνων ἅτινα τῇ κάπιτις δημινουτζίωνι διαφθείρεται. οἷον [a] ἐστὶν ὁ τῶν ὀπερῶν ἐνοχή. τί δὲ τοῦτο, προϊόντες μαθησόμεθα. καὶ τὸ τῆς ἀδνατζίωνος δίκαιον. ἀδιάπτωτα γὰρ δίκαια διὰ τὴν κάπιτις δημινουτζίωνα, τοὺς πρότερον ἀδνάτους οὐκ ἐκληρονόμει. ὁ γὰρ οὐσος, καὶ ὁ οὐσουφροῦκτος πάλαι μὲν ἀπώλλυντο. διάταξις [b] δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, τῇ ἐλαχίστῃ κάπιτις δημινουτζίωνι ταῦτα διαλύεσθαι διεκώλυσεν.

2 ¶ Ὅς τις θειότατος ἡμῶν βασιλεύς, τὸν κατὰ ἀδρογατζίωνα γινόμενον προσπορισμὸν ἐστένωσε [c] τῷ προσπορισμῷ τῶν φυσικῶν γονέων τοῦτον ἀφομοιώσας. [d] οὔτε γὰρ φυσικῷ, οὔτε θετῷ πατρὶ περαιτέρω τι τοῦ οὐσουφρούκτου [e] προσπορίζεται ἐν ἐκείνοις τοῖς πράγμασιν, ἅτινα τοῖς παισὶν ἔξωθεν, οὐ μὴν ἐκ τῆς πατρὸς προσγίνεται. ¶ Εἰ δὲ συμβῇ τὸν εἰς ἀδρογατζίωνα ληφθέντα παρὰ τῷ ἀδρογάτωρι τελευτῆσαι, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων δεσποτεία μέτεισιν ἐπὶ τὸν ἀδρογάτωρα. εἰ μὴ ἄρα συμβῇ πρόσωπα [f] παρεῖναι, ἅτινα ἐκ τῆς τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διατάξεως προτιμᾶται τοῦ πατρὸς περὶ τὴν διακατοχὴν τῶν ἀπροσπορίστων πραγμάτων.

3 ¶ Εἰ δὲ ὁ δεδωκὼς ἑαυτὸν εἰς ἀδρογατζίωνα χρεωστεῖ τισίν, αὐτῷ μὲν τῷ νόμῳ, καὶ τῇ ἀκριβείᾳ ὁ ἀδρογάτωρ οὐ κατέχεται. πῶς γὰρ ἑτέρου συναλλάξαντος, ἕτερος ἐνάγεσθαι ὀφείλει, ἀλλ' [g] ἐξ ὀνόματος ἐναχθήσεται τοῦ παιδός. καὶ εἰ μὴ βούλεται αὐτὸν

antea quidem pleno iure acquirebantur: exceptis iis, quæ per capitis deminutionẽ pereunt, quales sunt operarum obligationes, & ius adgnationis. vsus etenim & vsusfructus, licèt his antea cõnumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit nostra constitutio.

2 ¶ Nunc autem nos eãdem acquisitionem, quę per adrogationem fiebat, coarctauimus ad similitudinẽ naturalium parentum. Nihil enim aliud nisi tantummodò vsusfructus, tam naturalibus parentibus, quam adoptiuis, per filios familiarum acquiritur in iis rebus, quæ extrinsecus filiis obueniunt, dominio eis integro seruato.

3 ¶ Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiã dominium rerum eius ad adrogatorem pertransit: nisi supersint aliæ personæ, quę ex cõstitutione nostra patrem in iis, quæ acquiri nõ possunt antecedant:

4 ¶ Sed ex diuerso pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure adrogator non tenetur: sed nomine filii conuenitur: &, si noluerit eum defendere

defendere, permittitur creditorib. per cōpetentes nostros magiſtratus bona, quę eiuscum vſufructu futura fuiſſent, ſi ſe alieno iuri non ſubiecisset, poſſidere, & legitimomodo ea diſponere.

διαφενδεῦσαι, ἐξουσία δίδοται τοῖς κρεδιτώρσιν, κελεύουσι τῶν προσφόρων ἀρχόντων ἐκεῖνα τὰ πράγματα, ἅ τινα ἐν δεσποτείᾳ μετὰ τοῦ οὐσουφρούκτου ἔμελλεν εἶναι, τοῦ υἱοῦ υἱοθετηθέντος, εἰ μὴ δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς ἀδρογατζίωνα, ὑπὸ τὴν οἰκείαν ποιήσασθαι νομὴν, καὶ νομίμῳ τρόπῳ ταῦτα διαθεῖναι.

defendere, facultas datur creditoribus, vt auctoritate competentium magiſtratuum, bona quæ filii adoptiui cum vſufructu futura erant, ſi ſeſe in adrogationem non dediſſet, in poſſeſſionem ſuam redigant, & legitimo modo ea diſponant.

DE EO CVI LIBERTATIS cauſſa bona addicuntur. TIT. XII.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΤΙ ΤΗ τῶν ἐλευθεριῶν αἰτίᾳ τὰ πράγματα ἐπιζητοῦνται. Τίτλος ιβ.

DE EO CVI LIBERTATIS CAVSSA bona addicuntur. TIT. XII.

¶ De nouo genere adquirendi iure ciuili: & de adquiſitione per bonorum addictionem. ¶ Hoc autem iure poſſunt hi qui à domino in teſtamento (ex quo non aditur hereditas) manumiſſi ſunt, petere bona defuncti ſibi addici libertatum conſeruandarum cauſa. 1 ſi modò idoneè caueant creditoribus de ſolido, quod cuique debetur, ſoluendo. 2 Quo impetrato, atque ita fiſco excluſo, bona defuncti à creditoribus neque poſſidentur, neque veneunt. 3 Competit autem petitio hæc manumiſſis teſtamento vel codicillis. 4 quoties omnino certum eſt nullum alium defuncto heredem exiſtere. 5 Quid tamen ſi minor abſtinuit hereditate, & interea in pendenti eſt, reſtituatur, nécne aduerſus hereditatem omiſſam, poteſtne teſtamento manumiſſis hanc bonorum addictionem petere? poteſt. Quid ſi minor tandem reſtituatur? hereditatem quidem obtinebit, non tamen reuocabit libertatem. 6 Competit quoque hæc petitio manumiſſis inter viuos, vel mortis cauſa, ſi hanc bonorum addictionem petere velint, ne exactius quæratur in fraudem creditorum ſint manumiſſi nécne. 7 Cætera quæ ad hoc genus ſucceſſionis pertinent, petenda ſunt ex Codice.

ACceſſit nouus caſus ſucceſſionis ex conſtitutione diui Marci. ¶ Nā ſi ij, qui libertatem acceperunt à domino in teſtamento, ex quo non aditur hereditas, velint bona ſibi addici libertatum conſeruandarum cauſſa, audiuntur.

1 ¶ Et ita diui Marci reſcripto ad Pompilium Rufum continetur.

Ἔστι καὶ τέταρτον εἶδος τῆς καθ' ὁμάδα κτήσεως, καινότατον καὶ τοῖς παλαιοῖς ἄγνωστον, ἐκ διατάξεως τοῦ θειοτάτου Μάρκου [a] ἐπινοηθέν. ¶ Ἐὰν γὰρ οἱ τυχόντες ἐλευθερίας ἐν διαθήκῃ, μηδενὸς ἀδιτεύοντος αἰτήσωσιν ἑαυτοῖς προσκυρωθῆναι τὰ πράγματα φυλακτέων ἕνεκα τῶν ἐλευθεριῶν, ἐπιτεύξονται τούτου.

1 ¶ Ὡς ἡ εἰρημένη τοῦ Μάρκου βούλεται διάταξις Ποπλίῳ Ῥούφῳ ἀντιγραφεῖσα ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος· Οὐϊργίνιος τις Οὐάλης διαθέμενος καὶ γράψας Τίτιον κληρονόμον, οἰκέταις ἰδίοις κατέλιπεν ἐλευθερίαν ἔχων δανειστάς. ὁ γραφεὶς κληρονόμος οὐκ ἠβουλήθη προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ. ἔμελλον οἱ δανεισταὶ ἐν νομῇ γι-

EST & quarta ſpecies adquiſitionis per vniuerſitatem: noua admodum & veteribus ignota ex conſtitutione D. Marci inuenta. ¶ Nam ſi hi, qui libertatem acceperunt in teſtamento, ex quo nemo hereditatem adit, libertatum conſeruandarum cauſſa, bona ſibi addici petant, id aſſequentur.

a l. 2. ff. de fideic. libert. adde l. vlt. C. de manum. teſt.

1 ¶ Quemadmodum dicti Marci voluit conſtitutio, quā ad Popilium Rufum ſcripſit in hac ſpecie. Verginius quidam Valens teſtamento condito & Titio herede inſtituto ſeruis ſuis libertatem reliquit, cùm & creditores haberet. Is qui heres ſcriptus erat, hereditatem adire noluit. Futurum erat, vt creditores in bo-

na mitterentur, & ea sicuti vellent disponerent: vnus aliquis eorum, qui libertatem in eo testamento acceperat, nomine Popilius Rufus, bona sibi volebat addici, vt & libertates conseruarentur, & creditores damno non adficerentur.

¶ Aditus igitur Marcus Imperator, in hunc modum rescripsit: Si Verginii Valentis, qui quibusdam in testamento suo libertatem adscripsit, heres ditatem, isque quem heredem scripserat, non vult adire, & ex hac periculum est, ne bona à creditorib. distrahantur: aditus competens iudex, ab eo qui libertatem in eo testamento accepit, & sibi bona conseruandarum libertatum gratia cupit addici: rationem desiderii eius habebit: & bona ei addicet. ¶ Sic tamen vt & directæ libertates, & eæ quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, præstentur.

a l. 4 §. a Idi-ci. 8. ff. de fideicō. libert.

¶ Dummodò ante omnia datis fideiussoribus, aut aliter idoneè securos faciat creditores, de solido, quod cuique debetur, soluendo.

b l. 4 §. n. ff. de fideicom. libert.

c De Orcino liberto. v. § 2. §. qui autem. sup. de fideicom. libert. Vlpianus 2. §. 8. vbi dixi.

¶ Et hi quidem, quibus directa libertas data est, perinde sunt liberi, ac si hereditas ab herede scripto adita fuisset, hoc est, Orcini fiunt liberti. In his autem, quibus fideicommissaria libertas relicta est, is cui bona addicta sunt, factum manumittentis supplebit, & ipsius scilicet fient liberti. ¶ Potest autem is, cui bona addicuntur, dicere: *non aliter*

νόμενοι τῶν πραγμάτων· ταῦτα διατυπῶσι, καθ' ὃν ἐβούλοντο τρόπον. εἷς τῶν τυχόντων ἐλευθερίας ἐν τῇ διαθήκῃ, Πόπλιος Ῥοῦφος λεγόμενος, ᾔτει προσκυρωθῆναι αὐτῷ τὰ πράγματα, ὥστε καὶ τὰς ἐλευθερίας φυλαχθῆναι, καὶ τοὺς κρεδίτωρας μὴ ζημιωθῆναι. ¶ Προσελευθεὶς οὖν Μάρκος ὁ βασιλεὺς ἀντέγραψε περὶ τούτου, εἰ Οὐιργινίου Οὐάλεντος ἐν τῇ οἰκείᾳ διαθήκῃ οἰκέτας ἐλευθερώσαντος, ὁ γραφεὶς κληρονόμος ἀδιτεῦσαι μὴ βούλεται, καὶ ἐκ τούτου κινδυνεύει τὰ πράγματα ὑπὸ τῶν κρεδιτώρων διαπραχθῆναι· προσελευθεὶς ὁ ἁρμόδιος ἄρχων ὑπὸ τοῦ τυχόντος ἐλευθερίας διαθήκῃ, καὶ βουλομένου ἑαυτῷ προσκυρωθῆναι τὰ πράγματα, ὥστε φυλαχθῆναι τὰς ἐλευθερίας, πεισθήσεται τοῦ προσερχομένου, καὶ προσκυρωθήσεται αὐτῷ τὰ πράγματα. ¶ Οὕτω μέντοι, ὥστε καὶ τὰς διρέκτας, καὶ τὰς φιδεικομμισσαρίας ἐλευθερίας παρασχεθῆναι. ¶ πρότερον μέντοι δι' [a] ἐγγυῶν δόσεως, ἢ καὶ ἑτέρως ἀξιοπίστως τοῦ ἀσφαλοῦς τοῖς κρεδίτωρσι γινομένου. ὅτι τὸ ὁλόκληρον ἑκάστῳ χρέος ἀποσώζεται. ¶ Καὶ οἱ μὲν διρέκτας ἔχοντες τὰς ἐλευθερίας, οὕτως [b] ἐλευθεροῦνται, ὥσπερ εἰ ὁ κληρονόμος ἠδίτευσε. τουτέστιν ὀρκῖνοι [c] γίνονται ἀπελεύθεροι. οἷς δὲ φιδεικομμισσαρία ἐλευθερία καταλειφθῇ, τὸ φάκτον ἐπιθήσει τῆς ἐλευθερίας ἐκεῖνος ᾧ προσεκυρώθη τὰ πράγματα, καὶ αὐτοῦ δῆλον ὅτι γενήσονται ἀπελεύθεροι. ¶ Ἔξεστι δὲ ἐκείνῳ ᾧ προσκυροῦνται τὰ πράγματα λέγειν, Ὅτι οὐχ ἑτέρως βούλομαι προσκυρωθῆναί μοι τὴν οὐσίαν, εἰ μὴ ὅτι οὐ-

¶ Verba rescripti ita se habēt: *Si Verginio Valentis, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea caussa bona esse coeperunt, vt venire debeant: is, cuius de ea re notio est, aditus, rationem desiderij tui habebit.*

¶ *Vt libertatum tā earum, quæ directò, quam earum, quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi.*

¶ *Si idoneè creditoribus caueris de solido quod cuique debetur, soluendo.*

¶ *Et ij quidē, quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset.*

¶ *Ii autem, quos heredes manumittere rogatus est, à te libertatem consequētur. ita vt si non alia conditione velis tibi bona addici, quàm vt ij etiam qui directò libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huc etiam voluntatem tuam, si ij quorum de statu agitur, consentiant, authoritatem nostram adcommodamus*

damus. ¶ *Et ne huius rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat: si fiscus bona agnoscere voluerit, & ij, qui rebus nostris attendunt, sciant commodo pecuniario præferendam esse libertatis caussam, & ita bona cogenda, vt libertas eis salua sit qui eam adipisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento adita esset.*

2 ¶ Hoc rescripto subuentum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur, & veneant. Certè si fuerint hac de caussa bona addicta, cessat bonorum venditio: existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui de solido creditoribus cauet.

3 ¶ In primis hoc rescriptum toties locū habet, quoties testamēto libertates datæ sunt. Quid ergo si quis intestatus decedens codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hereditas, an fauor cōstitutionis debebit locum habere? Certè si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam nemini dubium est.

τῷ περὶ ὅρῳ, ὥστε καὶ τοὺς διρέκτας ἐλευθερίας ἔχοντας, ἐμοὺς ἀπελευθέρους γίνεσθαι. τοῦτο δὲ προτείνων ἀκουσθήσεται, καὶ τὴν τούτου αἴτησιν βεβαιοῖ βασιλεύς. μόνον δὲ εἰ συναινοῦσιν οἱ τῆς διρέκτας ἀξιωθέντες ἐλευθερίας. ¶ Κἀκεῖνο δὲ προστίθησι ἡ διάταξις πρὸς βεβαίωσιν τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας. φησὶ γάρ, ἐὰν μηδενὸς προσιόντος, ὁ φίσκος [a] ὡς βακάντια βούλεται λαμβάνειν τὰ πράγματα, οὐχ ἑτέρως λήψεται ταῦτα, εἰ μὴ τοῖς ἐλευθερωθεῖσιν ἐν διαθήκῃ τὰς ἐλευθερίας παράσχῃ, καὶ ἡ τοῦ τελευτήσαντος φυλαχθῇ βούλησις. οἳ ταύτης ἔμελλον ἐπιτυγχάνειν ἀδιτζίωνος γινομένης.

2 ¶ Τὸ παρὸν ῥεσκρίπτον ἐβοήθησεν οὐ μόνον ἐλευθερίαις, ἀλλὰ τοῖς τελευτήσασιν, [b] ὅπως μὴ τὰ τούτων πράγματα ὑπὸ κατοχὴν γίνηται τῶν κρεδιτώρων καὶ διαπραθῇ. προσκυρουμένων γὰρ προφάσει τῆς ἐλευθερίας, ἑνὶ τῶν τυχόντων ἐλευθερίας τῶν πραγμάτων, ἡ τῶν πραγμάτων ἀργεῖ διάπρασις. εὕρηται γὰρ δεφένσωρ τῷ τελευτήσαντι ἀξιόπιστος. ὃς τὸ ἀσφαλὲς ἐπὶ ὁλοκλήρῳ [c] τῷ χρέει ποιεῖ τοῖς κρεδίτωρσιν.

3 ¶ Ἰστέον δὲ τοῦτο κατὰ πρώτην τάξιν, ὅτι χώραν τῇ διατάξει, ἡνίκα [d] ἐλευθερίαι δίδονται ἐν διαθήκῃ. τί δὲ ὅτι τελευτᾷ τις ἀδιάθετος, ἐν κωδικέλλῳ κατέλιπεν ἐλευθερίαν. ἐξ ἀδιαθέτου δὲ οὐδεὶς προσῆλθεν ἡνίκα ἔχετο; ἑλκέσθω κἀνταῦθα ἡ τῆς διατάξεως διάνοια, εἰ δὲ καὶ διαθέμενός τις, ἐν διαθήκῃ μὲν ἠλευθέρωσε οὐδένα, ἐν κωδικέλλῳ

mihi volo bona addici, nisi hac conditione, vt & hi qui directas libertates habent, mei liberti fiant. Hoc enim proponens audietur. & postulationem eius confirmat Imperator: duntaxat, si ij quibus directa libertas debetur consentiunt. ¶ Sed & illud eadem constitutio ad confirmationem suæ humanitatis adiicit. Ait enim si nullo adeunte, fiscus, vt vacantia, bona defuncti occupare voluerit, non aliter ea capiet, quàm si libertatem his, qui testamento manumissi sunt, præstet, & defuncti seruetur voluntas his, qui si hereditas adita fuisset, eam consequuti fuissent.

2 ¶ Præsens rescriptum non libertatibus tantùm subuenit, verùm etiam defunctis: ne bona eorum à creditoribus possideātur, & veneant. Bonis enim, vni eorum qui libertatem acceperunt, per occasionē conseruandarum libertatum addictis, cessat bonorum venditio: quoniam idoneus defuncto defensor inuentus est, qui securos, de solido quod debetur soluendo, creditores faciat.

3 ¶ In primis hoc sciendum est, tum locum esse huic rescripto, cùm libertates testamēto datæ sunt. Quid ergo si quis intestato decedens codicillis libertates dederit, neque ab intestato quisquam hereditatem adierit. Et huc quoque sententia constitutionis trahenda est. Sin autem quis testamēto facto decedat, nec testamēto libertates, sed codicillis

a l. 4. §. eadē constitutio. 8. ff. de fideic. libert.

b §. 1. sup. quibus ex causis manumit.

c *Solidum autem accipimus, & fortè & vsuras* l. 4. § 11. ff. de fideic. libert.

d l. 4. in pr. ff. de fideic. libert.

relinquat: dubium nõ est, quin & hic constitutio locum habeat.

4 ¶ Tunc autem constitutionis verba locum ei ostendunt esse, quum nemo ab intestato successor existit: ergo quamdiu incertum est, an existat quis, an non existat, cessat constitutio: cùm verò certum fuerit, neminem aditurũ, tunc constitutio vires suas explicat.

a d.l.4.in pr.

5 ¶ Decessit aliquis, libertatibus in testamento, relictis: minor quispiam xxv. annis ad hereditatem huius vocabatur: abstinuit ab hereditate: Locúsne est constitutioni? an verò quoniam per in integrum restitutionẽ ad hereditatem redire potest, cessat constitutio? Et dicimus, rectè ex constitutione petenti bonorum addictionem fieri: quamuis is qui ab hereditate abstinuit, possit deinde pœnitentiã acta per in integrũ restitutionem ad eã redire. ¶ Quid ergo si post addictionẽ bonorum & præstitas iam libertates, adolescens in integrum restitutus hereditatem recuperauerit? an libertates, quæ semel competierunt, reuocabuntur? Nequaquam.

b d.l.4.§.1.

c d.l.4.§.2.

d *Libertates quæ semel cõpetierunt, non reuocantur* C. si aduersus libertatẽ.

6 ¶ Hæc præsens constitutio conseruandis libertatibus introducta est. Si nulla igitur libertas relicta est, tractatus eius non procedit. ¶ Titius cũ creditores aliquot haberet, seruos suos inter viuos manumiserat, aliis mortis caussa libertates dedit, dicẽdo inter manumittendũ: Liberos vos esse volo, nisi ab hoc morbo liberatus fuero. Mortuus est Titius.

ἢ κατέλιπε τὰς ἐλευθερίας, ἄμαχον καὶ οὕτως ἐξετάζεσθαι τὴν διάταξιν.

4 ¶ Εἰ καὶ τὰ τῆς διατάξεως ῥήματα δείκνυσι, πότε χώραν ἔχει ταύτῃ, ἡνίκα μηδεὶς ἐξ ἀδιαθέτου κληρονόμος ἀναφαίνεται τῷ τελευτήσαντι. ὥστε οὖν ἐφ' ὅσον ἄδηλος [a] ἐστι πότερον κληρονομήσει τις, ἢ οὐ κληρονομήσει, ἡ διάταξις ἀργεῖ. ἡνίκα δὲ γένηται δῆλον, ὡς οὐδεὶς ἀποδύσεται, ἡ διάταξις τότε τὰ ἑαυτῆς ἐπιδείκνυται.

5 ¶ Ἐτελεύτησέ [b] τις, ἐλευθερίας ἐν διαθήκαις καταλιπών, ἀφῆλιξ ἐπὶ τὴν τούτου κληρονομίαν ἐκαλεῖτο· ἀπέστη τοῦ κλήρου, ἆρα χώρα τῇ διατάξει. ἢ ἐπειδὴ διὰ ἀποκαταστάσεως δύναται πάλιν ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κληρονομίαν, ἡ διάταξις ἀργεῖ; καὶ λέγομεν καλῶς ἐκ τῆς διατάξεως τῷ αἰτοῦντι γίνεσθαι τὴν τῶν πραγμάτων προσκύρωσιν, εἰ καὶ ὁ ἀποστὰς τῆς κληρονομίας δύναται διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως μεταστροφῆς ταύτην ἀναλαμβάνειν. ¶ Τί [c] δέ, εἰ μετὰ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων προσκύρωσιν ἀποκαταστὰς ὁ νέος, ἀπέλαβε τὴν τῶν πραγμάτων δεσποτείαν; αἱ ἅπαξ [d] ἁρμόσασαι ἀνατρέπονται ἐλευθερίαι; οὐδαμῶς.

6 ¶ Ἡ γὰρ παροῦσα διάταξις ἐπὶ φυλακῇ τῶν ἐλευθεριῶν ἐπινενόηται. ἐκ τοίνυν ἐλευθερίας μὴ καταλειφθείσης οὐ δύναται αὐτὴν ἐξετάζεσθαι. ¶ Τίτιος ἔχων κρεδιτώρας τινάς, ἴντερ βίβος ἠλευθέρωσε οἰκέτας. τισὶ δὲ δέδωκε μόρτις καῦσα ἐλευθερίας, εἰπὼν ἐν τῷ ἐλευθεροῦν, Βούλομαι ὑμᾶς εἶναι ἐλευθέρους ἐὰν μὴ διαφύγω τὴν παροῦσαν νόσον. ἐτελεύτησεν ὁ Τίτιος.

4 ¶ Tunc enim constitutioni locum esse verba ostendũt, cùm nemo successor, ab intestato existat. Ergo quandiu incertum erit, vtrùm existat, an nõ, cessabit constitutio. Si verò certum esse cœperit, neminem existere: tunc erit constitutioni locus.

5 ¶ Si is, qui in integrum restitui potest, [abstinuerit hereditate: an quãuis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri?

¶ Quid ergo] si post addictionẽ libertatum conseruãdarũ caussa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia semel competierunt.

8 ¶ Hæc constitutio libertatum tuendarum caussa introducta est. Ergo si libertates nullę sint datæ, cessat [hæc] constitutio. ¶ Quid ergo si viuus dederit libertates, vel mortis caussa, & ne de hoc quæratur, vtrum in fraudem creditorum, an non, factum sit, ideirco velint sibi addici bona, an audiendi sint. Et magis est vt audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis.

7 ¶ Sed

οἱ κρεδίτωρες ἠβούλοντο τὰς ἐλευθερίας ἀναστρέψαι, λέγοντες ἐν φραύδεμ αὐτῶν ταύτας δεδόσθαι· οἱ ἐλευθερωθέντες, ᾔτουν ἑαυτοῖς προσκυρωθῆναι τὰ πράγματα τὸ ἀζήμιον τοῖς κρεδίτωρσι πάντα ποιεῖν ὑπισχνούμενοι. ἀκουσθήσονται τοῦτο λέγοντες, εἰ καὶ τὰ ῥήματα τῆς διατάξεως, τοῦ παρόντος οὐχ ἅπτεται θέματος.

creditores volebant reuocari libertates, dicentes in fraudem sui eas datas fuisse. Hi, qui manumissi erant, bona sibi petebant addici, creditoribus de indemnitate promittentes. Audient hæc dicentes: quamuis verba constitutionis ad hunc casum non pateant.

7 ¶ Sed cùm multas diuisiones eiusmodi cõstitutioni deesse perspeximus, lata est à nobis plenissima constitutio: in qua multæ species collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.

7. ¶ Πολλὰς δὲ διαιρέσεις ἐλλειπεῖς τῇ παρούσῃ νομοθεσίᾳ, ὁ θειότατος ἡμῶν ἑωρακὼς βασιλεὺς, διάταξιν [a] ἐξεφώνησεν, δι᾽ ἧς τελειότατον τὸ τῆς τοιαύτης διακατοχῆς ἀπετέλεσε δίκαιον. τὰς δὲ τοιαύτας διαιρέσεις τὰ τῆς διατάξεως αὐτῆς διδάξει ῥήματα.

7 ¶ Sed cùm multas diuisiones huic iuri Imperator noster sanctissimus videret deesse: constitutionem edidit, per quam perfectissimum est ius huius successionis effectũ. Porrò diuisiones euiscemodi, ipsa constitutionis illius verba docebunt.

a l. vlt. C de testam. manumiss.

DE SVCCESSIONIBVS sublatis quæ fiebãt per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano. Tit. XIII.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΔΟΧΩΝ ὑφαιρηθεισῶν, τῶν γινομένων ἐκ πραγμάτων διὰ πράσεως, καὶ θεσπίσματος Κλαυδιανοῦ. [b] Τίτλος ιγ.

DE SVCCESSIONIBVS SVBLATIS, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano. Tit. XIII.

b adde tit. C. de senatusc. Claudiano tollendo.

¶ De decimo genere adquirendi iure ciuili, seu de bonorum emptione, & bonorum emptore explosis.
¶ De vndecimo genere adquirendi ex Senatusconsulto Claudiano sublato.

ERant ante prædictam successionẽ olim & aliæ per vniuersitatẽ successiones: qualis fuerat bonorum emptio quæ de bonis debitoris vẽdẽdis per multas ambages fuerat introducta: & tũc locũ habebat, quãdo iudicia ordinaria in vsu fuerant: sed quum extraordinariis iudiciis posteritas vsa est, ideo

ΠΡΟ τῆς καθ᾽ ὁμάδα κτήσεως, ἣν ἐν τῷ προλαβόντι διεξήλθομεν τίτλῳ, ἦσαν καὶ ἕτεραι καθ᾽ ὁμάδα κτήσεις, οἷον ἡ βονόρουμ ἐμπτιὼν, ἤτοι τῶν πραγμάτων [c] ἀγορασία, ἥτις ἐπὶ τοῖς πιπρασκομένοις πράγμασιν ἐγίνετο τοῦ δεβίτωρος, διὰ πολλῶν κύκλων, καὶ πολλῶν περιόδων γινομένη τότε χώραν ἔχουσα, ἡνίκα τὰ δικαστήρια ὀρδινάρια [d] ἦν, τουτέστιν ἡνίκα ἐκινεῖτο ἐν μόνῳ τῷ καιρῷ τοῦ κονβέντου. περὶ δὲ

ANte eam per vniuersitatem adquisitionem, quã [c] proximo titulo explicauimus, erant & aliæ per vniuersitatem adquisitiones. Quod genus fuerit, bonorum emptio: quæ de bonis debitoris vendendis per multa ambages multísque circuitus fiebat. Et tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in vsu essent. Hoc est, cum solo tempore conuentus haberentur. Porrò de

c *Hæc bonorũ emptio imaginaria successerat in locum sectionis creditorum in partes lege xij tabu introducta.* Tertul in Apol 3. *de qua dixi ad leges xij tabu.* Tit. de hæreditatibus. in fi.

d *Iudicia ordinaria cõnsi certo tempore exercentur. ad* de l. 1. Cod. de formulis sublatis.

conuentu, libro primo abundè dictum est. Hodie verò cùm iudicia sint extraordinaria, & quouis tempore exerceantur: nō iniuria & bonorum venditiones in desuetudinem abierunt. ¶ Et cum pluribus debere quem compertum est, officio iudicis cōtinetur, vt creditoribus bona communis debitoris possidere permittat, & ea disponere prout sibi conducere putabūt. ¶ Sed hæc ex latiore digestorū traditione perfectius cognosci poterunt. ¶ Et hunc quidem in modum olim hæc fiebant. Si contigerat, vt quisquam grande æs alienum contraxisset, ac multa nomina confecisset, & postea latitasset, nec defensorem habuisset, creditores in vnū congregati, Prætorem adibant, querelam ei suam exponentes: permittebátque illis Prætor, vt bona debitoris possiderent: & possidebant ea in certum dierum spatium. Quibus elapsis rursus adibant Prætorem, petentes vt sibi liceret vnum ex numero suo constituere, qui debitoris patrimonium diuendere deberet. Nam cùm molestum esset quotidie omnes in vnum coire, vnum ex numero suo creabant, qui dicebatur Magister. Et de cetero ille cum iis qui emere vellent, contrahebat. Fiebátque in celeberrimis quibusque totius vrbis locis proscriptio, hæc significans: *Ille debitor noster, in ea causa est, vt bona eius diuēdi debeant. Nos creditores patrimoniū eius distrahimus. Quicumque emere volet, adesto.* Ac deinde paucis diebus elapsis iam tertium adibant Prætorem: quæ ex re

a *De conuentu dictum est* libro 1. tit. qui & quibus ex caussis manumit. §. 4.

b *Iudicia extraordinaria quouis tempore exercentur.*

c *Vide Tertul. Digestorum* quib. ex caussis in possessionem eatur: & de rebus auctorit. iud. poss. d. Nouell. 53. c. 4. & 7. C. 72.

d *In bona debitoris quēadmodum olim creditores mitterentur.*

e *Magister hic vniuersitatis dicitur in* l. 9. ff. ratam rem habitum action. *& à me dicetur* 1. epist. ad Atticum 1.

f *Proscriptio bonorum debitorum quibus locis in vrbe fieret.*

κονβέντου [a] ἐδίδαξε ἡ προτέρα ἰνστιτούτων. σήμερον δὲ τῶν δικαστηρίων ἐξτραορδιναρίων [b] ὄντων, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ γυμναζομένων, εἰκότως αἱ βονόρουμ βενδιτζιῶνες εἰσὶν ἐν ἀχρηστίᾳ. ¶ Καὶ ἐπειδὰν εὑρεθῇ τοῖς πολλοῖς ἐποφείλων, ὀφφικίῳ τοῦ δικαστοῦ δίδοται τοῖς κρεδίτωρσι παῤῥησία ἐν κατοχῇ γενέσθαι τῶν τοῦ κοινοῦ δεβίτωρος πραγμάτων, καὶ ταῦτα διαθεῖναι καθ' ὃν ἂν συνίδοιε συμφέρειν αὐτοῖς τρόπον. ¶ Ἔξεστι δὲ ταῦτα ἐκ τῆς πλατυτέρας τῶν Διγέστων [c] ἐκδόσεως γνῶναι τελειότερον. ¶ Πάλαι [d] δὲ τοῦτον ἐγίνοντο τὸν τρόπον. εἰ συνέβη τινὰ πολλοῖς ἐποφείλειν, εἶτα διαλανθάνειν, καὶ μὴ ἔχειν τὸν δεφενδεύοντα, συνιόντες οἱ κρεδίτωρες, προσῄεσαν τῷ πραίτωρι, τοῦτο αὐτῷ μεμφόμενοι. καὶ ἐπέτρεπεν αὐτοῖς ὁ πραίτωρ, γενέσθαι ἐν νομῇ τῶν τοῦ δεβίτωρος πραγμάτων, καὶ ἐγίνοντο ἐν κατοχῇ τούτων ἐπὶ ῥητὰς ἡμέρας. παρελθουσῶν δὲ ἐκείνων τῶν ἡμερῶν, ἐγίνετο δευτέρα προσέλευσις ὑπ' αὐτῶν αἰτούντων ὥστε αὐτοῖς ἐξουσίαν εἶναι, ἕνα ἐξ αὐτῶν προβάλλεσθαι, τὸν ὀφείλοντα διαπωλῆσαι τὴν περιουσίαν. ἐπειδὴ γὰρ δυσχερὲς ἦν πάντας συνιέναι [e] κατὰ ταυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐχειροτόνουν ἐξ αὐτῶν ἕνα, ὅστις ἐλέγετο μάγιστρος [f] καὶ λοιπὸν αὐτὸς συνεφώνει τοῖς βουλομένοις ἀγοράσαι. καὶ ἐγίνετο προγραφὴ ἐν [g] τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι ταῦτα δηλοῦσα· ὁ δεῖνα χρεώστης ἡμέτερος ὑπάρχων εἰς αἰτίαν ἐνέπεσε διαπράσεως. ἡμεῖς κρεδίτωρες ὄντες τὴν τούτου διαπιπράσκομεν περιουσίαν. ὠνητὴς ὁ βουλόμενος προσίτω. εἶτα ὀλίγων παραδραμουσῶν ἡμερῶν ἐγίνετο καὶ τρίτη προσέλευσις, ἐν ᾗ

cum ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorum venditiones expirauerunt: & tantummodò creditorib. datur officio iudicis bona possidere, & prout vtile eis visum est, ea disponere: quod ex latioribus Digestorum libris perfectius apparebit.

ἐπετρέποντο ποιήσασθαι legem bonorum venditorum, τουτέστιν, ὅρον τῶν διαπιπρασκομένων. λοιπὸν γὰρ τῇ εἰρημένῃ προγραφῇ προσετίθεσαν τάδε. ὁ ἀγοράζων, ὅτι τοῖς κρεδίτορσι λόγου χάριν ἔχει ἀποκεῖσθαι εἰς τὸ ἥμισυ τῶν χρεῶν. ὥστε τὸν ἐποφειλόμενον ἑκατὸν λαβεῖν νομίσματα πεντήκοντα, καὶ τὸν ἐποφειλόμενον σ λαβεῖν ἑκατόν. καὶ μεθ' ὃ ἐνταῦθα παρέδραμε ῥητὸς χρόνος, τότε προσεκυροῦτο [a] ἡ περιουσία τῷ ἀγοραστῇ. καὶ ἐλέγετο ὁ ἀγοραστὴς βονόρουμ [b] ἔμπτωρ, ἤτοι τῶν πραγμάτων ἀγοραστής. καὶ πᾶσαι αἱ ἀγωγαὶ αἵτινες ἥρμοζον τῷ ὑποστάντι τὴν βονόρουμ βενδιτζίωνα, καὶ ὅσαι ἦσαν κατ' αὐτοῦ, αὗται μετεφέροντο ἐπὶ τὸν βονόρουμ ἔμπτορα. καὶ οὐτιλίως ἐνῆγε, καὶ ἐνήγετο, ὥσπερ [c] καὶ ὁ βονόρουμ ποσσέσσωρ. ἀμφότεροι καὶ πραιτώρειοι διάδοχοι. ἀλλ' ὡς εἴρηται αὗται πᾶσαι σχολάζουσιν αἱ περίοδοι σήμερον, διὰ τὸ ἐξτραορδινάρια εἶναι τὰ δικαστήρια. ¶ Ἦν δὲ καὶ ἄλλη καθομάδα κτῆσις, ἥ τις ἐπενοεῖτο ὑπὸ τοῦ Κλαυδιανείου [d] δόγματος. εἰ γὰρ ἐλευθέρα ἠράσθη τοῦ ἐμοῦ οἰκέτου, καὶ ἐντεῦθεν ἐνεποδίζετο τὰ τῆς ὑπηρεσίας, ἐξῆν μοι πέμψαι αὐτῇ παραγγελίαν ἐπὶ ἑπτὰ μαρτύρων παρεγγυοῦσαν αὐτῇ, ὥστε ἀποστῆναι ἐμοῦ τοῦ οἰκέτου. εἰ δὲ μὴ ἀπέστη, ἐχρώμην καὶ δευτέρᾳ παραγγελίᾳ. ἐπιμενούσης δὲ αὐτῆς τοῖς αὐτοῖς, παρήγγελλον αὐτῇ καὶ τρίτον. εἶτα οὐκ ἀπεχομένης τοῦ ἐμοῦ οἰκέτου, ἐμφανεῖς ἐποίουν τὰς παραγγελίας ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος, καὶ διαλαλία ἐγίνετο, καταδουλοῦσα ταύτην ἐμοί, καὶ ἐγινόμην οὐ μόνον αὐτῆς δεσπότης, ἀλλὰ καὶ πάσης αὐτῆς τῆς περιουσίας. τοῦτο δὲ ἀνάξιον

consequebantur, vt sibi liceret legem bonorum vẽditorum facere. Atque ex eo tempore, præfatæ proscriptioni talia quædam addebant. Verbi gratia. *Ea quicunque emerit, creditoribus in dimidiã partem eorũ, quæ ipsis debentur, respondere debet: sic, vt cui centum aurei debentur, accipiat quinquaginta: & cui ducenti, accipiat centum.* Atque quum posthac, statutum tẽpus præterisset, tunc emptori patrimonium debitoris addicebatur. Et vocabatur is qui emerat, bonorum emptor. Actionésq; omnes, quæcumque ei vel contra eũ, qui passus erat bonorum venditionem, cõpetebant: hæ in bonorũ emptorem transferebãtur, & vtiliter vel experiebatur, vel conueniebatur, sicut & bonorũ possessor. Vterque enim successor Pretorius est. Sed quemadmodũ iam antè dictum est, omnes illæ ambages ociosæ sunt, atq. inutiles, quoniã iudicia sunt extraordinaria. ¶ Erat & alia per vniuersitatẽ adquisitio, quæ inuẽta fuit ex S. C. Claudiano. Nã si libera mulier serui mei amore accensa, impedimẽto fuisset, quominus frequẽti diligenti]q; eius opera ministerióque vterer: licebat mihi denunciationẽ coram septem testibus ad eã mittere, monẽdo ac iubendo, vt à seruo meo abstineret. Si non parebat denuntiationi primæ, nec abstinebat, licebat & secunda denuntiatione vti. Et cùm illa nihil de consuetudine sua mutaret, denuntiabam ei & tertium. Si neq; tunc à seruo meo se cõtinebat: profitebar ac proferebam denũtiationes meas apud Prætorem aut Præsidem: qui interlocutione sua eam mihi in seruitutem dabat: & dominus efficiebar, non mulieris tantùm, sed etiam omnium bonorum eius. Id cùm

¶ Erat & ex Senatusconsulto Claudiano miserabilis per vniuersitatem acquisitio, quum libera mulier seruili amore bacchata, ipsam libertatem per Senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiam. quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & à nostra ciuitate deleri, & non inseri nostris Digestis concéssimus.

a *Bonorum debitoris addictio olim quãdo fieret.*

b *Bonorum emptor quis.*

c *Bonorum emptoris & bonorum possessoris cognatio.*

d *De senatusconsulto Claudiano dixi ad* tit. C. de S. C. Claudiano tollendo. *adde* 48 Eclog. 20. περὶ δουλοπράγων *ex tit.* 25. c. 2.

Imperator noster religiosissimus temporibus suis indignum iudicasset: sustulit, & è ciuitate sua eiecit: neque digestis suis passus est inseri. Sic igitur quatuor sunt per vniuersitatem adquisitiones, hereditas, bonorum possessio, per adrogationem, & bonorum addictio libertatum conseruandarum causa. Et hæ adhuc in communi vsu versantur. Sublatæ autem duæ sunt, bonorum venditio, & ex S. C. Claudiano in seruitutem redactio.

τῶν ἑαυτοῦ χρόνων κρίνας ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ἀνεῖλε, καὶ τῆς οἰκείας διεξώθησε πολιτείας. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς οἰκείοις διγέστοις συνεχώρησεν ἐγγραφῆναι. ὥστε οὖν εἰσὶ καθόλου κτήσεις τέσσαρες, ἡ κληρονομία, ἡ διαδοχή, ἡ διὰ τῆς ἀδρογατζίωνος, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων προσκύρωσις libertatum conseruandarum causa. αὗται μὲν ἐν πολιτείᾳ. ἀνῃρημέναι δὲ δύο, ἡ βονόρουμ βενδιτιὼν καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Κλαυδιανείου δόγματος καταδούλωσις.

a περὶ ἐνοχῶν [illegible]. 51. Eclog. 1. c. 1. 44. Digest. 7.

DE OBLIGATIONIBVS. Tit. XIV.

ΠΕΡΙ ΕΝΟΧΩΝ.[a] Τίτλος ιδ'.

DE OBLIGATIONIBVS. Tit. XIV.

¶ De obligationibus: & cur de obligationibus hoc loco tractetur. ¶ Obligationis definitio quæ. 1 ¶ Obligationum aliæ ciuiles, aliæ prætoriæ. 2 aliæ ex contractu vel quasi: ex maleficio vel quasi. Quæ ex contractu sunt, re, verbis, literis, consensu contrahuntur.

b *Cur de obligationibus hoc loco tractet.*

c *Iuris obiecta, persona, Res, actiones.*

d *Obligatio mater actionis.* l. 42. ff de procuratoribus. *sic dictum dicitur μήτηρ τῶν συναλλαγμάτων* §. 8. infrà *de inut. stipul.*

CVm de reb. dictū sit, transeamus nunc ad obligationes. Atqui, possit aliquis ordinem hunc reprehendere, & dicere: Nos præter quam promissum est, de obligationib. disputationem instituere. Nam, quum libro primo differeremus circa quot ius ciuile Romanorum versaretur, diximus id omne esse in his: in personis, in rebus, & in actionibus. Cùm igitur tractauerimus de personis, disseruerimus item de rebus, consequens erat de actionibus dicere. Quomodo igitur relictis actionibus, ad obligationes deflexi mus? Verùm defensione hic ordo non caret. Nam qui de obligationibus tractat, paulatim tacitéque & de actionibus tractat. Quoniam actionum matres sunt obligatio-

Εἰπόντες [b] περὶ τῶν πραγμάτων, νῦν μετέλθωμεν ἐπὶ τὰς ἐνοχάς. ἀλλ' ἔχει τις ἐπιλαβέσθαι τῆς τοιαύτης τάξεως καὶ εἰπεῖν, ὅτι παρὰ τὰ ἐπηγγελμένα περὶ ἐνοχῶν διαλεγόμεθα. εἴρηται γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ ἰνστιτούτζιωνι, ἔνθα διηγούμεθα περὶ πόσα ἡ ῥωμαϊκὴ καταγίνεται νομοθεσία, ὅτι ἐν [c] τούτοις ἐστὶν ἐν προσώποις, ἐν πράγμασιν, ἐν ἀγωγαῖς. διαλεχθέντες οὖν περὶ τῶν προσώπων, διεξελθόντες δὲ καὶ περὶ τῶν πραγμάτων, ἀκολούθως ὀφείλομεν εἰπεῖν καὶ περὶ ἀγωγῶν. πῶς οὖν τὰς ἀγωγὰς καταλείψαντες, ἐτράπημεν ἐπὶ τὰς ἐνοχάς; ἀλλ' οὐκ ἐκτὸς ἀπολογίας ἡ τάξις αὕτη. ὁ γὰρ περὶ ἐνοχῶν διαλεγόμενος, ἠρέμα καὶ περὶ ἀγωγῶν διαλέγεται. μητέρες [d] γὰρ τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαί.

NVnc transeamus ad obligationes. ¶ Obligatio est Iuris vinculum quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis iura.

1 ¶ O-

1 ¶ Omnibus autem obligationum summa diuisio in duo genera deducitur: namque aut Ciuiles sunt, aut Prætoriæ. Ciuiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo Iure ciuili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt quas Prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur.

2 ¶ Sequens diuisio in quatuor species diuiditur. Aut.n. ex cõtractu, aut quasi ex contractu sunt, aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. ¶ Prius est, vt de iis quæ ex contractu sunt dispiciamus.

¶ Harum æquè quatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu: de quibus singulis dispiciamus.

¶ Ἀπολογησάμενοι περὶ τῆς τάξεως, εἴπωμεν τί ἐστιν ἐνοχή. ἐνοχή [a] ἐστι δεσμὸς δικαίου, δι᾽ οὗ τις ἀναγκάζεται καταβαλεῖν [b] τὸ ἐποφειλόμενον, κατὰ τοὺς τῆς ἡμετέρας πολιτείας νόμους. οἶδας γὰρ, ὅτι [c] οὐ πᾶσα καταβολὴ χρέους, ἔχει τὸ βέβαιον ἐν ἑαυτῇ, εἰ μὴ γίνηται κατὰ νόμους. τοῦτο δὲ εἶπον, αἰνιττόμενος τὴν εἰς τὸν πούπιλλον καταβολὴν, ἢ τὴν ἀπὸ τοῦ πουπίλλου· ὅτι δεῖ καὶ τὸν ἐπίτροπον συναινεῖν, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ τήρησιν ἑτέρου γίνεσθαι τινός.

1 ¶ Πασῶν δὲ τῶν ἐνοχῶν ἡ ἄκρα διαίρεσις, ἐν τούτοις ἐστί. καὶ γὰρ ἢ [d] πολιτικαί εἰσιν αἱ ἐνοχαὶ, ἢ πραιτώρειαι. πολιτικαὶ [e] μὲν αἵτινες ἀπὸ νόμων εὑρέθησαν, ἢ δηλαδὴ ἐβεβαιώθησαν ὑπὸ τοῦ πολιτικοῦ. πραιτώρειαι [f] δὲ, ἃς ὁ πραίτωρ ἐκ τῆς οἰκείας ὁρμώμενος δικαιοδοσίας, ὥρισεν, αἵτινες καὶ ὀνοράρειαι καλοῦνται. αὕτη μὲν ἡ πρώτη διαίρεσις.

2 ¶ Δευτέρα δὲ διαίρεσις αὕτη, ἥτις εἰς τέσσαρα [g] τέμνεται. ἢ γὰρ ἀπὸ συναλλάγματός εἰσιν, ἢ ὡσανεὶ ἀπὸ συναλλάγματος, ἢ ἀπὸ ἁμαρτήματος, ἢ ὡσανεὶ ἀπὸ ἁμαρτήματος.

¶ Δεῖ δὲ πρότερον, περὶ τούτων διαλεχθῆναι, αἵτινες ἀπὸ συναλλάγματός εἰσι. συνάλλαγμα [h] δέ ἐστι δύο, ἢ καὶ πλειόνων εἰς τὸ αὐτὸ σύνοδός τε καὶ συναίνεσις, ἐπὶ τὸ συνίστασθαι ἐνοχὴν, καὶ τὸν ἕτερον τῷ ἑτέρῳ ποιῆσαι ὑπεύθυνον.

¶ Τέσσαρες [i] δὲ ἐκ τῶν συναλλαγμάτων τίκτονται ἐνοχαί. ἢ ῥὲ, βέρβις, λίττερις, καὶ κονσένσου. καὶ δεῖ περὶ ἑκάστης διαλεχθῆναι.

nes. ¶ Defensa ordinis nostri ratione dicamus quid sit obligatio. Obligatio est iuris vinculum, quo quisque soluere quod debet cogitur, secundùm ciuitatis nostræ iura. Nouisse enim te, opinor, non omnem debiti solutionem validam & vtilem esse per sese, nisi secundùm iura fiat. Id autem dixi, veluti per obscurum significans, ea quæ vel pupillo soluũtur, vel pupillus ipse soluit. Nam & tutoris authoritatem interuenire oportet, aliquando etiam alia obseruari debent.

1 ¶ Omnium autem obligationum summa diuisio, in his est: Namque aut ciuiles sunt aut Prætoriæ. Ciuiles quidem, quæ aut legibus inuentæ, aut iure ciuili comprobatæ sunt. Prætoriæ verò, quas prætor ex sua iurisdictione constituit: quæ & honorariæ vocantur. Et hæc quidem prima diuisio est.

2 ¶ Sequens diuisio hæc est, quæ in quatuor species scinditur. Aut enim ex contractu sunt, aut ex quasi contractu, aut ex delicto, aut ex quasi delicto. ¶ Porrò prius est, vt de his differamus, quę ex contractu sunt. Contractus autẽ est, duorum pluriúmve in idem conuentio & consensus ad constituendam obligationem, & vt alter alteri fiat obnoxius.

¶ Quatuor autem ex contractibus species obligationum nascuntur, quoniam aut re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu. De quibus singulis dicendũ est.

a ἐνοχὴ quid. idem sup titulo de rebus corporalibus, & incorporalibus §. 2.
b Soluendi verbo dare facere, præstare continetur: in his enim versatur obligationum substantia. l. 3. ff. de obligationibus.
c Non omnis obligatio valida atque efficax nisi secundum iura fiat.
d Similis diuisio apud Harmenop. 3. tit. 5. §. 62.
e πολιτικαὶ ἐνοχαὶ seu obligationes ciuiles quid.
f πραιτώρειαι ἐνοχαὶ seu obligationes Prætoriæ quæ & ex iure honorario l. 52. §. 6. ff. eod.
g Obligationũ quatuor genera hîc facit, cùm duo tantum faciat. §. 1. infra de perpetuis & temporariis ac. Ex delicto & ex contractu & 2. Gai. 9. §. 1. ex contractu & culpa. Additur in l. 1. ff. eo. aut proprio quodam iure ex variis causarum figuris: vel vt 52 Eclog. 1. c. 1. ἢ ἀπὸ ἰδιώματος ἐκ διαφόρων θεμάτων. Extat & alia diuisio in l. obligamur. 52. ff. eod. & 52. Eclog. 1 c. 52. Nos enim obligari ἢ πράγματι, ἢ ῥήμασι, ἢ ἑκατέρῳ ἅμα, ἢ συμφώνῳ, ἢ νόμῳ, ἢ πραιτωρίῳ, ἢ ἀνάγκῃ, ἢ ἀπὸ ἁμαρτήματος. h συνάλλαγμα quid l. Labeo 19. §. 1. ff. de verborum significatione. i author Eclog. 52. tit. 1. c. 1. tres tantum species facit obligationum ἐν πράγμασι, ἐγγράφοις, συναινέσει.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR obligatio.

Tit. XV.

ΤΙΣΙ ΤΡΟΠΟΙΣ Ἡ ἐν [a] πράγμασι συναλλάττεται ἐνοχή.

Τίτλος ιε.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITUR obligatio.

Tit. XV.

a *Dicitur & apud authorē Eclog. 52. tit. 1. c. 1. ἐν πράγμασι ἐνοχή.*

¶ De Re obligationibus. ¶ Re obligatio contrahitur, Mutui datione (& quid mutuum, vnde mutuum dicatur, quæ actio ex mutuo nascatur.) 1 Indebiti solutione (& quæ formula indebiti condicendi: quemadmodum differat à mutui condictione hæc condictio) 2 Commodato (& quemadmodum contrahatur & à mutuo differat, & quæ commodatarius in commodato custodiendo præstet. Commodatum gratuito sumi.) 3 Deposito (& quæ in deposito custodiendo depositarius præstet.) 4 Pignore, & quemadmodum pignus contrahatur, & quæ obligatio ex pignore nascatur.

b *Re obligatio quemadmodum contrahatur.*

RE contrahitur obligatio ex facto, siue ex numeratione, & à manu in manum translatione, & inter eas est mutui datio. ¶ Est autem mutuum cùm dominus is fit, qui accepit, & nobis obligatur non ad eadem illa, sed ad alia eiusdem substantiæ & quantitatis. Dixi dominum eum fieri qui accepit, vt commodatum & depositum vitarē. In his enim is, qui acceperit dominus non fit. Dixi nobis obligari, vt donationem vitarem. Nam dominus is qui acceperit, fit: sed non obligatur. Dixi non ad eadem illa, sed ad alia eiusdem substantiæ & quantitatis, ne vsum mutuò datarum rerum tollerem. Mutuò enim vnusquisque accipit, vt id in vsus suos impendat: & pro eo aliud reddat. Nam si eadem restituere cogatur, superuacaneum est mutuari.

c *Idem refertur ab authore nostro §. 2. sup. quibus alienare: adde 3. Ecl. 4 & 3. Harm. 5. §. 1. l. 1. 2. ff. de reb. cred. 2. Gai. 9. §. 1.*

d *De mutui, commodati, & depositi differētia* adde l. 2. ff. de reb. cre. l. 1. §. 4. ff. de obligat.

e *Mutui & donationis differentia.*

f d. §. 2. & d. l. 2.

¶ Mutuò autem dantur, non quæuis res: sed hæ tātùm, quæ pondere, numero, mensurâve constant. *Pondere*, veluti aurum, argentum, plumbum, ferrum, cera, pix, stannum. *Mensura*, veluti oleum, vinum, frumentum. *Numero*, vt minuti nummi. Et (vt vno verbo rem totam cōcludam) quascunque res

g d. §. 2. l. 2. §. 1 ff. de rebus creditis.

h *Pondere, numero, & mensura quæ consistant.*



ΡΕ [b] συνίσταται, ἀπὸ φάκτου, ἤτοι ἀριθμήσεως καὶ τῆς ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα μεταθέσεως. καὶ ἔστιν ὑπ' αὐτὴν τὸ δάνειον.

¶ Δάνειον [c] δέ ἐστι, τὸ τὸν λαβόντα γενέσθαι δεσπότην, εἶναι δὲ ἡμῖν ἔνοχον οὐκ εἰς αὐτὰ ταῦτα, ἀλλ' εἰς ἕτερα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ ποσότητος. τὸ τὸν λαβόντα γενέσθαι δεσπότην εἶπον, ἵνα [d] φύγω χρῆσιν καὶ παρακαταθήκην. ἐπὶ τούτων γὰρ οὐ γίνεται δεσπότης ὁ λαβών. εἶναι δὲ ἡμῖν ἔνοχον, ἵνα [e] φύγω τὴν δωρεάν. δεσπότης μὲν γὰρ ὁ λαβὼν γίνεται, οὐκ ἔστι δὲ ἔνοχος. οὐκ [f] εἰς αὐτὰ ταῦτα, ἀλλ' εἰς ἕτερα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ ποσότητος εἶπον, ἵνα μὴ ἀνέλω τὴν χρείαν τοῦ δανείσματος. ἕκαστος γὰρ δανείζεται, ἐπὶ τῷ ταῦτα δαπανῆσαι εἰς οἰκείας χρείας, καὶ ἀντὶ αὐτῶν ἕτερα ἀποδοῦναι. εἰ δὲ αὐτὰ ἀναγκάζεται ἀποκαταστῆσαι, περιττὸν τὸ δανείζεσθαι. ¶ Δανείζεται δὲ οὐ πάντα τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ pondere, [g] numero, mensura. Pondere [h] μὲν, οἷον χρυσὸς, ἄργυρος, μόλιβδος, καὶ σίδηρος, κηρὸς, πίσσα, κασσίτερος. Mensura, οἷον ἔλαιον, οἶνος, σῖτος. Numero, οἷον νοῦμμοι λεπτοί. καὶ ἁπλῶς ἡ ἐν τῷ ἀριθμεῖν,

RE contrahitur obligatio, veluti mutui datione. ¶ Mutui autem datio in iis rebus cōsistit, quę pondere, numero, mensurâve consistant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut nu-

merãdo, aut metiendo, aut adpendẽdo in hoc damus, vt accipientium fiant. ¶ Et quoniã nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis redduntur: inde etiam mutuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat. ¶ Et ex eo cõtractu nascitur actio, quæ vocatur certi condictio.

ἢ ἐν τῷ μετρεῖν, ἢ ἐν τῷ σταθμίζειν ἐπὶ τούτῳ δίδομεν, ὥστε ποιῆσαι τοῦ λαμβάνοντος, ἐπὶ τῷ ἀποδοθῆναι ἡμῖν οὐκ αὐτὰ, ἀλλ' ἕτερα τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ ποιότητος. ¶ Ὅθεν καὶ mutuum τὸ δάνειον[a] ὠνόμασται. quia[b] ita à me tibi datur, vt de meo tuum fiat. τουτέστι· ἐπειδὴ οὕτως ἀπ' ἐμοῦ σοι δίδοται, ἵνα τὸ ἐμὸν σὸν γένηται. ¶ Ἐκ δὲ τούτου τοῦ συναλλάγματος ἀγωγὴ τίκτεται, καὶ λέγεται κονδικτίτιος.[c]

aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientis fiant, non vt eędem nobis reddantur, sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis. ¶ Vnde & mutuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, vt de meo tuum fiat. ¶ Ex hoc autem contractu nascitur actio quæ dicitur condictio.

1 ¶ Is quoque qui non debitũ accepit ab eo, qui per errorem soluit, re obligatur, datúrque agenti cõtra eũ propter repetitionem condictitia actio. Nã perinde ei condici potest, *si apparet eum dare oportere*, ac si mutuum accepisset. ¶ Vnde pupillus, si ei sine tutoris authoritate indebitũ per errorem datum est, non tenebitur indebiti cõdictione, non magis quã mutui datione.

1 ¶ Τῆς μὲν[d] ἐνοχῆς ἐστι καὶ τὸ ἰνδέβιτον[e]. ἐὰν γὰρ ἐγὼ ἐμαυτὸν ὑποπτεύσω ἐποφείλειν σοι ἑκατὸν νομίσματα, καὶ ταῦτά σοι κατὰ πλάνην καταβάλω, ποιῶ σε δεσπότην. τελευταῖον δὲ γνοὺς τὸ ἀληθὲς, δύναμαι ταῦτα ἀναλαμβάνειν, διὰ τοῦ κονδικτιτίου. κινῶν γὰρ λέγω· εἰ φαίνεται τόνδε χρῆναι δοῦναι. καὶ τὸ δάνειον δὲ ἀπαιτῶν ὡς εἴρηται, κινῶ τὸν κονδικτίτιον, τοῖς αὐτοῖς χρώμενος ῥήμασιν. ἀλλ'[f] ὁ μὲν λέγεται δανειακὸς κονδικτίτιος, ὁ δὲ ἰνδέβιτος[g] κονδικτίτιος. ὅτι καὶ ἐπὶ ἑκατέρων τὸ φακτὸν προβαίνει τῆς ἀριθμήσεως. καὶ οὐ μόνον αὕτη κοινωνία[h] δανειακοῦ καὶ ἰνδεβίτου κονδικτιτίου, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐκείνῳ. πούπιλλος ὡς εἰρήκαμεν ἐν τῇ δευτέρᾳ[i] ἰνστιτούτζιωνι sine tutoris authoritate, δανεισάμενος οὐ κρατεῖται. ἀλλ' οὐδὲ ἐὰν ἰνδέβιτον αὐτῷ καταβάλω, μὴ παρόντος τοῦ ἐπιτρόπου, ἔνοχον αὐτὸν κτῶμαι τῷ ἰνδεβίτῳ κονδικτιτίῳ. ¶ Καὶ ἐν τούτοις μὲν ἡ κοινωνία, ἐν ἐκείνῳ δὲ ἡ διαφορά[k] ὅτι ὁ μὲν δανειακὸς κονδικτίτιος ἀπὸ συναλλάγματος συνίσταται. δανείζω γάρ σοι

1 ¶ Inter obligationes quæ re contrahuntur, est & indebitum. Nam si cũ ego me tibi debere putarem centum solidos: eos tibi per errorem soluero, dominum te facio. Sed postea cognita veritate possum eos recipere, per actionem condictitiam. Nam agens dicam *si apparet hunc dare oportere.* Sed & mutuum repetens agã actione cõdictitia, (vt dictum est) iisdem vtens verbis. Sed altera dicitur cõdictio mutui, & altera cõdictio indebiti. Quoniam in vtroque factum numerationis procedit. Neque hæc sola est communio condictionis mutui & indebiti, verùm etiam illa. Pupillus (vt dictum est libro secundo) sine tutoris auctoritate mutuo acceptο, non obligatur: neque etiam si indebitum ei sol. uero tutore non præsente: condictione indebiti mihi tenetur.

¶ Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu cõsistere, cùm is qui soluendi animo dat magis voluerit negotium distrahere, quã contrahere.

¶ Et in his quidem communio est: in illo autem differentia, quòd condictio mutui ex contractu cõstituatur. Nã mutuũ do

a δάνειον quid. & vt χρῆσις τὸ δάνειον fit καταχρηστικῶς v. 3 Harmen 5. §.1.l.2. §.3. ff. de reb. cred.
b l 2. §. 2. ff. de reb. cr d.
c κονδικτίτιος pro certi condictione hic posuit alias τὸ κονδικτιτίου nomen generale ad omnes condictiones extẽditur. Paragrapho qui proximè infrà sequetur condictitia, de qua hic agitur actio, κονδικτίτιος dicitur, mutui & certi condictio. l. 9 ff. de reb. cred.
d Imo quasi ex contractu §. 6. inf. de obli. quæ quasi ex contractu.
e vt tit. ff. & Co. de cond. ind.
f Condictionis mutui & indebiti differẽtia.
g Græcis ita queq. dicitur περὶ τῶν μὴ ὀφειλομένων [illegible] & [illegible] ἀγωγῆς λόγῳ
i 52. Ecl. 3. ex libro 11. tit. 2. c. 51. & ex libr. 24. tit. 1. c. 17.
h Condictionis mutui & indebiti cognatio.
i sup. tit. quibus allenare non licet.
k. Condictionis mutui & indebiti differẽtia.

vt tu mihi obligeris. Cõdictio verò indebiti, nullum in sese contractũ habet. Quis enim contractũ vocet, cum animo debitũ agnoscentis & obligationem dissoluere volenti[s], erroneam solutionem[a] facio, non vt obligationem constituam?

2 ¶ Inter obligationes quæ re contrahuntur, refertur[b] & commodatu[m][c]. Nam si quis me[d] rogarit vt librum meum sibi cõmodem & ego c[o]mmodauerim: ecce factum sub sequutum est, & obligationem quæ re contrahitur, peperit: & commodati actio nascitur. ¶ Sed longè distat[e] commodatũ à mutuo. Nam in mutuo dominium transfertur, in commodato non transfertur: & ob id. de ea re ipsa restituenda tenetur is, qui vtendum accepit. Est & alia differentia: Nam is qui mutuum accepit,[f] quocumque casu fortuito amiserit ea quæ mutuò accepit, velut incendio, ruina, naufragio, aut latronũ hostiúmve incursu: nihilominus obligatus remanet. At is qui vtendum accepit, sanè quidem exactã diligentiam custodiendæ rei præstare[g] iubetur, nec sufficit ei, tantam diligentiam in re commodata adhibuisse, quantam suis rebus adhibet: sed quantam alius quispiam diligentior adhibere posset. Si tamen maiore vi,[h] hoc est fortuito casu rem commodatam contingat perire, non tenebitur: si modò non ipsius culpa is casus interuenerit. Vnde, si commodarim tibi librum, túque peregrè profectus eum tecum tuleris: & hostium prædonúmve incursu amiseris:

a §. 6. infrà de obliga. quasi ex cõtractu.
b 51 Eclog. 1. c. 1. l. 1. § 3. §. 4. ff. de oblig.
c *Adde* 13. Eclo. 1. περὶ κεχρημένων τε καὶ κιχρωμένων: & 2. Harmeno. 10. περὶ χρήσεως.
d *Commodatum seu commodati obligatio quemadmodum re constare dicatur.*
e *De commodati & mutui differentiis* ad de 51. Eclog. 1. c. 1.
f *Debitor tenetur de casu fortuito rei.*
g *Commodatarius exactißimam diligentiam præstare in commodato tenetur, vt hic* & l. 1. §. 4. & l. 18. ff. de oblig. 14. Eclog. 1. c. 6 §. 5.
h *Commodatarius casum & vim maiorem in commodato non præstat nisi culpa ipsius casus interuenerit* adde Paul. 2. sent. 4. § 2. l. vt certo. 5. §. 2 & sequent. ff. commodati.
i *Commodatũ gratuitum esse debet vt hic. Eadẽ ratione & mandatũ* l 1. §. 4. ff. mãdati. §. vlt. infra. de mandato.

ἐπὶ τῷ κτήσασθαί σε ἔνοχον. ὁ δὲ ἰνδέβιτος κονδικτίτιος οὐκ ἔχει ἐν ἑαυτῷ συνάλλαγμα, πῶς γάρ τις καλέσει συνάλλαγμα, ὁπότε ψυχῇ ἀγνωμονοῦντος καὶ βουλομένου διαλῦσαι ἐνοχὴν ὑποπτευομένην ποιοῦμαι τὴν καταβολὴν, οὐκ[a] ἐπὶ τῷ συστῆσαι ἐνοχήν.

2 ¶ Ὑπὸ τὴν ῥὲ ἀνάγεται καὶ[b] τὸ κομμοδάτον[c]. ἐὰν[d] γὰρ αἰτήσῃ μέ τις χρῆσαι αὐτῷ τὸ ἐμὸν βιβλίον, καὶ χρήσω, ἰδοὺ τὸ φάκτον παρηκολούθησε, καὶ τὴν ῥὲ ἔτεκεν ἐνοχὴν, καὶ ἀγωγὴ τίκτεται ἡ κομμοδάτου. ¶ Πολλὰ[e] δὲ ἀφέστηκε τοῦ δανείσματος, τὸ κομμοδάτον. τὸ μὲν γὰρ δάνεισμα μετατίθησι δεσποτείαν, τὸ δὲ κομμοδάτον οὐ μετατίθησι. καὶ διὰ τοῦτο τῇ τοῦ πράγματος ἀποκαταστάσει κρατεῖται ὁ χρησάμενος. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα διαφορά. ὁ[f] γὰρ δανεισάμενος, εἰ καὶ οἱᾳδήποτε τυχηρᾷ περιστάσει ἀπολέσει τὰ δανεισθέντα, οἷον ἐμπρησμῷ, ἢ συμπτώσει, ἢ ναυαγίῳ, ἢ λῃστῶν ἢ πολεμίων ἐπιδρομῇ, οὐδὲν ἧττον ἔνοχος μένει. ὁ δὲ χρησάμενος, ἐπιμελῶς μὲν φυλάττων τὸ κομμοδάτον οὐκ ἀπαιτεῖται. καὶ[g] οὐκ ἀρκεῖ τοσαύτην αὐτὸν ἐπιμέλειαν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὸ χρησθὲν, ὅσην ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἔχει πράγμασιν, ἀλλὰ ὅσην ἕτερος ἐπιμελέστερος ἔχειν δύναται. εἰ δὲ μείζονι[h] βίᾳ, τουτέστι τυχηρᾷ περιστάσει ἀπολέσθαι συμβῇ τὸ κομμοδάτον, οὐ καταχεθήσεται. εἰ μὴ ἄρα ἐξ αἰτίας αὐτοῦ, ταύτην συμβῇ γενέσθαι τὴν περίστασιν. ὅθεν, εἰ ἐχρησά σοι βιβλίον, ἀποδημῶν δὲ εἶχες τοῦτο μετὰ σεαυτοῦ, καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς πολεμίων, ἢ πειρατῶν ἀπώλεσας τοῦ-

2 ¶ Item is cui res aliqua vtenda datur, id est commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is ab eo qui mutuum accepit, longè distat: nánque non ita res datur, vt eius fiat & ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidẽ qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit, veluti incẽdio, ruina, naufragio, aut latronum hostiũ veincursu, nihilominus obligatus remanet. At is qui vtendum accepit, sanè quidem exactã diligentiam custodiendæ rei præstare iubetur: nec sufficit ei tantã diligentiam adhibuisse, quantã suis rebus adhibere solitus est, si modò alius diligẽtior poterat eã rem custodire: sed propter maiorẽ vim maiorésve casus non tenetur: si modò non ipsius culpa is casus interuenerit: alioqui si id, quod tibi commodatum est domi, peregrè tecum ferre malueris, & vel incursu hostium prædonúmve, vel naufragio

amiseris: dubiũ non est, quin de restituenda ea re tenearis.

¶ Commodata autem res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta, res tibi vtenda data est: alioqui mercede interueniente, locatus tibi vsus rei videtur. Gratuitum enim debet esse commodatum.

3 ¶ Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, tenetúrque actione depositi: quia & ipse de ea re quam accepit, restituenda tenetur. ¶ Sed is ex eo solo tenetur si quid dolo commiserit: culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ nõ tenetur. Itaque securus est qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet.

4 ¶ Creditor quoque, qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipse de ea re quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia. ¶ Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris quò magis pecunia ei credatur, & creditoris quò magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere

το, ἀναμφιβόλως κατασχεθήσῃ ἐπὶ τῇ τούτου ἀποκαταστάσει. οὐδὲ γὰρ οὐδέ σε παρὰ γνώμην ἐμὴν ἐπὶ ξένης φέρειν. ¶ Τὸ κομμοδάτον [a] χρατούϊτον εἶναι δεῖ, τουτέστι πρoῖκα σοι ὀφείλω χιχρᾶν, οὐδενὸς δοθέντος μισθοῦ, οὐδὲ μὴν ὁρισθέντος περὶ αὐτοῦ. μισθοῦ γὰρ ὁρισθέντος ἢ δοθέντος, δοκεῖ σοι ἡ χρῆσις τοῦ βιβλίου μεμισθῶσθαι. καὶ οὐκ ἔτι κομμοδάτον τὸ τοιοῦτον κληθήσεται. δεῖ γὰρ, ὡς εἴρηται, χρατούϊτον εἶναι τὸ κομμοδάτον.

3 ¶ Ὑπὸ τὴν ῥὲ τελεῖ ἐνοχὴν, καὶ τὸ δεποσίτουμ. [b] ἐὰν γὰρ σοι παραθῶμαι τὸ ἐμὸν πρᾶγμα, ἔνοχος ἔσῃ τῇ ῥὲ ἐνοχῇ. ἀγωγῇ δὲ τῇ δεπόσιτι, ἣν ἕξω κατὰ σοῦ, ἀπαιτῶν σε αὐτὸ τὸ δεπόσιτον. δόλον [c] δὲ μόνον μὴ ποιῆσαι ἐποφείλεις ἐπὶ τοῦ δεποσίτου. εἰ δὲ ἀπὸ σῆς ῥαθυμίας ἤτοι ἀμελείας χεῖρον γένηται τὸ παρατεθὲν, ἀνεύθυνος ἔσῃ. ὥσπερ καὶ ἐὰν σοῦ ῥαθυμήσαντος, ὑπό τινος κλαπῇ τὸ πρᾶγμα. ὁ γὰρ ῥαθύμῳ φίλῳ τὸ πρᾶγμα παραδοὺς φυλακτέον, τὴν οἰκείαν ἄνοιαν αἰτιάσθω.

4 ¶ Δανεισάμενος [d] ἐγὼ παρὰ σοῦ ἑκατὸν νομίσματα, δέδωκά σοι λόγῳ ἐνεχύρου τὸν ἐμὸν οἰκέτην. ἔνοχος ἔσῃ μοι τῇ ῥὲ ἐνοχῇ, ἀγωγῇ δὲ τῇ πιγνορατιτίᾳ, δι' [e] ἧς μετὰ καταβολὴν τοῦ χρέους, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀποκαταστῆσαι μοι ἀναγκάζῃ. τοῦτο δὲ τὸ ἐνέχυρον εἰς ὠφέλειαν τῶν δύο [f] ἐπινενόηται. ἐμοῦ τε τοῦ δανειζομένου καὶ σοῦ τοῦ δανείζοντος. ἐμοῦ μὲν, ἐπειδὴ λαμβάνων σὺ τὸ ἐνέχυρον μᾶλλον κατατίθης δίεις τὰ ἑκατὸν νομίσματα. σοῦ δὲ, ἐπειδὴ διὰ τῆς κατοχῆς τοῦ ἐνεχύρου, τὸ ἀσφαλὲς ἔχεις ἐπὶ τῷ χρέει. ἀμέλει, διὰ

non dubium est, quin ad eius restitutionẽ tenearis. Nec enim decebat eũ præter meum consensum tecum peregrè ferre. ¶ Commodatum gratuitum esse oportet, hoc est, gratis cõmodanda est quæque res, nulla data mercede, ac ne constituta quidem. Mercede enim constituta aut data, locatus tibi esse libri vsus videtur. nec amplius id commodatũ vocabitur: Cõmodatũ enim (vt dictũ est) gratuitũ esse oportet.

3 ¶ Inter obligationes quæ re contrahũtur, est & depositum. Nam si ego rẽ meam apud te deponam, re mihi obligaris, & teneris actione depositi: quam aduersus te habebo, ipsum depositũ repetens. Id autẽ solum cauendum est, ne quid dolo in re deposita committas: sin verò desidia tua aut negligentia deterior facta fuerit, nõ teneberis eo nomine: queadmodum neq; si per negligentiam tuã furto sublata fuerit. Quia qui negligenti amico rem suam custodiendam tradidit, suam stultitiam accusare debet.

4 ¶ Cùm centum ego solidos à te mutuò accepissem, seruum tibi meũ in causam pignoris tradidi, Re mihi obligaris: & teneris actione pignoraticia, per quam post debiti solutionem tu mihi rẽ ipsam restituere cogeris. Porrò in vtriusque commodum & vtriusque gratia pignus inuentum est, tum mea, qui mutuor: tum tua, qui mutuas. Et mea quidẽ, quia tu accepto pignore libentius mihi credis centum illos solidos. Tua autem, quia per retentionem pignoris causa crediti tui in tuto est. Itaque ob

a Commodatũ gratuitum esse debet, vt hic, eadem ratione & mandatũ. l. 1. §. 4. ff. mandati. §. vl inf. de mandato.

b Adde 3. Harmen. 9. & 13. Eclo. 2. & 52. Eclog. 1. c. 1. Paul. 2. sen. 12

c Depositarius dolum præstat, sed & μεγάλην ῥᾳθυμίαν hoc est, magnam culpam, at non simpliciter ἀμέλειαν & ῥᾳθυμίαν, vt hic, adde 3. Harm. 9. §. 13. & sequent. hoc est diligentiam adde §. 17. inf. de oblig. quæ ex delicto.

d Adde 25. Eclog. 1. 3. Harmenop. 4. 52. Eclog 1. c. 1.

e Pignoratitia directa quatenus creditor debitori teneatur.

f Pignus datur creditoris causa.

a *Idem Harmenop.* 3. ti. 5. 19. l. si inter 71 §. quicquid. ff. de pignor.
b *adde titul.* Digest. de verborum obligat.
c *ἡ ἐν λόγοις ἐνοχὴ, seu verbis obligatio quæ auctori Ecloga* 52. tit. 1. c. 1. *ἡ ἐν ἐπερωτήσει dicitur Latinis stipulatio.*
d *hoc est interrogatione præcedenti & responsione subsequente.*
e *ἀποκρίσεως*. hic & 52. Eclog. 1. c. 51 cōgruēs responsio dicitur in l. obligamur 52. §. verbis. 2. ff. de obligationib. *unde congrue respondere dixit Paul.* 2. sent. 3. §. 1. *Latinis est responsio in* l. 1. §. 7. ff. de oblig. *responsum.*
g *Horum alterutrum aut utrumque stipulari solemus.* l. 1 § verbis ff. de oblig. Eclog. d. c. 1. 6. Harmen. 1. seu titulo de verb. signif. *ubi definitur stipulatio.*
h *Quibus verbis fiat stipulatio, dicetur* inf. §. 1.
i *Condictionis certi & incerti ex stipulatu differentia.*
k *Cui singula* ... *quemadmodum fiat.*
l *Incerti quēadmodum quis stipuletur.*

eam rem, quia scilicet id lucrari videaris, quod de indemnitate consultum tibi sit, exactam diligentiā custodiendo pignori adhibere debes. Quòd si quo fortuito casu pignus perierit, non tenebitur creditor, sed adhuc creditum sine impedimento repetet.

τοῦτο ὡς κερδαίνων διὰ τὸ ἔχειν ἀσφάλειαν ἐπὶ τοῦ χρέους, πολλὴν ἐπιμέλειαν ὀφείλεις ἐπιδείκνυσθαι, περὶ τῆς αὐτοῦ παραφυλακῆς. εἰ δὲ συμβῇ τυχηρῶς[a] πεπρᾶσθαι τὸ ἐνέχυρον ἀπολέσθαι, ἕξει τὸ ἀκίνδυνον ὁ κρεδίτωρ. ἀπαιτήσει δὲ ὁμοίως τὸ χρέος.

ad eam rem custodiendā, exactam diligentiā adhibeat: quam si prætiterit, & aliquo fortuito casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBUS. TIT. XVI.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ [b] ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ [c] ἐνοχῆς. Τίτλος ιϛ.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS. TIT. XVI.

¶ De Verborum obligationibus seu Stipulationibus, & quemadmodum verbis obligatio interrogatione & responsione contrahatur, Duas nasci ex verborum obligatione actiones, Condictionem certi, & ex stipulatu, incerti, stipulatio unde dicta, quibus verbis, quá ve lingua contrahatur. 2 Iure quemadmodum concipiatur, & quis sit eius effectus. In diem stipulationis quæ formula ac natura. 3 De stipulatione, quoad vivam dare spondes? 4 De stipulatione conditionali concepta si quid factum, aut non factum. 5 Conditionalem stipulationem ad heredes stipulantis transmitti, contra quam legatum conditionale. 6 Stipulationibus loca plerunque inseri. Tempus in stipulationibus subintelligi. Stipulationem nullius esse momenti si quis Romæ stipuletur, & eadem die Carthagini dari stipuletur. 7 Conditiones stipulationibus adiectæ, & ad præsens vel præteritum tempus relatæ, statim infirmant obligationem, si in rerum natura non sint, statim perimunt, si in rerum natura sint. 8 Stipulationibus re & facto adiici: & quemadmodum pœna adiecta rectè stipulari quis possit, factum aut non faciendum aliquid.

QVVM dictum sit de obligatione, quę re contrahitur, dicamus & de ea quę verbis. ¶ Verbis autem contrahitur obligatio, ex interrogatione & cōmoda responsione: cùm quid fieri, aut dari stipulamur. Dari, ut, Promittis mihi dare cētum aureos? Fieri, ut, Promittis mihi ædificare domum? Porrò ex verborum obligatione duæ actiones proficiscuntur, condictio, & ex stipulatu. Et si quidem certum est & apertum, stabileque, & statutum, quod in stipulationem deductum est, competit certi condictio. Dixi enim, Promittis mihi dare hunc fundum aut hunc librum? Quòd si incertum sit, ut si dixerim: Promittis mihi dare, quæ in arcula illa sunt, aut quæ in horreo illo habes?

Εἰπόντες περὶ τῆς ῥὲ ἐνοχῆς, εἴπωμεν καὶ περὶ τῆς βέρβις. ¶ Συνίσταται δὲ αὕτη ἐξ ἐπερωτήσεως [d] καὶ συμφώνου [e] ἀποκρίσεως, [f] ἡνίκα ἢ γενέσθαι τι ἢ δοθῆναι ἐπερωτῶμεν. δοθῆναι μὲν, οἷον, Ὁμολογεῖς [h] διδόναι μοι ἑκατὸν νομίσματα; γενέσθαι δὲ, οἷον, Ὁμολογεῖς κατασκευάζειν μοι οἰκίαν;

¶ Ἐκ δὲ τῆς βέρβις ἐνοχῆς, δύο [i] ἀγωγαὶ ἀναφύονται, ὁ κονδικτίτιος, καὶ ὁ ἐξ στιπουλάτου, καὶ εἰ μὲν κέρτον ἐστὶ, ἤτοι φανερὸν, βέβαιον καὶ ὡρισμένον τὸ ἐν τῇ ἐπερωτήσει κείμενον, ὁ κονδικτίκιος ἁρμόζει εἶπον γὰρ, Ὁμολογεῖς [k] διδόναι μοι τόνδε τὸν ἀγρὸν, ἢ τόδε τὸ βιβλίον; εἰ δὲ ἴνκερτον ᾖ, εἶπον γὰρ, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι τὰ [l] ἐν τῇ κιβωτῷ, ἢ τὰ ἐν τῷ ὡρείῳ; τοῦτέστι-

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione cū quid dari fierive nobis stipulamur. ¶ Ex qua duæ proficiscūtur actiones, tā condictio (certi) si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta sit. quæ hoc nomine inde vtitur, quòd stipulum apud veteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens.

¶ In

κτεῖται ἡ ἐξ στιπουλάτου. ¶ Στιπουλάτο[a] δὲ ἐντεῦθεν ὠνόμασται· παρὰ τοῖς παλαιοῖς στίπουλον ἐλέγετο τὸ ἰσχυρόν,[b] à stipite, ἀπὸ τοῦ στελέχους.

1 ¶ Ἐπὶ δὲ τῆς βέρβις, πάλαι τοιαῦτα παραδέδοται ῥήματα, δι' ὧν αἱ ἐπερωτήσεις ἐγίνοντο. Spondes? spondeo. Promittis? promitto. Fide promittis? fide promitto. Fideiubes? fideiubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam. ἀλλὰ τὸ μὲν σπόνδες, σπόνδεο, οὐ μεταφράζεται ἑλληνιστί· τὰ δὲ ἕτερα μεταφράζεται. προμίττις, προμίττο, τουτέστι ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ, φιδεϊπρομίττις; φιδεϊπρομίττο, τουτέστι πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· δάβις; δάβω, τουτέστι δώσεις; δώσω. φάκιες; φάκιαμ, τουτέστι ποιήσεις; ποιήσω.

¶ Καὶ ἀδιάφορον ἦν, πότερον ῥωμαϊστί,[c] ἢ ἑλληνιστί, ἢ οἵᾳ δή ποτε ἑτέρᾳ διαλέκτῳ, οἷον τῇ Σύρων, ἢ Αἰγυπτίων ἡ ἐπερώτησις γέγονε. μόνον μέντοι, εἰ ἑκάτερος τῶν συναλλασσόντων ἐνόει τὰ ἐκφωνούμενα. καὶ οὐδὲ ἐπάναγκες ἦν τῇ αὐτῇ διαλέκτῳ ἑκάτερον κεχρῆσθαι. ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ ἁρμοδίως, πρὸς τὴν ἐπερώτησιν γενέσθαι τὴν ἀπόκρισιν. οἷον σὺ ἐπερωτήσῃς με Προμίττις, δύναμαι εἰπεῖν Ὁμολογῶ. ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, εἰ εἴπῃς μοι Ὁμολογεῖς, δύναμαι ἀποκρίνασθαι Προμίττο. ¶ Δύνανται δὲ δύο[d] ἕλληνες, ῥωμαϊστὶ συστήσασθαι τὴν βέρβις, οἷον τὸ Προμίττις, προμίττο. ¶ Ταῦτα δὲ τὰ τυπικὰ ῥήματα, πάλαι μὲν ὑπῆρχον ἐν χρήσει. μετὰ δὲ ταῦτα λέοντος διάταξις[e] τὰ τῶν ἐπερωτήσεων ἀνεῖλε τυπικὰ ῥήματα, ἀπαιτοῦσα συνάφειαν καὶ συμφωνίαν ἐξ ἑκατέρου μέρους παρεῖναι, μηδεμιᾶς ῥημάτων ἐπιζητουμένης παραφυλακῆς.

nascitur actio tunc ex stipulatu. ¶ Stipulatio autē inde appellata est, quòd apud veteres stipulum firmum diceretur, fortè à stipite.

1 ¶ In obligatione verborum talia olim verba fuerunt tradita, per quæ stipulationes fiebant: Spondes? spondeo: promittis? promitto: fidepromittis? fidepromitto: fideiubes? fideiubeo: dabis? dabo, facies? faciam. ¶ Nec intererat, Latinè, an Græcè, an quauis alia lingua veluti Syrorum aut Ægyptiorum stipulatio conciperetur: duntaxat, quum vterque contrahentium eius linguæ intellectum habebat. Nec verò necesse erat vtrumque eadem lingua vti, verùm sufficit conuenienter ad interrogationem dari respōsum. Veluti si me Latinè interrogaris, Promittis? possum Græcè dicere Ὁμολογῶ. Aut contrà, si mihi Græcè dixeris, Ὁμολογεῖς; possum Latinè respondere, Promitto.

¶ Possunt etiam duo Græci Latinè obligationem verbis contrahere, quod genus est illud, Promittis? promitto. ¶ Sed hæc quidem solemnia verba olim in vsu fuerāt. Postea autem edita est Leonis constitutio quæ stipulationum solemnibus verbis sublatis consensum ab vtraque parte & consonantem intellectum intercedere requirit, nulla desiderata verborum obseruatione.

1 ¶ In hac re olim talia verba tradita fuerunt. *Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis? Fidepromitto. Fideiubes? Fideiubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.* ¶ Vtrùm autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterque stipulantium intellectū eius linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua vtrunque vti, sed sufficit, congruenter ad interrogata respondere.

¶ Quinetiā duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt.
¶ Sed hæc solēnia verba olim quidem in vsu fuerunt: postea autem Leonina constitutio lata est, quæ solemnitate verborū sublata, sensum & consonantem intellectum ab vtraque parte solùm desiderat, quibuscunque tandem verbis expressum est.

a *Stipulatio vnde dicta Paul. 5. sent. 7. § 1.*
b *His verbis stipulatio fieri solet. Paul. 2. sent. 3. § 1. ad. de 2. Cai. 9. 3.*
c *Eadem an alia lingua stipulanti respondeatur nihil interest* l. 1. §. vlt. ff de verbor. oblig.
d *Duo Græci Latinè possunt stipulari.*
e l. omnes C. de contr. stipulat.

a Stipulatio tã purè quam sub conditione concipi potest. Pan.l.2. sent. 3.§.1 in fi.

b Stipulatio quemadmodũ purè concipiatur.

c Stipulatio purè concepta præsentem parit obligationẽ atque effectũ.

d Stipulationis in die formula & natura.

2 ¶ Stipulationes verò, aut purè, aut in diem, aut sub conditione cõstituuntur. Purè, vt, Promittis mihi dare ducentos aureos? Quæ stipulatio statim parit petitionem. In diem, quum tempus stipulationi adiicitur, quo pecunia soluatur: veluti, Promittis mihi dare decem aureos proximis calendis Martiis? Id autem quod in diẽ stipulamur, statim quidem debetur: sed peti priusquam dies venerit, non potest: quin immò ne ipsis quidem Kalendis, quia totus is dies in arbitrio promissoris est, an scilicet soluere velit. Quãuis enim septem aut octo horæ illius diei præterierint, eo non soluente: nondum tamen cessare videtur, quoniam fieri potest, vt & decima hora soluat. Tunc autem cessator esse videtur, cùm totus dies Kalendarum Martii præterierit, illo nihil præstante.

e l. qui hoc anno 42. ff. de verb. obligat.

2 ¶ Αἱ δὲ ἐπερωτήσεις, ἢ πούρως, [a] ἤτοι καθαρῶς, ἢ ἰν δίεμ, τουτέστιν ἐν ἡμέρᾳ ὁρισμένῃ, ἢ ὑπὸ αἵρεσιν συνίστανται. πούρως [b] μὲν οἷον, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι σ νομίσματα; ἥτις ἐπερώτησις εὐθέως [c] ἔχει τικτομένην τὴν ἀπαίτησιν. ἰν δίεμ [d] ἡνίκα χρόνος προστεθῇ τῇ ἐπερωτήσει, ὅτε δεῖ τὰ χρήματα καταβληθῆναι. οἷον, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι δέκα νομίσματα, ἐν ταῖς ἐπιούσαις καλάνδαις Μαρτίου. τὸ δὲ ἰν δίεμ ἐπερωτώμενον, εὐθέως μὲν ἐποφείλεται. ἀπαιτηθῆναι δὲ πρὸ τῆς ἀφίξεως τῆς ἡμέρας οὐ δύναται. ἀλλ' [e] οὐδὲ ἐν αὐτῇ τῇ α ἡμέρᾳ τῶν καλανδῶν. πᾶσα γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἐν ἐξουσίᾳ ὑπόκειται τοῦ ἐπερωτηθέντος, εἴγε βούλεται καταβαλεῖν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἑπτὰ, ἢ ὀκτὼ ὧραι τῆς ἡμέρας ἐκείνης παρέλθωσι καταβαλόντος αὐτοῦ, οὔπω κρίνεται ἀγνώμων. δυνατὸν γὰρ αὐτὸν καὶ τῇ δεκάτῃ ὥρᾳ καταβαλεῖν. τότε δὲ ἀγνώμων κρίνεται, ἡνίκα πᾶσα ἡ α ἡμέρα τῶν καλανδῶν παρέλθῃ Μαρτίου μηδὲν αὐτοῦ παρασχόντος.

2 ¶ Omnis stipulatio aut purè, aut in diem, aut sub conditione fit. ¶ Purè veluti *Quinque aureos dare spõdes.* Idque confestim peti potest. ¶ In diem: cùm adiecto die, qua pecunia soluatur, stipulatio fit: veluti, *Decẽ aureos primus Calendis Martiis dare spondes*: id autẽ quod in diem stipulamur, statim quidẽ debetur: sed peti prius, quam dies venerit, non potest: at ne eo quidem ipso die, in quo stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet: neque enim certum est, eo die, in quem promissum, datum non esse, priusquam is præterierit.

f adde l. cum qui 56.§.4 ff. de verb. obligat.

g Stipulatio ad tempus cõstitui nõ potest.

3 ¶ Stipulatus sum ab aliquo in hunc modũ: Decem mihi aureos annuos quoad viuã dare promittis? Talis stipulatio pura est, quoniam ex eo primo anno peti potest. Erit autẽ ea & perpetua, nec tempore vllo perimitur. Nã stipulatio ad tempus constitui non potest. veluti si dicam: Decem mihi aureos dare promittis vsque ad decem annos? hoc est, vt si intra decem annos eos à te petam, eos habeã: sin prætereat decennium nec petã, vt perimatur actio. Sic igitur perpetua est

3 ¶ Ἐπηρώτησά τινα οὕτως, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι δέκα νομίσματα ἐτήσια μέχρις [f] οὗ ζῶ. ἡ τοιαύτη ἐπερώτησις πούρα ἐστίν. ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη τοῦ πρώτου ἐνιαυτοῦ δυνατὸν γενέσθαι τὴν ἀπαίτησιν. ἔστι δὲ ἡ αὐτὴ καὶ περπετοῦα ἤτοι διηνεκὴς, οὐδενὶ χρόνῳ σβεννυμένη. πρόσκαιρος [g] γὰρ ἐπερώτησις, οὐ δύναται γενέσθαι. οἷον ἵνα εἴπω. ὁμολογεῖς διδόναι μοι δέκα νομίσματα ἕως δέκα ἐνιαυτῶν; τουτέστιν ἵνα εἰ μὲν εἴσω τῶν δέκα ἐνιαυτῶν ἀπαιτήσω σε, ἔχω ταῦτα. εἰ δὲ παρέλθῃ ἡ δεκὰς καὶ μὴ ἀπαιτήσω σε, ἵνα σβεσθῇ ἡ ἀγωγή. ὥστε οὖν διηνεκής ἐστιν

3 ¶ At si ita stipuleris, *Decem aureos annuos, quoad viuam dare spondes?* & purè facta obligatio intelligitur & perpetuatur, quia ad tempus non potest deberi: sed heres petendo, pacti exceptione submouebitur.

ἡ ἀγωγὴ, ἐπὶ τῆς ἐπερωτήσεως τῆς λεγούσης, Δώσεις ἐτήσια δέκα νομίσματα ἕως οὗ ζῶ; ἐὰν δὲ ὁ ἐπερωτήσας τελευτήσῃ, ὁ δὲ κληρονόμος αὐτοῦ κινῇ τὴν ἐξ στιπουλάτου, τῶν μετὰ τελευτὴν τοῦ ἐπερωτήσαντος δραμόντων ἐνιαυτῶν ὁ ἀπαιτῶν τὴν ποσότητα, ἐκβάλλεται πάκτου παραγραφῇ ὡς ὑπὸ αἵρεσιν ἐπερωτήσας τὸ Ἕως οὗ ζῶ. τοῦτο γὰρ παρέχει χώραν τῇ τοῦ πάκτου παραγραφῇ.

4 ¶ Ἡ ὑπὸ αἵρεσιν [a] ἐπερώτησις συνίσταται, ὁπότε εἰς τύχην ἀναφέρεται ἡ ἐνοχή. ἵνα ἐάν τι γένηται, ἢ μὴ γένηται, ἁρμόσῃ ἡ ἐπερώτησις, οἷον, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι πέντε νομίσματα, ἐὰν ὁ Τίτιος ὕπατος [b] γένηται; ἢ μὴ γένηται; ¶ Ἐάν τις οὕτως ἐπερωτήσῃ, Ἐὰν [c] μὴ ἀνέλθω εἰς τὸ καπιτώλιον δώσεις μοι πέντε νομίσματα; οὕτως ἐστὶν ἡ ἐπερώτησις, ὥσπερ εἰ ἐπερώτησά σε, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι πέντε νομίσματα, ὅτε μέλλω τελευτᾷν, τότε γὰρ ὅτε μέλλω τελευτᾷν, ἐδείχθη, ὅτι οὐκ ἔπειμι ἔρχομαι ἐπὶ τὸ καπιτώλιον. ἐπειδὴ ὅσος δήποτε χρόνος ἐὰν παρέλθῃ ἐμοῦ περιόντος, καὶ μὴ ἀνέλθω εἰς τὸ καπιτώλιον, οὐκ ἔστιν ἱκανὸς πίστιν παρασχεῖν, τοῦ ὅτι οὐκ ἔτι ἄνειμι εἰς τὸ καπιτώλιον. δυνατὸν γὰρ τὸ ἐπὶ ἑξήκοντα ἐνιαυτοὺς, ἢ ἑβδομήκοντα μὴ ἀνελθόντα εἰς τὸ καπιτώλιον μετὰ ταῦτα ἀνελθεῖν, τὸν δὲ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ὄντα ἀναπνοῇ, οὐκ ἔστιν δυνατὸν ἀνελθεῖν. ¶ Ὁ ὑπὸ αἵρεσιν [d] ἐπερωτήσας, ἐλπίδα ἔχει, τοῦ ὅτι ἐποφληθήσεται αὐτῷ. ὅθεν ἐὰν τελευτήσῃ, ταύτην τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τοὺς οἰκείους παραπέμπει κληρονόμους. αἱ γὰρ ἐπερωτήσεις αἱ αἱρετικαὶ καὶ τελευτησάντων ἠρτημένου τοῦ αἱρέσεως διαβήσονται ἐπὶ [e] κληρονόμους.

4 ¶ Sub conditione stipulatio fit, cùm in aliquem casum differtur obligatio: vt, si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, cõmittatur stipulatio: veluti, *Si Titius Consul fuerit factus, quinque aureos dari spondes?* ¶ Si quis ita stipuletur, *si in Capitolium non ascendero, dare spondes?* perinde erit, ac si stipulatus esset, cùm moreretur, sibi dari. ¶ Ex conditionali stipulatione tantùm spes est debitum iri: eãque ipsam spem in heredem trãsmittimus, si priùs quàm cõditio extet, mors nobis contigerit.

cogitur præstare, hoc est & ipsus actio ex stipulatione, & ita concepta. Decẽ aureos annuos, quoad viuã dabis? Sed mortuo stipulatore si hæres eius ex stipulatu velit agere: pe.ẽs summas annorum, qui à morte stipulatoris elapsi sunt, exceptione pacti submouebitur, quasi stipulatio sub hac conditione, Quoad viuam, concepta fuisset. Hoc enim locum præbuit exceptioni pacti.

4 ¶ Sub conditione autem stipulatio constituitur, quum in aliquem casum differtur obligatio, vt si aliquid factum fuerit vel non fuerit, committatur stipulatio. veluti, Quinque mihi aureos dare promittis si Titius consul factus fuerit? aut si non fuerit? ¶ Si quis ita stipuletur, Si in capitolium non ascendero, quinque mihi aureos Dabis? perinde est hęc stipulatio, atque si stipulatus essem, Quinque aureos mihi cum moriar, Dare promittis? Tunc enim cùm moriar, certum planúmque fiet, me in Capitolium non adscendisse. Quoniam quantumcũque temporis me viuo prętereat, & si in Capitolium non ascendam, tamen ad faciendam eius rei fidem non sufficit, quòd amplius in Capitolium non ascendam. Fieri enim potest vt qui per sexaginta aut septuaginta annos in Capitolium non ascenderit, postea tamen ascendat. At qui iam in vltimo vitæ spiritu est, is ascendere non potest. ¶ Qui sub conditione stipulatus est, spem habet, fore, vt sibi debeatur: vnde si decedat, hanc spẽ ad heredes suos transmittit. Nam conditionales stipulationes & mortuis pendente cõditione stipulatoribus ad heredes trãsibũt:

a *Stipulatio sub conditione quemadmodũ concipiatur.*

b *Adde* l. 119. ff. de verbor. oblig.

c l. ita stipulatus est. §. 1. ff. de verbor. oblig.

d *Adde* l. cõditionales creditores 54. ff de verbor. oblig.

e l. si quis 57. ff. de verb. oblig

Quamuis dixerimus libro secundo legatum conditionale legatario ante euentum conditionis mortuo, ad heredes ipsius non transmitti.

a l.2. qui ita. ff. quod certo loco.

5 ¶ Solemus & loca stipulationibus inserere: veluti, Decē aureos Carthagine dabis? aut in illo loco? Hæc autem stipulatio, quamuis pura esse prima facie videatur, tacitum tamen in se tēpus habet, & dilationem: quantum habere necesse est, vt promissor Carthaginem ad soluendum venire possit. Vnde, si quis cùm Romæ sit, ita à me stipuletur: Carthagine dare mihi hodie promittis? inutilis est stipulatio, vt quæ rem impossibilem cōtineat. Nam id fieri non potest, vt quis vno die Roma Carthaginē veniat. Porrò stipulationes, quæ sub impossibili conditione fiunt, nullius sunt momenti.

b l. interdum pura. 73. Cōtinuus 137. §. cùm ita stipulatus sum. ff. de verbor. oblig.

c d. l. 73.

9 ¶ Cōditio quæ ad præteritū vel ad præsens tempus refertur, aut statim infirmat obligationem, aut omnino non differt: sed confestim petitur: veluti ad præteritum: si Titius Consul fuit, decem mihi aureos dabis? Ad præsens, si Mæuius viuit, decem mihi aureos dabis? Nam si ea ita non sunt, quia nec Titius Consul fuerit, nec Mæuius viuat, nihil valet stipulatio. Sin autem ita se habent, statim valet stipulatio, & competit ius petendi. Neque enim quia contingit nos nescire, an hæc ita sese habeant, etiā mora dilatióque petitioni, quò minus nascatur, iniicitur: quoniam quæ per rerum naturam certa sūt, non morantur obligationem, quamuis apud contrahentes incerta sint.

d l. conditio. 100. ff. de verbor. oblig. l. cùm ad tempus præsens conditio 37. ff. de rebus cred.

εἰ καὶ ὡς εἰρήκαμεν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἰνστιτουτζίωνι, αἱρετικὸν ληγάτον τελευτήσαντος τοῦ ληγαταρίου πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως οὐ μέτεισιν ἐπὶ τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους.

5 ¶ Εἰώθαμεν[a] καὶ τόπους ἐν ταῖς ἐπερωτήσεσιν ἐντιθέναι οἷον, δώσεις ἐν Καρχηδόνι δέκα νομίσματα, ἢ ἐν τῷδε τῷ τόπῳ; αὕτη δὲ ἡ ἐπερώτησις, εἰ καὶ πούρα δοκεῖ εἶναι κατὰ πρώτην ὄψιν, ὅμως σιωπηρὸν[b] ἔχει χρόνον ἐν ἑαυτῇ καὶ ὑπέρθεσιν, ὅση δύναται δαπανηθῆναι μέχρις οὗ οἷόν τε ἐστὶ τὸν ἐπερωτηθέντα παραγενέσθαι ἐν Καρχηδόνι καὶ καταβαλεῖν. ὅθεν ἐὰν ὁ νῦν ἑστὼς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπερωτήσῃ με, Ὁμολογεῖς σήμερον διδόναι μοι ἐν Καρχηδόνι;[c] ἄχρηστος ἡ ἐπερώτησις, ὡς ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ τὸ ἀδύνατον. ἀδύνατον γὰρ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπὸ Ῥώμης ἐλθεῖν εἰς Καρχηδόνα. αἱ δὲ ἐπερωτήσεις αἱ γινόμεναι ὑπὸ ἀδύνατον αἵρεσιν εἰσὶν ἀνυπόστατοι.

6 ¶ Ἡ αἵρεσις ἡ τις εἰς[d] παρελθόντα χρόνον, ἢ εἰς ἐνεστῶτα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ἢ εὐθέως ἀκυροῖ τὴν ἐνοχήν, ἢ ὑπέρθεσιν αὐτῇ οὐ χαρίζεται, ἀλλὰ παραχρῆμα ἀπαιτεῖται. οἷον εἰς τὸν παρελθόντα, δώσεις μοι δέκα νομίσματα, εἰ ὁ Τίτιος ὕπατος γέγονε. εἰς ἐνεστῶτα, οἷον, δώσεις μοι δέκα νομίσματα, εἰ Μαίβιος περίεστιν. εἰ μὲν γὰρ ταῦτα οὕτως οὐκ ἔχει, οὐδὲ γὰρ ὑπάτευσε Τίτιος, οὐδὲ ζῇ Μαίβιος, ἀνίσχυρος ἡ ἐπερώτησις. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἔρρωται ἡ ἐπερώτησις εὐθέως, καὶ ἁρμόζει ἡ ἀπαίτησις. καὶ οὐκ ἐπειδὴ συμβαίνει εἴγε ταῦτα οὕτως ἔχει ἡμᾶς ἀγνοεῖν, ἐκ τούτου παρελκὴ γίνεται καὶ ὑπέρθεσις περὶ τὸ [illegible] τῆς ἀπαιτήσεως. τὰ γὰρ δῆλα διὰ τῆς τῶν πραγμάτων γινόμενα φύσεως, οὐχ ὑπερτίθεται τὴν ἐνοχήν εἰ καὶ παρὰ τοῖς συναλλάξασιν ἐστὶν ἄδηλα.

5 ¶ Loca etiā inseri stipulationi solēt: veluti, *Carthagini dare spōdes?* Quæ stipulatio licèt purè fieri videatur: tamen reipsa habet tempus adiectum, quo promissor vtatur ad pecuniam Carthagini dandā.

¶ Et ideo si quis Romæ ita stipuletur, *Hodie Carthagini dare spondes?* inutilis erit stipulatio: cùm impossibilis sit repromissio.

6 ¶ Conditiones, quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmāt obligationem, aut omnino nō differūt. veluti, *Si Titius Consul fuit*: vel *Si Mæuius viuit, dare spondes?* Nam si ea ita non sunt, nihil valet.

Quæ enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licèt apud nos incerta sint.

7 ¶ Non.

7 ¶ Non solùm res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta vt si stipulemur aliquid fieri, vel non fieri: & in huiusmodi stipulationibus optimũ erit pœnam subiicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare, quòd eius intersit. Itaque si quis, vt fiat aliquid, stipuletur, ita adiici pœnam decet. *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?* Sed si quædam non fieri, vna eadémque conceptione stipuletur quis, clausula huiusmodi erit adiicienda. *Si aduersus ea factum erit siue quid ita factũ non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?*

7 ¶ Οὐ μόνον πράγματα ἐν ταῖς ἐπερωτήσεσι δύναται φέρεσθαι, οἷον ἀγρὸς, οἰκέτης, βιβλίον, ἀλλὰ καὶ φάκτον [a] οἷον ἵνα ἐπερωτήσω, ὅτι κατασκευάζεις μοι οἶκον, ἢ οὐ κατασκευάζεις τόνδε οἶκον. ἐπὶ δὲ τῶν τοιούτων ἐπερωτήσεων, ἔνθα φάκτον ἐστὶν εἰς τὸ ποιεῖν, ἢ εἰς τὸ μὴ ποιεῖν συγκείμενον, κάλλιστόν ἐστι τὸ ποινὴν [b] ἐντιθέναι. οἷον, Ἐὰν ποιήσῃς, ἢ μὴ ποιήσῃς, δώσεις μοι δέκα νομίσματα· τῆς γὰρ ποινῆς μὴ ἐντεθείσης, ἄδηλόν ἐστι τί ἐποφείλει ὁ ὑπεναντίον τι πράξας ὧν ὡμολόγησεν. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸ διαφέρον μέλλει καταδικάζεσθαι. τοῦτο δὲ ἄδηλόν ἐστιν. ἐπάναγκες γάρ ἐστι τὸν ἄκτορα ἀποδεικνύειν τί αὐτῷ διαφέρει· ὥστε οὖν διὰ τὸ φυγεῖν τὰς τοιαύτας δυσκολίας, δεῖ ποινὴν ἐντιθέναι. καὶ εἰ μὲν ἐπερωτήσω σε ὅτι ποιήσεις τόδε, οὕτως ἐποφείλω σε περὶ τῆς ποινῆς ἐπερωτᾶν. Ἐὰν τοῦτο μὴ γένηται, προστίμου χάριν δώσεις μοι δέκα νομίσματα· εἰ δὲ ἐν τῇ ἐπερωτήσει τέθηκα φάκτα τινὰ, ὁρῶντα εἰς τὸ ποιεῖν, τινὰ δὲ εἰς τὸ μὴ ποιεῖν, ἡ περὶ τῆς ποινῆς κλαύσουλα, ἤτοι κεφάλαιον, οὕτως [c] ὀφείλει προστίθεσθαι, Ἐὰν ὑπεναντίον τούτων γένηται, ἤγουν οὕτως, Ἐὰν τι τούτων μὴ γένηται ποινῆς χάριν δώσεις μοι δέκα νομίσματα· καὶ ἐὰν συμβῇ σε παραβῆναι περὶ τὸ ποιεῖν, ἢ μὴ ποιεῖν, ἡ τοιαύτη κλαύσουλα τῆς ποινῆς ἔνοχον ποιήσει σε πολλῶν προστίμων καταβολαῖς.

7 ¶ Porrò non solum res in stipulationem deduci possunt, vt fundus, seruus, liber: verum etiam facta: veluti si stipuler, vt mihi domũ ædifices, aut vt illi nõ ædifices. In huiusmodi autem stipulationibus, in quibus factum versatur, siue id in faciendo consistat, siue in non faciendo: optimum est pœnam subiicere: veluti, Si feceris aut non feceris, decem mihi aureos dabis? Nam pœna non subiecta, incertũ est, quid debeat is, qui contrà quàm promisit, fecerit. Quoniam enim futurum est, vt in id quod interest condemnetur, & hoc quoque incertum est, necesse erit actori planum facere, quanti sua intersit. Ad vitandas igitur has & tales difficultates, subiicienda pœna est. Et si quidem à te stipuler, quòd illud facies: ita & pœnam à te stipulari debeo: Si id factum non erit, pœnę nomine decem mihi aureos dabis? Sin autẽ in stipulationẽ plura facta deduxerim: quorũ alia in faciendo, quædã in non faciẽdo, cõsistant, sic pœnę clausula subiicienda est, Si quid aduersus, ac cõtra factũ erit: aut ita, Si quid eorũ factum non erit, decem mihi aureos pœnę nomine dabis? Et si cõtingat, vt contra quàm cautũ est facias, siue in faciendo, siue in non faciendo, hęc & talis pœnę clausula, ad multarum pœnarum exolutionem obligabit te.

a *Proinde stipulationũ aliæ in dando, aliæ in faciendo cõsistere dicuntur.* l. 2. ff. de verb. oblig. b v. l. vlt. ff de prætoriis stipulationibus c *Pœnã quemadmodum stipulationibus subijciamus.* *adde* §. 38. infrà de inutil. stipul. l. cum quid 71. l. continuus 137. §. pen. ff. de verbor. oblig. 24. Eclog 9. ex ti. 5. c. 5. l. 5 de contr. & commit. stipulat. d *Duos reos stipulandi & promittendi communiter dicimus: sed & duos reos constituendi.* ti. ff. de duob. reis constituendis. *vbi forte melius* constituendi *legendũ. Author Eclog.* 2. tit. 1. ex li. 43. tit. 2 *vocat* ἀντιχειμένους *Nouel.* Iustin. 99. ἀλληλεγγύους ἐγγυητάς. Harmeno. 8. §. 11. *Interea tamen antequam huic loco finem faciã, videtur hic legendum* περὶ δύο ῥέων σπουλάνδι καὶ προμιττένδι. *vt paulò legitur.* non σπουλάνδων καὶ προμιττένδων. *Est autem reus stipulandi is qui stipulatur, promittendi, qui promittit.* l. 1. ff. de duob. reis.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI, & PROMITTENDI. TIT. XVII.

ΠΕΡΙ ΔΥΟ ΡΕΩΝ [d] σπουλανδῶν καὶ προμιττένδων. Τίτλος ιζ.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI, ET PROMITTENDI. TIT. XVII.

¶ *De stipulandi & promittendi reis.* ¶ *Stipulandi & promittendi duo pluresve rei quemadmodum fiant.* 1 *Duobus reis stipulandi vel promittendi factis, singulis, & à singulis solidum adquiri & deberi: vnius facto liberationem fieri & adquiri.* 2 *Ex duobus reis promittendi, vnum purè, alterum sub conditione obligari posse. Purè obligatum illo casu, pendente alterius conditione, conueniri posse.*

EVm qui de stipulationib. differit, & de reis stipulandi promittendique docere necessariũ est, qui aut duo, aut plures fieri possunt. ¶ Et rei quidem stipulandi fiunt in hũc modũ. Si primus & Secũdus alicui mutuauerint centũ aureos: & vterque eorum sibi illum in solidum voluerit obligatum habere. Separatim vterque eorum stipulabitur: post omnium autem stipulationem, promissor dicet, Spondeo: veluti, Primus stipulatus est à me: Centum mihi aureos dare spõdes? Similiter & Secundus. Deinde ad vtrunque respondi, dicẽs: Vtrique vestrûm dare spõdeo. Nã si Primo prius respõdeam, dicens: Dare spondeo: postea & tantundem Secundo respõdeam, alia & alia obligatio cõstituitur, nec duo rei stipulandi fieri dicuntur. ¶ Duo autẽ pluresve rei promittẽdi, constituuntur in hunc modum: veluti, si à Mæuio & Seio, quibus quinque aureos mutuo dederim, ita stipuler: Mæui, quinque aureos dare mihi spõdes? Seij, eosdem quinque aureos dare mihi spõdes? & vterque separatim respõdit: spondeo.

1 ¶ Ex huiusmodi enim obligationibus: & singulis stipulãtiũ solidum debetur, & singuli promittẽtium in solidum obligãtur. In vtraque enim obligatione, vna res vertitur. Nam & vnus reorum stipulandi, debitum accipiẽdo, aufert & constipulatori petendi facultatem: & vnus reorum promit-

a Stipulandi rei quemadmodum duo pluresve fiant.

b Promittẽdi rei duo pluresve quẽadmodum fiant. adde l. duo rei. ff. eod.

c rectè ἐπερωτάντων dixit non ἐπερωτώντων. vt hinc colligas in textu Latino Institutionum legendũ esse non stipulationibus, *sed* stipulantibus.

d v. l. 2. ff. eo. 52. Eclog. 1. ex lib. 43. tit. 2. c. 2. *sententia huius paragraphi sublata à Iustiniano* Nouella 99.

ΤΟΝ περὶ ἐπερωτήσεων διαλεγόμενον, ἐπάναγκές ἐστι διδάξαι καὶ περὶ ῥέων στιπουλάνδων, καὶ ῥέων προμιττένδων οἵτινες δύο, ἢ καὶ πλείονες δύνανται γενέσθαι. ¶ Καὶ ῥέοι μὲν στιπουλάνδι [a] γίνονται οὕτως. ἐὰν πρῖμος καὶ σεκοῦνδος δανείσωσί τινι ἑκατὸν νομίσματα, καὶ ἑκάτερος αὐτῶν βουληθείη ἔνοχον ἔχειν αὐτὸν εἰς ὁλόκληρον, ἐπερωτᾷ κεχωρισμένως ἑκάτερος αὐτῶν. μετὰ δὲ τὴν πάντων ἐπερώτησιν ὁ ἐπερωτώμενος ἐὰν εἴπῃ τὸ Ὁμολογῶ· οἷον πρῖμος ἐπηρώτησέ με, Ὁμολογεῖς διδόναι ἑκατὸν νομίσματα; ὁμοίως καὶ σεκοῦνδος, εἶτα πρὸς τοὺς δύο ἀπεκρινάμην εἰπών, Ἑκατέρῳ ὑμῶν δοῦναι ὁμολογῶ. εἰ γὰρ πρότερον τῷ πρίμῳ ἀποκρίνομαι λέγων, Ὁμολογῶ διδόναι, μετὰ δὲ ταῦτα τῷ σεκούνδῳ ἀποκρίνομαι, ἑτέρα καὶ ἑτέρα ἐνοχὴ συνίσταται. οὐ μὴν δύο ῥέοι στιπουλάνδι γενέσθαι λέγονται. ¶ Δύο δὲ καὶ πλείονες ῥέοι προμιττένδι, [b] οὕτω γίνονται. οἷον ἐὰν μαίβιον καὶ σεῖον, οἷς ἐδάνεισα ε νομίσματα, οὕτως ἐπερωτήσω, Ὁμολογεῖς ὦ Μαίβιε ε νομίσματα διδόναι μοι. Ὁμολογεῖς ὦ Σεῖε, τὰ αὐτὰ ε νομίσματα διδόναι μοι; καὶ ἕκαστος κεχωρισμένως ἀποκρίνεται, ὁμολογῶ.

1 ¶ Ἐκ γὰρ τῶν καὶ τῶν ἐπερωτάντων [c] ἑκάστῳ τὸ ὁλόκληρον [d] ὀφληθήσεται, καὶ τῶν ἐπερωτωμένων ἕκαστος εἰς ὁλόκληρον ἔνοχος γενήσεται. ἐν ἑκατέρᾳ γὰρ ἐνοχῇ ἓν ἀποτελεῖται τὸ πρᾶγμα. καὶ γὰρ ὁ εἷς τῶν ῥέων στιπουλάνδων τὸ χρέος ἀπολαβών, ἀφαιρεῖται καὶ τῷ συνεπερωτήσαντι τὴν τῆς ἀπαιτήσεως ἄδειαν, ἢ καὶ ὁ ἕτερος τῶν ῥέων προμιτ-

ET stipulãdi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt.

¶ Stipulãdi ita, si post omnium interrogationẽ promissor respõdeat, *Spõdeo:* vt putà cùm duobus separatim stipulantib. ita promissor respõdeat. *Vtrique Vestrûm dare spõdeo.* Nã si priùs Titio spopõderit, deinde alio interrogãte spõdeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse.

¶ Duo pluresve rei promittendi ita fiunt. *Mæui, decẽ aureos dare spondes: & Seij eosdem decem aureos dare spondes?* si respondeant singuli separatim, *Spondeo.*

1 ¶ Ex huiusmodi obligationibus & stipulationibus solidũ singulis debetur, & promittẽtes singuli in solidum tenentur. In vtraque tamẽ obligatione vna res vertitur, & vel alter debitum accipiendo, vel alter

vel alter soluendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.

2 ¶ Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem, vel sub conditione obligari potest, nec impedimēto erit dies aut cōditio, quominus ab eo, qui purè obligatus est, petatur.

τένδων τὸ χρέος καταβαλὼν, καὶ τὸν συνεπερωτηθέντα ἐλευθεροῖ.

2 ¶ Ἐκ δὲ τῶν δύο ῥέων προμιττένδων, ὁ μὲν πούρως, ὁ δὲ ἰν δίεμ, ἢ ὑπὸ αἵρεσιν ἔνοχος γίνεσθαι δύναται. τουτέστιν οὐκ ἐμποδών τί ἐστιν εἰς τὸ εὐθέως ἀπαιτηθῆναι τὸν ἕνα, τὸν πούρως ἐπερωτηθέντα· οὐ γινομένης ἐμποδίσματος, εἰς τὸ τὸν πούρως ἐπερωτηθέντα, ἐντεῦθεν ἤδη μεθοδευθῆναι, τοῦ τὸν ἕτερον ἰν δίεμ, ἢ ὑπὸ αἵρεσιν ὁμολογῆσαι.

tendi, debitum soluendo, etiam compromissorem liberat.

2 ¶ Ex duobus autem reis promittendi, alius purè, alius in diem, vel sub conditione obligari potest, hoc est, nihil impedit, quo minus is, qui purè promisit, vel statim conueniri possit, quamuis alter in diem vel sub conditione spoponderit.

a l. ex duobus reis 7. ff. eod.

DE STIPULATIONE SERUORUM. TIT. XVIII.

ΠΕΡΙ [b] ΕΠΕΡΩΤΗσεως δούλων. Τίτλος ιζ.

DE STIPULATIONE seruorum. TIT. XVIII.

b Adde 24 Eclo 9 & li. 43. tit. 2. & 3. περὶ ἐπερωτήσεως δούλων ad de titu. Di. e. ſtorum de ſtipular. ſ eruorum.

¶ De stipulatione seruorum. Stipulandi ius, seruis ex persona dominorum, iure ciuili, competere. Quid si mortuus dominus, neque eius adita hereditas? Ipsa hereditas defuncti domini vicem sustinet: & ex ipsius hereditatis, vt ita dicam, persona, seruus hereditarius, ius stipulandi habet, sic tamen vt quod ante aditam hereditatem adquisierit, heredi, qui postea adierit, adquiratur. 1 siue domino, siue sibi, siue conseruo, siue nullius persona adiecta, fuerit stipulatus. Quid si liberi, qui in potestate nostra sunt, quid stipulati fuerint? Eadem, quæ de seruis diximus, obtinebunt, vt scilicet stipulādo, parentibus adquirant quibus casibus adquirere possunt. 2 Quid si factum (puta, sibi agere licere) seruus fuerit stipulatus? sibi non domino ius id adquisiuit. 3 Quid si communis seruus quid stipulatus est? singulis dominis adquirit proportione dominij, nisi iussu vnius, aut nominatim vni adquisiuit, sic tamen, vt quod vni adquiri non potuerit, alteri adquiratur.

SERVUS ex persona domini ius stipulandi habet.

¶ Sed & hereditas in plerisque personæ defuncti vicē sustinet: ideoque quod seruus hereditarius ante aditā hereditatem

Οἱ οἰκέται ἀπρόσωποι [c] ὄντες, ἐκ [d] τῶν προσώπων τῶν οἰκείων δεσποτῶν χαρακτηρίζονται [e]. καὶ ἐκεῖθεν ἔχουσι τὴν κατάληψιν, πότερον ἐπερωτᾶν δύνανται, ἢ οὐ δύνανται. ¶ Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡνίκα πάρεστιν ὁ τοῦ ἐπερωτῶντος οἰκέτου δεσπότης. εἰ δὲ τετελεύτηκε, καὶ οὔπω γέγονεν ἀδιτιών, ἡ κληρονομία [f] διασώζει τοῦ οἰκέτου. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γὰρ τὴν τάξιν ἐπέχει τοῦ προσώπου τοῦ τελευτήσαντος διὸ ὁ ἐρεδιτάριος οἰκέτης πρὸ τῆς ἀδιτίωνος

SERVI cum personā non habeant, ex persona dominorum suorū æstimātur, & ex illa intelligendum est, stipulari ne possint, an non possint.

¶ Sed id quidē cūm stipulatoris serui dominus in viuis est: quòd si mortuus est, neque dum quisquam hereditatem adiit, ipsa hereditas serui domina est. Nam & plerisque in rebus hereditas vicem personæ defuncti sustinet: ideoque seruus hereditarius, quod ante aditam hereditatem

c ἀπρόσωποι dixit seruos. Quia iure ciuili caput non habent. vide quæ scripsi ad l. 3. in fin. ff. de cap. ie minutis: & pro mortuis habentur. l. 209 ff. de reg. iur. Plura vide apud Harmeno. 14. §. 1. & passim.

d Serui ex persona dominorum stipulari possunt.

e χαρακτηρίζεσθαι dixit pro censeri, æstimari.

f vide l. seruus hæreditarius 61. ff. eo. l. non minus 31. in fin. ff. de hæred. instit.

a *Est enim hereditas quiddā ἀσώματον.*

stipulatur, id incorporali illi (siue nomen vocas, siue ius) hereditatis adquirit: & heres postea adiens, vnà cum ceteris rebus actionibúsque hanc in hereditate stipulationem inuenturus est.

1 ¶ Nec verò interest quomodo stipuletur seruus: siue enim dixerit, Mihi aut domino dare spondes? siue, Mihi aut conseruo meo dare spōdes? siue impersonaliter stipulatus sit, dicendo: Dare spōdes? domino ex omnibus huiuscemodi stipulationibus adquirit. ¶ Idem dicimus & de liberis qui in potestate parentum sunt: ex quibus scilicet causis, nobis possunt adquirere, hoc est, ex re nostra.

b *adde l. 1. §. 3. ff. eod.*

c *ἀπροσώπως idem quod impersonaliter persona domini non expressa.*

2 ¶ Sed cùm factū in stipulatione quā seruus noster facit, continetur, persona ipsius, non autē domini spectanda est: velut, si ab aliquo stipuletur, Iter mihi (id est, soli transire) Aut actum, (id est, cum iumento ire) Per fundum tuum præbere spondes? Tunc enim siquidem dominus per fundum ire prohibeatur, nulla datur ei ex huiusmodi stipulatione actio. Seruo autem prohibito committitur stipulatio, propterea quod factum in stipulatione deductum ad personam serui referatur.

d *Quae facti sunt non transeunt ad dominum* l. qui hęredi. 44. ff. de condi. & demonstr. *adde* l. stipulatio 38. §. hi qui. 6. ff. de verb. oblig.

e v. l. 1 §. communis: seruus 4. l. 2. & passim ff. eo. l. vlt. eo. per quas personas nobis adquiritur.

3 ¶ Serui autem communes stipulando vnicuique dominorum pro parte dominii ex stipulatione obligationem adquirunt, siue æquales partes, siue inæquales domini in seruo habeant. Inæquales partes habent, vt in hac specie: cùm quis moriens, Primum & Secundum heredes instituit, alterum ex besse, id est, ex vnciis octo, & alterum ex triente, id est, ex quatuor.

εἰ ἐπερωτήσει, τῷ ἀσωμάτῳ[a] προσπορίζει τῆς κληρονομίας. καὶ μετὰ ταῦτα ἀδιτεύσας ὁ κληρονόμος, μετὰ ἄλλων πραγμάτων τε καὶ ἀγωγῶν, τὴν τοιαύτην ἐν τῇ κληρονομίᾳ εὑρήσει ἐπερώτησιν.

1 ¶ Ἀδιάφορον δέ ἐστιν ὅπως ἐπερωτᾷ ὁ οἰκέτης. εἴτε γὰρ εἴπῃ Ὁμολογεῖς δοῦναι ἐμοὶ, ἢ τῷ ἐμῷ δεσπότῃ; εἴτε Ὁμολογεῖς δοῦναι ἐμοὶ, ἢ τῷ ἐμῷ συνδούλῳ,[b] ἢ ἀπροσώπως[c] ἐπερωτήσῃ λέγων, Ὁμολογεῖς δοῦναι; τῷ δεσπότῃ ἐκ πασῶν τῶν τοιουτοτρόπων ἐπερωτήσεων προσπορίζει. ¶ Τὸ αὐτὸ φαμὲν, καὶ ἐπὶ τῶν ὑπεξουσίων παίδων, ἐφ' ὧν μὲν τοι αἰτιῶν δύνανται ἡμῖν προσπορίζειν, τουτέστιν ἐκ ῥεὶ νόστρα.

2 ¶ Ἡνίκα δὲ φάκτον πρόσκειται τῇ ἐπερωτήσει, ἣν ὁ ἡμέτερος οἰκέτης ποιεῖται, τὸ ἐκείνου σκοπεῖται πρόσωπον, οὐ μὴν τὸ τοῦ δεσπότου. οἷον ἐὰν ἐπερωτήσῃ τινὰ, Ὁμολογεῖς ἐξεῖναί μοι διὰ τοῦ σοῦ ἀγροῦ ἴτερ, τουτέστι παριέναι μόνῳ, Ἢ καὶ ἄκτους, τουτέστι μετὰ ὑποζυγίου βαδίζειν. τότε γὰρ εἰ μὲν ὁ δεσπότης κωλυθῇ διὰ τοῦ ἀγροῦ βαδίσαι, οὐδεμία δίδοται αὐτῷ ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπερωτήσεως μέθοδος. τοῦ δὲ οἰκέτου κωλυθέντος, κομμιττεύεται ἡ ἐπερώτησις διὰ τὸ ἀνάγεσθαι τὸ ἐν τῇ ἐπερωτήσει κείμενον φάκτον εἰς τὸ τοῦ οἰκέτου πρόσωπον.

3 ¶ Οἰκέται δὲ ἐπίκοινοι[d] ἐπερωτῶντες ἑκάστῳ τῶν δεσποτῶν pro[e] parte dominica ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως προσπορίζουσιν ἐνοχήν. εἴτε δὲ ἴσων μερῶν εἴτε δὲ ἀνίσων δεσπόζουσι τοῦ οἰκέτου. δὲ ἀνίσου δὲ συμβαίνει οἷον ἡνίκα τις τελευτῶν, πρῖμον καὶ σεκοῦνδον ἐνστήσεται κληρονόμον, τὸν μὲν εἰς ὀκτὼ, τὸν δὲ εἰς δ'

stipulatur, acquirit hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur.

1 ¶ Siue autem domino, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter seruus stipuletur, domino acquirit. § Idem iuris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere possunt.

2 ¶ Sed quum factum in stipulatione continebitur, omnimodo persona stipulantis continetur. veluti si seruus stipuletur, vt sibi ire agere liceat: ipse enim tātùm prohiberi non debet, non etiam dominus eius.

3 ¶ Seruus communis stipulando, vnicuique dominorū pro portione dominii acquirit: nisi iussu vnius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est: tunc enim soli acquiritur. ¶ Quod

οὐσίας. καὶ τοσοῦτον γὰρ δεσπόζουσι τῶν ἐν τῇ κληρονομίᾳ εὑρεθέντων οἰκετῶν, ὁ μὲν εἰς τὸ δίμοιρον, ὁ δὲ εἰς τὸ τρίτον. εἰ δὲ ὁ ἐπίκοινος οἰκέτης ἐν τῷ ἐπερωτᾶν, ἑνὸς τῶν δεσποτῶν μνημονεύσῃ εἰπὼν, Ὁμολογεῖς διδόναι Πρίμῳ τῷ ἐμῷ δεσπότῃ; ἐκείνῳ μόνῳ προσπορίζεται. ταυτὸ δέ ἐστιν, εἰ καὶ μὴ μνημονεύσῃ ἰδικῶς περὶ Πρίμου ἐν τῇ ἐπερωτήσει, ἀλλὰ ἀπροσώπως ταύτην ποιήσηται. κἀνταῦθα γὰρ μόνῳ Πρίμῳ προσπορίζεται, διὰ [a] τὸ ἰσοδυναμεῖν τῇ μνήμῃ τοῦ ὀνόματος τὴν τοῦ δεσπότου κέλευσιν.[b] ¶ Εἰ δὲ ἀπροσδιορίστως ἐπερωτήσῃ ὁ οἰκέτης, τὸ εἰς ἐπερώτησιν ἐνεχθὲν πρᾶγμα, τῷ ἑνὶ τῶν δεσποτῶν προσπορισθῆναι οὐ δύναται. ὑπόθου γὰρ ἐμὲ καὶ Πρῖμον ἐπίκοινον ἔχειν οἰκέτην. Τίτιον δὲ ἐπερωτᾶσθαι ὑπὸ τοῦ κοινοῦ ἡμῶν δούλου οὕτως, Ὁμολογεῖς ὦ Τίτιε δοῦναι τόνδε τὸν ἀγρόν; τῆς δὲ ἐμῆς ἐτύγχανε δεσποτείας οὗτος ὁ ἀγρὸς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ οὐκ ἔρρωται ἡ ἐπερώτησις. ἐπειδὴ οὐδὲ ἐγὼ δι' ἐμαυτοῦ ἰσχυρῶς ἐπερωτῶ νῦν τὸ ὑπ' ἐμοῦ δεσποζόμενον πρᾶγμα. δάρε γάρ ἐστι τὸ ποιῆσαι δεσπότην. ἐπὶ πλέον δὲ γενέσθαι δεσπότης οὐ δύναμαι τοῦ ἐμοῦ. εἰ τοίνυν εἰς τὸ ἐμὸν πρόσωπον ἀνίσχυρος ἐστὶν ἡ ἐπερώτησις, ζητεῖται εἰς τὸ ἐμοὶ ἐποφεῖλον προσπορισθῆναι, πότερον ἄχρηστος οὖσα ἡ ἐπερώτησις ἀνενέργητός ἐστιν; ἢ ἐμοὶ μὲν οὐδὲν προσπορίζεται, τῷ κοινωνῷ δὲ ὅλον δοθήσεται; ὅπερ καὶ ἤρεσε διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, ὅτι [c] τὸ τῷ ἑνὶ τῶν δεσποτῶν οὐ δυνάμενον προσπορισθῆναι, τοῦτο τῷ ἑτέρῳ προσπορίζεται, τῷ δεκτικῷ τυγχάνοντι τοῦ προσπορισμοῦ.

¶ Quod seruus cōmunis stipulatus, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: veluti si res, quam dari stipulatus est, vnius domini sit.

vnciis. Nam easdem partes habebunt in seruis in hereditate repertis, nempe alter duas partes è tribus, & alter tertiam. Quòd si communis seruus vnius ex dominis in stipulando mentionem fecerit, dicendo, Domino meo Primo dare spondes? illi soli adquirit. Idémque est, & si non specialiter Primi mētionem habuerit in stipulando: sed quum iussu Primi stipularetur, impersonaliter stipulatus fuerit. Nam & hic soli Primo adquirit. Propterea, quòd nominis habita mentio, & præcedens domini iussus tantumdem præstent. ¶ Quòd si indefinitè stipulatus fuerit seruus, & res quæ in stipulationem deducta est, alteri ex dominis adquiri non possit: finge enim mihi & Primo communem esse seruum, eúmque ita à Titio stipulatum esse: Fundum hunc tibi dare spondes? si meus hic fundus fuerit, quantū ad me attinet, stipulatio non valet. Quoniam neq; per me ipsum rectè stipulor rem cuius sum dominus. Dare enim, est dominum facere. At eius, quod meum est, amplius dominus fieri non possum. Si igitur ex persona mea infirma est stipulatio: quæritur, an quantum ad id pertinet, quod mihi debebat adquiri, inutilis sit stipulatio, & sine effectu: an verò potius, mihi quidem nihil adquiratur, sed socio detur solidum? Quod & placuit, propter regulam, qua dicimus: quod vni ex dominis adquiri non potest, id alteri, qui adquisitionis capax est, & ad obligationem admittitur, adquiri.

[a] l. 7. §. & l. 27. ff. eod.

[b] l. 33. ff. eod.

[c] adde l. 25. §. quæstionis est 33. ff. de vsufructu.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

TIT. XIX.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΡΕΣΕΩΣ [a] ἐπερωτήσεων.

Τίτλος ιθ.

DE DIVISIONE STIPVLATIONUM.

TIT. XIX.

¶ De stipulationum diuisione. Stipulationum aliæ Iudiciales. 1 veluti quæ à mero iudicis officio proficiscuntur, vt est cautio de dolo, & de persequendo seruo. 2 Prætoriæ quæ à mero Prætoris (vt est damni infecti vel legatorum) vel Aedilis officio proficiscuntur. 3 Conuentionales, quæ neque à Iudice neque à Prætore sed ex consensu contrahentium. 4 Communes (Iudicibus & Prætoribus) Rem pupilli saluam fore, & Ratam rem haberi.

NEc verò absurdum fuerit, & stipulationum diuisionem nouisse. ¶ Stipulationum enim aliæ sunt Iudiciales, aliæ Prætoriæ, aliæ Conuentionales, & aliæ Communes: hoc est, Prætoriæ simul & Iudiciales.

1 ¶ Et Iudiciales quidem sunt vnius generis, quæcumque à mero Iudicis officio proficiscuntur. Qualis est de dolo stipulatio. Est autem ei locus, quando cum eo, qui mihi ex stipulatione seruum debet, ago actione ex stipulatu. At reus pro certo habens fore vt condemnetur, venenum ei dat, quod paulò pòst quã seruum mihi dederit, enecare eum & interimere possit. Officium iudicis est ob huiusecemodi suspiciones, cogere reum vt in dando seruo, stipulãti promittat, nihil se dolo malo fecisse, quo seruus lædcretur. ¶ Iudicialis est stipulatio, & de persequendo seruo, qui in fuga est. Nã si quis seruum meum ab aliquo bona fide emerit, cum neque vitium subesset, nihil impedit, quo minus currat vsucapio. Quod si nunc ego ante finẽ temporis quod vsucapionem perficit, fortè ante duos aut etiam tres menses, cum possessore actione

a *adde Titul.* Digestorum de prætoriis stipulationibus & sequẽtes. *adde etiã stipulationum diuisionem ex* §. 1. infrà de fideiussoribus *vbi stipulationum alia dicuntur πολιτικαὶ seu ciuiles, alia φυσικαὶ seu naturales.*

b *Stipulationum diuisio. adde* l. 5. ff. eod.

c *Hæ πραιτώριαι dicuntur authori Eclo gæ* 24. tit. ex lib. 43. ti. 1. c. 1. §. 3.

d *Hæ Græcis dicuntur κουβεντιοναὶ author Ecloga* d. loco.

17 ¶ Quoties plures res vna stipulatione cõprehendũtur, si quidem promissor simpliciter respondeat, *Dare spondeo*, propter omnes tenetur. ¶ Si verò vnam ex his vel quasdam daturum se spoponderit: obligatio in iis pro quib. spoponderit, contrahitur.

Ex plu-

pro quibus spoponderit, cōtrahitur: ¶ Ex pluribus enim stipulationibus vna, vel quædam videntur esse perfectæ. singulas enim res stipulari, & ad singulas respōdere debemus.

18 ¶ Alteri stipulari (vt suprà dictum est) nemo potest. Inuētæ enim sunt huiusmodi stipulationes vel obligationes ad hoc, vt vnusquisque acquirat sibi quod sua interest. cęterùm si alii detur, nihil interest stipulatoris. ¶ Planè si quis velit hoc facere, pœnam stipulari cōueniet: vt nisi ita factū sit, vt est comprehensum, cōmittatur pœnæ stipulatio etiā ei, cuius nihil interest. Pœnam enim cùm stipulatur quis, non illud inspicitur quod intersit eius, sed quæ sit quantitas in cōditione stipulationis. Ergo si quis ita stipuletur: *Titio dari?* nihil agit. sed si adiecerit pœnam, *Nisi dederis, tot aureos dare spondes?* tunc committitur stipulatio.

19 ¶ Sed & si quis stipuletur alii cum eius interesset, placuit stipulationē

ἐφ' οἷς καὶ ἀπεκρίνατο. πολλῶν οὖν γινομένων ἐπερωτήσεων, ἐπειδὴ ὅσα[a] ἔγκειται τῇ ἐπερωτήσει πράγματα, τοσαῦταί εἰσι καὶ ἐπερωτήσεις, ἐν ᾗ καὶ δεύτερον πρὸς ὃ ἀπεκρίνατο, perfectum εἶναι δοκεῖ. πρὸς γὰρ ἕκαστον τῶν τῇ ἐπερωτήσει περιεχομένων, καὶ τὴν ἀπόκρισιν γίνεσθαι χρή. οὕτω γὰρ ἐπὶ πᾶσι γενήσεται τελεία ἡ ἐπερώτησις.

18 ¶ Ἑτέρῳ[b] ἐπερωτᾶν ὡς προείρηται,[c] οὐδεὶς ἐρρωμένως δύναται. ἐπενοήθησαν γὰρ αἱ παροῦσαι ἐπερωτήσεις πρὸς τοῦτο, ὥς τε ἵνα ἕκαστον ἑαυτῷ προσπορίζειν τὸ διαφέρον. ἐπεὶ εἴ τις ἑτέρῳ ἐπερωτήσει, ὡς μὴ ὄντος τοῦ διαφέροντος ἀνίσχυρον τὸ πραττόμενον. εἰ δέ τις βούλοιτο ἰσχυρὸν τοῦτο ποιεῖν, ποινὴν[d] ἐπερωτᾶν ὀφείλει. ἵνα τούτου μὴ γινομένου, ἡ τῆς ποινῆς ἀπαίτησις ἁρμόζῃ. οἷον, Ὁμολογεῖς διδόναι Τιτίῳ δέκα νομίσματα, εἰ δὲ μὴ δῷς, δώσεις μοι λόγῳ ποινῆς πέντε, ἢ καὶ πλείονα τυχὸν νομίσματα; ἁρμόσει γάρ μοι ἡ ἀπαίτησις τῆς ποινῆς, εἰ καὶ μὴ δύναμαι τὶ δεῖξαι διαφέρον. ἡνίκα[e] γὰρ ποινήν τις ἐρωτᾷ, οὐκ ἔτι σκοποῦμεν, εἴ τι διαφέρον ἐστὶ τῷ ἐπερωτήσαντι, ἀλλὰ ποία ἐστὶν ἡ τῆς ποινῆς ποσότης, ἡ ἐγκειμένη τῇ τῆς ἐπερωτήσεως αἱρέσει. τίς δέ ἐστιν ἡ τῆς ἐπερωτήσεως αἵρεσις; τουτέστι τὸ ἐγκεῖσθαι ἐν αὐτῇ, Ἐὰν μὴ ποιήσῃς, δώσεις μοι ποινῆς χάριν δέκα νομίσματα; ὥς τε οὖν εἴ τις ἐπερωτήσει Τιτίῳ δοθῆναι, οὐδὲν ἀνύει. εἰ δὲ ποινὴν ἐνθῇ τῇ ἐπερωτήσει, τυχὸν δέκα νομίσματα, ἀνύσει τὸ σπουδαζόμενον.

19 ¶ Εἰ δὲ μὴ ποινὴν ἐντέθηκε τῇ ἐπερωτήσει, ὕπεστι δὲ διαφέρον,[g] ἤρεσεν

ad quę respōdit. Cùm igitur multæ fiunt stipulationes: (quoniam quot stipulatione res cōprehenduntur, totidem sunt & stipulationes) vna ex his aut altera, ad quam scilicet responsum est, perfecta videtur esse. Quoniam ad singulas res, quæ stipulatione comprehenduntur, & respondendum est: Sic enim in omnibus perfecta erit stipulatio.

18 ¶ Alteri (vt dictum est) stipulari nemo vtiliter potest. Ad hoc enim hæ stipulationes inuētę sunt, vt vnusquisque sibi quod sua interest, adquirat. Cæterùm cùm quis alteri stipulatur, quoniam id nihil stipulatoris interest, infirmum est quod agitur. Si quis ergo id velit vtile reddere: pœnam stipulari debet, vt si id factum non fuerit: pœnæ stipulatio committatur. veluti, Titio decem aureos dare spōdes? & si non dederis, pœnæ nomine, quinque aut etiam plures forte aureos mihi dabis? competet enim mihi pœnæ petitio, quamuis ostendere non possim an mea intersit. Nam cùm quis pœnam stipulatur, non illud spectamus, an intersit stipulatoris: sed qualis sit pœnæ quantitas, quæ in conditione stipulationis posita est. Et quę est stipulationis conditio? id est, in ea taie aliquid poni: Si non feceris, dabis mihi pœnæ nomine decem aureos? Itaque si quis stipuletur Titio dari, nihil est quod agit: sed si pœnam stipulationi iniiciat, fortè decem aureos consequetur, quod cupiit.

19 ¶ Sed si quis pœnā in stipulatione nō adiiciat, interfit tamē ipsius: placuit

a *Plures stipulationes quę admodum dignoscātur.* adde l. quod dicitur 86. l. pluribus 141. & l. Titia 134. §. 3. ff. de verbor. oblig.

b *Alteri stipulari non possumus.* l. stipulatio ista 38. §. alteri. 17. ff. de verbor. obligat.

c §. 4. sup. eo.

d *Alteri stipulari possumus sub pœna.*

e *Pœnales stipulationes ita concipiebātur.* adde §. vlt. C. de ver. obligat. l. 71. l. 85. §. 6. l. 137. §. 7. ff. de verbor. oblig. l. obligationum §. pen. & vlt. ff. de oblig.

f *Pœna stipulanti promissa effectus.* l. 38. §. 17. versi. planè. ff. de verbor. oblig.

g Adde 1. Gaium 9. §. 12. vide l. 3. in prin. Co. eo.

a l. 38. §. si stipuler alii cū mea interest 20. ff. de verb. oblig.

b *Stipulationis rem pupilli saluam fore formula adde* §. 4 sup. de diuisione stipul. & sup. de satisdat. tutorum.

c *Stipulari possumus pro curatoribus nostris dari.* l. 38 §. vnde & si procuratori meo 23. ff. de verb. oblig.

d *Stipulari possumus creditori nostro dari.* l. 22. C. de donationib.

e *Adde* l. 38. in prin. & §. 2. ff. de verb. obligat.

valere stipulationē. Nam si cùm Primus & Secundus tutores essent, Primus omnem administrationem Secundo cōtutori suo cesserit: & ab eo stipulatus fuerit rem pupilli saluam & incolumem fore: quoniam interest stipulatoris id ita fieri, cùm teneri possit actione tutelæ. Secundo res malè gerente, tenet stipulatio: ita vt & Primo aduersus Secundum efficacem actionem pariat.

¶ Similiter si à me stipulatus fueris procuratori tuo dari, valet stipulatio. Fortè enim quum procurator tuus alio loco rem gereret, opus habebat pecunia, siue vt in publicum solueret, siue vt ædificia repararet, siue vt fundos excultiores redderet. Et tu cùm me scires in illa loca profecturum, in hūc modum à me stipulatus es: Procuratori meo centum aureos dare spondes? Ecce enim & hîc mea interest, ne si pecuniam procuratori meo non dederis, ego damnum patiar. ¶ Item si cùm creditorem haberes, cui res tuas in causam pignoris dedisti, hoc permisso, vt eas pecunia non soluta venderet, aut etiam pœnam promisisti, si secūdum legem in credendo dictam nō soluisses: stipulatus sis à me in hunc modū: Creditori meo tot aureos dare spōdes? Nisi id impleam, ego tibi obligabor, in quantū tua interest: quod damnū passus sis aut distractis pignoribus, aut exacta pœna. Et hæc quidem de stipulationibus quæ in dando consistunt.

20 ¶ Quòd si quis alium quid facturum promiserit, veluti quòd ille tibi domum æ-

ἰσχύειν τὴν ἐπερώτησιν. ἐὰν [a] γὰρ Πρίμου καὶ Σεκούνδου ὄντων ἐπιτρόπων, Πρίμος παραχωρήσῃ Σεκούνδῳ τῷ συνεπιτρόπῳ τὴν διοίκησιν, ἐπερωτήσῃ δὲ αὐτὸν σῶα [b] καὶ ἀκέραια τὰ τοῦ πουπίλλου φυλάττειν τὰ πράγματα, ἐπειδὴ διαφέρει τῷ ἐπερωτήσαντι, τὸ ταῦτα γενέσθαι· ἔνοχος γὰρ γενήσεται τῇ τουτέλας, μάλιστα τοῦ Σεκούνδου περὶ τὴν διοίκησιν διαγινομένου, ἔρρωται ἡ ἐπερώτησις, ὡς καὶ τίκτειν τῷ Πρίμῳ κατὰ Σεκούνδου ἰσχυρὰν ἀγωγήν. ¶ Ὁμοίως δὲ τῷ οἰκείῳ [c] προκουράτωρι δοῦναί με ἐπηρώτησας, ἰσχύει ἡ ἐπερώτησις. τυχὸν γὰρ ὁ σὸς προκουράτωρ διάγων ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ, ἐδεῖτο χρήματα εἰς τὸ δημόσιον καταβαλεῖν, ἢ οἰκημάτων ἐπανόρθωσιν, ἢ φιλοκαλίαν ἀγρῶν· μέλλοντα δέ με, εἰς τοὺς τόπους ἐκείνους ἐκδημεῖν, ἐπηρώτησας, Ὁμολογεῖς διδόναι τῷ προκουράτωρί μου νομίσματα ἑκατόν; ἰδοὺ γὰρ κἀνταῦθα διαφέρον ὕπεστι, τὸ ἐξ ἀπορίας μὴ δοθέντων τῷ προκουράτωρι τῶν χρημάτων, ζημιωθῆναί με. ¶ Εἰ δὲ κρεδίτωρα εἶχες, ᾧ τυχὸν ἐνεχυριάσας σὰ πράγματα, καὶ ἐπιτρέψας αὐτῷ ταῦτα πωλῆσαι ἐξ ἀγνωμοσύνης σῆς, ἢ καὶ ποινὴν ἐπερωτηθείς, εἴγε μὴ κατὰ τὴν συγκειμένην καταβάλῃς τὰ πράγματα προθεσμίαν, ἐπηρώτησας δέ με, Ὁμολογεῖς [d] διδόναι τῷ ἐμῷ κρεδίτωρι τόσα νομίσματα; ἐμοῦ τοῦτο μὴ πληρώσαντος, ἐπὶ τῷ διαφέροντι ἕξεις με ὑπεύθυνον, ἐφ᾽ οἷς ἐζημιώθης, τῶν ἐνεχύρων διαπραθέντων, ἢ τὴν ποινὴν ἀπαιτηθείς. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἐν δόσει.

20 ¶ Εἰ δέ τις ποιῆσαί τι ἕτερον [e] ὁμολογήσῃ, ὅτι ὁ δεῖνα ποιήσῃ σοι οἰ-

valere. ¶ Nam si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat, cesserit administrationem cōtutori suo, & stipuletur rem pupilli saluā fore: quoniā interest stipulatoris fieri quod stipulatus est, quum obligatus futurus sit pupillo, si malè res gesserit tenet obligatio. ¶ Ergo & si quis procuratori suo dari stipulatus sit: habebit vires stipulatio. ¶ Et si creditori suo quis stipulatus sit, quod sua intereſt: ne fortè vel pœna committatur, vel prædia distrahantur, quæ pignori data erāt valet stipulatio.

20 ¶ Versa vice qui alium facturum

ctūrū promisit, videtur in ea esse caussa, vt non teneatur, nisi pœnam ipse promiserit.

κίαν, οὐδ' ὅλως κρατεῖται, εἰ μὴ ποινὴ ἐντεθῇ τῇ ἐπερωτήσει. ὥς τε διαφοραὶ [a] εἰσὶ τῆς ἰν δάνδο, καὶ τῆς ἰν φακιένδο. ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς δόσεως καὶ ποινῆς μὴ ἐγκειμένης, διαφέροντος δὲ ὑποκειμένου ἰσχύει ἡ ἐπερώτησις. ἐπὶ δὲ τῆς ἐν φακιένδο, ἡνίκα εἰς ἕτερον ἀναφέρηται δίχα ποινῆς, οὐκ ἔρρωται ἡ ἐπερώτησις.

dificabit, omnino non tenetur, nisi pœna stipulationi adiecta fuerit. Est ergo hęc inter stipulationes quæ in dando versantur, & eas quę in faciendo, differentia, quòd in dationibus valeat stipulatio etiam pœna non adiecta, dum tamen stipulatoris intersit: in his verò, quæ in faciendo consistunt, quum ea in alium sine pœna conferuntur, vires stipulatio non habeat.

a Stipulationū in dando & faciendo differētia hæc est. quod alterum daturum sine pœna stipulari possumus: facturum, non possumus.

21 ¶ Item nemo rem suā futuram, in eum casum, quo sua fit, vtiliter stipulatur.

21 ¶ Εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι, μὴ δύνασθαι ὀρθῶς τινα τὸ οἰκεῖον ἐπερωτᾶν πρᾶγμα. διὰ τὸ μὴ ἐπὶ πλέον δεσποτείαν τινὶ δύνασθαι τοῦ οἰκείου πράγματος προσγίνεσθαι. ὅθεν ἐκεῖνο ἐζητήθη. τελευτῶν τις ἐνεστήσατο Πρῖμον κληρονόμον. Στίχον δὲ τὸν ἴδιον οἰκέτην, ἐληγάτευσέ μοι ὑπὸ αἵρεσιν, Si nauis ex Asia venerit. Τίτιος δέ τις ἐποφείλων μοι δέκα νομίσματα, ἐπερωτηθεὶς ἀντὶ τῶν δέκα νομισμάτων, δώσειν μοι Στίχον τὸν αὐτὸν οἰκέτην ὑπὸ τὴν αὐτὴν αἵρεσιν. τελευτήσαντος τοῦ διαθεμένου, καὶ τῆς ἀδιτίωνος γενομένης, μικρὸν ὕστερον ἐξῆλθεν ἡ τοῦ ληγάτου αἵρεσις. ἥτις ἦν καὶ ἐπὶ τῇ ἐπερωτήσει. καὶ δῆλον ὅτι δεσπότης ἐκ τῆς διαθήκης ἐγενόμην τοῦ Στίχου. οὐ δύναμαι κινεῖν ὡς ἀπὸ τῆς ἐπερωτήσεως κατὰ Τιτίου, ἀπαιτῶν τὸν Στίχον τὸν τῆς ἐμῆς δεσποτείας ἤδη γεγενημένον ἐκ τῆς διαθήκης. ὥσπερ γὰρ εἰ τὴν ἀρχὴν ἐμὸν ὄντα οὐ καλῶς κατέφερον εἰς ἐπερώτησιν, καθὰ ἤδη εἴρηται. οὕτως οὐδὲ [b] ἐκεῖνον τὸν κάσον εἰς ἐπερώτησιν ἀγαγεῖν δυνήσομαι, ἐν ᾧ τῆς ἐμῆς γενήσεται δεσποτείας ὅπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος συμβαίνει θέματος.

21 ¶ Diximus suprà, neminem rectè rem suam stipulari posse, propterea, quòd amplius cuiquā rei suæ dominium adquiri non possit. Vnde illud quęsitum est. Quidam moriēs Primum hæredem instituit, Stichúmque seruum mihi sub conditione legauit, si nauis ex Asia venerit. Titius quispiā cùm decem aureos mihi deberet, pro decem illis aureis stipulanti mihi eundem Stichum seruum sub eadē conditione promisit. Mortuo testatore & adita hereditate, paulò post legati conditio extitit, quæ & ipsa in stipulatione erat. Et certum est, me ex testamento Stichi dominū fieri. Agere cum Titio ex stipulatione non possum ad Stichum, qui iam ex testamento dominij mei factus sit. Quemadmodum enim neque si ab initio meus fuisset, vtiliter eum potuissem in stipulationē deducere, ita ante casum illum quo meus futurus esset, in stipulationem cō ferre potui: quod in præsenti specie contingit.

b l. nemo rē suā 87. ff. de verb. obligat.

22 ¶ Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor:

22 ¶ Ἐπειδὴ δὲ εἴρηται, [c] ὅτι σύμφωνον τῇ ἐπερωτήσει εἶναι δεῖ τὴν ἀπόκρισιν ἐζητήθη κἀκεῖνο, εἰ [d] περὶ ἑτέρου μὲν πράγματος, ἐπ' ὅτε ὁ ἐπερωτήσας,

22 ¶ Quoniam item dictum est, cum interrogatione debere responsionē cōuenire, quęsitū est & illud, si de alia re sētiat stipulator, & de alia promissor,

c §. 5. supr. eo.

d l. continuus 137. §. 1. ff. de verb. obligat

Et nulla itidem contrahitur obligatio, perinde atque si ad interrogatum promissor non respondisset: veluti, si cùm ita à te stipularer, Stichum mihi dabis? tu me dicere credas de Pamphilo, quem Stichum putabas vocari.

a 24. Eclo. 9. ex lib. 43. ti. 1. c. 1. 26. generaliter. 36. l. si flagitium 123. ff. de verb. obligat. l. 5. in fin. eod. de cond. ob turpem caus.

23 ¶ Quæ turpi ex causa fit stipulatio, inutilis est: veluti si quis homicidiũ, adulterium, aut sacrilegium se admissurum promittat.

24 ¶ Quum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, & ante euentum eius stipulator decesserit: existente postea conditione hæres stipulatoris ex stipulatione actionem habebit. Idem est, si mortuus sit promissor, & deinde existat conditio: nihilo enim minus ab herede eius peti poterit.

b *Promissoris enim hæres obligabitur.* l. si quis si Titius. 57. ff. de verb. oblig.

c l. qui hoc anno 41. ff. de verbor. obligat.

25 ¶ Qui hoc anno vel hoc mense dare promisit, nisi omnib. anni vel mensis diebus elapsis, non recte ab eo petetur.

d l. Interdum 73. ff de verbor. obligat. l. quod, dicimus 105. ff. de solutionib.

26 ¶ Si fundum dare aut seruum promiseris, non statim tecum agetur: nisi tantùm temporis spatium præterierit, quo traditio fieri poterat.

περὶ δὲ ἑτέρου ἐνόησεν ὁ ἐπερωτηθεὶς, ὁμοίως οὐδεμία συνίσταται ἐνοχή. ὥσπερ εἰ καὶ πρὸς τὸ ἐπερωτηθὲν, ὁ ἐπερωτώμενος οὐκ ἀπεκρίνετο. οἷον ἐὰν ἐπερωτήσω σε, δώσεις μοι Στίχον; σὺ δὲ περὶ Παμφίλου ὑποπτεύσῃς ταῦτα λέγεσθαι, ὃν τινα Στίχον ἐνόμιζες ὀνομάζεσθαι.

23 ¶ Ἡ [a] ἀπὸ αἰσχρᾶς αἰτίας γινομένη ἐπερώτησις, ἄχρηστος. οἷον εἴ τις ἀνδροφονίαν, ἢ μοιχείαν, ἢ ἱεροσυλίαν ἑαυτὸν ποιήσειν ὡμολόγησεν.

24 ¶ Ὑπὸ αἵρεσιν γινομένης ἐπερωτήσεως, εἰ καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως ταύτης ὁ ἐπερωτήσας τελευτήσῃ, μετὰ ταῦτα ἐξιούσης τῆς αἱρέσεως, ὁ τοῦ ἐπερωτήσαντος κληρονόμος, τὴν ἀπὸ τῆς ἐπερωτήσεως ἀγωγὴν ἕξει. τὸ αὐτό ἐστιν, εἰ καὶ ὁ ἐπερωτηθεὶς ἐτελεύτησεν, εἶτα ἐξῆλθεν ἡ αἵρεσις. ὁ γὰρ κληρονόμος [b] αὐτοῦ οὐδὲν ἧττον ἀπαιτηθήσεται.

25 ¶ Ὁ ὁμολογήσας τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ, [c] ἢ τούτῳ τῷ μηνὶ δώσειν, εἰ μὴ πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἤγουν τοῦ μηνὸς παρελθουσῶν ἡμερῶν οὐκ ἐναχθήσεται.

26 ¶ Ἐὰν ἀγρὸν, ἢ οἰκέτην δοῦναι ὁμολογήσῃς, οὐκ εὐθέως ἐναχθήσῃ, εἰ [d] μὴ τοσοῦτον παρέδραμε διάστημα χρόνου, ἐν ᾧ παράδοσις ἠδύνατο γενέσθαι.

perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatũ responsum non esset: veluti, si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Pãphilo senseris, quẽ Stichum vocari credideris.

23 ¶ Quod turpi ex causa promissum est: veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat, non valet.

24 ¶ Cùm quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit: licèt ante conditionem decesserit: postea existente conditione, heres eius agere potest. Idem est & ex promissoris parte.

25 ¶ Qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus est, nisi omnibus partibus anni vel mẽsis præteritis, non rectè petet.

26 ¶ Si fundum dari stipuleris, vel hominem, non poteris continuò agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit.

---

e ἐγγυητῶν, ἀντιφωνητῶν, de fideiussoribus, & sponsoribus. Harmẽ. 6.7. Eclo. 14. & Titul. Digest. & Cod. de fideiussorib.

DE FIDEIVSSORIBVS. TIT. XXI.

ΠΕΡΙ ΕΓΓΥΗΤΩΝ. [e] Τίτλος κα.

DE FIDEIVSSORIBVS. TIT. XXI.

¶ *De fideiussoribus. Pro reis promittendi & iis qui verbis obligati sunt.* 1 *Imo, & pro iis qui obligati re, verbis, literis, consensu, vel naturaliter tantùm (vt sunt serui) fideiussores dari posse.* 2 *Fideiussorem relinquere suum heredem ex causa fideiussionis obligatum.* 3 *Præcedere & subsequi obligationem posse.* 4 *Plures dari posse: & quemadmodum illo casu, inter plures fideiussores diuidatur obligatio.* 5 *Plus obligari fideiussores non posse, quàm principalis sit obligatus; minus obligari posse vel quantitate, vel conditione, vel tempore.* 6 *Actionem mandati, aduersus reum fideiussori pro reo soluenti competere.* 7 *Græcè fideiussorem accipi posse.* 8 *Solennem fideiussionem, eam quæ scripta sit, præsumi.*

Pro eo,

PRo eo, qui promittit, solent alij obligari, qui fideiussores appellantur, quos homines accipere solent dum curãt, vt diligentius sibi cautum sit.

1 ¶In omnibus autem obligationibus adsumi possunt: id est, siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu cõtractæ fuerint. ¶ At nec illud quidem interest, verùm ciuilis, an naturalis sit obligatio, cui adiicitur fideiussor: adeò quidem vt pro seruo quoque obligetur: siue extraneus sit, qui fideiussorem à seruo accipiat, siue ipse dominus in id, quod sibi naturaliter debetur.

ΥΠΕΡ [a] τῶν ἐπερωτωμένων εἰώθασιν ἕτεροι γίνεσθαι ἔνοχοι, οἵτινες fideiussores, [b] τουτέστιν ἐγγυηταὶ [c] προσαγορεύονται, οὓς οἱ ἄνθρωποι εἰώθασι προσλαμβάνεσθαι φροντίδα τιθέμενοι τοῦ ἐν ἀσφαλεστέρᾳ τάξει αὐτοῖς εἶναι τὸ συνάλλαγμα.

1 ¶ Ἐν [d] πάσαις δὲ ταῖς ἐνοχαῖς, παραλαμβάνεσθαι εἰώθασιν οἱ ἐγγυηταὶ, τουτέστιν εἴτε ρὲ, εἴτε βέρβις, εἴτε λίττερις, εἴτε κονσένσου συστῶσι. ¶ Ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνο ἐστὶν ἡμῖν ἐν διαφορᾷ. πότερον πολιτικὴ, ἢ φυσικὴ ὑπάρχει ἐνοχὴ, ᾗ προστίθεται ὁ ἐγγυητής. ¶ Τί δὲ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ τῶν ἐπερωτήσεων [e] αἱ μέν εἰσι πολιτικαὶ, αἱ δὲ φυσικαί. πολιτικαὶ μὲν ἐξ ὧν τίκτονται αἱ ἀγωγαὶ, αἱ κινούμεναι κατὰ τοῦ ἐνόχου γινομένου, καταδικάζεσθαι αὐτὸν παρασκευάζουσαι. καὶ καταβολὴ γινομένη ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἐπιδέχεται ῥεπετιτίωνα· εἰ [g] γὰρ ἄκων ὁ γενόμενος ὑπεύθυνος ἀπαιτεῖται, καταβαλὼν οὐ δύναται ῥεπετιτεύειν. φυσικαὶ [h] δέ εἰσιν, αἵτινες, οὐδὲ ἀγωγὴν τίκτουσιν, οὐδὲ καταδίκην ἐπάγουσι. δύο [i] μέντοι γνωρίσματα ἐστὶν εὑρεῖν ἐν αὐταῖς, τὸ [k] τὴν καταβολὴν γινομένην μὴ ἐπιδέχεσθαι ῥεπετιτίωνα, καὶ [l] τοὺς δοθέντας ἐγγυητὰς φύσει καὶ νόμῳ κρατεῖσθαι. κανὼν [m] γάρ ἐστιν ὁ λέγων, ὧν οἱ πρωτότυποι φύσει κρατοῦνται, τούτων οἱ ἐγγυηταὶ καὶ φύσει καὶ νόμῳ ἐνέχονται. τοιοῦτός ἐστιν ὁ πούπιλλος σίνε τούτορις αὐκτωριτάτε δανεισάμενος. αὐτὸς μὲν γὰρ φύσει κρατεῖται. ὁ δὲ ἐγγυησάμενος αὐτὸν καὶ φύσει καὶ νόμῳ. ἐπειδὴ σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον.

PRo eo qui promittit, solent & alij obligari, qui Fideiussores appellantur, quos homines accipere consueuerũt, dũ curant vt diligẽtiùs de re quam gesserunt sibi prospectum sit.

1 ¶ In omnibus autem obligationibus accipi solent fideiussores: hoc est, siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu contractæ sint. ¶ Ac ne illud quidem interesse putamus: verùm ciuilis sit, an naturalis obligatio cui fideiussor accedit. ¶ Quid autem id sit, necesse est dicere. Hæc habe in modũ cuiusdam præuiæ inspectionis. Stipulationum, aliæ sunt Ciuiles & aliæ Naturales. Ciuiles, sunt ex quibus actiones nascũtur, quę aduersus eum, qui nobis obligatus est, intentantur, ac efficiunt, vt is condemnetur: & solutio ex eis sequuta, repetitionẽ non admittit. Nam si & ab inuito eo quem nobis obligauimus, exigi potest: eius quod soluerit, repetitionem habere non poterit. Naturales autem sunt, quæ neque actionem pariunt, neque ad condemnationem proficiunt. Duo tamen in eis inuenias signa notabilia, prius, quòd ex solutione, repetitionẽ non præstant: alterũ, quod fideiussores ex tali causa dati, naturaliter & ciuiliter teneantur. Est.n. regula quę dicimus, quum principales naturaliter tantùm tenentur, eorum fideiussores naturaliter & ciuiliter obligari. Huiuscemodi est pupillus, qui sine tutoris auctoritate mutuum accepit. Ipse enim naturaliter tenetur, sed qui fidem suã pro eo interposuit, naturaliter & ciuiliter obligatur. His ita inspectis, vide deinceps rem de qua agimus.

a *Fideiussores qui.*
b *Obligantur pro proprio more vel alieno. Hec qui facit ... dicitur* 52. Eclo. 1. c. 1. in *fi. Formula fideiubendi vide* apud 2. Ga. 5. § 3.
c *Idem* 7. Eclog. 14. ex li. 26. tit. 1 c. 1 l. 1. l. 8. §. 1 ff. de fideiussorib.
d *Stipulationũ alia ... ciuiles: alia ... seu naturales.*
e *Stipulationes ...*
f *Quod ab inuito potest exigi, id repetere solutũ non potest.*
g *Stipulationes naturales neque actionẽ pariunt neque cõdemnationem.*
h *Naturalis obligationis singularia.*
i *Naturales obligationes nõ eo solo æstimãtur, quod actio aliqua nõ earũ nomine quòd cõpetit, verũ etiã soluta pecunia repeti nõ põt.* l. fideiuss. 16. §. naturales 14. ff. de fideiuss.
k *Fideiussor vel naturali tantũ obligationi accedere põt. Quod enim solutũ repeti nõ põt: huius, puta naturalis obligationis fideiussor accipi põt.* l. 6 in fi. l. 7. ff de fideiussor.
l *Naturaliter obligatus tantum si fideiussorẽ dederit, fideiussorem suũ relinquit naturaliter & ciuiliter simul obligatum.*
m *De fideiussore pupilli & similium vide* l. Marcellus 25. ff. de fideiussorib.

Diximus non solùm in ciuilibus obligationibus, sed etiam in naturalibus fideiussorem rectè accipi. Naturales autem dico obligationes: veluti si seruus alii quàm domino obligatus, aut etiã ipsi domino (Naturaliter videlicet, quoniam Ciuiliter nõ potest) fideiussorẽ dederit extraneo vel domino suo pro rebus, quas illi debebat. Tenetur igitur fideiussor & naturaliter & Ciuiliter, propterea, quod principalis persona, id est, seruus naturaliter obligetur.

a *Seruus naturaliter obligatur non ciuiliter: serui fideiussor, naturaliter & ciuiliter.*

2 ¶Porrò non solùm fideiussor ipse obligatur, sed etiam defunctus hæredẽ suum relinquit obligatũ.

b l. potest 4. § 1. ff. de fideiuss. 2. Gai. 9. §. 1. vet. & nõ solum.

3 ¶Potest autem fideiussor & obligationem eius, pro quo fidem suam interponit, ante capere, siue præcedere veluti, cùm mutuũ ab aliquo esses accepturus, antequam contractus constitueretur, fideiussorẽ dedisti. Sed & fieri potest, vt postquã contractus celebratus fuerit, fidem tuã pro me interponas.

c *Futura vt præcedenti obligationi fideiussor adhiberi potest.* l. 6. in fi. ff. eod. *hoc est præcedere & subsequi obligationi potest, qua parte differt à mandatore & consentiente pro alio. Ille obligationem tantum præcedere, non subsequi.* l. 12. § si post. 14. ff. mandati. *Hic subsequi, non præcedere solet.* l. 1. ff. de pecunia constituta.

4 ¶Si plures fuerint dati fideiussores, quotcumque sint numero, non pro partibus, sed singuli eorum in solidum tenentur: vt liberum sit creditori, qui cum velit insolidum agere. Sed ex epistola Hadriani Cæsaris, compellitur creditor à singulis, qui modò soluẽdo sint litis contestatæ tẽpore, partes viriles pro rata petere: vnde si quis fideiussorum eo tempore, soluendo esse non inueniatur, eius inopia cõfideiussores onerat. Veluti, quinque erant fideiussores in debitum centum aureorum. Cùm omnes essent soluendo, singuli in vicenos conueniebantur. Sed cùm vnus eorum non soluẽdo factus esset, eius inopia cæteris damno est. Nõ enim à quatuor, viceni, sed viceni quini peten-

d *Ius hoc vetus fuit* 2. Gai. 9. §. 3. in fi. ad *de qua scripsi* ad l. Inter fideiussores 26. de fideiussorib.

e *De epistola D. Hadriani, vide* d. l. 26. l. vlt. C. de constituta pecunia *Paul.* 1. sent. 20. §. 1.

εἰρήκαμεν ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ πολιτικαῖς ἐνοχαῖς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φυσικῶς, ὀρθῶς ἐγγυητὴς παραλαμβάνεται. φυσικὰς δὲ λέγω ἐνοχὰς, οἷον ἐὰν ὁ οἰκέτης [a] ἔνοχος γινόμενος τῷ μὴ δεσπότῃ, ἢ καὶ τῷ δεσπότῃ, φυσικῶς δηλονότι· οὐδὲ γὰρ ἐννόμως ἐνδέχεται, δῷ ἐγγυητὴν, εἴτε τῷ ἐξωτικῷ, εἴτε τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ ὑπὲρ ὧν ὑπώφλησεν αὐτῷ πραγμάτων· κρατεῖται οὖν ὁ ἐγγυητὴς καὶ φύσει καὶ νόμῳ, διὰ τὸ τὸν πρωτότυπον, τουτέστι τὸν οἰκέτην φύσει κατέχεσθαι.

2 ¶ Οὐ [b] μόνον αὐτὸς ὁ ἐγγυητὴς ἔνοχος γίνεται, ἀλλὰ καὶ τελευτήσας, ἔνοχον τὸν οἰκεῖον καταλιμπάνει κληρονόμον.

3 ¶ Δύναται δὲ ὁ ἐγγυητὴς καὶ [c] προλαμβάνειν τὴν ἐνοχὴν ἐκείνου, ὃν ἐγγυᾶται, οἷον μέλλων δανείζεσθαι παρά τινος, πρὸ τῆς τοῦ συναλλάγματος συστάσεως δέδωκας ἐγγυητὴν, ἢ καὶ μετὰ σύστασιν τὸ συνάλλαγμα ἐγγύησαί με.

4 ¶ Τότε εἰ πλείονες γίνωνται ἐγγυηταὶ, ὅσοι ἂν τὸν ἀριθμὸν ὦσιν, οὐκ εἰς μέρος, ἀλλὰ ἕκαστος αὐτῶν εἰς ὁλόκληρον κατέχεται. ὥς [d] τε ἐλευθερίαν εἶναι παρρησίαν τῷ κρεδίτωρι, καθ᾽ οὗ βούλεται χωρεῖν εἰς ὁλόκληρον, ἀλλ᾽ ἐξ ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ [e] τοῦ βασιλέως, ἀναγκάζεται ὁ κρεδίτωρ ἕκαστον ἐγγυητὴν εὔπορον ὄντα ἐν καιρῷ προκαταρξέως τὸ ἀναλογοῦν ἀπαιτεῖν. ὅθεν εἴ τις τῶν ἐγγυητῶν, ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἄπορος εὑρεθῇ, ἡ τούτου ἀπορία τοὺς συνεγγυητὰς βαρύνει. οἷον ε ἦσαν ἐγγυηταὶ, ρ ὑποφειλομένων νομισμάτων. εὔποροι μὲν ὄντες πάντες ἐνήγοντο εἰς ἀνὰ κ. ἀπορήσαντος δὲ ἑνὸς ἐξ αὐτῶν, ἡ ἀπορία τοῖς λειπομένοις ζημίαν προσφέρει, οὐκ ἔτι γὰρ πρὸς κ οἱ δ, πρὸς κε δὲ ἀπαιτηθή-

2 ¶Fideiussor non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem relinquit obligatum.

3 ¶ Fideiussor & præcedere obligationem, & sequi potest.

4 ¶ Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur. Itaque liberum est creditori, à quo velit solidum petere. Sed ex epistola diui Adriani compellitur creditor à singulis qui modò soluendo sint litis contestatæ tempore, partes petere. Ideóque si quis ex fideiussoribus eo tempore soluendo non sit, hoc cæteros onerat.

¶ Sed si ab vno fideiussore creditor totum cõsequutus

sequutus fuerit huius solius detrimentum erit, si is pro quo fideiussit, soluendo non sit: & sibi imputare debet, cum potuerit iuuari ex Epistola diui Adriani, & desiderare vt pro parte in se detur actio.

5 ¶ Fideiussores ita obligari non possunt, vt plus debeant quam debet is, pro quo obligantur. ¶ Nam eorum obligatio, accessio est principalis obligationis: nec plus in accessione potest esse, quàm in principali re. ¶ At ex diuerso, vt minùs debeant, obligari possunt. ¶ Itaque si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinque rectè obligatur: contrà verò obligari non potest. ¶ Item si ille purè promiserit, fideiussor sub cõditione promittere potest: contrà verò non potest. ¶ Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus est enim

σονται, ἐπειδὴ εἰ μετὰ τὴν προκατάρξιν ἕνα ἀπορῆσαι συνέβη, ἡ τούτου ἀπορία τῷ δανειστῇ, οὐ μὴν τοῖς ἐγγυηταῖς προσάξει ζημίαν. εἰ δὲ καί τις καθ᾽ ἑνὸς τῶν συνεγγυητῶν χωρήσας, τὸ ὁλόκληρον λάβῃ, τοῦτο αὐτὸν μόνον ἀδικεῖ τὸν ἀπαιτηθέντα. οὔτε γὰρ κατὰ τῶν συνεγγυητῶν ἔχειν τινὰ ἀγωγὴν συγκεχώρηται. οὐδὲ κατὰ τοῦ πρωτοτύπου ἰσχυρῶς κινῆσαι ἀπόρου ὑπάρχοντος. ἑαυτῷ δίκαιός ἐστιν ὁ τοιοῦτος ἐγγυητὴς ἑαυτὸν αἰτιᾶσθαι. ὁπότε ἐναγόμενος ἠδύνατο βοηθεῖσθαι ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ ἐπιστολῆς, καὶ παρασκευάσαι, ἵνα ἐξ ἴσου τοῖς συνεγγυηταῖς ἀπαιτηθῇ.

5 ¶ Οἱ ἐγγυηταὶ οὕτως ἔνοχοι γίνεσθαι οὐ δύνανται, ὡς [a] πλέον αὐτοὺς ὀφείλειν, ἤπερ ὀφείλει ἐκεῖνος ὑπὲρ οὗ γεγόνασιν ἔνοχοι. καὶ γὰρ ἡ [b] τῶν ἐγγυητῶν ἐνοχὴ, accessio εἶναι λέγεται. τουτέστι παρακολούθημα, ἤγουν ἐφόλκιον τῆς πρωτοτύπου ἐνοχῆς. οὐ [c] δύναται δὲ ἐν τῇ accessione εἶναι πλέον ἤπερ ἐστὶν ἐν τῇ πρωτοτύπῳ δίκῃ. ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου, ἵνα ἧττον [d] ὀφλήσωσιν ἔνοχοι γίνεσθαι δύνανται. διὰ τοῦτο ἐὰν ὁ πρωτότυπος, τουτέστιν ὁ δεβίτωρ, δέκα χρυσοῦς δώσειν ὁμολογήσῃ, πέντε αὐτοῖς ἰσχυρῶς ἐπερωτῶνται. τοῦ δὲ πρωτοτύπου πέντε ἐπερωτηθέντος, οὐ καλῶς ὁ ἐγγυητὴς ἐπὶ δέκα παραλαμβάνεται. ὁμοίως ἐὰν ὁ πρωτότυπος πούρως ἐπερωτηθῇ, ὁ φιδεϊούσσωρ ὑπὸ αἵρεσιν ἐπερωτᾶσθαι δύναται.

¶ Ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου, τοῦ πρωτοτύπου ὑπὸ αἵρεσιν ἐπερωτηθέντος, ὁ ἐγγυητὴς ὑπὸ αἵρεσιν μὲν ὀρθῶς, πούρως δὲ οὐ δεόντως ἐπερωτᾶται. οὐ γὰρ [e] μόνον ἐν ποσότητι, ἀλλὰ καὶ ἐν χρόνῳ, τὸ πλέον καὶ ἧττον νοεῖσθαι χρή. πλέον γάρ ἐστι

tur. Sin igitur vnũ ex his post litis contestationem non soluendo fieri cõtingat: huius inopia, creditori tantùm, non etiam fideiussoribus fraudi erit. Sed si cum vno confideiussorum creditor egerit, & solidum ab eo consecutus sit: id eius solius à quo petitum fuerit, detrimentũ est. Quoniam neque aduersus cõfideiussores aliquam actionem habere concessum est: neque viliter aget cum principali, qui soluendo non est. Superest, vt de se ipso queratur, & sibi imputet, cùm conuentus ex epistola Hadriani iuuari potuerit, ac desiderare, vt ex æquis partibus in confideiussores daretur actio.

5 ¶ Fideiussores ita obligari non possunt, vt plus debeant, quàm debet is pro quo obligantur: nã fideiussorum obligatio, accessio esse dicitur & sequela principalis obligationis. At plus in accessione esse non potest, quàm est in principali re. Verùm ex diuerso, vt minus debeant, obligari possũt. Et ideo, si principalis, id est, debitor decem aureos dare spopondit, quinque ab ipsis rectè stipulaberis: sed cùm principalis quinque promisit, non rectè in decem fideiussor accipitur. Eadem ratione, si principalis purè promisit, fideiussor sub conditione expromittere potest.

¶ Ex diuerso, cum principalis sub cõditione promisit, fideiussor sub cõditione quidẽ rectè: purè verò, non aptè expromittit. Quoniam non solùm in quantitate, sed etiam in tẽpore, plus aut minus intelligẽdum est. Plus .n. est, obligat.

a l. Græce 8. §. illud. 7. l. hi qui 34 l. si ita 42 ff. de fideiussorib.

b Fideiussorũ obligatio accessio dicitur. vnde accessionis loco promittere dicuntur. l. 34. ff. eod.

c Plus in accessione esse nõ potest quam in principali.

d d. l. 8. §. 7.

e Plus non tãtum quantitate, sed & tempore æstimamus. adde §. 33. vers. plus autem inf. de actionibus. l. solidum 85. ff. de solutionibus. l. 12. in fi. ff. de verb. obligat.

statim aliquid dare: minus verò, post tempus dare.

6 ¶ Fideiussor autem, eius quod pro principali soluerit, recuperandi caussa, habet contra eum mãdati actionem.

a *Adde l. 5. §. 2. l. 40. l. 51. ff. mandati.*

7 ¶ Græcè fideiussor ita plerunque spondet: τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, θέλω aut βούλομαι. Sed & si dixerit φημί, perinde est, atque si dixisset λέγω.

b *l. Græcè 8. ff. de fideiussorib. Nec tãtũ Latinè. Est autem Latinè hunc in modũ, Istum fi le fua esse iubes? Fide mea esse iubeo. 2. Gai. 9. §. 3.*

8 ¶ In stipulationibus fideiussorum sciendum est, quodcumque scriptum sit quasi actum, per præsumptionem actum videri. Et ideo in confessum venit, si quis scripserit se fideiussisse, omnia quæ consueuerunt, acta videri: videlicet eum vt fideiussorem interrogatum esse, & ipsum conuenienter spopondisse.

c *Simile est* … *§. 16. sup. de inutilibus stipulationibus.*

τὸ δὲ ἀθέως τί ποτε δοῦναι. ἥττον δὲ τὸ μετὰ χρόνον δοῦναι.

6 ¶ Ὁ ἐγγυητὴς καταβαλὼν ὑπὲρ τοῦ πρωτοτύπου ἐπὶ ἀναλήψει τῶν δεδομένων, ἔξει κατ' αὐτοῦ τὴν μανδάτι [a] ἀγωγήν.

7 ¶ Ἑλληνιστὶ [b] ὁ φιδεϊουσσωρ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὕτως ὁμολογεῖ. Τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, θέλω, ἤγουν βούλομαι. εἰ δὲ καὶ τὸ Φημὶ εἴποι, ὁμοίως ἐστὶν, ὥσπερ εἰ εἶπε, λέγω.

8 ¶ Ἐπὶ τῶν ἐπερωτήσεων τῶν ἐγγυητῶν, ἰστέον ἐστὶν, ὅτι ὅπερ δ' ἤποτε εἴη γεγραμμένον ὡς γινόμενον περιλήψει γεγονῆναι δοκεῖ. διὸ ὡμολόγηται, εἴ τις ἑαυτὸν ἔγραψεν ἐγγυήσασθαι, δοκεῖ [c] πάντα τὰ εἰωθότα πεπρᾶχθαι. οἷον τὸ ἐπερωτᾶσθαι αὐτὸν ὡς ἐγγυητὴν, καὶ ἑαυτὸν ἀκολούθως ὡμολογηκέναι.

statim aliquid dare minus est, post tẽpus dare.

6 ¶ Si quid autem fideiussor pro reo soluerit, eius recuperandi caussa habent cũ eo mandati iudicium.

7 ¶ Græcè etiã fideiussor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ, sed & si dixerit, θέλω siue βούλομαι, sed & φημί, pro eo erit, ac si dixerit, λέγω.

8 ¶ In stipulationibus fideiussorum sciẽdum est hoc generaliter, accipi vt quodcunq; scriptum sit quasi actum, videatur etiam actum. Ideóque constat, si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia solemniter acta.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBUS. TIT. XXII.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΓΡΑΜΜΑΣΙΝ ἐνοχῆς. Τίτλος κβ.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBUS. TIT. XXII.

¶ *De literarum obligatione, & quemadmodum olim fieret, & hodie fiat, & de exceptione non numerata pecunia aduersus literarum obligationem, & intra quod tempus possit obiici.*

d *Literarum obligatio quid & quomodo olim fieret.*

e *Τυπικῷ ῥήματι, ἢ γράμματι idẽ quod solemnia ac certa.*

f *Quæ hunc in modum perficitur literarũ obligatio, fit à contractu ad alium contra illum, seu a re ad rem: se & alia quoq; forma constituebatur aut enimã re in personã aut à personã in personã fiebat, qua de re vide Gaium lib. 2. tit. 5. §. 11.*

Post obligationem quę re, item quę verbis contrahitur, dicamus de obligatione literarum. ¶ Habebat autẽ apud veteres literarum obligatio talem quandam definitionem. Literarum obligatio est veteris nominis in nouum creditum per solemnia verba & solemnes literas transformatio. Nã, si cũm quis mihi centum aureos deberet ex emptione, aut locatione, aut mutuo, aut stipulatione (multis.n. modis aliqđ nobis deberi põt.) voluissẽ hũc mihi obligari esse literarũ obligatiõe: necesse erat verba hęc dicere & scribere ad

Μετὰ τὴν μὲν, καὶ τὴν βερβις, εἴπωμεν περὶ τῶν λίτερις. ¶ Ἡ δὲ λίτερις τὸ παλαιὸν, τοιοῦτον ἐπιδέχετο ὅρον. λίτερις [d] ἐστὶ, τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μεταχηματιζόμενον, ῥήματι [e] καὶ γράμματι τυπικῷ. εἰ γάρ [f] τις ἐχρεώστει μοι ἑκατὸν νομίσματα, ἀπὸ ἀγορασίας, ἢ μισθώσεως, ἢ δανείσματος, ἢ ἐπερωτήσεως. πολλαὶ δὲ τῶν χρεῶν προφάσεις. ἐβουλόμην δὲ τοῦτον ὑποθέσθαι με πεῖσαι τῇ λίτερις ἐνοχῇ· ἀνάγκη ἦν ταῦτα λέγειν καὶ γράφειν τὰ ῥήματα πρὸς αὐ-

Olim scriptura fiebat obligatio quæ nominibus fieri dicebatur: quæ nomina hodie non sunt in vsu.

¶ Planè si quis debere se scripserit, quod sibi numeratum non est: de pecunia minimè numerata, post multum temporis exceptionem opponere non

non potest. hoc enim sæpissimè constitutum est. sic fit, vt & hodie, dum quæri non potest, scriptura obligetur: & ex ea nascatur conditio, cessante scilicet verborum obligatione.

τὸν ὃν ἔνοχον ἐβουλόμην τῇ λίτερις ποιῆσαι ἐνοχῇ, ἦν δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα ἅτινα καὶ ἐλέγετο, καὶ ἐγράφετο. Τοὺς ἑκατὸν χρυσίους. οὓς ἐμοὶ ἐξ αἰτίας μισθώσεως χρεωστεῖς, σὺ ἐκ συνθήκης καὶ ὁμολογίας δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων. εἶτα ἐνεγράφετο, ὡς ἀπὸ τοῦ ἐνόχου ἤδη γινομένου ἐκ τῆς μισθώσεως ταῦτα τὰ ῥήματα. Ἐκ τῆς συνθήκης ὀφείλω τῶν οἰκείων γραμμάτων. καὶ ἡ μὲν προτέρα ἐνοχὴ, ἀπεσβέννυτο. καινοτέρα [a] δὲ ἐτίκτετο, τουτέστιν ἡ λίτερις. αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ἐν γράμμασιν εἶναι τὴν ὀνομασίαν ἐδέξατο. σήμερον δὲ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἔστι δὲ εὑρεῖν, εἴ τις ἀκριβέστερον κατανοήσει, καὶ σήμερον [b] πολιτευομένην τὴν λίτερις ἐνοχὴν καθ' ἕτερον σχῆμα. εἰ γάρ τις βουλόμενος δανείσασθαι παρ' ἐμοῦ διαλεχθῇ μοι περὶ τούτου, ἐγὼ δὲ ἐπέτρεψα αὐτὸν ποιῆσαί μοι γραμματεῖον, καὶ δὴ καθ' ἑαυτὸν οὐ παρόντος ἐμοῦ τὸ γραμματεῖον ἐποίησεν, ἐν ᾧ εἶπεν ὅτι Ἐδανεισάμην ἐγὼ κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν παρὰ τοῦ δεῖνος καὶ ταῦτα ὑποφείλω, ἐπερώτησις δὲ, οὐκ ἐνετέθη, ἤγουν καὶ ἐντεθεῖσα ἄχρηστος ἦν, διὰ τὸ γεγενῆσθαι τὸ τοιοῦτον συμβόλαιον, οὐ παρόντος τοῦ δανείσαντος, ἐνταῦθα χρόνου παραδραμόντος πολλοῦ ζητεῖται εἰ δύναται ἐνάγεσθαι, ὁ τὸ εἰρημένον ἐκθέμενος γραμματεῖον καὶ λέγομεν ὅτι οὐδὲ ἀπὸ τοῦ ῥὲ δύναται ἐναχθῆναι τὸ παρὸν πρόσωπον. οὐ γὰρ γέγονεν ἀπαρίθμησις. οὐδὲ ἀπὸ τοῦ βέρβις, ἐπειδὴ μὴ παρόντων τῶν δύο μερῶν γέγονεν ἡ ἐπερώτησις. ἢ αὐτὸ τοῦτο οὐδὲ γέγονεν ἡ ἐπερώτησις. λείπεται οὖν ἀπὸ μόνον τῶν γραμμάτων ἔνοχον αὐτὸν γενέσθαι. καὶ ἰδοὺ ποτὲ, καὶ σήμερον γίνεται τὶς ἔνοχος τῇ λίτερις.

eum, quem literarum obligatione obligatum habere volebā. Sunt autē hæc verba, quæ dicebantur & scribebantur: Centum illos aureos, quos mihi ex causa locationis debes, tu mihi ex conuentione & promissione literarū tuarum dabis. Deinde adscribebantur vt ab eo, qui iā ex locatione obligatus esset, hæc verba: Ex conuentione debeo literarū mearum. Et prior obligatio extinguebatur: nouaque literarum nascebatur. Quæ ex eo nomen habet, quod in literis consistat. Sed hodie hæc in vsu nō sunt. Inuenias tamē & hodie si diligentius inspicias, in communi vita versari quandā literarum obligationem, sed quæ aliam formam aliámque figuram habeat. Nā si quis cùm à me mutuari vellet, ea de re mihi loquutus sit, & ego ei iussserim vt schedulam mihi conscribat, atque is illam solus me non præsente cōscripserit, in qua talia quędam dixit: Hodie ego ab illo mutuo accepi, & hæc debeo, nec vlla stipulatio adscripta sit, aut quæ scripta est, inutilis sit, propter ea quod in re gerenda creditor præsens non fuerit: quæritur an multo tempore post illa elapso, agi cum eo possit, qui dictam schedulam emisit. Et dicimus personam hāc ex obligatione quæ re contrahitur, conueniri nō posse: quia nulla numeratio interuenerit. Neque rursus ex verborum obligatione, quia stipulatio nulla intercesserit, aut quæ intercessisse dicitur, non præsente vtraque parte intercesserit. Reliquum est ergo, vt ex solis literis obligata sit. Ecce igitur, quod modo & hodie quis ex literis obligetur.

a *Nouari olim solebat obligatio vel in verborum obligationem* §. 1. *ff. quibus modis tollitur obligat. vel in obligationem nominum. Hodie nouatur etiam nudo consensu.* l. singularia. ff. de reb. creditis *de nominum obligatione*, *adde* 3. Gell. 2. *Ciceronem* 4 ad Atticum. vlt.

b *Literarum obligatio quēadmodum hodie contrahatur. adde* l. nō figura literarum. 38 ff. de obligat. & act.

¶ Et olim quidē, id quod dicitur de multo tempore, vsque ad quinquenniū procedebat. Posthoc enim tempus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non licebat, & dicere creditori: Tu te numerasse ostende. Nam id multis Imperatorum constitutionibus cautum est. Sed quoniam id creditoribus molestum erat, Imperator noster, ne multo tempore elapso, hoc est triennio aut quadriennio, creditores quum post tantum temporis iuberentur probare, vera omnia esse, in difficultates molestiásque probationum, propter longitudinem elapsi temporis inciderent: & ita ex illa re, pecuniis forsitan suis defraudarentur: constitutionem edidit, qua quinquennij spatiū intra biennij metas conclusit. Sic igitur intra tempus hoc recte talis exceptio opponi poterit, post biennium omnino non poterit.

a l. 1. C. Hermogeniano de causa & non numerata pecunia.
b Ἀναργυρίας παραγραφὴ. qua & pecunia non numerata exceptio. de qua vide §. 2 inf. de exceptionib. vbi dixi.

¶ Ὁ δὲ πολὺς χρόνος, πάλαι μὲν εἰς τὴν πενταετίαν [a] περιεστήκει. μετὰ γὰρ τὸν τοσοῦτον χρόνον, οὐκ ἦν ἀντιτιθέναι τὴν τῆς ἀναργυρίας [b] παραγραφήν. τουτέστι τὴν non numeratæ pecuniæ, καὶ λέγειν τῷ δανειστῇ, Δεῖξον ὅτι ἀπηρίθμησας. τοῦτο γὰρ πολλαῖς βασιλέων εἴρηται διατάξεσιν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο δυσχερὲς ἦν τοῖς κρεδίτορσιν, ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς, ἵνα μὴ πολλοῦ παραδραμόντος χρόνου, τουτέστι τριετίας, ἢ τετραετίας, μετὰ τοσοῦτον χρόνον οἱ κρεδίτορες ἀπαιτούμενοι ἀποδεικνύειν, ὡς ὅτι ταῦτα ἀληθῆ ἐστι, διὰ τὸ μῆκος τοῦ παρελθόντος χρόνου εἰς δυσχέρειαν τῶν ἀποδείξεων ἐμπίπτοιεν, καὶ ἐντεῦθεν τῶν οἰκείων στεροῖντο πραγμάτων διάταξιν ἐποίησεν, ἥτις τὴν πενταετίαν εἰς διετίαν περιέστησεν. ὥστε οὖν εἴσω τούτου τοῦ χρόνου, καλῶς ἡ τοιαύτη ἀντιτεθήσεται παραγραφή. μετὰ δὲ τὴν διετίαν οὐδ' ὅλως.

¶ Multū autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionib. vsque ad quinquennium procedebat: sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari: per constitutionem nostram tempus coarctatum est, vt vltra biennii metas huiusmodi exceptio minime extendatur.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV. TIT. XXIII.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΑΙΝΕΤΙΚΗΣ [c] ἐνοχῆς. Τίτλος κγ.

DE OBLIGATIONIBVS ex consensu. TIT. XXIII.

c Quæ & συναινετικὴ, cuiusmodi obligatio ἀπὸ βουλήσεως, hoc est ex voluntate esse dicitur. 51 Eclog. 1. c. 51.

¶ *De consensu obligationibus, & quæ consensu contrahi dicantur, & quid sit consensu contrahi.*

Cvm dictum sit de obligationib. quæ re, verbis aut literis contrahūtur: dicamus nunc de ea quæ ex consensu est.

¶ Consensu autem constituitur obligatio in huiuscemodi contractibus: in emptione, & venditione, locatione, societate, & mandato. Ideo autem istis modis dicitur obligatio consensu constitui: quoniam neque scriptura vt in literarum obligatione: neque præsentia, vt in verborum obligatione omnimodo necessaria est. At neque dari quicquā necesse est, sicut in obligatione

d 1. Gai. 9. §. consensu 4. l. 1. ff. de obligationibus.
e l. 2. ff. de obligat.
f consensu obligationes ideo dicūtur quod neque scripturam neq. præsentiam contrahentium requirant, sed cōsentire sufficit. l. 2. §. 1 §. 2. ff. de obligat. non requirunt etiam rei interuentum.

Εἰπόντες περὶ τῆς ῥὲ καὶ βέρβις, καὶ λίτερις, νῦν εἴπωμεν περὶ τῆς κονσένσου. Ἡ δὲ ταύτης τῆς ἐνοχῆς σύστασις, ἔστιν ἐν τούτοις συναλλάγμασιν, ἐν τῇ [d] ἀγορασίᾳ, καὶ πράσει, καὶ [e] μισθώσει, καὶ κοινωνίᾳ, καὶ ἐντολῇ. διὰ τοῦτο δὲ τούτοις τοῖς τρόποις ὁ κονσένσου συνίσταται ἐνοχὴ [f], ἐπειδὴ οὔτε γραφὴ, ὡς ἐπὶ τῆς λίτερις, οὔτε παρουσία, ὡς ἐπὶ τῆς βέρβις παντὶ τρόπῳ ἀναγκαία ἐστιν. ἀλλ' οὐδὲ δίδοσθαί τι ποτε ἐπαναγκές ἐστιν, ὥσπερ ἐστὶ τῆς ῥὲ,

Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. ¶ Ideo autē istis modis obligatio dicitur consensu contrahi: quia neque scriptura, neque præsentia omnimodo opus est: ac nec dari quicquā necesse est: vt sub-

vt substantiam capiat obligatio: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire. vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam vel per nūtium. ¶Item in his contractibus alter alteri obligatur in id quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet: cùm alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat.

ἵνα σύστασιν δέξηται ἡ κονσένσο. ἀρκεῖ γὰρ τὸ συναινέσαι, τοὺς τῇ κονσένσο συναλλάσσοντας. τὰ τοιαῦτα οὖν συναλλάγματα, καὶ μεταξὺ ἀπόντων ἰσχυρῶς προβαίνει. οἷον [a] διʼ ἐπιστολῆς, ἢ διʼ ἀγγέλου. καὶ οὐ μόνον ἐν τούτοις διέστηκεν ἡ κονσένσο τῶν λοιπῶν ἐνοχῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐκείνῳ. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἐνοχῶν, εἷς [b] μὲν γίνεται ὑπεύθυνος, εἷς δὲ κτᾶται τὸν ἕτερον ὑπεύθυνον. οἷον ἐπὶ τῆς ῥὲ, ὁ μὲν διδοὺς ἔνοχον κτᾶται, ὁ δὲ λαβὼν ὑπεύθυνος γίνεται· ἐπὶ δὲ τῆς βέρβις, ἔνοχον κτᾶται ὁ ἐπερωτήσας, ὑπεύθυνος δέ ἐστιν ὁ ὁμολογήσας. ἐπὶ τῆς λίττερις, ἔνοχος μὲν ὁ γράψας, ἔνοχον δὲ αὐτὸν κτᾶται ἐκεῖνος, εἰς ὃν γέγονεν ἡ γραφή. ἐπὶ δὲ τῆς κονσένσο ἑκάτερος ἑκατέρῳ ὑπεύθυνος γίνεται εἰς τοῦτο, ὅπερ τὸν ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ἐκ τοῦ καλλίστου [c] καὶ δικαίου παρέχειν ἐχρῆν. ὁπότε ἐπὶ τῆς βέρβις ἐνοχῆς, ὁ μὲν ἐπερωτᾷ καὶ κτᾶται ἔνοχον, ὁ δὲ ὁμολογεῖ καὶ γίνεται ἔνοχος.

quę re cōtrahitur, vt obligatio, quę cōsensu fit, substantiam capiat: Sed satis est eos, inter quos negotiū geritur, consentire. Huiusmodi igitur contractus & inter absentes rectè cōtrahuntur, veluti per epistolā vel per nuntium. Neque verò in his tantùm obligatio quæ consensu fit, ab aliis obligationibus distat: verumetiam in illo. Nam in cęteris quidem obligationibus vnus duntaxat obligatur, & vnus alterum sibi obligat, veluti in obligatione quæ re cōtrahitur, is qui dedit, obligat: is qui accepit, obligatur. In ea quę verbis cōstituitur, stipulator obligat, obligatur promissor. In ea quæ literis fit, obligatur qui scripsit: obligat is, in quem scriptura dirigitur. At verò in hac obligatione, quæ consensu contrahitur: vterque vtrique obligatur in id, quod alterū alteri ex bono & æquo præstare oportet. Quum in verborum obligationibus alter stipuletur, & obliget: alter promittat & obligetur.

[a] *Absentes consensu cōtrahere possumus vel per nunciū vel per epistolam.* l. §. 2. ff. de obligat.

[b] *Cōsensu obligationum arc, literis & verbis obligat. one, hac etiā differentia est, quod in his posterior. b. duo non vtri. que ac mutuo obligati sunt, sed vnus tantū, puta is qui cum spondet, promittit: In cōsensu obligationib. duo vtrinque obligantur.* l. 2. in fi. ff. de obligationib.

[c] *κάλλιστον & δίκαιον hic cōiungit, vt est alibi τὸ καλὸν & ἴσον.* 2. Eclo. 1. c 14. *bonum & aequum.*

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. TIT. XXIIII.

ΠΕΡΙ ΑΓΟΡΑΣΙΑΣ[d] καὶ πράσεως. Τίτλος κδ.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. TIT. XXIIII.

[d] *Adde* 5. Harmeno. 5. 19. Eclo 1. περὶ ἀγοράσεως & πράσεως *adde* Paul. 2. sent. 17. ex empto & vendito.

¶ De primo genere obligationis ex contractu & consensu, seu De emptione & venditione. ¶ Emptionem sine scriptis contrahi simul atque conuentum est de pretio: quamuis neque pretium numeratum, neque arra data. Ex vendito actionem, venditori: ex empto, emptori competere. Arram probare venditionem non partiri. Emptionem quæ scriptis contrahitur, perfectam non prius censeri, quàm eius instrumentum à venditore, vel tabellione scriptum, subscriptúmve sit, si id non factum, impunè recedere à contractu fas esse, impunè, inquam, nisi arra data sit. Hoc enim casu, emptorem pœnitentem arras ipsas, venditorem duplum arrarum amittere. Emptionem nullam esse sine pretio. 1 Pretium certum esse oportere (& quid si in alterius arbitrium collatum? An idem in locatione?) 2 Pretium in numerata pecunia non in rebus esse oportere, & de ea re diuersæ Cassianorum, Sabinianorum & Proculianorum sententiæ. Emptionem ea parte à permutatione distingui. 3 Periculum rei venditæ ad emptorem pertinere, statim atque perfecta venditio fuerit, tametsi res emptori non sit tradita, nisi venditoris dolo id periculum acciderit (commodum eadem ratione emptoris esse) aut in se periculum susceperit, si id non fuerit, nudam vindicationem & condictionem exhibebit emptori. 4 ¶ Purè vel sub conditione emptionem contrahi posse. 5 ¶ Res sacras, religiosas, publicas, hominem liberum, frustrà comparari à sciente: ab ignorante si quid horum emptum fuerit, emptorem actione ex empto consequi, quod sua interesit deceptum non fuisse.

Atque in primis de emptione & venditione dicamus. Emptio, & venditio contrahitur, simul atque de pretio vtraque pars consensit. Nam si ego dixerim, me tibi hanc rem centum aureis vendere, & tu contentus fueris hoc pretio, statim contracta est venditio: quamuis nondum pretiũ numeratum sit ac ne arra quidem data aliqua. ¶ Et nascitur venditori quidẽ actio ex vendito: emptori verò actio ex empto. Quod autem arræ nomine datur, argumentum est & probatio emptionis, & vẽditionis contractæ, non ipse contractus. Hæc de emptione & venditione intelligimus, quæ sine scriptura consistit. Nihil enim in ea Imperator noster innouauit. In ea verò, quæ scriptura conficitur, non aliter perfectam esse venditionem & emptionem dicimus: nisi instrumenta vẽditionis fuerint conscripta vel manu propria vendentis: vel ab alio quidem scripta à vendente autem subscripta, sin autem per tabellionem scribantur, nisi & præcedentẽ subscriptionem completiones sequutæ, & instrumenta partibus absoluta fuerint. Nam quamdiu aliquid horum deest, & pœnitentiæ locus est, & emptor aut venditor impunè recedere à contractu potest. Sic tamen, nisi iam arrarum nomine aliquid fuerit datum. Hoc enim secuto, siue in scriptis, siue sine scriptis venditio facta sit, is qui recesserit à contractu si quidem emptor sit, amittit arras: sin autem venditor, duplum

a §. Gal. 9. §. emptio. ff.
b *Emptio & venditio contrahitur simul atque de pretio consentitumest, tametsi neque pretium numeratum, aut arra data sit. Nec enim pretij numeratio, sed conuentio perficit sine scriptis emptionem* l. 1. ff. de contr. empt.
c *Actio ex vendito, venditori.* l. Iulianus. 13. §. ex vendito. 19. ff. de act. empti. *ex empto, emptori competit.* l. ex empto. 11. ff. de act. empt.
d *Arra non datur vt perficiatur emptio, sed vt probetur euidentius.* l. quod sæpe. 35. ff. de cõtr. empt.
e Ἀγράφως γινομένης, ἀγραφίας, [illegible] *dicitur quæ sine scriptura perficitur, cuiusmodi venditiones frequentissimæ in vsu.* vide l. 11. Co. de contrah. empt.
f Ἐγγράφως γινομένης, ἐγγραφία [illegible] *quemadmodum perficiatur.* vide § Harmeno. 3. §. 2. & 4. vide l. 17. C. de fide instrum. Scholiastes 19. Eclog. 1. c. 2.
g *Vide* l. 1. & 2. C quando liceat ab emptione discedere.

Καὶ εἴπωμεν κατὰ τάξιν περὶ ἀγορασίας καὶ πράσεως. ¶ Ἡ πρᾶσις,[a] καὶ ἡ ἀγορασία συνίσταται εὐθέως,[b] ἅμα περὶ τοῦ τιμήματος ἑκάτερον συναινέσῃ μέρος. ἐὰν γὰρ εἴπω ἐγὼ, ὡς πιπράσκω σοι τόδε ἑκατὸν νομισμάτων, ἀρκεσθῇς σὺ ταύτῃ τῇ τιμῇ, συνέστη ἡ πρᾶσις εὐθέως. εἰ καὶ τὰ μάλιστα μήπω τὸ τίμημα ἀπηρίθμηται, μήτε ἀρραβών τις δέδοται. ¶ Καὶ τίκτεται τῷ μὲν πράτῃ ἡ ἐξ βενδίτο,[c] τῷ δὲ ἀγοραστῇ ἡ ἐξ ἔμπτο. τὸ δὲ ἀρραβῶνος[d] χάριν παρεχόμενον, ἔλεγχός ἐστι καὶ ἀπόδειξις πράσεως καὶ ἀγορασίας συστάσεως, οὐ μὴν αὐτὸ σύστασις. ταῦτα περὶ πράσεως καὶ ἀγορασίας νοοῦμεν, τῆς ἀγράφως[e] γινομένης. οὐδὲν γὰρ ἐπὶ ταύτης ἐκαίνισεν ὁ ἡμέτερος βασιλεύς. ἐπὶ[f] δὲ τῆς ἐγγράφως γινομένης, οὐχ ἑτέρως τὸ τέλειον περιγίνεσθαι λέγομεν τῇ πράσει καὶ τῇ ἀγορασίᾳ, εἰ μὴ καὶ τὰ συμβόλαια τῆς πράσεως συγγραφῇ, ἢ οἰκείᾳ χειρὶ τοῦ πιπράσκοντος, ἢ ὑπὸ ἑτέρου μὲν γραφῇ,[c] ὑπογράφῃ δὲ ὁ πιπράσκων. εἰ δὲ διὰ ταβελλίονος γένηται, εἰ μὴ κομπλετίονες παρακολουθήσουσιν ἡγησαμένης τῆς ὑπογραφῆς, καὶ ἀπολυθῇ τὰ συμβόλαια τοῖς μέρεσιν. ἐν[g] ὅσῳ γὰρ ἐλλείπει τι τούτων, καὶ τῇ μεταμελείᾳ χώρα γίνεται, καὶ δύναται ὁ ἀγοραστὴς, ἢ ὁ πράτης ἀζημίως ἀναχωρεῖν ἀπὸ τοῦ συναλλάγματος. οὕτω μέντοι, εἰ μὴ ἄρα ἤδη ἔτυχέ τι ἀρραβῶνος λόγῳ δοθέν. τούτου γὰρ γινομένου εἴτε ἐγγράφως, εἴτε ἀγράφως ἡ πρᾶσις γίνεται, ὁ ἀναχωρῶν τοῦ συναλλάγματος, εἰ μὲν ἀγοραστὴς εἴη, ἀπόλλυσι τὸν ἀρραβῶνα. εἰ δὲ ὁ πράτης, τὸ διπλοῦν

Emptio & venditio contrahitur, simulatq; de pretio conuenerit, quamuis nondũ pretium numeratum sit, ac ne arrha quidẽ data fuerit: nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis & vẽditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & vẽditionibus, quæ sine scriptura consistunt obtinere oportet. nam nihil à nobis in huiusmodi emptionibus & vẽditionibus innouatum est. in iis autem quæ scriptura conficiũtur, non aliter perfectam esse venditionem & emptionem cõstituimus, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta. & si per tabelliones fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta. Donec enim aliquid deest ex his: & pœnitentiæ locus est, & potest emptor vel venditor sine pœna recedere ab emptione & vendi-

& venditione. Ita tamē impunè eis recedere cōcedimus, nisi iā arrharū nomine aliquid fuerit datū, hoc enim subsequuto, siue in scriptis siue sine scriptis venditio celebrata est, is qui recusat adimplere contractum si quidem est emptor, perdit quod dedit, si verò venditor, duplum restituere compellitur, licet super arrhis nihil expressum sit. Pretiū autem cōstitui oportet. nā nulla emptio sine pretio esse potest.

1 ¶ Sed & certū esse pretium debet, alioqui, si inter aliquos ita cōuenerit vt quāti Titius rē æstimauerit, tāti sit empta, inter veteres satis abundéq. hoc dubitabatur, constarétne venditio, an non? Sed nostra decisio ita hoc cōstituit, vt quoties sic cōposita sit vēditio, Quāti ille æstimauerit, sub hac conditione staret contractus, vt si quidem ille, qui nominatus est, pretium definierit: tunc omnimodo secundum eius æstimationem & pretium persoluatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire: tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. Quod ius cùm in vendi-

a *Renunciasse autem ij intelliguntur, non modò qui verbis ipsi aut serui pro renunciãt, sed & qui separatim negotia ri sibi incipiũt.* 3 Harmeno. 11. §. 5. l. itaque 64. ff. pro socio.

b l. 65. §. diximus. 3. ff. pro socio.

c l. actione 65. §. diximus 3.

d *Societas dissoluitur ...* *... hoc est interennntibus personis. Intereunt aut interire intelliguntur personæ ... morte, relegatione, publicatione.* 3 Harm. 11. §. 1. & 2. & titu. 10. §. 4. *cuius meminit paragraph. 7. inf. eo. Soluitur quoque nõ modo interentibus personis, sed & rebus. Interire enim dicuntur res cum aut prorsus nullæ, aut certe conditionem mutari ... vtpote vel consecrata vel publicata.* 3 Harmen. 11. §. 3. l. 63. in fi. ff. pro socio. & Gal. 9. §. permanet. 18.

socii mei heres ad societatem mihi erit cōmodus. Sed & si inter plures contracta sit societas, vnius morte inter omnes soluitur: quāuis plures supersint, quā mortui sūt. Quid enim si quū quinque aut sex societatē iniissent, duo simul naufragio perierint? Interdū enim propter eos, qui mortui sūt, his qui supersunt vtilis, & optanda erat societas: vtique nisi in coeūda societate aliud cōuenerit, vt vno mortuo inter cæteros maneret societas.

ὁ τοῦ ἐμοῦ κοινωνοῦ κληρονόμος, ἔσται μοι πρὸς κοινωνίαν ἐπιτήδειος. εἰ δὲ καὶ πλείονες κοινωνοὶ συνέστησαν, τῇ τοῦ ἑνὸς τελευτῇ μεταξὺ πάντων διαλύεται ἡ κοινωνία. εἰ καὶ οἱ περιόντες πλείονές εἰσι τῶν τελευτησάντων. τί γὰρ ὅτι πέντε ἢ ἐξ συστησαμένων κοινωνίαν, δύο ἅμα ἐν ναυαγίῳ τεθνήκασιν. ἔσθ' ὅτι γὰρ διὰ τοὺς τελευτήσαντας τοῖς περιοῦσιν ἐπωφελὴς ἅμα καὶ αἱρετὴ ὑπῆρχεν ἡ κοινωνία, εἰ μὴ ἄρα ἐν τῷ συνιστᾶν τὴν κοινωνίαν, ἕτερόν τι συνήρεσεν, ὥστε ἑνὸς τελευτήσαντος, τοῖς περιοῦσι φυλάττεσθαι τὴν κοινωνίαν.

si consensu plurium societas contracta sit, morte vnius socii soluitur, etsi plures supersint: nisi in coeunda societate aliter conuenerit.

6 ¶ Soluitur & societas eo negotio ad finem perducto cuius gratia cōtracta fuit. Nam si ad negotiationem mancipiorum forte inita sit societas, & contigerit vt hæc negotiatio finem acciperet: finitur & societas.

6 ¶ Λύεται ἡ κοινωνία καὶ περαιωθέντος τοῦ πράγματος ἐκείνου, ἐφ' ᾧ συνέστη. εἰ γὰρ ἐπὶ ἐμπορείᾳ ἀνδραπόδων [a] τυχὸν γέγονε, συνέβη δὲ ταύτην τὴν ἐμπορείαν πέρας σχεῖν, συμπαύεται καὶ ἡ κοινωνία.

6 ¶ Item si alicuius rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est, finitur societas.

a σωματέμποροι dicuntur qui hanc negotiationem exercent, & venalitiarij.

7 ¶ Publicatio quoque vnius ex sociis, societatem dissoluit. Sed tunc quum vniuersum socii patrimonium publicatum fuerit. Nam quum in bona socii publicati alter succedat (nēpe Fiscus) & similitudo quædam mortis inducitur, societas dissoluitur. Si enim pars tantum bonorum puplicata sit, manet societas.

7 ¶ Καὶ δήμευσις [b] ἑνὸς τῶν κοινωνῶν διαλύει τὴν κοινωνίαν. ἀλλὰ τότε ἡνίκα πᾶσα ἡ τοῦ κοινωνοῦ περιουσία δημευθῇ. ὁπότε γὰρ εἰς τὴν περιουσίαν τοῦ δημευθέντος ἕτερος ὑπεισέρχεται, τουτέστιν ὁ φίσκος, μίμησις ἐπεισάγεται τελευτῆς. ὅθεν διαλύεται ἡ κοινωνία. μερικῆς γὰρ γινομένης δημεύσεως ἔτι συνέστηκεν ἡ κοινωνία.

7 ¶ Publicatione quoque distrahi societatem manifestū est, scilicet si vniuersa bona socij publicentur: nam cùm in eius locū alius succedat, pro mortuo habetur.

b Societatem publicatione interire superius dictū est §.5. adde l. 65. §. publicationem. ff. eod.

8 ¶ Si socius ære alieno oppressus (siue id publicum sit, siue priuatum) bonis suis cesserit, & patrimonium eius venierit, soluitur societas. Si tamen post cessionem adhuc cōsentiant in societatē: noua nunc incipere videtur societas.

8 ¶ Ἐὰν κοινωνὸς, πολλοῖς βαρυνόμενος χρέεσι δημοσίοις, ἢ καὶ ἰδιωτικοῖς, τῆς οἰκείας ἐκστῇ περιουσίας, καὶ διαπραθῇ αὐτοῦ τὰ πράγματα, λύεται ἡ κοινωνία. εἰ μέν τοι μετὰ τὴν ἔκστασιν τῆς αὐτῆς ἔχονται διαθέσεως, καινοτέρα νῦν ἄρχεσθαι δοκεῖ κοινωνία.

8 ¶ Itē si quis ex sociis mole debiti prægrauatus, bonis suis cesserit, & ideo propter publica aut priuata debita, substantia eius væneat: soluitur societas. sed hoc casu si adhuc consentiant in societatem, noua videtur incipere societas.

9 ¶ Socius socio vtrùm

9 ¶ Ὁ κοινωνὸς τῷ κοινωνῷ, πότερον

9 ¶ Socius socio vtrū eo nomine

mine tātum teneatur pro socio actione, si quid dolo cōmiserit, sicut is, qui deponi apud se passus est, an etiam culpæ, id est, desidiæ atq. negligētiæ nomine quæsitum est, prævaluit tamen, etiā culpæ nomine teneri eū. Culpa autē nō ad exactissimā diligētiā dirigēda est. Sufficit enim talē diligentiā cōmunibus rebus adhibere sociū, qualem suis reb. adhibere solet. Namqui parum diligētem sociū sibi adsumit, de se queri, sibíque hoc imputare debet.

τούτου μόνου χάριν κρατεῖται τῇ προσοκίῳ ἀγωγῇ, ἥτινα [a] κατ' ἀλλήλων ἔχουσιν οἱ κοινωνοί, ἢ ἐάν τις κατὰ δόλον βλάψῃ τὴν κοινωνίαν, ὥσπερ ἀπὸ δόλου κρατεῖσθαι φαμὲν τῇ δεπόσιτι, τὸν ἀναδεχόμενον παρ' ἑαυτῷ ἀλλότριον πρᾶγμα παρακατατεθῆναι· ἤγουν καὶ κούλπας ὀνόματι, τουτέστι ῥαθυμίας τε καὶ ἀμελείας, τῶν ζητηθέντων ἐστί. ἀλλ' ὅμως ἐκράτησε, καὶ κούλπας [b] χάριν αὐτὸν κρατεῖσθαι. ἡ δὲ κούλπα, οὐ πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιμέλειαν ἀναφέρεται. ἀρκεῖ γὰρ τοιαύτην ἐπιμέλειαν ἐν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν τὸν κοινωνὸν προσλαμβάνειν, ὁποίαν τοῖς οἰκείοις πράγμασι εἴωθε παρέχειν. ὁ γὰρ τὸν ἧττον ἐπιμελῆ κοινωνὸν ἑαυτῷ προσλαβών, ἑαυτὸν αἰτιάσθω τῆς ἀβουλίας, ὡς ἑαυτῷ τῆς ζημίας γενόμενος αἴτιος.

eo nomine tantum teneatur actione Pro socio (ea est autem actio quam mutuò inter se habent socii) si qua in re dolo societatem læserit, quemadmodum actione depositi dicimus eum de dolo teneri, qui rem alienam apud se deponi passus est: an verò etiam culpæ nomine, id est, desidiæ & negligentiæ, quæsitum est. Sed tamen prævaluit, etiam culpæ nomine eum teneri. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam refertur. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui minùs diligentem socium sibi adsumpsit, suam ipse imprudentiam incuset, cùm & ipse eius mali sibi causa fuerit.

a *Actio pro socio quæ sit & quatenus detur. adde* l. 31. l. 54. l. 72. ff. eod.

b *Socios inter se culpam & dolum præstare oportet. (culpam inquam, non exactissimam, sed qualem suis rebus adhibent* l. cū duobus, 52. §. verum. 2. l. socius socio. 72. ff. eod.

DE MANDATO. TIT. XXVII.

ΠΕΡΙ ΜΑΝΔΑΤΟΥ [c] ἤτοι ἐντάλματος. Τίτλος κζ.

DE MANDATO. TIT. XXVII.

c *adde* 14. Eclog. 1. *περὶ ἐντολῶν ἢ ἐνταλμάτων de mandatis & procuratoribus. Est & titulus de mandatis apud Paul.* 2. sent. 15.

¶ *De quarto genere obligationum ex contractu & consensu, seu de Mandato.* ¶ *Mandat quis tibi vel tua tantùm gratia (hoc genus mandati actionem ex mandato aduersus mandantem non parit.)* 1. *vel sua tantùm.* 2 *vel sua & tua.* 3 *vel aliena tantùm.* 4 *vel sua & aliena.* 5 *vel tua & aliena.* 6 *vel tua tantùm gratia (quod genus consilium magis quàm mandatum. Ideóque mandati actionem non parere superiùs diximus, nisi quis tibi mandauerit vt Titio fœnerares, quia non aliter Titio credidisses, quā si tibi mandatum esset.)* 7 ¶ *Contra bonos mores mandatum non obligare.* 8 ¶ *Fines mandati excedere non permitti: si tamen fundum centum emere iusseris, & mandatarius pluris emerit, in centum: si minoris, cum eo mandati agere poteris: quoniam qui centum emi mandauit, & vt minoris, si posset, emeretur, mandasse intelligitur.* 9 *Finiri mandatum reuocatione: hoc est si re integra fuerit reuocatum.* 10 *aut si mors alterutrius superuenerit (hoc tamen casu si quid mandatarius egerit, putà alicui soluerit, ignorata mandantis morte ratum erit)* 10 *aut si tempestiuè renunciatum ei à mandatario fuerit.* 11 *In diem & sub conditione mandari posse.* 12 ¶ *Gratuitum mandatum esse, aliàs in locationem transire.*

RELIQVVM nobis est, ex obligationibus quæ consensu contrahuntur, mandatū. ¶Quinque autem id modis constituitur. Aut enim mea solius gratia tibi mando: aut mea & tua: aut aliena tantum: aut mea & aliena: aut tua & aliena. Nam si tua tantum gratia mandatum fiat, superuacuum est quod agitur, ac neque ex cōsensu constituitur obligatio, neque mandati nascitur actio.

a l.2.ff.eod.

b d.l.2.in pr. vers. quod si tua:& §. tua autem 6. ff. eod.


1 ¶ Et mea tantum mandantis gratia interuenit mandatum: veluti si tibi mādarim, vt negotia mea gereres, vel vt fundum illum mihi emeres, vel vt pro me sponderes.

c d.l.2.§.2.

2 ¶ Mea & tua gratia mādatum fit, quum tibi mando, vt pecuniam Titio sub vsuris credas, qui ea in rem meā versurus est. Nā & tibi prodest id quod agitur, propter vsurarum præstationem: & mihi in cuius rem pecunia vertenda est. Aut si cum pro Primo qui mutuum à te accepit, ego fidem meam interposuissem: & tu mecū ex causa fideiussoria velles agere: mandarim tibi, vt meo periculo cum Primo principali agas. Ecce enim, & ego hic iuuor, præsentem euitans actionem: & tu qui post acceptum cum principali iudicium, nisi is tibi satisfecerit, contra me reuerti potes. Nam finge sine pignore fideiussionē factam fuisse, & mandatū cum pignore interuenire, vt aliquid emolumenti fit

d d.l.2.§.tua & mea.

e *Mea & mādatary gatia quemadmodū mandare possim.*



Υ Πόλοιπον ἡμῖν ἐστιν, ἐκ τῶν ἀπαγομένων ὑπὸ τῶν κονσένσο συναλλαγμάτων, τὸ μανδᾶτον.

¶ Συνίσταται δὲ τοῦτο τρόποις πέντε· [a] ἢ [b] γὰρ ἐμαυτοῦ μόνου ἐντέλλομαί σοι χάριν, ἢ ἐμαυτοῦ καὶ σοῦ, ἢ ἑτέρου μόνου ἕνεκα, ἢ ἐμοῦ καὶ ἑτέρου, ἢ σοῦ καὶ ἑτέρου. ¶Εἰ γὰρ σοῦ μόνου χάριν γίνεται τὸ μανδᾶτον, περιττὸν τὸ πραχθέν, καὶ οὐδὲ ἡ κονσένσο συνίσταται ἐνοχή, οὐδὲ ἡ μανδάτι τίκτεται ἀγωγή.

1 ¶ Καὶ τοῦ [c] ἐντελλομένου μὲν χάριν ἐμοῦ μόνου γίνεται τὸ μανδᾶτον. οἷον ἐὰν ἐντείλωμαί σοι, ἵνα τὰ πράγματά μου διοικήσῃς. ἢ ἵνα μοι τὸν ἀγρὸν τόνδε ἀγοράσῃς, ἢ ἵνα ἐγγυήσῃ με.

2 ¶ Ἐμοῦ καὶ [d] σοῦ χάριν γίνεται τὸ μανδᾶτον, ἡνίκα ἐντείλωμαί σοι, ἵνα [e] ἐπὶ τόκῳ δανείσῃς Τιτίῳ, τῷ μέλλοντι ταῦτα τὰ χρήματα εἰς ἐμὰς δαπανᾶν χρείας. καὶ γὰρ καὶ σὲ τὸ γινόμενον ὠφελεῖ διὰ τὴν λῆψιν τῶν τόκων, κἀμὲ οὗ περὶ τὰς χρείας δαπανηθήσεται τὸ ἀργύριον. ἢ ἐὰν συμβῇ δανείσασθαι μὲν παρὰ σοῦ πρῖμον, ἐμὲ δὲ ἐγγυήσασθαι. βουλομένῳ δέ σοι χωρῆσαι κατ' ἐμοῦ, ἐντείλωμαί σοι ἐμῷ κινδύνῳ κινῆσαι κατὰ πρίμου τοῦ πρωτοτύπου. ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα κἀγὼ ὠφελοῦμαι τὴν παροῦσαν διαφυγὼν ἀγωγὴν, καὶ σὺ δὲ δυνάμενος μετὰ τὴν κατὰ τοῦ πρωτοτύπου δίκην ἐὰν μὴ ἀποπληρωθῇ τὸ χρέος ὑποστρέφειν κατ' ἐμοῦ. ὑπόθου γὰρ ὅτι ἡ ἐγγύη γέγονε δίχα ὑποθήκης, τὸ δὲ μανδᾶτον μετὰ ὑποθήκης, ἵνα τι ὄφελος ᾖ

MAndatum contrahitur quinque modis, siue sua tantùm gratia aliquis tibi māndet, siue sua & tua, siue aliena tātū, siue sua & aliena, siue tua & aliena.

¶ At si tua tantum gratia tibi mandatum sit, superuacuū est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur.

1 ¶Mandantis tantùm gratia interuenit mandatum: veluti si quis tibi mandet, vt negotia eius gereres, vel vt fundū ei emeres, vel vt pro eo sponderes

2 ¶ Tua gratia & mandantis, veluti si mandet tibi, vt pecuniam sub vsuris crederes ei qui in rē ipsius mutuaretur: aut si volente te agere cū eo ex fideiussoria caussa, mandet tibi, vt cum reo agas periculo mandantis: vel vt ipsius periculo stipuleris ab eo

quem tibi

quem tibi delegет in id quod tibi debuerat.)

τὸ μανδάτον, ἢ καὶ ἡνίκα ἐχρεώστουν σοι ἑκατὸν νομίσματα, ἐβούλου δέ με καλέσαι πρὸς δίκην. ἐδελεγάτευσά σοι ἐγὼ τὸν ἐμὸν δεβίτορα. εἶτα ἐνετειλάμην σοι ἐγὼ ἐμῷ κινδύνῳ, ἐπερωτᾶν αὐτόν. τυχὸν γὰρ ἐδεδίεις μήπως ἐπερωτήσας τὸν ἐμὸν δεβίτορα ἐκπέσῃς τοῦ χρέους, οὔτε παρ' αὐτοῦ δυνάμενός τι λαβεῖν, διὰ τὴν αὐτῷ προσοῦσαν ἀπορίαν, οὔτε κατ' ἐμοῦ δυνάμενος ὑποστρέφειν, διὰ τὴν συμβᾶσάν μοι ἐκ τῆς νοβατζίωνος ἐλευθερίαν. ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα ἑκάτερον ὠφελεῖ τὸ μανδάτον. ἐμὲ μὲν καθὸ μένω πρὸς τὸ παρὸν ἀνενόχλητος, σὲ δέ, ἐπειδὴ καὶ τὸν ἐμὸν δεβίτορα ὑπεύθυνον ἕξεις ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως, καὶ κατ' ἐμοῦ χωρῆσαι ἐκ τοῦ μανδάτου δυνήσῃ. καὶ πάλαι ἕνα κεκτημένος ὑπεύθυνον, νῦν ἕξει δύο. ἐκεῖνον μὲν ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως, ἐμὲ δὲ ἐκ τοῦ μανδάτου.

in mādato, aut si cùm centum tibi aureos deberem, & tu me in ius vocare velles, debitorem meum tibi delegauerim: deinde mandauerim tibi ego, vt meo periculo ab eo stipulareris. Quoniā timebas fortè, ne si stipulando à debitore bonum nomen eius fecisses, debito omni excideres. Cum neq. ab eo quicquam propter inopiam ipsius posses consequi: neq. contra me redire posses propter liberationē, quæ mihi ex nouatione contingeret. Ecce enim quemadmodum & hic vtriq. profit mandatum: mihi, quia in præsens molestia liberabor: tibi, quia & debitorem meum ex stipulatione tibi obligatum habebis, & mecum ex mandato agere poteris. Atque etiam, qui vnum antea tibi obligatum habebas: nunc duos habebis: illum, ex stipulatione: me, ex mandato.

3 ¶ Aliena autē tantū causa interuenit mandatum: veluti si tibi aliquis mādet, vt Titii negotia gereres, vel vt Titio fundum emeres: vel vt pro Titio sponderes.

3 ¶ Ἑτέρου[a] δὲ μόνου χάριν γίνεται τὸ μανδάτον, ἡνίκα ἐντείλωμαί σοι ἵνα τιτίου διοικήσῃς τὰ πράγματα. ἢ ἵνα τιτίῳ ἀγρὸν ἀγοράσῃς, ἢ ἐγγυήσῃ Τίτιον.

3 ¶ Aliena tantùm gratia fit mandatum, cùm tibi mando, vt Titij negotia geras: aut, vt Titio fundum emas: aut vt pro Titio spondeas.

a d.l. 2. §. aliena tantū. 2. ff eod.

4 ¶ Sua & aliena: veluti si de communibus suis & Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel vt sibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio sponderes.

4 ¶ Ἐμοῦ[b] χάριν καὶ ἑτέρου γίνεται τὸ μανδάτον, ἐὰν ἐντείλωμαι τὰ κοινὰ ἐμοῦ καὶ τιτίου διοικῆσαι πράγματα. ἢ ἵνα ἐμοὶ καὶ τιτίῳ ἀγοράσῃς ἀγρόν. ἢ ἵνα ἐμὲ καὶ τίτιον ἐγγυήσῃ.

4 ¶ Mea gratia & aliena fit mandatum, si mandauerim tibi, vt mea & Titij communia negotia gereres: aut vt mihi & Titio fundum emeres: aut vt pro me & Titio sponderes

b d. l. 2. §. mea & aliena. 3 ff. eod.

5 ¶ Tua & aliena, veluti si tibi mandet, vt Titio sub vsuris crederes: quia si sine vsuris pecuniā crederes, aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

5 ¶ Σοῦ δὲ καὶ[c] ἑτέρου χάριν ἐντέλλομαι, ἐὰν τιτίου δεομένου χρημάτων, ἐντείλωμαί σοι, ἵνα δανείσῃς αὐτῷ ἐπὶ τόκοις· ἐνταῦθα γὰρ καὶ σὺ διὰ τοὺς τόκους ὠφεληθήσῃ, κἀκεῖνος τῆς οἰκείας ἐκτὸς γενήσεται χρείας. εἰ γὰρ ἵνα ἀτόκως δανείσῃς ἐνετειλάμην σοι,

5 ¶ Tua & aliena gratia mando, si cùm Titius pecunia egeret, mandem tibi, vt ei sub vsuris credas. Hic enim & tibi res proderit, propter vsuras: & illi, cuius necessitati succursū erit. Quoniā si, vt sine vsuris crederes, mādarim tibi,

c d. l. 2. §. tua & aliena. 5. ff. eod.

aliena tantùm, non etiam tua qui nihil iuuêris, gratia, intercedit mandatum.

6 ¶ Tua tantùm gratia interuenit mandatum, cū mando tibi, vt pecunias tuas in emptiones potiùs prædiorum colloces, quā vt fœneres, aut contrà vt potius fœneres, quàm prędia emas. Huiuscemodi autem mandatum consilium potiùs est quā mandatum: & ob id nullam parit obligationem: quia nemo ex consilio mandati obligatur: etiamsi non expediat ei, cui mandabatur: cùm liberum cuique sit apud se explorare, an quod pro consilio ab aliquo accepit, sibi conducat. Quapropter si cùm vacuam & otiosam apud te pecuniam haberes, hortatus fuero, vt rem emeres aliquam, vel vt eam fœnori dares, quamuis id quod egeris tibi non profuerit. veluti cùm seruos emisses, si hi mortui sint aut fugerint, aut cùm fœnori dedisses, si non sit soluendo, cui credidisti: mandati ego tibi non teneor. ¶ Et hæc adeò vera sunt, vt apud veteres dubitatum sit, an mandati tenear si mandarim tibi, *vt Titio sub vsuris pecuniam crederes*, quibusdam dicentibus id consilium esse, & secundum ea, quę dicta sunt obligationem non parere. Sed obtinuit Sabini sententia, dicentis mandati me obligari. Nam quoniam certam personam Titii, mandato apposui: ideo tibi obligor, veluti ad quandam similitudinem fideiussoris. Si enim indefinitè dixerim: crede pecuniam tuam: mandatum hoc (vt dictum est) non est obligatorium.

a d. l. 1. §. tua autem gratia. 6. ff. eod.

b *Mandati nemo obligatur, quòd consilium nudum dederit. aliud est enim mandare, aliud consilium dare. aliud tamē dicendum, vbi quis fraudulentū consiliū dedit.* l. consilii non fraudulenti. 47. ff. de regulis iuris.

c *Alia hic ratio videtur adferri à Theophilo, quàm quæ à Iustiniano Instimanea fuerit.* 14. Eclog. 1. c. 6. sup. 3. versic. si di. l. 6. §. planè l. 32. ff. eod.

παρ' ἑτέρου, οὐ μὴν παρὰ σοῦ, οἷα μηδὲν ὠφελουμένου· γίνεται τὸ μανδάτον.

6 ¶ Σοῦ[a] μόνου χάριν γίνεται τὸ μανδάτον, ἡνίκα ἐντείλωμαί σοι, ἵνα τὰ σὰ χρήματα μᾶλλον εἰς ἀγορασίαν κτημάτων παράσχῃς, ἤπερ ἵνα δανείσῃς, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἵνα μᾶλλον δανείσῃς, ἤπερ ἀγοράσῃς κτήματα. τὸ δὲ τοιουτότροπον μανδάτον, συμβουλὴ μᾶλλον ἐστὶν ἤπερ μανδάτον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδεμίαν τίκτει ἐνοχήν. οὐδεὶς[b] γὰρ ἀπὸ συμβουλῆς ἐνέχεται τῇ μανδάτι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μὴ ὠφελήθη ὁ συμβουλευθείς. ὁπότε ἐλευθέρα ἑκάστῳ πρόσεστιν ἐξουσία, ζητῆσαι καθ' ἑαυτὸν, εἰ ἄρα τὸ ἐν συμβουλῇ αὐτῷ παρά τινος εἰρημένον ἐπωφελὲς ὑπάρχει. διὸ εἰ ἀργὰ ἔχοντά σε χρήματα, προτρέψω, ἵνα τι πρᾶγμα ἀγοράσῃς, ἢ ἵνα ταῦτα δανείσῃς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τὸ πραχθὲν ἐπωφελές σοι οὐ γέγονεν, οἷον τὸ ἀγοράσαι, ἐπειδὴ τυχὸν οἰκέται ἦσαν καὶ ἐτελεύτησαν, ἢ ἔφυγον, ἢ ἐδάνεισας ἀπόρῳ, οὐ κατασχεθήσομαί σοι τῇ μανδάτι. ¶ Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ταῦτα οὕτως ἔχει, ὅτι γέγονε ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς ἀμφιβολία, εἰ ἄρα τῇ μανδάτι κατέχομαι ἐντειλάμενός σοι ἵνα Τιτίῳ ἐπὶ τόκῳ δανείσῃς χρήματα, τινῶν συμβουλὴν τοῦτο λεγόντων. καὶ μὴ τίκτειν ἐνοχὴν, κατὰ τὰ εἰρημένα. ἐκράτησε δὲ μᾶλλον ἡ τοῦ Σαβίνου γνώμη λέγουσα, ἔνοχόν με γενέσθαι τῇ μανδάτι. ἐπειδὴ[c] γὰρ κέρδον ὑπεθέμην πρόσωπον Τιτίου, διὰ τοῦτο καὶ ἐνέχομαι, τρόπον τινὰ μιμούμενος ἐγγυητήν. εἰ μὲν γὰρ εἴπω ἀπροσδιορίστως, δάνεισον τὰ χρήματα, ἐνοχοποιὸν οὐκ ἔστιν ὡς εἴρηται τὸ μανδάτον.

6 ¶ Tua tantū gratia interuenit mandatū: veluti si tibi mandē, vt pecunias tuas in emptiones potiùs prædiorū colloces, quā fœneres: vel ex diuerso, vt pecunias tuas fœneres potius, quā in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mādatum magis cōsilium quàm mādatum est, & ob id nō est obligatorium, quia nemo ex consilio mādati obligatur, etiāsi non expediat ei, cui mādabatur: cū liberum cuique sit apud se explorare, an sibi expediat consilium. Itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis vt rem aliquam emeres, vel eam crederes, quanuis non expediat eā tibi emisse, vel credidisse, non tamen tibi mandati tenetur. ¶ Et adeò hæc ita sunt, vt quæsitum sit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares: sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum: quia non aliter Titio credidisses quàm si tibi mandatum esset.

7 ¶ Illud

7 ¶ Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est: veluti si Titius de furto aut damno faciẽdo, aut de iniuria faciẽda mandet tibi, licèt enim pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamẽ vllam habes aduersus Titium actionem.

8 ¶ Is qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati: vt ecce, si quis vsque ad centum aureos mãdauerit tibi vt fundum emeres, vel vt pro Titio sponderes, neq: pluris emere debes, neq: in ampliorem pecuniam fideiubere, alioqui nõ habebis cum eo mãdati actionem, adeò quidem vt Sabino & Cassio placuerit, etiam si vsque ad centũ aureos cum eo agere volueris inutiliter te acturum. Sed diuersę scholę authores rectè vsque ad centum aureos te acturum existimãt. quæ sententia sanè benignior est. Quod si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem, quoniam qui mandat, vt sibi centum aureorum fundus emeretur, is vtique mandasse intelligitur, vt minoris (si possit) emeretur.

εἰ δὲ ῥητὸν ὑπόθωμαι πρόσωπον, κατὰ τὸ κρατῆσαν ἔθος, ὑπεύθυνος ἔσομαι τῷ μανδάτῳ.

7 ¶ Ὥσπερ τὸ ἐν συμβουλῇ γενόμενον μανδάτον οὐ τίκτει τὴν μανδάτι, οὕτως οὐδὲ τὸ contra [a] bonos mores. οἷον ἐνετειλάμην σοι, ὥστε κλέψαι τὰ Τιτίου πράγματα, ἢ ζημιῶσαι αὐτόν, ἢ ὑβρίσαι εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ σὺ πειθεὶς τῷ ἐμῷ μανδάτῳ, τὴν ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι ὑπέστης ποινήν, ὅμως οὐκ ἕξεις κατ' ἐμοῦ τὴν μανδάτι.

8 ¶ Ὁ τὸ μανδάτον ὑποδεξάμενος, οὐκ ὀφείλει τοὺς ὅρους [b] ὑπερβῆναι τοῦ μανδάτου. οἷον ἐνετειλάμην σοι, ὥστε μέχρι ἑκατὸν νομισμάτων ἀγοράσαι μοι τόνδε τὸν ἀγρόν, ἢ μέχρι ἑκατὸν νομισμάτων ἐγγυήσασθαι Τίτιον, οὔτε πλείονος ποσότητος ἀγοράσαι μοι τόνδε τὸν ἀγρόν σε ἔδει, οὐδὲ εἰς πλεῖον ἐγγυήσασθαι. παραβὰς γὰρ τὸ εἰρημένον ἡμῖν μέτρον, οὐκ ἕξεις κατ' ἐμοῦ τὴν μανδάτι ἐπὶ τοσοῦτον ὅτι σαβῖνος καὶ κάσσιος φησίν, εἰ καὶ μέχρι ἑκατὸν νομισμάτων βούλῃ κινῆσαι κατ' ἐμοῦ τὴν μανδάτι, τουτέστι μέχρις ἧς ἐνετειλάμην σοι ποσότητος τὴν πλείονος καταφρονήσας, οὐκ ἔσται χρηστὸν ἀποτέλεσμα τῇ δίκῃ. οἱ δὲ προκουλιανοί, ὀρθῶς σε λέγουσι μέχρι τῶν ἑκατὸν νομισμάτων κινεῖν. ἡ τῆς γνώμη μᾶλλον ἐστὶ φιλάγαθος. εἰ δὲ ἐλάττονος ἀγοράσῃς, οἷον π νομισμάτων, ἕξεις κατ' ἐμοῦ δηλαδὴ τὴν μανδάτι. ὁ γὰρ ἐντελλόμενος ἑκατὸν νομισμάτων αὐτῷ ἀγρὸν ἀγορασθῆναι, προδήλως ἐντέλλεσθαι δοκεῖ, ὥστε καὶ ἐλάττονος εἰ δυνατὸν ἀγορασθῆναι.

Quòd si certam personam subiecerim, secundum morem qui nunc obtinet, mandati obligabor.

7 ¶ Quemadmodũ mandatum quod pro consilio latum est, obligationem mandati non producit: ita nec mandatum, quod contra bonos mores est: veluti si mandatum tibi vt res Titij furto tolleres: aut dãnum ei dares, aut contumelia eum afficeres. Nam quamuis mandato meo parueris, & pœnam facti istius nomine præstiteris: non tamen vllam aduersus me habebis mandati actionem.

8 ¶ Is qui mandatum suscepit, fines mandati excedere non debet. Veluti, mandaui tibi vt vsque ad centum aureos fundum illum mihi emeres: aut vt vsque ad centum aureos pro Titio sponderes. Neque pluris emere fundum illum debes, neque in maiorem summam pro Titio spondere. Nam si statutũ inter nos modũ excedas, mandati actionem mecũ non habebis. Adeò, vt Sabinus & Cassius existimẽt, etiam si vsque ad centum aureos mecum velis ex mandato agere (hoc est, vsque ad summam quam tibi mandaui) eo quod amplius est omisso inutilem fore litis exitum. Proculiani verò rectè vsque ad cẽtum aureos agere te dicunt: quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris, veluti octoginta aureis, habebis scilicet mecũ mãdati actionẽ. Qui enim mandat, vt sibi centũ aureis fundus ematur, vtique id mandare videtur, vt etiam minoris (si fieri possit) ematur.

a Sic author Eclogæ 14. ti. 1. c. 6. §. 3. ἐπὶ αἰσχρῷ πράγματι ἐντολὴ οὐ συνίσταται. adde Gai. 2. ti. 9. §. similiter l. 6. §. rei turpis. 3. l. 12. §. quidem 6. ff. eo.

b 1. Gai. 9. §. vide diligenter l. 5 ff. mandat.

quoniam maior summa minorem in se continet.

9 ¶ Soluitur mandatum quamuis rectè contractũ. si re integra, id est, manẽtibus rebus reuocatũ fuerit: veluti mandaui tibi vt seruũ mihi emeres, Antequam emere inciperes, reuocaui mandatum. Id est, re integra.

10 ¶ Similiter & re integra per mortẽ eius qui mãdauit, aut eius cui mãdatum est, soluitur mandatum. Propter naturalẽ tamen æquitatem, placuit interdum actionem mandati dari. Quid enim si cũ in regionem illam proficisci parares, ego tibi mãdaui, vt mihi equos emeres: tu suscepto mandato profectus es. Antequam ad emptionem accederes, contigit vt ego morerer. Tu cùm me adhuc viuere putares, & mandato parẽres, emisti equos. Reuersus comperis me defunctum esse. Mandati agere cum heredibus meis non potes. Quoniam re integra euenit, vt ego mandator tuus obirem. Sed quoniam iniquum est te, cùm mortem meam ignoraueris, damno affici: visum est benignius esse vt mãdati actionem aduersus heredes meos haberes, ne iusta probabilisque ignorãtia damnũ tibi afferret.

¶ Id autem hic contingit exemplo eius quod in illa specie traditũ est. Dispensator est seruus, qui fœnori dare cõsueuit pecuniam domini. Et hic quidem fœnori dando, neminem sibi obligat. Nam quomodo, cùm seruus sit? sed domino suo actionẽ ex mutui datione adquirit. At qui mutuũ accepit, siue domino soluat, à debito liberatur: quoniam ei soluit, qui actionem

a *Hoc est mãdatum finitur finita seu contraria volunt.* 1. Gai. 9. §. soluitur, 10 l. 12. §. si mãdauero. l. 15. ff. eod.

b *Mandatum morte soluitur,* 2. Gai. 9. §. soluitur. l. 26. ff. eodem. d l. si quis. 27. §. morte quoque eius cui mandatũ est, 3. ff. eod.

d l. si præcedente. 58. ff. eod.

e *Dispensator seruus pecuniis fænerandis & exigendis præpositus. adde quæ scripsi ad* l. 1. C. aduersus fiscum. l. 4. C. de fide instrumẽtorum. l. 18. l. 51. l. 62. ff. de solutionibus.

τοῖς γὰρ πλείοσι τὰ ἐλάττονα περιέχεται.

9 ¶ Διαλύεται τὸ μανδάτον, κἂν ὀρθῶς προβῇ, εἰ ῥὲ ἴντεγρα, τουτέστι μενόντων τῶν πραγμάτων γένηται τούτου ἀνάκλησις. [a] οἷον ἐνετειλάμην σοι τὸ ἀγοράσαί μοι οἰκέτην, πρὶν ἄρξῃ τῆς ἀγορασίας ἀνεκαλεσάμην τὸ μανδάτον. τοῦτό ἐστι ῥὲ ἴντεγρα.

10 ¶ Ὁμοίως ῥὲ ἴντεγρα θάνατος [b] συμβὰς τοῦ ἐντειλαμένου, ἢ [c] τοῦ ἐνταλθέντι λύει τὸ μανδάτον. διὰ δὲ τὸ φύσει δίκαιον, ἤρεσεν ἔσθ᾽ ὅτε δίδοσθαι τὴν μανδάτι. τί γὰρ ὅτι μέλλοντί σοι ἐκδημεῖν ἐπὶ τήνδε τὴν χώραν, ἐνετειλάμην σοι ἀγοράσαι ἵππους. δεξάμενος τὸ μανδάτον ἀπεδήμησας· πρὶν ἅψῃ τῆς ἀγορασίας, συνέβη με τελευτῆσαι. ὑποπτεύων σὺ ἔτι με περιεῖναι, καὶ τὸ μανδάτον τὸ ἱκανὸν ποιῶν, ἠγόρασας τοὺς ἵππους. ὑποστρέψας ἔγνως με τεθνηκέναι, οὐ δύνασαι κινῆσαι τὴν μανδάτι κατὰ τῶν ἐμῶν κληρονόμων. ἐπειδὴ ῥὲ ἴντεγρα συνέβη τὸν ἐντειλάμενόν σοι ἐμὲ τελευτῆσαι, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ [d] ἄτοπόν ἐστιν, ἀγνοήσαντά σε ζημιοῦσθαι, ἤρεσε διὰ τὸ φιλάγαθον, ἔχειν σε κατὰ τῶν ἐμῶν κληρονόμων, τὴν μανδάτι, ἵνα μὴ ἡ εὔλογος ἄγνοια ζημίαν σοι προσενέγκῃ. ¶ τοῦτο δὲ προβαίνει κατὰ μίμησιν ἐκείνου τοῦ θέματος. δισπενσάτωρ [e] ἐστὶν ὁ οἰκέτης, ὃς εἰώθει ἐκδανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα. οὗτος δὲ δανείζων, ἔνοχον μὲν οὐ κτᾶται. πῶς γὰρ οἰκέτης ὤν; τῷ οἰκείῳ δὲ δεσπότῃ, τὴν ἀπὸ τοῦ δανείσματος προσπορίζει ἀγωγήν. ὁ δὲ δανεισάμενος, εἴτε τῷ δεσπότῃ καταβάλῃ, ἐλευθεροῦται τοῦ χρέους· κατέβαλε γὰρ τῷ τὴν ἀγωγὴν ἔχοντι

9 ¶ Rectè quoque mandatum contractum, si dum adhuc integra res sit, reuocatũ fuerit, euanescit.

10 ¶ Item si adhuc integro mãdato, mors alterutrius interueniat, id est, vel eius qui mandauerit, vel illius qui mandatum susceperit, soluitur mandatum. Sed vtilitatis caussa receptũ est, si eo mortuo qui tibi mãdauerat, tu ignorans eũ decessisse, executus fueris mandatum, posse te agere mandati actione: alioqui iusta & probabilis ignorantia tibi damnum adferet. ¶ Et huic simile est, quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titij per ignorantiam liberto soluerint, liberari eos, cùm alioqui stricta iuris ratione non possent liberari, quia alij soluissent, quàm cui soluere debuerint.

11 ¶ Man-

κατ' αὐτοῦ. εἴτε τῷ οἰκέτῃ, καὶ οὕτως ἀπαλλάττεται τοῦ ἐποφείλειν. δέδωκε γὰρ ταῦτα γνώμῃ τοῦ δεσπότου. ὁ [a] γὰρ ἐπιτρέψας τῷ οἰκείῳ οἰκέτῃ δανείζειν, αὐτὸς δοκεῖ παῤῥησίαν διδόναι τοῖς δανειζομένοις, τοῦ ἐπ' αὐτὸν τὸν διασπενσάτωρα καταβάλλειν. ταῦτα δὲ, ἐφ' ὅσον τῆς αὐτῆς ἔχεται ὁ δεσπότης περὶ τὸν οἰκέτην διαθέσεως. εἰ γὰρ ἀπόστη τῆς τοιαύτης γνώμης, οὐκ ὀρθῶς οἱ δανειζόμενοι ἐπ' αὐτὸν καταβάλλουσιν. τί οὖν ἐπὶ τὸν διασπενσάτωρα ἠλευθέρωσεν ὁ δεσπότης, εἶτα κατέβαλεν ἐπ' αὐτὸν ὁ δανεισάμενος τὰ χρήματα· ἆρα ἐλευθεροῦται τοῦ χρέους; κατὰ μὲν τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ὀφείλει ἐλευθεροῦσθαι· ἐπειδὴ ἑτέρῳ κατέβαλεν, ἤπερ ᾧ ἐβούλετο ὁ δεσπότης τῶν χρημάτων· ἐλευθερώσας γὰρ αὐτὸν δῆλον ὅτι τῆς τοιαύτης ἀπέστη ἐπ' αὐτῷ διαθέσεως. ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον ἐστὶ, τὴν εὔλογον [b] ἄγνοιαν φέρειν βλάβην τῷ καταβαλόντι, ἤρεσε ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν, διὰ τὸ φύσει δίκαιον τῆς ἐνοχῆς. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ διασπενσάτωρος παρὰ τὴν ἀκρίβειαν ἡ εὔλογος ἄγνοια βοηθεῖται, οὕτω καὶ τοῦ μανδάτωρος ῥὲ ἰντέγρα διαλυθέντος τελευτῇ τοῦ ἐντειλαμένου, κινηθήσεται ἡ μανδάτι διὰ τὸν αὐτὸν λογισμὸν, τουτέστι τὴν εὔλογον ἄγνοιαν.

11 ¶ Τὸ γινόμενον εἰς ἐμὲ μανδάτον, ἐξουσία μοι πρόσεστι [c] μὴ ὑποδέχεσθαι. ὑποδεχθὲν δὲ πληρῶσαι ὀφείλω, ἢ τάχιστα ἀπαγορεύειν. ὥστε τὸν ἐντειλάμενόν μοι, ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ δι' ἑτέρου τὸ αὐτὸ πρᾶγμα πληρῶσαι. εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἀπαγορεύσω ὥστε ἐν ἀκεραίῳ τὰ τοῦ πράγματος τῷ ἐντειλαμένῳ φυλάττεσθαι, καὶ δύνασθαι οὐδὲν ἧττον ἀζημίως αὐτὸ πληροῦν, κατέχομαι τῇ μαν-

cum eo habebat: Siue seruo: & hunc quoq. modum debere definit. Voluntate enim domini id dedit. Nã qui seruo permisit, vt pecuniam suam crederet: idem & debitoribus facultatem dedisse videtur, vt dispensatori soluerent. Et hæc quidem quandiu eo dem erga seruum dominus animo est: Si enim sẽtentiam mutarit haud rectè debitores ei soluunt. Quid ergo si dominus dispensatorem manumiserit, & deinde ei debitor pecuniã soluerit, an liberatur debitor? Et quidem secundum strictã iuris rationẽ liberari non debet, quoniam alij soluit, quàm cui dominus pecuniarum volebat. Cùm enim eum manumiserit, dubium nõ est, quin & animum suum erga ipsum mutarit. Sed quoniã iniquum est, vt probabilis iustáque ignorantia soluenti damnum afferat, placuit eum propter naturalem æquitatem obligatione illa liberari. Quemadmodum igitur in dispẽsatore, probabili ignorantiæ succursum est: ita & mãdato, re integra per mandantis mortẽ soluto, mandati actio locum habebit: propter eandem rationẽ, id est, propter probabilem ignorantiam.

a Qui seruo pecunia fanerandæ potestatem fecit, eidẽ & mutua recipiendæ potestatem fecisse intelligitur. ad de l. quod seruus qui deposuit. 11. ff. de positi. l. 18. ff. de solutionib.

b Iusta ignorantia soluenti damnum adferre non debet.

11 ¶ Mandatũ non suscipere, cuilibet liberũ est: susceptum autem consummãdum est, aut quãprimum renunciãdum, aut per semetipsũ, aut per alium, eandẽrem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, vt integra caussa mãdatori reseruetur eandẽ rem explicãdi: nihilominus mandati actio locum habet:

11 ¶ Mandatum, quod mihi aliquis facit, liberũ est non suscipere: susceptum verò aut implere debeo, aut quàm primum renuntiare, vt is, qui mihi mandauit, aut per se, aut per alium eã rem exequatur. Nam nisi ita renuntiauero, vt omnia quæ rem cõtingunt, mandanti sint in integro, & eam commodè adhuc exequi possit, mandati tenebor,

c l. si mandauero. 22. §. sicut autem liberum est. 11. l. 27. §. qui mandatum suscepit.

verbi gratia, profectionem parabam in regionē aliquam, volebat autem & Titius, qui & ipse tibi amicus erat, eodem proficisci. Tu mihi mandasti, vt mācipia aliúdve quid, tibi emerem. Si mandatum suscepi, eousque impunè renuntio, donec nōdum Titius profectus est, & ei de eadem emptione mandare potes. Quòd si illo iam profecto renuntiauero, mandati tenebor. Quoniā Titio iam profecto per alium mandator implere mandatum non potest. Si tamen iusta aliqua causa intercesserit, quæ ne renūtiarem impedimento fuerit: aut vt tardiùs renuntiarem, fecerit, ignoscendū mihi est. Quid enim si publicæ necessitates, aut aliæ quædis necessarię mādatum implere mihi non permiserint?

12 ¶ Mandatum & in diē differri potest: veluti, Mando tibi, vt post biennium hoc agas. Et sub conditione fieri: veluti, Mādo tibi, vt si nauis ex Asia venerit, hoc facias.

13 ¶ Illud autem vt in summa sciendum est, mandatum gratuitū esse debere. Nisi enim tale sit, in aliam speciem contractus cadit. Quoniam mercede constituta, locatio & conductio esse incipit. Nā id te generaliter scire oportet, quibus casibus sine mercede suscepto abs te aliquid faciendi officio, mandari: aut depositi nascitur actio, in his casibus mercede interueniente locationem & conductionem contrahi. Quapropter si falloni polienda, aut candefactori candefacienda, aut sartori sarcienda vestimenta dederis, nulla constituta aut promissa mercede, gratis fullone,

δάτι. τί γὰρ ἔμελλον ἀποδημεῖν [a] ἐπὶ τήνδε τὴν χώραν. ἐβούλετο δὲ Τίτιος καὶ αὐτὸς φίλος σοι ὢν ἀποδημεῖν. ἐνετείλω μοι ὥς τε σοι ἀγοράσαι, ἢ ἀνδράποδα, ἢ καὶ ἕτερόν τι ἐὰν ὑποδέξωμαι τὸ μανδάτον, μέχρι τοσούτου ἀζημίως ἀπαγορεύω, ἄχρις οὗ οὐκ ἀπεδήμησεν ὁ Τίτιος, καὶ δύναταί αὐτῷ ἐντείλασθαι περὶ τῆς αὐτῆς ἀγοραστίας. εἰ δὲ συμβῇ αὐτὸν ἀποδημῆσαι τηνικαῦτα ἀπαγορεύσας ἐγὼ, ἔνοχος ἔσομαι τῇ μανδάτι. οὐκ ἔτι γὰρ πληρῶσαι δι᾽ ἑτέρου δύναται τὸ μανδάτον ὁ ἐντειλάμενος, ἀποδημήσαντος τοῦ Τιτίου ἤδη. εἰ μέντοι εὔλογος αἰτία ἐπιγένηται, ἥτις οὐ συνεχώρησέ με ἀπαγορεῦσαι, ἢ βραδέως ἀπαγορεῦσαι, συγγνώμης ἀξιωθήσομαι. τί γὰρ ὅτι δημοσία χρεία ἢ ἑτέρα τις ἀναγκαία περίστασις οὐ συνεχώρησέ μοι τὸ μανδάτον ἀποπληρῶσαι;

12 ¶ Τὸ μανδάτον καὶ ἐν διεμ [b] γίνεσθαι δύναται· οἷον Ἐντέλλομαί σοι μετὰ δύο ἔτη τόδε πρᾶξαι. καὶ ὑπὸ αἵρεσιν, οἷον Ἐντέλλομαί σοι σὶ νάβις ἐξ Ἀσίᾳ βένερειτ, τόδε ποιῆσαι.

13 ¶ Ὡς ἐν τέλει δὲ ἰστέον, ὅτι τὸ μανδάτον, [c] ὀφείλει εἶναι γρατουίτον. [d] εἰ μὴ γὰρ τοιοῦτον ἐστὶν, εἰς ἕτερον μεταπίπτει συνάλλαγμα. μισθοῦ γὰρ ὁρισθέντος ἄρχεται μίσθωσις εἶναι καὶ ἐκμίσθωσις. γενικῶς γὰρ εἰδέναι σε χρὴ, ἐφ᾽ [e] ὧν θεμάτων δίχα μισθοῦ ἀναδεχομένου σου τι ποιῆσαι, ἢ μανδάτι, ἤγουν ἡ δεπόσιτι [f] συνίσταται ἀγωγὴ, ἐπὶ τούτων τῶν θεμάτων, μισθοῦ παρεντεθέντος μίσθωσις καὶ ἐκμίσθωσις συναλλάττεται. διὸ εἰ κναφεῖ κναφέαν, ἢ λευκαντεῖ [g] λευκαντέαν οὐδενὸς παράσχῃς, ἢ ῥάπτῃ ῥαπτέαν, οὐδενὸς μισθοῦ ὁρισθέντος, οὐδὲ ἐπαγγελθέντος, παρεῖχα τοῦ κναφέως,

nisi iusta caussa intercesserit aut non renunciandi, aut intempestiuè renunciandi.

12 ¶ Mandatum & in diem differri, sub conditione fieri potest.

13 ¶ In summa sciendum est mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam negotij cadere. Nā mercede constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (vt generaliter dicamus) quibus casibus sine mercede suscepto officio, mandati siue depositi contrahitur negotiū: iis casibus interueniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo si fulloni polienda curandáve quis dederit vestimenta, aut sarcinatori sarcienda, nulla

a *Ob necessariam peregrinationem integra adhuc caussa mādati negotio renuntiari potest.* Paul. 2. sent. 1. §. 1.
b *ἐπὶ ἡμέραν dixit author* Eclog 14. tit. 1. c. 1. l. 1. §. 3. ff. eod.
c l. 1. §. 4. ff. eo. *Eadem ratione cōmodatum gratuitū esse debet.* §. 2. in fin. sup. quib. mod. re contr. oblig.
d *Author* Eclo. 14. tit. 1. c. 1. *dixit ἀλλὰ χάριν εἶναι δίχα μισθοῦ, μισθοῦ γὰρ μεσολαβήσαντος· intermediante enim pecunia μίσθωσιν γίνεσθαι, locationem fieri.*
e *Mādati, depositi, & locati differentia.*
f *Fortè legendū est, præscriptis verbis, ex* l. si tibi poliē da 22. ff. de præscrip. verbis. *Nā si tibi mādaui poliēda vestimēta, & tu hāc operā gratis suscepisti, mādatū: si merces cōstituta, locatio: si neq; gratuito neque mercede cōstituta, sed vt tantum mercedis daretur quantū inter nos statutū esset, præscriptis verbis actio nascitur. Igitur quib. casibus neq; mandati, neq; præscriptis verbis nascitur actio, ibi locatio nascitur. Et tamē vt hæc ita sint, nihil temerè hoc loco mutādum censeo.*
g *Glossis λευκαντεῖν albator, ῥάπτης sarcinator.* Vt & 20. Ecl. 1. c. 9. in fi.

nulla mercede constituta, neq; promissa, mandati competit actio.

ἢ ῥάπτῃ ταῦτα ποιεῖν ἐπαγγελλομένου, ἐπὶ τῇ τούτων ἀναλήψει ἡ μανδάτι [a] χρήμωσι ἀγωγή.

aut sartore id se facturum pollicente, ad ea recipienda mandati competet actio.

a Imò præscriptis verbis d. l. si tibi polienda. 22. in fin. ff. de præscriptis verbis.

DE OBLIGATIONIBUS quæ ex quasi contractu nascuntur. TIT. XXVIII.

ΠΕΡΙ ΕΝΟΧΗΣ ΩΣΑΝΕΙ ἀπὸ [b] συναλλάγματος.

Τίτλος κη.

DE OBLIGATIONIBUS QUAE QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR.

TIT. XXVIII.

b Dicũtur & ab authore nostro hæ obligationes ὡς ἀπὸ κοντράκτου. §. 6. infr. eod. ὡς ἀπὸ κυάσι κοντράκτου §. 5. in fin. inf. eo.

¶ De secundo genere obligationum, hoc est de obligationibus ex quasi contractu (superius enim dictũ de iis quæ ex contractu essent) & quid sit obligari ex quasi contractu: vtque hoc genus obligationis differat à contractu & maleficio obligationibus. 1 Quasi ex contractu obligari, Negotiorum gestorem, ei cuius negotia gessit: & è contra. 2 Tutorem pupillo, & contrà. 3 Communem rem habentem, collegatorio aut cōdonatario suo, si quid in re ita, siue societate communi damni fecerit, aut eam meliorem fecerit: & econtrà. 4 Coheredem coheredi eadem ratione legatariis obligari. 6 Indebitum accipientem, ei à quo id accepit, eadem iure teneri, nisi indebitum acceperit ex ea causa quæ inficiando crescere solet: & quæ actiones per infiCiationes crescant.

POst genera contractuum enumerata, dispiciamus etiã de iis obligatiõibus, quæ quidem nõ propriè nasci ex contractu intelliguntur: sed tamẽ, quia non ex maleficio substantiã capiunt, quasi ex cõtractu nasci videntur.

1 ¶ Igitur cùm quis negotia absentis gesserit, vltrò citróque inter eos nascũtur actiones, quæ appellãtur negotiorum gestorum: sed domino quidẽ rei gestæ aduersus eũ qui gessit, directa competit actio: negotiorum autem gestori, contraria, quas ex nullo contractu propriè nasci manifestũ est, quippe ita nascũtur istę actiones, si sine mãdato quisq; alienis negotiis gerendis se obtulerit, ex qua caussa ij, quorũ negotia gesta fuerint, etiã ignorãtes, obligãtur,

ΕΙπόντες οὖν περὶ τῶν ἐνοχῶν, τῶν ἀπὸ κοντράκτου τὴν γένεσιν ἐχουσῶν, εἴπωμεν λοιπὸν περὶ τῶν ἐνοχῶν, αἵ τινες οὐ κυρίως ἀπὸ τῶν συναλλαγμάτων κατάγονται, ἀλλ' [c] ἐπειδὴ ἐξ ἁμαρτήματος οὐκ ἔχουσιν ὑπόστασιν, ὡσανεὶ ἀπὸ συναλλάγματος τίκτεσθαι δοκοῦσιν.

1 ¶ Ἐάν τις τοίνυν, ἀπόντος μου τὰ ἐμὰ διοικήσῃ πράγματα, ἑκατέρωθεν μεταξὺ ἡμῶν τίκτονται ἀγωγαί. καὶ ἐμοὶ μὲν τῷ δεσπότῃ τῶν πραγμάτων δίδοται ἀγωγὴ ἡ διρέκτα [d] νεγοτιόρουμ γεστόρουμ. τῷ δὲ διοικήσαντι, ἡ κοντραρία. [e] ταύτας δὲ οὐκ ἔκ τινος συναλλάγματος κυρίως τίκτεσθαι φανερόν ἐστι. τότε γὰρ τίκτονται, ἡνίκα τις δίχα μανδάτου τῇ τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων διοικήσει ἑαυτὸν προσήγαγεν. ἐξ ἧς αἰτίας οἱ τῶν διοικηθέντων πραγμάτων δεσπόται, καὶ ἀγνοοῦντες [f] κατέχονται. καίτοι ἀπὸ συναλλαγμάτων, οὐδεὶς ἀγνοῶν κατέχεται.

CVM sit igitur dictum de obligationib. quæ ortũ habẽt ex contractu, dicamus deinceps de obligationibus, quæ quidem non propriè ex contractu descendunt, sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

1 ¶ Si quis ergo me absente, negotia mea gesserit, vltro citróque inter nos nascuntur actiones: & mihi quidem domino rerum datur directa actio negotiorum gestorũ: negotiorũ verò gestori, contraria. Has autem ex nullo propriè contractu nasci apertum est. Tũc enim nascuntur, cùm quis sine mandato ad res alienas gerendas accessit: qua ex causa, domini rerum gestarum, etiam ignorantes, obligantur. Atqui ex contractu nemo ignorans obligatur.

c Obligationes ex quasi contractu dicuntur, quæ neque ex contractu, neque ex maleficio, vel quasi l. 5. in prin. & §. 1. 2. 3. ff. de oblig.

d Negotiorum gestorum actio decenter cõpetit ei cuius negotia gesta sũt aduersus gestorem. l. 2 ff. de negotiis.

e Negotiorum gestorũ actio contraria competit gestori aduersus rei dominum, cuius negotium gessit. l. 2. l. 10. l. quæ vtiliter. 45. ff. de negotiis gestis.

a *Negotiorum gestione etiam ignorantes obligamur.*

b l.1.ff.de negotiis gestis. l.si quis absentis.§ vers. Ideo autem id ita receptū est.ff. de obligationibus

c *Gestor negotiorum rationibus domino reddendis obnoxius.* l. ij. ff de negotiis gestis. l. 5.§. 7.ff de administrat.tutorum.

d *Gestor negotiorum exactissimam diligentiam in negotiis gerendis praestare cogitur.* l.23.ff.de regulis iuris: *uno tamen casu dolum tantum praestat.* l. 3. §. 9.ff.de negotiis.

e l.si quis absentis §.5.tutelæ quoque iudicio. 1.ff. de obligationibus.

Idque vtilitatis causa receptum est, ne negotia eorū desererentur, qui subita & necessaria profectione distenti, nemini rerum suarum administratione demandata, peregrè profecti sunt. Porrò vtilitas in his est, nimirum in actionibus, directa scilicet & contraria: ne res desertæ & sine administratore relinquerentur. Neq; enim aliter quisquam eas curaret, nisi de eo aliquam haberet actionem, quod in administratione alienarū rerum impendiss.t. Porrò quemadmodū is qui vtiliter aliena negotia gessit, obligatū habet dominum eorū in id quod impendit: ita & ex cōtrario, ipse negotiorū gestor tenetur, vt administrationis suæ reddat rationem, cùm ab eo exigatur, vt exactissimam & pænè modum excedentem diligētiam rebus gerendis adhibeat. Neque enim ad hoc vt actione negotiorum gestorū non teneatur, sufficit talem diligētiam in alienorum negotiorum administratione adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modo alius diligentior eo cōmodiùs administraturus negotia fuisset. Tunc enim non ex negotiorum gestoris, sed ex illius alterius diligentia, res diiudicanda est.

2 ¶ Sed & tutores, qui tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligari intelliguntur. Quis enim cōtractus inter tutorē & pupillū cōtrahitur? maximè cū infans pupillus est. Sed quoniā tutores hic non ex maleficio tenentur: quod enim maleficium tutela est, quæ ad

τοῦτο δὲ ἐπινενόηται διὰ [a] τὸ χρήσιμον τῶν ἀπολιμπανομένων, οἵτινες αἰφνίδια καὶ σπουδαῖα καταχεθέντες ἀποδημία, οὐ δυνηθέντες περὶ τῶν οἰκείων πραγμάτων τὴν διοίκησιν ἐντείλασθαι, ἀπεδήμησαν. τὸ δὲ χρήσιμον ἐστὶν ἐν τούτοις, δηλονότι τῆς ἀγωγαῖς, τῇ τε διρέκτα καὶ τῇ κοντραρία, ἵνα μὴ ἀπρονόητα καταλειφθῇ τὰ πράγματα. οὐκ ἂν γὰρ τις τούτων ἐφρόντισεν, εἴγε μὴ τινὰ εἶχεν ἀγωγὴν, ἐφ' οἷς ἐδαπάνησε περὶ τὴν τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων διοίκησιν. ὥσπερ δὲ ὁ χρησίμως διοικήσας τὰ ἀλλότρια πράγματα, ἔνοχον ἔχει τὸν τούτων δεσπότην ἐφ' οἷς ἐδαπάνησεν, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, αὐτὸς ὁ διοικητὴς κρατεῖται, ὥστε τῆς διοικήσεως [b] λόγους ὑπέχειν, ἀπαιτούμενος τὴν ἀκριβεστάτην καὶ ὑπερβάλλουσαν [c] ἐπιμέλειαν τοῖς πράγμασι παρέχειν. οὐδὲ γὰρ ἐξαρκεῖ αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ κατασχεθῆναι τῇ νεγοτιόρουμ γεστόρουμ, τὸ τοιαύτην ἐπιμέλειαν ἐπιδείξασθαι περὶ τὴν ἀλλοτρίαν οὐσίαν, οἵαν εἰώθει ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ποιεῖσθαι πράγμασι. μόνον μέντοι, εἴγε ἕτερος ἐπιμελέστερος ἐπωφελέστερον ἔμελλε διοικεῖν τὰ πράγματα. τότε γὰρ, οὐ πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ διοικητοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑτέρου ἐπιμέλειαν τὰ τῆς διοικήσεως κρίνεται.

2 ¶ Καὶ ἐπίτροποι δὲ τῇ τουτέλαι κατεχόμενοι ἀγωγῇ, οὐκ [d] ἀπὸ κοντράκτου κυρίως ἔνοχοι γίνεσθαι νοοῦνται. ποῖον γὰρ συνάλλαγμα μεταξὺ ἐπιτρόπου καὶ πουπίλλου συναλλάττεται; καὶ μάλιστα ἐν ᾧ ἴνφανς ἐστὶν ὁ πούπιλλος. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἐξ ἁμαρτήματος ἐνταῦθα κατέχονται οἱ ἐπίτροποι. ποῖον γὰρ ἁμάρτημα [e] ἡ ἐπιτροπὴ ἤ τις

Idque vtilitatis caussa receptū est: ne absētium qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregrè profecti essent, desererentur negotia: quę sanè nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui vtiliter gessit negotia (dominū habet obligatum negotiorum gestorum: ita & contra, iste quoque tenetur vt administrationis reddat rationem. Quo casu ad exactissimā quisque diligētiam cōpellitur reddere rationem: nec sufficit talē diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, si modò alius diligētior eo commodiùs administraturus esset negotia.

2 ¶ Tutores quoque, qui tutelæ iudicio tenentur, nō propriè ex contractu obligati esse intelligūtur: nullū enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur, sed quia sanè nō ex malefi-

leficio tenetur, quasi ex cōtractu teneri vidētur. Hoc autem casu mutuæ sūt actiones. Non tātum enim pupillus cum tutore habet tutelę actionē: sed & contra, tutor cū pupillo habet contrariā tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rē suā creditorib. eius obligauerit.

3 ¶ Item si inter aliquos communis res sit sine societate: veluti quod pariter eis legata donatáve esset, & alter eorū alteri ideo teneatur communi diuidundo iudicio, quòd solus fructus ex ea receperit, aut quod socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit: nō intelligitur ex cōtractu propriè obligatus esse, quippe nihil inter se cōtraxerunt: sed quia ex maleficio nō tenetur, quasi ex contractu teneri videtur.

4 ¶ Idem iuris est de eo, qui coheredi familiæ erciscundæ iudicio ex his causis obligatus est.

ἐπὶ προνοίᾳ τῶν πουπίλλων ἐπινενόηται. ὡσανεὶ ἀπὸ συναλλάγματος κατέχεσθαι δοκοῦσι. κἀνταῦθα δὲ ἐξ ἑκατέρου[a] πλευροῦ τίκτονται ἀγωγαί. οὐ[b] μόνον γὰρ ὁ πούπιλλος τὸν ἐπίτροπον ἔνοχον ἕξει τῇ τουτέλαι ἀγωγῇ, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου αὐτὸς τῷ ἐπιτρόπῳ γίνεται ἔνοχος τῇ κοντραρίᾳ τουτέλαι. εἴτε τι ἐδαπάνησεν εἰς τὴν τοῦ πουπίλλου περιουσίαν, ἢ ὑπὲρ αὐτοῦ γέγονεν ἔνοχος, ἢ οἰκεῖον πρᾶγμα ὁ ἐπίτροπος δανειστῇ πουπιλλαρίῳ ἐνεχυρίασεν.

3 ¶ Ὑπὸ τὸ κουάσι κοντράκτον ὡσαύτως ἀνάγεται ἐὰν μεταξύ τινων εἴη πρᾶγμα κοινωνίας ἐκτός.[c] οἷον ἐπειδὴ ἅμα δύο τισὶ τὸ αὐτὸ ἐληγατεύθη πρᾶγμα, ἢ ἐδωρήθη. καὶ ἐντεῦθεν ἕτερος τῷ ἑτέρῳ κατέχεται, τῷ κομμούνι διβιδούνδω δικαστηρίῳ, ἐπειδὴ μόνος καρποὺς ἐντεῦθεν ἔλαβεν. ἢ κινεῖ τις, οἷα νεκεσσάρια δαπανήματα πεποιηκὼς περὶ τὸ κοινὸν πρᾶγμα. οὐδὲ γὰρ αὕτη ἡ ἀγωγὴ κυρίως ἐκ συναλλάγματος κατάγεσθαι δοκεῖ. ποῖον γὰρ μεταξὺ ἀλλήλων συνέθεντο συνάλλαγμα; ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ κακουργήματος χάριν κατέχεται ὁ ἕτερος, κουάσι κοντράκτον εἶναι τοῦτο δοκεῖ.

4 ¶ Τὸ αὐτό ἐστιν, εἰ καί τινες εἶεν συγκληρονόμοι,[d] εἶτα ἕτερος κατὰ τοῦ ἑτέρου κινεῖ τὸ φαμιλίαι ἐρκισκούνδαι δικαστήριον, ἐκ τῶν εἰρημένων ἐπὶ τῷ κομμούνι διβιδούνδω αἰτιῶν.

5 ¶ Εἰ δὲ καί τις τελευτῶν, ἐνστήσηταί με κληρονόμον, ληγατεύσῃ δὲ παρ' ἐμοῦ πρᾶγμα ἀλλότριον, κατέχομαι ἐγὼ τῷ ληγαταρίῳ,[e] ἕνεκα τοῦ καταλειφθέντος τῇ ἐκ τεσταμέντο.

pupillorum curam est inuenta, quasi ex contractu teneri videntur. Et hîc ergo mutuæ nascūtur actiones: quoniam non solùm pupillus cum tutore tutelæ actionem habet, sed etiam ipse tutori contraria tutelæ actione obligatus est: siue quid tutor impendit in rē pupilli, siue pro eo sese obligauit, siue rem suam creditori pupillari in causam pignoris dedit.

3 ¶ Inter obligationes, quæ ex quasi contractu sunt, est & illa. Si inter aliquos res communis sit sine societate: veluti, quod pariter duobus quibusdā eadē res legata aut donata esset. Et hinc alter alteri Communi diuidundo iudicio tenetur, aut quòd vnus eorum solus fructus ex ea re perceperit, aut quòd alius solus necessarias impensas in rem cōmunem fecerit. Nam neque hæc actio propriè ex contractu descendere videtur. Quem enim contractum inter se inierunt? sed quoniam ex maleficio alter alteri nō tenetur, quasi contractus ea res videtur esse.

4 ¶ Idémque est, si aliqui sint coheredes, & deinde alter cum altero familiæ herciscundæ iudicio egerit, ex his causis quæ in iudicio Communi diuidundo dictæ sunt.

5 ¶ Ad hæc si quis moriēs heredem me instituerit, & rē alienā à me legauerit: ergo rei nomine quæ testamēto relicta est, legatario teneor actione ex testamento.

5 ¶ Heres quoque legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur, (neque enim cum herede, neque cum defuncto vllum negotium legatarius

a Ἐξ ἑκατέρου πλευροῦ ἀγωγαί: dicuntur mutua atq. vltrò citròque actiones, quales inter tutorem & pupillum, ex tutelæ gestione.
b Vide d.l.5.§.1. ff de oblig.
c Cōmunis res est inter aliquos, vel ex societate, vel sine societate. Ex societate cōmunis res est, quæ ex conuentione ortū habet, vt si duo, pluresúe simul rē emāt. Sine societate communes res sunt quæ duob. vel pluribus legata vel donata l.2 ff. communi diuidūdo, in his alter alteri tenetur vel cōmuni diuidundo iudicio, vt res ipsa cōmunis diuidatur: vel negotiorū gestorū actione, si alteruter quid in rem ita communē impēderit. adde 52. Eccl.c 43. in fi.
d Quemadmodum igitur cōmunionem rei habēs quasi ex cōtractu obligatur ei quicū habet cōmunionē rei: ita coheres coheredi obligatur, vt quod de cōmuni diuidūdo iudicio dictū est superiore casu, idē obtineat in altero casu, hoc est familiæ erciscūdæ iudicio quod inter plures coheredes reddi solet. l.1.l.2. ff. familiæ erciscundæ.
e Heres qui legatū debet legatario obligatur quasi ex cōtractu. l.5 §. heres.2. ff. de obligat. 16 lb.

Porrò actio hæc ex testamento, non ex contractu oritur. Nam cum quo cōtractum iniisse videtur legatarius? non cum defuncto, quoniam ignorante legatario, eam rem testator relinquit. Non cū herede, quoniam & eo inuito relinquitur legatū. Sed quoniam in hac re maleficium non vertitur, ex quasi contractu heres obligari videtur.

6 ¶ Item, si quis mihi per errorem id soluerit, quod mihi non debebat, quasi ex cōtractu obligari videor. Adeò enim ex cōtractu propriè non obligor, vt si quis certiorē rationem sequatur, magis (quod & suprà diximus) ex dissolutione eius quod se quis putabat debere, quā ex cōstitutione alicuius contractus obligari videar: hoc est ex distractu potiùs quā ex contractu. Nam qui animo soluendi dat id quod debere se putat: in hoc dat, vt obligationem quam subesse existimat, dissoluat potiùs & distrahat, quàm vt nouam obligationem aliquā cōstituat ac contrahat. Sed tamen is qui accepit, obligatur, sicut is cui mutuū datur, & condictione indebiti tenetur.

7 ¶ Non quauis tamen ex causa, ei qui per errorē soluit, repetendi facultas datur. Quoniam id pro regula tradunt veteres: quibus ex causis id quod verè debetur per inficiationem duplatur, ex iisdē causis & quod non debitum solutum est, repeti non posset: veluti ex lege Aquilia. Nā si quis damnum mihi dederit, habeo aduersus eū actionem ex lege Aquilia. Sin verò, cùm poscerē vt damnum mihi resarciret, inficiatus fuerit, se quicquā debere: deinde fuerit cōuictus, duplū soluere cogetur.

a *Imò re obligatur.* §. 1. sup. quibus modis re cōtrahitur obligatio.
b l. 5. §. is quoque qui non debitum accepit 3. ff. de obligat.
c §. 1. in fi. sup. quib. mod. re contrahitur obligatio.
d *Διάλυσις distractus: cui hic opponitur σύστασις vt & διαλύειν & συνιστᾶν.* §. 1. sup. quib. modis re contr. oblig.
e Vide titul. Digest. & C. de cond. indeb.
f *Indebitum solutum quib. ex causis non repetatur.*
g *Quædam actiones, si à reo inficientur duplantur.* Paul. 1. sent. 19. §. 1.
h *Dixi ad* §. 19. inf. de actionibus.
i *Actionem damni iniuria seu legis Aquilia si quis improbè inficietur, dupli condemnatur.* Paul. d. §. 1.
Quid si cum se Aquilia teneri existimaret, damnum imprudens soluerit? non repetit: in hac enim actione legis Aquiliæ, quia lis per inficiationē crescit, ideo solutū per errorem non repetitur: quod obtinet in omnibus actionibus quæ inficiando crescunt.

αὕτη δὲ ἡ ἐκ τεσταμέντου, οὐκ ἀπὸ συναλλάγματος ἐγείρεται. πρὸς τίνα γὰρ δοκεῖ συνάλλαγμα πεποιῆσθαι ὁ ληγατάριος; οὔτε πρὸς τὸν τεστάτορα, ὁπότε ἀγνοοῦντος τοῦ ληγαταρίου, τοῦτο καταλιμπάνει ὁ διαθέμενος. οὔτε πρὸς τὸν κληρονόμον, ὁπότε καὶ ἄκοντος αὐτοῦ τὸ ληγάτον καταλιμπάνεται. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ κακούργημα τὸ πραχθὲν, ἀπὸ κουάσι κοντράκτου ἔνοχος δοκεῖ γίνεσθαι ὁ δεσπότης.

6 ¶ Ὁμοίως ἐὰν τις κατὰ πλάνην τὸ [a] μὴ ἐποφειλόμενόν μοι καταβάλῃ μοι, ὡς [b] ἀπὸ κοντράκτου ἐνέχεσθαι δοκῶ. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἀπὸ συναλλάγματος κυρίως οὐ γίνομαι ἔνοχος, ὅτι εἴ τις ἀκριβεστέρῳ προσέχηται λογισμῷ, μᾶλλον ὡς εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, [c] ἀπὸ διαλύσεως [d] ὑποπτευομένου ὀφελήματος, οὐ μὴν ἐκ συστάσεως ἔνοχός εἰμι. ὁ γὰρ διαθέσει καταβαλόντος τὸ χρέος διδοὺς, ἐπὶ τούτῳ δίδωσιν, ὥστε τὴν νομιζομένην ὑπεῖναι ἀγωγὴν, τῇ καταβολῇ διαλύειν, ἤπερ συνιστᾶν. ἀλλ' ὅμως ὁ λαβὼν ἔνοχος γίνεται, τῷ ἰνδεβίτῳ κονδικτιτίῳ, ὥσπερ ὁ δανεισάμενος.

7 ¶ Οὐκ ἐπὶ πάσης δὲ δόσεως τῷ κατὰ πλάνην [e] καταβαλόντι δίδοται τοῦ ῥεπετιτεύειν ἄδεια. κεκανόνισται γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ἐξ [f] ὧν αἰτιῶν ἐξ ἀρνήσεως [g] τὸ τῇ ἀληθείᾳ ἐποφειλόμενον διπλασιάζεται, ἐκ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν, τὸ ἰνδεβίτως καταβληθὲν, οὐκ ἐπιδέχεται ῥεπετιτζίωνα. οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ ἀκουϊλίου. [h] ἐὰν γάρ τις ζημιώσῃ με, ἔχω κατ' αὐτοῦ τὸν ἀκουΐλιον. εἰ δὲ ἀπαιτούμενος θεραπεῦσαί μοι τὴν ζημίαν, ἀρνήσεται [i] τὸ ἐποφείλειν, εἶτα ἐλεγχθῇ, διπλάσιον καταβάλλει.

gessisse propriè dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur.

6 ¶ Item is, cui quis per errorē nō debitum soluit, quasi ex cōtractu deberevidetur. Adeò enim nō intelligitur propriè ex contractu obligatus esse, vt si certiorē ratio nem sequamur, magis (vt suprà diximus) ex distractu quàm ex cōtractu possit dici obligatus esse. Nam qui soluēdi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, vt distrahat potiùs negotiū quàm cōtrahat. Sed tamē perinde is, qui accepit, obligatur, ac si mutuū ei daretur, & ideo condictione tenetur.

7 ¶ Ex quibusdam tamē caussis repeti nō potest, quod per errorem nō debitum solutum sit, sic nāque definierunt veteres ex quibus caussis inficiando lis crescit, ex iis caussis nō debitum solutum repeti non posse: veluti ex lege Aqui-

ge Aquilia: item ex legato.

¶ Quod veteres quidem in iis legatis locũ habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem cuique legata fuerant. nostra autem constitutio cùm vnam naturam omnibus & legatis & fideicommissis indulsit, huiusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit: sed non omnibus legatariis hoc præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita soluãtur, non repetuntur.

εἰ μέν τοι μὴ ζημιώσας, ὑποπτεύσας δὲ αὐτὸν ἐζημιωκέναι με, ἰνδεβίτως καταβάλῃ, οὐ ῥεπετεύει τὸ δοθέν. ¶ Τὸ αὐτὸ ἔφασκον οἱ παλαιοὶ, καὶ ἐπὶ τούτων τῶν ληγάτων χώραν ἔχειν, ἅτινα κέρτως κατὰ δαμνατζίωνα κατελιμπάνετο οἱῳδήποτε προσώπῳ. κέρτον [a] δὲ ληγάτον ἐστὶν, ἐὰν εἴπω Καταδικάζω σε ὦ κληρονόμε δοῦναι τῷδε ἑκατὸν νομίσματα. εἰ γὰρ εἴπω, καταδικάζω σε δοῦναι τὰ [b] ἐν τῇ κιβωτῷ, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι πρόδηλος ἡ ποσότης, ἴνκερτον τὸ ληγάτον. ἐπὶ τῶν κέρτων τοίνυν κατὰ δαμνατζίωνα [c] ληγατευομένων, ἀρνησάμενος τὸ ἐποφειλόμενον ὁ κληρονόμος εἶτα ἐλεγχθεὶς, τὸ διπλάσιον κατέβαλλεν. εἰ δὲ καὶ μὴ ἐποφείλων σοι, ἴσως δὲ ὡς ἐποφείλων πλανηθεὶς δέδωκεν, οὐκ ἠδύνατο ῥεπετεύειν. ἡ δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διάταξις, [d] ὁπότε μίαν [e] φύσιν ὥρισε ληγάτοις τε καὶ φιδεϊκομμίσσοις, τὴν ἐξ ἀρνήσεως διπλασίονα οὐ μόνον ἐπὶ ληγάτων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φιδεϊκομμίσσων ἐπεκτείνεσθαι βούλεται. ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ παντὸς ληγάτου, ἀλλ᾽ ἐπὶ [f] μόνων τῶν ληγάτων καὶ φιδεϊκομμίσσων, ἅτινα ταῖς ἱερωτάταις ἐκκλησίαις, ἢ λοιποῖς σεπτοῖς τόποις [g] καταλιμπάνεται, οὓς ἢ θρησκείας ἢ εὐσεβείας σκόπῳ τιμῶμεν. εἰ δὲ μηδενὸς καταβληθέντος ληγάτου ἢ φιδεϊκομμίσσου σεπτῷ τόπῳ, νομίζων ἐγὼ καταλελῆφθαι καταβάλω, ἀργεῖ [h] ἡ ῥεπετιτίων, διὰ τὸ ἐποφείλοντα τὰ τοιαῦτα τὸν κληρονόμον, εἶτα ἀρνησάμενον τῇ τοῦ διπλασίονος ὑποπίπτειν καταβολῇ.

Si quis ergo cum damnũ mihi non dedisset, sed dedisse se putaret, id quod non debebat mihi soluerit, non repetet quod dederit. ¶ Idem dicebant veteres & in his legatis locum habere, quæ certa constitutione cuicunque personæ per dãnationem relinquebantur. Certũ legatũ est, si dixero, Damno te heres, illi dare centum aureos. Nam si dixero, Damno te dare ea quæ in arca sunt, quoniam quantitas eorum nõ apparet, incertum legatũ est. In certis igitur legatis, quæ per dãnationem relicta erant, heres, qui debitum inficiabatur, conuictus, duplum soluebat. Quod si cùm nõ deberet tibi, per errorem tamen quasi deberet, soluisset, repetitionem eius non habebat. Sed Imperatoris nostri constitutio, cũ vnam omnibus legatis & fideicommissis naturam constituerit: duplationem hanc, quæ ex inficiatione descendit, nõ solùm ad legata omnia, verùm etiam ad fideicommissa extendi voluit. Non tamen omnibus legatis id indulsit, sed his solùm legatis ac fideicommissis, quæ sacrosanctis ecclesiis & ceteris venerabilibus locis relinquuntur, quæ aut religionis, aut pietatis respectu honoramus. Si ergo quũ nullum legatum fideíve commissum venerabili alicui loco relictum esset, ego tamen quia relictum esse putabam soluerim, cessat repetitio, propterea quòd heres qui ea verè deberet, per inficiationem ad duplum soluendum cogendus esset.

a *Certi legati formula.*
b *Incerti legati formula.*
c *Actio legatorum per dãnationem relictorum inficiatione crescit in duplũ.* Paul. 1. sent. 19. §. 1.
d l. 2 Cod. communia de legatis.
e *Legata fideicommissis exæquata* adde §. 2 in fi. sup. de legatis.
f *Actio legatorum pietatis intuitu relictorum, inficiando crescit in duplum:* vt & §. 19. & 23. int de actionibus.
g *Dubitationẽ faciebat, quòd quæ ita legãtur incertis personis legata videntur. Proinde indebita: sed tamen obtinuit legata incertis personis soluta non repeti.* §. 25. in fi. sup. de legatis.
h *Ex his causis quæ inficiatione duplãtur, perperam soluta nõ repetũtur.* vt ibi & l. 4 C. de cõdict. indebiti *Fortè quia propter periculũ inficiationis videntur esse soluta. Quibus & hoc addendum, Ex his causis quæ inficiatione duplantur pacto decedi non posse.* Paul. 1. sent. 19. §. 2.

a 4. Cod. 17.

PER QVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQUIRITUR. TIT. XXIX.

ΔΙΑ ΠΟΙΩΝ [a] ΗΜΙΝ προσώπων ἡ ἐνοχὴ ἐπιζητεῖται. Τίτλος κθ.

PER QVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQUIRITUR. TIT. XXIX.

¶ Obligatio quemadmodum & quæ nobis acquiratur per liberos nostros. 1 per eos quos bona fide possidemus siue liberos, siue seruos. 2 per eos in quibus vsumfructum, vel vsum habemus. 3 per eum quem cum alio communem habemus.

DIximus de obligationibus, quæ vel ex contractu, vel ex quasi contractu nascuntur. Nũc dicendum nobis est, quòd hæ obligationes non solùm per nosipsos nobis adquiruntur: sed etiam per eas personas, quæ in potestate nostra sunt: veluti per seruos nostros, aut suos, aut liberos, quos in potestate habemus. Sed ea quidem, quę per seruos nostros nobis adquiruntur, tota nostra fiunt. Quæ verò per liberos nostros quos in potestate habemus, ex obligatione adquiruntur, ea diuiduntur ad exemplum similitudinémque dominii rerum & vsusfructus: quam Imperatoris nostri constitutio decreuit: vt quod ex actione, lucri commodíque prouenerit, eius vsumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio seruetur: patre scilicet actionem mouente, secundum recentioris eius & sacræ constitutionis diuisionem.

1 ¶ Sed & liberæ personæ & alieni serui, quos bona fide possidemus, obligationes nobis adquirent, sed duabus tantùm ex caussis: id est, si quid habeant ex operis suis, aut ex re nostra.

b *In ea differt hic titulus à titulo per quas personas cuique adquiritur, sup. libro 2. hoc enim de obligatione nobis adquirenda, illo de dominio adquirendo agitur.*

c *Quod seruus adquirit, id in tegrum atque solidum adquiritur domino.* vide l. nec seruus. 40. ff. de pecul.

d l. 6. Cod. de bonis quæ liberis.

e l. vlt. C. de bonis quæ liberis in potestate patris constitutis ex matrimonio vel aliàs adquiruntur.

f § 4. versic. Idem placet. sup. per quas personas.



Εἰρήκαμεν περὶ τῶν ἐνοχῶν τῶν ἀπὸ κοντράκτου, ἢ κουάσι κοντράκτου τικτομένων. νῦν ὀφειλομεν[illegible]ῶν, ὅτι περ αὗται αἱ ἐνοχαὶ, [b] προσγίνονται ἡμῖν, οὐ μόνον διὰ ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων τῶν προσώπων, ἅ τινα ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐξουσίᾳ ἐστίν. οἷον διὰ τῶν ἡμετέρων οἰκετῶν, ἢ σουῶν, ἢ ὑπεξουσίων. ἀλλὰ τὰ μὲν διὰ τῶν ἡμετέρων οἰκετῶν ἡμῖν προσποριζόμενα, πάντα ἡμέτερα γίνονται. τὰ δὲ διὰ τῶν οἰκείων [c] παίδων ὑπεξουσίων διὰ τῆς ἐνοχῆς προσποριζόμενα, ταῦτα διαιρεῖται, κατὰ μίμησιν τῆς τῶν πραγμάτων δεσποτείας τε καὶ χρήσεως, ἣν διάταξις [d] τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διέκεινε. ἵνα ὅπερ ἐκ τῆς ἀγωγῆς κέρδος προσγένηται, τούτου ἡ μὲν χρῆσις εἴη παρὰ τῷ πατρὶ, ἡ δὲ δεσποτεία φυλάττηται τῷ παιδί. τοῦ πατρὸς δηλαδὴ κινοῦντος τὴν ἀγωγὴν, κατὰ τὴν τῆς νεαρᾶς [e] αὐτοῦ καὶ θείας διατάξεως διαίρεσιν.

1 ¶ Καὶ ἐλεύθερα δὲ πρόσωπα, καὶ ἀλλότριοι οἰκέται, οὓς [f] βονα φίδε εἰνεμόμεθα, προσπορίζουσιν ἡμῖν ἐνοχάς. ἀλλ' ἐκ δύο μόνον αἰτιῶν. τουτέστιν ἐάν τι ἔχωσιν ἐξ ὀπερῶν σούις, ἢ ἐξ ῥε νόστρα.

EXpositis generibus obligationum, quæ ex contractu, vel quasi ex contractu nascuntur: admonendi sumus, acquiri nobis non solùm per nosmet ipsos, sed per eas quoque personas, quę in nostra potestate sunt, veluti per seruos & filios nostros, vt tamen, quod per seruos nostros nobis adquiritur, totum nostrum fiat: quod autem per liberos quos in potestate habemus ex obligatione fuerit acquisitũ, hoc diuidatur secundum imaginem rerum proprietatis, & vsusfructus, quã nostra decreuit constitutio: vt quod ab actione commodũ perueniat, huius vsumfructũ quidem habeat pater, proprietas autem filio seruetur, scilicet patre actionem mouente secundùm Nouellæ nostræ constitutionis diuisionem. 1 ¶ Item per liberos homines, & alienos seruos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis, sed tantùm ex duabus caussis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirant.

¶ Per

2 ¶ Per eum quoque seruū, in quo vsumfructum, (vel vsū) habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

3 ¶ Communem seruū pro dominica parte dominis acquirere certum est, excepto eo, quod nominatim vni stipulando aut per traditionem accipiendo, illi soli acquirit: veluti cùm ita stipulatur, *Titio domino meo dare spōdes?* Sed si domini vnius iussu seruus fuerit stipulatus, licèt antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem res expedita est, vt illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iussit, vt suprà dictum est.

2 ¶ Ἀλλὰ καὶ διʼ ἐκείνου τοῦ οἰκέτου, ἐφʼ ᾧ οὐσούφρουκτον, [a] ἢ οὖσον ἔχομεν, ὁμοίως ἐκ δύο τῶν αὐτῶν αἰτιῶν γίνεται ἡμῖν προσπορισμός. ἀλλʼ ἔξωθεν δεῖ σε εἰδέναι, ὅτι τὰ ἐξ ὀπέρις τοῦ οἰκέτου, ἐφʼ ᾧ τὸ οὖσον ἔχομεν, οὐ προσπορίζεταί μοι, εἰ μὴ ἄρα αὐτὸς ὁ οἰκέτης ἔτυχεν ἑαυτὸν μισθώσας.

3 ¶ Ὁ κοινὸς [b] οἰκέτης, pro dominica parte, τουτέστι καθʼ ὅσον μέρος ὑπὸ ἑνὸς ἑκάστου τῶν δεσποτῶν δεσπόζεται, προσπορίζει τοῖς δεσπόταις, ἐκείνου δηλουόντος, ὡς εἰ ἑνὶ τῶν δεσποτῶν ὀνομαστὶ μόνῳ ἐπερωτήσῃ, οἷον Δώσεις Τιτίῳ τῷ ἐμῷ δεσπότῃ; αὐτῷ μόνῳ προσπορίζει. ὥσπερ εἰ καὶ ἐπʼ ὀνόματος αὐτοῦ μόνου Τιτίου ἔλαβέ τι, κατὰ τραδιτζίωνα. εἰ δὲ καὶ κελεύσει ἑνὸς τῶν δεσποτῶν ἐπερωτήσῃ ὁ οἰκέτης, ὀνόματος μὴ μνησθεὶς ἐν τῇ ἐπερωτήσει, πολλὴ μὲν ἐκινεῖτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀμφιβολία περὶ τούτου. ὅμως δὲ δικεσίων γέγονε τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως, ἡ λέγουσα, ἐκείνῳ μόνῳ προσπορίζεσθαι τῷ κελεύσαντι. ὥσπερ καὶ ἄνω εἴρηται, ἐπὶ τὸ ἰσοδυναμεῖν τῇ μνήμῃ τοῦ ὀνόματος τὴν κέλευσιν.

2 ¶ Per eum quoque seruum in quo vsumfructū vel vsum habemus, similiter ex duabus iisdē causis nobis adquiritur. Hoc tamen velut extrinsecus sciendum est, quòd ea quę ex operis serui, in quo vsū habemus, proceduni, mihi non adquiruntur, nisi ipse se seruus forsitan locauerit.

3 ¶ Seruus communis pro dominica parte, id est, pro qua parte vnusquisque dominorum dominus eius est, dominis adquirit. Hoc tamen pro certo excepto, quòd si vni soli dominorum nominatim stipulatus sit, veluti, Titio domino meo dabis? illi soli adquirat. Quemadmodum etiam si nomine Titij solius aliquid per traditionē acceperit. Sed & si cū iussu vnius ex dominis seruus stipularetur, nomen eius in stipulando omiserit: magna quidem de ea re erat inter veteres dubitatio. Sed tamen edita est Imperatoris nostri sāctiss. decisio, qua cautum est, vt illi tantum adquirat, qui hoc ei facere iussit, quod & suprà relatum est: propterea quod iussus tantumdē præstet, quantū nominis mentio.

a v. §. 4. sup. per quas personas. l. 21. ff. de vsufr. l. possessio 49. ff. de adquir. possess.

b l. communis seruus 45. ff. de adquir. rerum dominio. *adde* l. 1. §. per communem. 7. ff. de adquir. possess.

QVIBVS MODIS TOLLITVR obligatio. TIT. XXX.

ΤΙΣΙ [c] ΤΡΟΠΟΙΣ Ἡ ἐνοχὴ λύεται. ΤΙΤΛΟΣ λ.

QVIBVS MODIS TOLLITVR obligatio. TIT. XXX.

c Adde l. Gai. 10.

¶ Obligationem tolli, ¶ Solutione. 1 ¶ Acceptilatione (Acceptilatio quid, qua lingua fieri possit. obligationes verbis conceptas, acceptilatione propriè tolli. 2 alio modo conceptas, Aquiliana stipulatione in verborum obligationem transferri, ita translatas, & quasi deportatas, acceptilatione tolli posse.) 3 ¶ Nouatione. Fit autem vel ab alia persona, vt si quod mihi debes ab alio stipuler, vel ab eadem, vt si quod mihi purè debes, à te stipuler sub conditione, in diem, aut fideiussore adiecto, & è contra. 4 ¶ Contrario consensu.

Εἰπόντες τὰς συστάσεις τῶν ἐνοχῶν, εἴπωμεν αὐτῶν καὶ τὰς λύσεις. τὸ γὰρ τρόπῳ τινὶ συνιστάμενον, τοῦτο καὶ τρόπῳ τινὶ διαλύεται.

Postquam dictū est, quomodo obligationes contrahantur: dicamus etiam quomodo soluātur. Quod enim aliquo modo cōtractum est, hoc & aliquo modo soluitur.

¶ Omnis igitur in primis obligatio tollitur solutione: cum scilicet id ipsum quod debetur, exoluitur. Veluti, si cum aurei debeantur, aureos quis soluerit. Quòd si pro aureis, frumentum aliúdve quid, aut etiam contra, solutũ fuerit, & id factum sit cõsentiente creditore, etiam hunc in modum à debito liberatur debitor. ¶ Nec referre putamus, vtrum is ipse qui debet soluerit, an alius quispiam pro eo. Nam & alio soluente liberatur debitor: siue sciẽte, siue ignorante, siue etiã inuito eo fiat solutio.

¶ Cùm autem reus soluerit, etiam hi qui pro eo interuenerunt, liberantur, hoc est, fideiussores & mandatores. Sed & fideiussor soluendo, vnà & principalem liberat: & se exoluit obligatione.

a *Solutione quemadmodũ tollatur obligatio, vide* 2. Gai. 10. §. 1. *adde* l. 107. ff. de solution. l. 5. in fin. C. deposit.
b *Solui aliud pro alio consentiente creditore potest.* l. manifestum. 17. C. de solutionib. l. 99. ff. de solutionib.
c d. l. 17. l. 54. l. 64. l. 66. l. 104. ff. de verbor. obligat.
d v. l. 23. ff. de solutionib.
e *Reo soluente fideiussor liberatur* l. cum quis 10. §. de peculio. 2. ff. de solut.
f *Fideiussore soluente an & quomodo reus liberetur. vide* l. cum is. 36. ff. de fideiussorib.

¶ Ἀναιρεῖται κατὰ πρώτην τάξιν πᾶσα ἐνοχὴ τῇ σολυτίονι, [a] τουτέστι τῇ καταβολῇ, ἡνίκα αὐτὸ τὸ ἐποφειλόμενον καταβληθῇ. οἷον νομισμάτων ἐποφειλομένων εἰ νομίσματα καταβληθῇ. εἰ [b] δὲ ἀντὶ νομισμάτων σῖτος, ἢ καὶ ἕτερόν τι, ἢ καὶ τὸ ἐναντίον καταβληθῇ συναινέσει [c] δὲ τοῦ κρεδίτωρος τούτο γέγονε, καὶ οὕτως ἀπαλλάττεται τοῦ χρέους ὁ δεβίτωρ. ¶ Οὐ διαφερόμεθα δὲ τίς [d] ἐστιν ὁ καταβαλών, πότερον αὐτὸς ὁ ἐποφείλων, ἢ ἕτερος ὑπὲρ αὐτοῦ. ἐλευθεροῦται γὰρ ὁ δεβίτωρ, καὶ ἑτέρου καταβάλλοντος, εἴτε εἰδότος, εἴτε ἀγνοοῦντος, ἢ καὶ ἄκοντος [e] γέγονεν ἡ καταβολή. ¶ Τοῦ δὲ ῥέου καταβαλόντος, καὶ οἱ γεγονότες ὑπὲρ αὐτοῦ ἔνοχοι ἐλευθεροῦνται. τουτέστιν ἔγγυηταὶ, καὶ μανδάτωρες. εἰ δὲ ἐγγυητὴς [f] καταβάλῃ, ἐλευθεροῖ τὸν πρωτότυπον, ἀπαλλάττει δὲ καὶ ἑαυτὸν τῆς ἐνοχῆς.

¶ Tollitur autẽ omnis obligatio solutione eius, quod debetur, vel si qui consentiente creditore, aliud pro alio soluerit. ¶ Nec interest, quis soluat: verum ipse, qui debet, an alius pro eo, liberatur enim & alio soluente: siue sciente, siue ignorante debitore, vel inuito eo solutio fiat. ¶ Item si reus soluerit: etiam ii, qui pro eo interuenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit si fideiussor soluerit: non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus.

1 ¶ Præterea & acceptilatio tollit obligationem. ¶ Est autem acceptilatio, (vt eam definiamus) imaginaria solutio solemnibus quibusdam verbis constans. Quod enim ex verborum obligatione mihi debetur, id si velim tibi remittere: sic remitti potest, vt ego te debitorem patiar hæc verba dicere: Quod ego promisi tibi, habésne acceptum? Et ego respondeam, Habeo. ¶ Sed & Græcè acceptilatio fieri potest, dum ita fiat, vt Latinè fieri consueuit, Ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών.

g *Ἀκκεπτιλατιὼν quæ antheri Eclo. 26 tit. 6. dicitur ἀλύωνι.*
h *Acceptilatio ita definitur apud Scholiasten Eclo. d tit. 6. c. 22.*
i *Hac formula fit acceptilatio Græcus Scholiastes d. c. 22 hanc Græcè ita reddidit ὅπερ σοι ὡμολόγησα ἔχεις λαβών; ἔχω. Alia est ratio ἀποχῆς hoc est apocha. Nam inter se differunt ἀλύωνι & ἀποχὴ. Scholiast. d. loco.*

1 ¶ Καὶ ἀκκεπτιλατιὼν δὲ διαλύει τὴν ἐνοχήν. ¶ Ἀκκεπτιλατιὼν [g] δέ ἐστιν ὡς ἐν ὅρῳ, εἰκονικὴ [h] καταβολὴ ῥήμασι τυπικοῖς γινομένη τὸ γὰρ ἐκ τῆς βέρβις ἐνοχῆς ἐποφειλόμενόν μοι, τοῦτο εἰ βουληθῶ σοι συγχωρῆσαι, δύναται οὕτως γίνεσθαι συγχώρησις, ἐὰν ἀνάσχωμαι τοῦ σοῦ δεβίτωρος ταῦτα λέγοντος τὰ ῥήματα, Quod [i] ego tibi promisi, habesne acceptum? κἀγὼ δὲ ἀποκρίνομαι, Habeo: τουτέστιν ὅπερ ἐγώ σοι ὡμολόγησα ἔχεις ληφθέν; καὶ ἀποκρίνεται ὁ κρεδίτωρ, ἔχω. ¶ Ἀλλὰ καὶ ἑλληνιστὶ δύναται γίνεσθαι ἀκκεπτιλατιών. μόνον εἰ οὕτως γίνεται ὥσπερ εἴωθε γίνεσθαι καὶ ῥωμαϊστί. Ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών.

1 ¶ Item per acceptilationẽ tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, imaginaria solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit sic fieri, vt patiatur hæc verba debitorem dicere. *Quod ego tibi promisi, habésne acceptum?* & Titius respondeat, *Habeo.* Sed & Græcè potest acceptilatio fieri, dum modo sic fiat, vt Latinis verbis solet exigi.

ἔχεις λαβὼν ὅπερ ἐσὼ μα τοῦτο; ἔχω λαβών. Quo genere (vt diximus) tantum ex soluuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt, non etiam cæteræ. Consentaneum enim visum est verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolui. Sed & id, quod alia ex caussa debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolui. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè soluitur, ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

ἡ δὲ ἀκκεπτιλατιων καθὰ εἴρηται, μόνην a διαλύει τὴν βέρβις ἐνοχήν. οὐ μὴν τὰς λοιπάς· οἷον τὴν ῥέ, ἢ λίττερις, ἢ κονσένσο. ἀκόλουθον γὰρ ἐνομίσθη εἶναι, τὴν ῥήμασι συνισταμένην ἐνοχήν, ἑτέροις δύνασθαι ῥήμασι συγκαταλύεσθαι. εἰ δὲ ἑτέρωθεν ἐστί μοι τις ἔνοχος, οἷον ἀπὸ τῆς ῥέ, λίττερις, ἢ κονσένσο, ἢ ἀπὸ τῆς negotiorum gestorum, ἢ ex testamento, βουληθῶ δέ σοι τοῦτο συγχωρῆσαι τὸ χρέος, δύναμαί σε ἐπερωτᾶν οὕτως, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι ὅπερ b ἐποφείλεις ἐκ τῆς δε τῆς ἀγωγῆς; καὶ σοῦ εἰπόντος Ὁμολογῶ, ἡ μὲν προτέρα ἀνήρηται ἀγωγή, τίκτεται δὲ ἡ βέρβις, καὶ λοιπὸν σύστασις τῆς βέρβις, ἀκολούθως ἡ ἀκκεπτιλατιων ἐπάγεται. καὶ ἐν ἐκείνῳ μὲν ἐστὶ διαφορὰ c σολουτζίωνος, καὶ ἀκκεπτιλατζίωνος, ὅτι ἡ μὲν σολυτιων, πᾶσαν διαλύει ἐνοχήν ἡ δὲ ἀκκεπτιλατιων τὴν βέρβις. ἐν ἐκείνῳ δέ ἐστιν ἐν αὐταῖς κοινωνία, d ὅτι ὥσπερ μέρος χρέους καταβληθὲν, ἐν μέρει διαλύει τὴν ἀγωγήν, οὕτω καὶ εἰς μέρος δύναται γίνεσθαι ἡ ἀκκεπτιλατιων.

id est, tot denarios acceptos habes? Habeo acceptos. Verum Acceptilatio, vt dictum est, solam verborum obligationem dissoluit: non etiam cæteras, quæ re videlicet, aut literis, vel consensu contrahuntur. Nam id consequens esse visum est, vt obligatio, quę verbis contracta esset, aliis quoque verbis dissolui posset. Quòd si quis alia ex causa obligatus sit, veluti re, literis, consensu, aut negotiorum gestorum vel ex testamento: atque id debitum remittere tibi velint, in hunc modum à te stipulari possum, Quod ex illa actione mihi debes, id dare mihi spondes? Et te dicente Spondeo, tollitur prior actio, & nascitur verborum obligatio. Cōstitutáque deinde verborum obligatione, conuenienter & acceptilatio accedit. Et in illo quidem est inter solutionem & acceptilationem differentia, quòd solutio omnem obligationem dissoluat, acceptilatio verò solam verborum. Sed in hoc cōueniunt, quòd quemadmodum pars eius quod debetur soluta, & ex parte actionem dissoluit: ita & in partem debiti, acceptilatio fieri possit.

a *acceptilatione dissoluitur verbi tantum obligatio, at nō re, literis, consensu vel contractu.*

b *Re & similes obligationes in verborum obligationem transferri possunt.*

c *Solutionis & acceptilationis differentia.*

d *Solutionis & acceptilationis cognatio*

e *Re & similes obligationes nudo directo verbo tolli non possunt. Vt igitur tolli possint in verborum obligationem vertantur: versa, acceptilatione tolluntur.*

2 ¶ Est autem prodita stipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur, per quā contingit, vt omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationē tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita cōposita est: *Quicquid te mihi ex quacunque caussa dare, facere oportet,*

2 ¶ Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν τὴν ἑτέρωθεν e ἐποφείλοντα, ἐπερωτηθέντα, καὶ γενόμενον ἔνοχον τῇ βέρβις, δύνασθαι τότε διὰ τῆς ἀκκεπτιλατζίωνος ἐλευθεροῦσθαι· ἀναγκαῖον εἰπεῖν περὶ τῆς ἀκκεπτιλατζίωνος, καὶ τῆς ἀκουϊλιανῆς ἐπερωτήσεως. ἡ τις ἐπερώτησις πλέον πᾶσαν f ἐνοχήν, εἰς ἑαυτὴν δύναται κατάγειν, καὶ διὰ τῆς ἀκκεπτιλατζίωνος ἀναιρεῖν. ἡ γὰρ ἀκυϊλιανὴ ἐπερώτησις, πᾶσαν ἐνοβάτιον ἐνοχήν. ὑπὸ δὲ γάλλου g ἀκυϊλίου τοῦ νομικοῦ, οὕτω σύγκειται. Εἴ h τι μοι ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας δοῦναι, ἢ τι ποιῆσαί σε χρή,

2 ¶ Quoniam autem diximus, eum qui ex alia causa deberet, stipulatione interueniēte, debito in verborum obligationem conuerso, per acceptilationem liberari posse, necesse est de acceptilatione & Aquiliana stipulatione dicere. Quæ stipulatio omnem amplissimè obligationē in sese transferre, & per acceptilationē tollere pōt. Stipulatio.n. Aquiliana oēs obligationes nouat. & ita à Gallo Aquilio Iurisconsulto composita est, *Quidquid te mihi ex quacūq. causa dare, facere oportet, formula.*

f *Omnis obligatio per stipulationē nouari, transferrique potest, siue ciuilis sit, siue naturalis, siue ex stipulatione, siue ex cōtractu, vt hic: dummodo secunda obligatio vel ciuiliter, vel naturaliter teneat, vide 7. Eclo. 6. ex libr. 26. tit. 4. c. 1. vbi etiam vide Scholiasten.*

g *à Gallo Aquilio Aquiliana stipulatio dicta.*

h *Aquiliana stipulationum formula.*

oportebat, purè vel in diem, quaruncunq: rerū nomine, mihi tecū actio vel in rem vel in personam est, vel erit, & quid quid tu meum habes, tenes, aut possides, (est autem differentia inter tenere & possidere: eá que talis. Tenere enim est, naturaliter detinere: Possidere verò est animo domini detinere) *aut possedisti, aut dolo fecisti ne possideas*. (Nam fortè cùm hereditatem mihi delatā inuasisses, aliquas tantùm res possedisti: quoniam & de his teneberis, quas dolo nō possederis) *Quanticunque earum rerum quaque res est, tātam pecuniam dari stipulatus est Au. Agerius, spopōdit Nū. Nigidius*. Et posteaquam stipulatio talis intercessisset, & omnia in verborum obligationem collata essent: tūc è diuerso per acceptilationem Num. Nigidius Au. Agerium interrogabat, *Quidquid ego tibi Num. Nigidius per Aquiliánam stipulationem hodierno die spopondi, id ne omne habes acceptū?* Respondit Au. Agerius, *Habeo acceptum, acceptúmque tuli*. Et ecce per priora verba contracta est verborum obligatio, quæ per Aquilianam stipulationē, omnes priores causas nouauit. Et per secunda verba nata est acceptilatio, quæ Aquilianam stipulationem dissoluit. Hæc igitur est ea, quæ vulgò Aquiliana stipulatio vocatur.

a *Tenendi* (*Græcis τὸ κρατεῖν*) *& possidendi* (*iisdem τὸ νέμεσθαι*) *differentia*.

b Νοβατίων *nouatio quæ & μετάθεσις τοῦ προτέρου χρέους εἰς ἑτέραν ἐνοχὴν πολιτικὴν, ἢ φυσικὴν μεταγωγὴ* 7. Eclo. 6. ex lib. 26. tit. 4. c. 1. *adde* 26. Eclog. 4. *περὶ μεταθέσεως ἐνοχῶν*. *Dicitur autem μετάθεσις, ἀπὸ τοῦ μετατίθεσθαι τὸν παλαιὸν χρεώστην εἰς και*[illegible]*, quod vetus debitor in nouum transferatur*.

ἢ ἐχρῆν ἢ πούρως, ἢ ἰν δίεμ. καὶ ὧν πραγμάτων χάριν ἐμοὶ κατὰ σοῦ ἀγωγὴ ἢ ἰν ῥέμ, ἢ περσοναλία ἐστὶν, ἢ ἔσται, καὶ ὅπερ αὖ σὺ ἐμὸν ἔχεις, ἢ κρατεῖς, ἢ νέμῃ. (διαφορὰ γὰρ τοῦ κρατεῖν[a] καὶ τοῦ νέμεσθαι αὕτη. ὅτι κρατεῖν ἐστὶ φυσικῶς κατέχειν, νέμεσθαι δὲ τὸ ψυχῇ δεσπόζοντος κατέχειν.) ἢ ἐνεμήθης, ἢ δόλον ἐποίησας ὅπως μὴ νεμηθῇς. τυχὸν γὰρ κληρονομίαν εἰσελθοῦσαν εἰς ἐμὲ, ὑπὸ σεαυτοῦ ἐποιήσω κατοχήν· εἶτα τινὰ τῶν πραγμάτων ἐνεμήθης. κατασχεθήσῃ γὰρ, καὶ ἐφ' οἷς κατὰ δόλον οὐκ ἐνεμήθης. ὅσον αὖ ἐστὶν ἓν ἕκαστον τούτων τῶν πραγμάτων, τοσαῦτα χρήματα δώσῃ.. ἐπηρώτησε μὲν αὖλος ἀγέριος. ὡμολόγησε δὲ νουμέριος νιγίδιος. εἶτα μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν τοιαύτην ἐπερώτησιν, καὶ πάντα ἐνενεχθῆναι εἰς τὴν βέρβις, τότε ὁ νουμέριος νιγίδιος, διὰ τῆς ἀκουϊλιανῆς ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπηρώτησε αὖλον ἀγέριον. ὅτι εἴπερ σοι κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν, ἐγὼ ὁ νουμέριος νιγίδιος, διὰ τῆς ἀκουϊλιανῆς ἐπερωτήσεως ὡμολόγησα, τοῦτο ὅλον ἔχεις λαβών. ἀποκρίνεται αὖλος ἀγέριος, ἔχω λαβών, ἢ καὶ ληφθὲν ἀπενηνεγκάμην. καὶ ἰδοὺ διὰ μὲν τῶν προτέρων ῥημάτων, συνέστη ἡ βέρβις, ἡ διὰ τῆς ἀκουϊλιανῆς, πᾶσαν αἰτίαν προϋπάρχουσαν ἐνοβάτευσεν. διὰ δὲ τῶν δευτέρων ἐτέχθη ἀκκεπτιλατίων, τὴν ἀκουϊλιανὴν ἐπερώτησιν διαλύουσα. αὕτη τοίνυν ἐστὶν, ἡ παρὰ τοῖς πλήθεσι λεγομένη ἀκουϊλιανὴ διάλυσις.

oportebit ve, præsens in diem ve, aut sub conditione. quarumcunque rerum mihi tecum actio est, quaque aduersus te petitio, vel aduersus te persecutio est erit ve, quód ve tu meum habes, tenes, possides; dolóve malo fecisti quominus possideas, quanti quaque earum rerum res erit, tantam pecuniam dare stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Nigidius, quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit, id háberétne à se acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit, Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

3 ¶ Ad hæc & nouatio actiones tollere cōsueuit: Nam si id quod tu mihi debes, ego à Titio stipuler, interuentu nouæ

3 ¶ Καὶ νοβατίων[b] εἴωθεν ἀναιρεῖν τὰς ἀγωγάς. ἐὰν γὰρ τὸ παρὰ σοῦ ἐποφειλόμενον, ἐπερωτήσω ἐγὼ τίτιον, παρεντεθέντος καινοῦ προσώπου,

3 ¶ Præterea nouatione tollitur obligatio: veluti si id quod tibi Seius debebat à Titio dari stipulatus sis. Nam interuētu nouæ personæ, noua

noua nascitur obligatio & prima tollitur, trãslata in posteriorem. ¶ Adeò vt interdum licèt posterior stipulatio inutilis sit, tamẽ prima nouationis iure tollatur: veluti si id, quod tu Titio debes, à pupillo sine tutoris authoritate stipulatus fuerit, quo casu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est. ¶ Non idem iuris est, si à seruo quis fuerit stipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadẽ persona sit, à qua postea stipu-

καινὴ τίκτεται ἐνοχὴ, καὶ ἀναιρεῖται ἡ προτέρα, εἰς τὴν δευτέραν μετατεθεῖσα. ¶ Καὶ ἐπὶ τοσοῦτο ταῦτα οὕτως ἔχει, ὅτι εἰ καὶ συμβῇ τὴν ἐπερώτησιν ἄχρηστον [a] εἶναι, ἀναιρεῖται μὲν ἡ προτέρα, ἡ δὲ δευτέρα ὑπεύθυνον οὐ ποιεῖ κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐπερωτηθέντα. οἷον ἐχρεώστει μοι Τίτιος, ἐπηρώτησα πούπιλλον [b] σίνε τουτόρις αὐκτοριτάτε. ἐν τούτῳ τῷ θέματι ἀπόλλυταί μοι τὸ χρέος· καὶ γὰρ ὁ Τίτιος ὑπὸ νοβατζίωνος ἐλευθεροῦται, καὶ ὁ πούπιλλος οὐ γίνεταί μοι ἔνοχος, οἷα δίχα ἐπιτρόπου ἐπερωτηθείς. ¶ Οὐκέτι τὸ αὐτό ἐστιν ἐὰν [c] οἰκέτην τις ἐπερωτήσῃ τὸ ἑτέρου χρέος. καὶ γὰρ τηνικαῦτα ἡ προτέρα ἐνοχὴ μένει ἀσάλευτος ἐπὶ σχήματος, ὡσανεὶ μηδὲ μιᾶς μετὰ ταῦτα γενομένης ἐπερωτήσεως. καὶ μή τις λεγέτω, ὅτι ὁ οἰκέτης φυσικῶς [d] ἐπερωτηθείς, ἔνοχος γίνεται. ἀμέλει, καὶ οἱ δοθέντες ὑπ' αὐτοῦ ἐγγυηταὶ, καὶ φύσει καὶ νόμῳ ἐνέχονται. ἡ δὲ φυσικὴ ἐνοχὴ νοβατζίωνα ποιεῖν δύναται. ἀλλὰ δεῖ πρὸς τοῦτο λέγειν ὅτι ποιεῖ νοβατζίωνα, [e] οὐ μόνον τὸ τίκτεσθαι φυσικὴν ἐνοχὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπεῖναι πρόσωπον. ἀπρόσωπος [f] δὲ παρὰ τοῖς νόμοις ὁ δοῦλος. ¶ Καὶ [g] ταῦτα μὲν ἡνίκα εἰς ἕτερον πρόσωπον ποιούμεθα τὴν νοβατζίωνα, τουτέστιν ἡνίκα πρίμου προχρεωστοῦντός μοι, ἦλθε σεκοῦνδος ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπερωτώμενος, εἰ δέ γε τὸν ἐποφείλοντά μοι ἐπερωτήσω. ζητοῦμεν εἰ γίνεται νοβατίων. καὶ ἵνα εἴπω σοι ἔξωθεν τελειότερον, εἰ μὲν ἔνοχος ὑπῆρχές μοι, ἀπὸ τοῦ ῥὲ, ἢ λίττερις, ἢ κονσένσου, ἢ ἀπὸ τῶν ἀγωγῶν, τῶν ἀπὸ κουάσι κοντράκτου ἀναφυομένων, ἀμάχως ἐγίνετο νοβατίων. εἰ δὲ πάλαι ἔνοχος ἦσθα τῇ βέρβις καὶ νῦν ἐπερωτῶ,

personę noua nascitur obligatio, & prior in posteriorem translata tollitur. ¶ Et adeò hæc vera sunt, vt quamuis contingat stipulationẽ inutilem esse, tollatur tamen prior obligatio, & secũda promissorẽ iure non obliget. veluti, Debebat mihi Titius, id ego a pupillo sine tutoris authoritate stipulatus sũ. Perit mihi in hac casꝰ specie debitũ. Nam & Titius per nouationẽ liberatur, & pupillus cum tutore auctore non promittat, non obligatur. ¶ Nõ idem iuris est, si quis id quod alter debet, à seruo fuerit stipulatus. Tunc enim prior obligatio in suo habitu manet inconcussa, perinde atque si nulla stipulatio postea interuenisset. Neque dixerit quisquam, seruum promittendo naturaliter obligari, itaque & fideiussores ab eo datos naturaliter & ciuiliter teneri: porrò naturalẽ obligationem vim & ius nouãdi habere. Nam ad ea dicendum est, non id nouationi sufficere, quòd vel naturalis obligatio nascatur, sed etiã persona vt aliqua sit, requiri. At seruus in iure ciuili personam non habet. ¶ Et hęc quidẽ cum in alteram personam facimus nouationem. Hoc est, cum Primo antè mihi debente, venit Secundus, qui pro eo promittat. Cũ verò ab eo qui mihi debet, stipulor, quæritur an nouatio contingat, & (vt ego tibi rem omnem foris quibusdam adsumptis perfectè tradã) si quidem ex obligatione, quæ re cõtrahitur, aut litteris, aut cõsensu, mihi debebas, aut aliqua actione quæ ex quasi cõtractu descendit, tenebaris: dubium non est quin nouatio contingat. Sin autem & antea verbis obligatus eras.

a *Inutili acceptilatione quẽadmodum tollatur obligatio vide l. an inutilis. 8. ff. de acceptilationib.*

b *Pupillus sine tutoris authoritate nouare non potest. l. 20. in fi. ff. de nouationib.*

c *Id quod tertius nobis debet, à seruo an à pupillo stipulemur multũ interest. adde l. 30. §. pen. ff. de pactis.*

d *Seruus promittendo naturaliter obligatur.*

e *Obligatio naturalis nouari potest, id est, pro naturali tantum obligato, reus accipi potest: non tamẽ quiuis, sed obligationis capax.*

f *Ἀπρόσωποι serui cẽsentur, quòd eorũ persona iure ciuili pro nulla habeatur.*

g *Nouatio fit duobus modis. vel cũ id quod nobis Seius debet, à Titio stipulamur: vel cum ab ea persona qua nobis obligata est, quiddam vel aliud, vel maius, vel minus stipulamur.*

a *Nouatio quando facta intelligatur.* v.l. quotiens. 14. ff. de nouation.
b *Obligationi priori si vel conditio vel dies, vel fideiussor, vel quātitas adijcitur, vel detrahitur, fit nouatio.*
c Vide l. si Stichum. 8. §.1. quotiens. 24. ff. de nouationib.
d *Obligatio quæ valida est, ab imbecilliore tolli non solet.*
e *Pura obligatio validior est conditionali.*
f l. 8. seu vltima. Cod. de nouationib. 7. Eclo. 6. ex lib. 26. tit. 1.

& nunc idem à te stipulor: tunc demum fit nouatio, cùm noui aliquid in posteriore stipulatione adiicitur, quod in priore non erat, quoniā fortè aut conditio, aut dies, aut fideiussor adiicitur vel detrahitur: aut quātitas adiicitur. nam si detrahatur, vt si cùm prior stipulatio esset decē aureorum, in secūda quinque sint, nulla cōtingit nouatio: quoniam in decem aureis & quinque sunt, nec quicquam noui secunda habet stipulatio. ¶ Quod autem dictum est, adiecta conditione nouationem fieri, id ita intelligendum est, vt tunc fieri dicamus nouationem, si conditio extiterit: si enim defecerit, manet prior obligatio, quoniam absurdum est dicere, validiorē obligationem (eam scilicet dico quæ pura est) à debiliore tolli, debilem autem vocamus eam, quæ conditionalis est, quādiu ea pendent quæ in conditione sunt ¶ Sed cùm hoc quidem inter veteres cōstaret, tunc fieri nouationem, cùm nouandi animo ad secundā stipulationem aliqui venissent. Illud autē in controuersia esset, quādo nouandi animo ad eā venirent contrahentes: & quasdā de eo præsumptiones, alii aliis in casibus introducerent. Ideo edita est Imperatoris nostri constitutio: quæ apertè definit, tunc demum nouationem fieri, cùm ipsum inter cōtrahentes expressum fuerit: quòd propter prioris obligationis nouationē, ad hāc venerūt stipulationē. Hoc autē non facto, & pristina obligatio in suo habitu manet, & secūda ei accedit. Ac deinceps reus

πότε [a] γίνεται νοβατιών, ἡνίκα τι καινότερον παρὰ τὴν προτέραν ἐπερώτησιν ἐμφέρεται τῇ δευτέρᾳ ἐπερωτήσει. τυχὸν [b] γὰρ αἵρεσις, ἢ ἡμέρα, ἢ ἐγγυητὴς προστίθεται, ἢ ὑφαιρεῖται, ἢ ποσότης προστίθεται. εἰ γὰρ ὑφαιρεθῇ, ἐπειδὴ ἡ προτέρα ἐπερώτησις τὰ δέκα νομίσματα, ἡ δὲ δευτέρα πέντε, οὐ γίνεται νοβατιών, ἐπειδὴ ἐν τοῖς δέκα, τὰ πέντε περιέχεται. καὶ οὐδὲν ἔχει καινότερον ἡ δευτέρα. ¶ Τὸ δὲ εἰρημένον περὶ τῆς προσθήκης τῆς αἱρέσεως, ὅτι ποιεῖ νοβατιῶνα, οὕτω [c] χρὴ νοεῖν, ὥς τε τότε γίνεσθαι νοβατιῶνα, ἐν ᾧ ἐξῆλθεν ἡ αἵρεσις. εἰ γὰρ ἠτόνησε, μένει ἡ προτέρα ἐνοχή. ἄτοπον γάρ ἐστι λέγειν τὴν ἰσχυροτέραν [d] ἐνοχὴν, λέγω [e] δὴ τὴν πουραν, ὑπὸ τῆς ἀσθενεστέρας ἀναιρεῖσθαι. ἀσθενὴς δὲ καλουμένη ἡ αἱρετικὴ, ἕως οὗ τὰ τῆς αἱρέσεως ἤρτηται. ¶ Ἀλλ' ἐπειδὴ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὡμολόγητο, τότε γίνεσθαι νοβατιῶνα, ἡνίκα nouandi animo, τουτέστιν ἀνανεωτικῇ ψυχῇ, εἰς τὴν δευτέραν παρεγίνοντο ἐπερώτησιν. τοῦτο δὲ ἦν ἐν ἀμφιβολίᾳ, πότε νοβάνδι ἀνίμῳ ἐπὶ ταύτην ἔρχονται οἱ συναλλάττοντες, καί τινές τε προλήψεις ἕτεραι ὑπὸ ἑτέρων ἐν τούτοις εἰσήγοντο τοῖς θέμασι διὰ τοῦτο πᾶσαν ἀμφιβολίαν ἀναιροῦσα γέγονε διάταξις [f] τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἥ τις φανερῶς ὥρισε, τότε μόνον γίνεσθαι νοβατιῶνα, ἡνίκα τοῦτο αὐτὸ μεταξὺ τῶν συναλλαττόντων συμφωνηθῇ, ὅτι διὰ νοβατιῶνα τῆς προτέρας ἐνοχῆς ἐπὶ τὴν παροῦσαν ἦλθον ἐπερώτησιν. τούτου δὲ μὴ γινομένου, καὶ ἡ προτέρα μένει ἐνοχὴ ἐπὶ σχήματος, καὶ ἡ δευτέρα προστίθεται· καὶ ὁ ρεὸς λοιπὸν ἐξ

leris, ita demum nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit, fortè si conditio, aut dies, aut fideiussor adiiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, si conditio adiiciatur, nouationē fieri sic intelligi oportet, vt ita dicamus factā nouationem, si cōditio extiterit, alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cū hoc quidem inter veteres cōstabat, tunc fieri nouationē cùm nouandi animo in secundam obligationem itū fuerat, per hoc autem dubium erat, quādo nouandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsūptiones alii in aliis casibus introducebant, ideo nostra processit cōstitutio, quæ apertissimè definiuit, tūc solum nouationē prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter cōtrahentes expressum fuerit, quòd propter nouationē prioris obligationis conue-

conuenerunt, alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, vt maneat ex vtraque caussa obligatio, secundum nostrę constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertiùs cognoscere.

4 ¶ Hoc amplius eę obligationes, quę consensu contrahũtur, contraria voluntate dissoluũtur. Nam si Titius, & Seius inter se consenserint, vt fundũ Tusculanum emptum Seius haberet centum aureis, deinde re nondum sequuta (id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito) placuerit inter eos vt discederetur ab emptione & vẽditione, inuicem liberantur. Idem est in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut iam dictum est.

ἑκατέρας αἰτίας ἔνοχος ἔσαι μοι, καθὰ διώρισαι τῇ αὐτῇ θείᾳ διατάξει. ταῦτα δὲ ἔξεστι τελειότερον τὴν εἰρημένην ἀναγνοῦντα διάταξιν μαθεῖν.

4 ¶ Πρὸς τοῖς εἰρημένοις, τὰ ἀπὸ τοῦ κονσέσου ἐγγινόμενα συναλλάγματα, τῇ [a] ἐναντίᾳ διαλύεται βουλήσει. εἰ γὰρ ἐγὼ πρός τινα διελέχθην περὶ πράσεως πραγμάτων, ὥστε αὐτὸν ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ τόνδε τὸν ἀγρὸν ἑκατὸν νομισμάτων, εἶτα re nondum sequuta, τουτέστι [b] μήτε τιμήματος καταβληθέντος, μήτε τοῦ ἀγροῦ παραδοθέντος, ἀρέσῃ μεταξὺ τῶν δύο μερῶν ὥστε ἀναχωρῆσαι ἀπὸ τῆς ἀγορασίας καὶ τῆς πράσεως, ἀμοιβαδὸν ἐλευθεροῦμαι, ὡς μήτε τὸν πράτην τὴν ἐξ βένδιτο κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ, μήτε τὸν ἀγοραστὴν τὴν ἐξ ἔμπτο ἔχειν κατὰ τοῦ πράτου· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον, re nondum sequuta, τουτέστι πράγματος μὴ πληρωθέντος ὑπαναχωρεῖν. τὸ [c] αὐτὸ φαμὲν καὶ ἐπὶ τῆς λοκάτῃ, καὶ πάντων τῶν συναλλαγμάτων ἅτινα ὑπὸ τοῦ κονσέσου ἐνοχὴν ἀνάγεται.

ex vtraque causa mihi obligabitur: secundùm illius sacræ cõstitutionis definitionem: quam ex ipsius lectione apertiùs perfectiúsque licet cognoscere.

4 ¶ Præter hæc, quæ dicta sunt, & obligationes quæ ex consensu nascuntur, contraria voluntate dissoluuntur. Nam si ego cum Titio egerim de re aliqua vendenda, ita vt ille de me fundum illum centum aureis emeret: ac deinde re nondum sequuta, id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito, placuerit inter ambas partes, vt ab emptione & venditione discederetur: inuicem liberamur, ita vt neque venditor ex vendito cum emptore, neque emptor ex empto cum venditore agere possit. Et hoc scilicet est illud quod dicitur, re nondum sequuta, id est, re nondum impleta recedere. Eadem dicimus, & in locatione, omnibúsq; contractibus, qui ad obligationem quæ consensu contrahitur, referuntur.

a *Vide* l. prout quidque contractum est. 80. ff. de solutionibus. l. 2. l. 3. ff. de rescindenda. l. 35. l. 100. l. 153. ff. de regul. iuris.

b *Res nondum secuta seu res integra in emptione & venditione intelligitur, cùm emptor pretium: venditor rem nondum tradidit.*

c *Consensu obligationes re integra ac non secuta quemadmodum dissolui possint.* l. 80. ff. de solutionib.



INSTITVTIONVM LIBER QUARTUS.

ΤΗΣ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΖΙΩΝΟΣ Δ.

INSTITVIONVM LIBER QUARTUS.

DE OBLIGATIONIBVS quæ ex delicto nascuntur. Tit. I.

ΠΕΡΙ ΕΝΟΧΩΝ ΤΩΝ ἀπὸ ἁμαρτίας γινομένων ἤτοι φυομένων. Τίτλος α.

DE OBLIGATIONIBVS QVAE EX delicto nascuntur. Tit. I.

¶ *De tertio genere obligationum (dictum est enim superiùs de contractu, & quasi contractu obligationibus) seu De obligationibus quæ ex delicto nascuntur. Has obligationes ex re, id est ipso maleficio nasci. Huius species, furtum, rapina, damnum, iniuria.* 1 ¶ *De furto, & quid furtum. Furtum*

fieri, rei, vsus, possessionis. 2 Furtum, vel à furuo, vel à fraude, vel à ferendo, vel à Græco φώρ denominari. 3 ¶ De furto manifesto, non manifesto. 4 concepto, oblato, prohibito, non exhibito. 5 ¶ De pœna furti. 6 Furtum non modo rei, sed & eius vsus fieri posse à creditore, depositario, commodatario. 7 ¶ Furtum sine affectu furandi non fieri. 8 ¶ Furtum, inuito tantùm fieri (imò & volenti vno casu, vt si quis patiatur sibi furtum fieri à seruo suo, vt sollicitatorem serui in ipso delicto deprehendat.) 9 Furtum etiam liberorum hominum nobis fieri. 10 & rei suæ interdum furtum aliquem facere. 11 Furtum ope simul & consilio, non nudo consilio fieri. 12 ¶ Furtum nobis non fieri ab iis qui sunt in nostra potestate, & tamen si quid ope & consilio alterius tale factum, eos qui id fecerint, furti teneri. 13 ¶ Furti actionem ei tantùm competere cuius interfit rem saluam esse. 14 Proinde pignoris subrepti actionem competere creditori. 15 rei ex conducto poliendæ, fulloni, politori, sarcinatori, & similibus. 16 commodatæ, commodatario. 17 at non depositæ, depositario, & cur. 18 ¶ Impuberem furti non teneri, nisi proximus pubertati. 19 ¶ Furti actionem merè pœnalem esse: præter pœnam furti, rem vindicari, & condici posse.

SVPERIORI libro disseruimus de obligationibus & actionibus, quæ ex contractu nascuntur: consequens est, vt & de obligationibus quæ ex delicto nascuntur dicamus. Etenim cùm sermonem de obligationibus institueremus, diximus eas aut ex contractibus, aut ex delictis nasci. ¶ Sed hæ quidem, quæ ex contractu nascuntur, in quatuor genera diuisæ sunt: quoniam aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu contrahuntur. Hæ verò ad vnum genus rediguntur. Quemadmodum enim illic cõtractus principatum obtinet, & quatuor obligationes parit: ita & hic delictum principatum obtinet, & vna ex eo obligatio tanquã ex re nascitur. Sed inde quatuor deducuntur maleficia: vt furtum, rapina, damnum, iniuria.

Ἐν τῷ προλαβόντι βιβλίῳ διεξήλθομεν περὶ τῶν ἐνοχῶν τε καὶ ἀγωγῶν, αἵ τινες ἀπὸ κοντράκτου τίκτονται. ἀκόλουθόν ἐστιν εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἀπὸ ἁμαρτήματος ἐγειρομένων ἐνοχῶν. καὶ γὰρ ἀρχόμενοι τοῦ περὶ ἐνοχῶν λόγου, εἰρήκαμεν ἢ ἀπὸ συναλλαγμάτων, ἢ ἀπὸ ἁμαρτημάτων, ταύτας ἐγείρεσθαι. ¶ Ἀλλ' αἱ μὲν ἀπὸ κοντράκτου φυόμεναι ἐνοχαὶ, εἰς τέσσαρα διῄρηνται γένη. ῥὲ, βέρβις, λίττερις, κονσένσο. αὗται δὲ εἰς ἓν περιΐστανται γένος. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ, ἀρχὴ μὲν τὸ κοντράκτον, τίκτει δὲ τέσσαρας ἐνοχὰς, οὕτω κἀνταῦθα, ἀρχὴ μὲν τὸ δέλικτον, ἡ δὲ ῥὲ ἐξ αὐτοῦ φύεται ἐνοχή. τέσσαρα δὲ ἐντεῦθεν κατάγεται ἁμαρτήματα, οἷον κλοπὴ, ἁρπαγὴ, ζημία, ὕβρεις.

CVm sit expositũ superiori libro de obligationibus ex contractu, & quasi ex contractu, sequitur, vt de obligationibus ex maleficio, (& quasi ex maleficio) dispiciamus. ¶ Sed illæ quidem (vt suo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur: hæ verò vnius generis sunt: nam omnes ex re nascũtur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria.

1 ¶ Est autem furtũ, contrectatio rei alienæ fraudulenta, lædens eum, cui furtum factum est, aut in re ipsa, aut in vsu eius, aut in possessione. In re ipsa, vt si seruum tuum subtraxerim. In vsu eius veluti, si id quod mihi vtendum datum est in vnum diem, diutiùs teneam. In possessione, vt si id quod mihi in causam pignoris aut ex causa depositi possidẽdum datum est, tanquam dominus possideam.

a Vnde & fur Paulo 2. sen. 31. §. 1. dicitur qui rem alienã contrectat.

1 ¶ Κλοπὴ [a] δέ ἐστιν ἀλλοτρίου πράγματος κακίστη ψηλάφησις ἀδικοῦσα τὸν τὴν κλοπὴν ὑποστάντα, ἢ περὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἢ περὶ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ, ἢ περὶ νομήν. περὶ αὐτὸ μὲν τὸ πρᾶγμα, οἷον ἐὰν ὑφέλωμαι τὸν σὸν οἰκέτην. περὶ χρῆσιν, οἷον ἐὰν τὸ δοθέν μοι ἐπὶ τῷ χρήσασθαι πρὸς μίαν ἡμέραν περαιτέρω κρατήσω. περὶ νομὴν δὲ ὅτε τὸ δοθὲν ἐπὶ τῷ νέμεσθαι ὡς ἐνέχυρον ἢ ὡς δεπόσιτον, νέμομαι ὡς δεσπό-

1 ¶ Furtũ est cõtrectatio fraudulosa lucri faciẽdi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionisve: quod lege naturali prohibitum est admittere.

2 ¶ Furtum autem vel à furuo, id est, nigro, dictum est. quod clam & obscurè fiat, & plerunq; nocte: vel à fraude, vel à ferẽdo, id est, auferendo: vel à Græco sermone, quod φῶρας appellant fures. Imò & Græci à ferendo φῶρας dixerunt.

3 ¶ Furtorum autem duo sunt genera: manifestum & nec manifestũ. Nã conceptum & oblatum, species potius actionis sunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, sicut inferius apparebit. ¶ Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant: nec solũ is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui eo loco deprehẽditur quo furtum fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus ianuam deprehensus fuerit: & qui in oliueto oliuarum, aut in vineto, vuarum furtum fecit, quandiu in eo oliueto, aut in vineto deprehensus fuerit. Imò vlteriùs furtum manifestũ est extendendũ, quandiu eam rẽ fur tenens visus, vel deprehensus fuerit,

τῆς. τοῦτο δὲ τὸ τῆς κλοπῆς ἁμάρτημα, οὐ μόνον ὁ πολιτικὸς, ἀλλ' οὐδὲ ὁ φυσικὸς προσίεται λόγος.

2 ¶ Λέγεται [a] δὲ αὕτη ἡ κλοπὴ furtum à furuo,[b] id est nigro. τουτέστιν ἀπὸ τοῦ μέλανος, ἐπειδὴ λάθρα καὶ ἀμαυρῶς, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐν νυκτὶ γίνεται. ἢ à fraude, ἐκ τῆς ἀπάτης. πᾶς γὰρ κλέπτης, καὶ ἀπατεών. vel à ferendo, id est auferendo. τουτέστιν ἀπὸ τοῦ ἀφαιρεῖν, ἤγουν τοῦ σφετερίζεσθαι, καὶ ἀποστερεῖν. ἢ ἀπὸ ἑλληνικῆς φωνῆς, ἐκ τοῦ φώρ. φῶρας γὰρ οἱ ἕλληνες τοὺς κλέπτας ὀνομάζουσιν, ἀπὸ τοῦ φέρειν, φέρειν δὲ λέγομεν τὸ λαμβάνειν τὰ ἀλλότρια.

3 ¶ Δύο [c] δὲ τῶν κλοπῶν εἰσὶ γένη προσδηλόν ἐστιν. ἡ γὰρ κλοπὴ ἢ φανερά ἐστιν, ἢ οὐ φανερά. τὸ γὰρ conceptum, καὶ τὸ oblatum, εἴδη μᾶλλόν εἰσιν ἀγωγῶν ἀπὸ κλοπῆς ἐρχομένων, ἤτοι τῇ κλοπῇ συνηνωμένων, ἤπερ γένη κλοπῆς, ὡς προϊόντες μαθησόμεθα. ¶ Φανερὸς [d] κλέπτης ἐστὶν, ὃν ἐπαυτοφόρῳ λαμβάνεσθαι λέγουσιν οἱ ἕλληνες. οὐ μόνον ἐστὶν, ὃς ἐν αὐτῷ τῷ πράγματι καταλαμβάνεται, ἀλλ' ἔτι μὴν καὶ ἐστὶν ὃς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ συνέχεται, ἐν ᾧ γίνεται ἡ κλοπή· οἷον ἐν οἴκῳ τις κλοπὴν εἰργάσατο, μήπω δὲ τοῦ πυλῶνος ἐκβὰς κατεσχέθη. εἰ δὲ καὶ ἐν ἐλαιῶνι τις ἐλαιῶν, ἢ ἀμπελῶνι σταφυλῶν κλοπὴν ποιήσῃ, ἐφ' ὅσον ἐν τῷ ἐλαιῶνι ἢ ἐν τῷ ἀμπελῶνι κατέχεται, φανερὸς κλέπτης ἐστίν. ἕτεροι [e] δὲ περαιτέρω τὴν φανερὰν ἐκτείνουσι κλοπὴν, λέγοντες μέχρι τοσούτου φανερόν τινα κλέπτην νομίζεσθαι, ἕως ὅτου τὸ κλαπὲν πρᾶγμα κατέχων, ἢ ὀφθῇ, ἢ συσχεθῇ,

Porrò delictum hoc furti, non solùm ciuilis, sed etiã naturalis ratio auersatur.

2 ¶ Dictum est autem furtum, à furuo, id est, à nigro, quod clàm & obscurè, ac plærumque noctu fiat. Vel à fraude. Nam fur omnis, & fraudator est. Vel à ferẽdo, id est ab auferendo, quod interuertere & priuare significat. Vel à Græca voce ἀπὸ τοῦ φώρ. Nã Græci φῶρας appellant fures ἀπὸ τοῦ φέρειν, id est, à ferendo. Quoniam & Græcè dicimus φέρειν, i. alienas auferre.

3 ¶ Furtorũ autem duo esse genera apertum est: quoniam furtum aut manifestum est, aut non manifestum. Conceptũ enim & oblatum species potiùs sunt actionum, quæ ex furto nascũtur, siue quę furto cohærent, quàm genera furtorum, sicut infrà docebimur. ¶ Manifestus fur est quem Græci ἐπαυτοφώρῳ deprehendi dicunt: nec solùm is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti, quidam in domo furtum fecerat, & nõdum ianuam egressus, deprehensus est. Quòd si quis in oliueto oliuarum, aut in vineto vuarum furtum fecerit, quamdiu in oliueto aut vineto deprehensus fuerit, manifestus fur est. Aliqui & vlterius manifestum furtum extẽdunt, dicẽtes manifestum furem existimari, quamdiu rem, quam furatus est fur tenens, vel visus, vel deprehensus fuerit,

a *Vide* l. 1. ff. de furtis.

b *Furtum igitur vel à furuo, vel à fraude, vel à ferendo, vel à Græco φώρ. adde* 1. Gell. 18.

c l. 2. ff. eod. *Imò quatuor genera furtorũ constituuntur* à Paul. 2. sen. 31. §. 2. & 2. Gai. vlt. §. 3. *Verum dicendum est, Conceptum & oblatum furti actionum species esse furto cohærẽtes, quã furtorum genera. Proinde eodem Paulo* d. tit. *dicitur concepti & oblati actio non conceptum & oblatum.*

d *Idem* l. 3. in prin. ff. eo. 15. Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 12. c. 1.

e l. 3. §. 2. l. 4. ff. eod.

siue in publico, siue in priuato loco: siue à domino, siue ab alio quouis: antequam eò peruenerit quò perferre rem, & vbi deponere cōstituerat. Finge enim (vt rem clariùs, apertiúsq; intelligas) aliquem antequā furaretur, amicis suis secretò dixisse, se rem illam, quam furto auferre in animo habebat, velle in ædibus Primi (verbi gratia) deponere. Si post commissum furtū, eā rem habere visus fuerit aut deprehensus, quocumque loco id fiat, antequam in ædes Primi perferat, ibíque deponat, manifestus fur est. Quòd si postquā in ædes Primi eam pertulisset, ibique deposuisset, deprehēsus fuerit eā non habens: manifestus fur nō iudicaretur. ¶ Ex his, quæ nunc dicta sunt, facilè colligas, quis nec manifestus fur sit. Quod enim manifestū furtum non est, id sine dubio intelligere potes, nec manifestum esse.

4 ¶ Conceptum furtum est, cū apud aliquē testib. præsentibus furtiua res quæsita & inuēta est. Nam aduersus eum, apud quem inuenta fuerit, propria actio cōstituta est, quæ cōcepti dicitur. Neque referre putamus, fur sit is apud quem inuenta est, an fur nō sit, sed à me acceperit. ¶ Oblatum furtum vocatur, cùm res furtiua ab aliquo ad me allata, aut mihi data, & deinde apud me præsentibus testib. quæsita & inuēta est. Sed tunc demum, cùm eo animo mihi rem furtiuā aliquis dederit, vt potius apud me quàm apud ipsum dantem inueniretur, & vt eandem nationis turpitudo penes me potius esset, quàm penes ipsum. Hic enim & ego actione cōcepti teneor,

a l. 5. ff. eod.

b l. nec manifestum. 8. l. 3. §. 1. ff. de furtis. 2. Gai. vlt. §. 3. v. nec manifestum.

c *Concepti actione tenetur is, apud quem furtum quæsitum, & inuentum est.* Paul. 2. sent. 31. §. 3. 2. *Gai.* vlt. §. furtorū vers. conceptum. n *Gai.* 18.

d 2. Gai. vlt. §. 3. in fi. *Oblati furti actione tenetur, qui rē furtiuam alij obtulit, ne apud se inueniretur* Paul. 2. sent. 31. §. 3. in fi. *Oblati simile iudiciū proponitur in lege Italica* tit. de sepibus. adde 11. Gell. 18.

e *Concepti actione is agere potest, qui rem concepit & inuenit: oblati, is penes quem res concepta & inuēta est.* Paul. 2. sent. 31. §. 5.

ἐν δημοσίῳ [a] ἢ ἰδιωτικῷ τόπῳ, εἴτε ὑπὸ τοῦ δεσπότου, εἴτε ὑπὸ ἄλλου τινός. μέχρις οὗ ἐκεῖσε παραγένηται ἔνθα ἐνεγκεῖν καὶ ἀποθέσθαι ὥρισε τοῦτο τὸ πρᾶγμα. ὑπόθου γὰρ ἵνα διαπόδεικτον τοῦτο γένηταί σοι, ὅτι πρὶν κλέψῃ τις ποσὶ τῶν οἰκείων ἐθάῤῥησε φίλων, ὅτι κλέψας τόδε τὸ πρᾶγμα, βούλομαι ἀποθέσθαι ἐν τῷ οἴκῳ λόγου χάριν πρίμου. ἐὰν μετὰ τὸ ὑφελέσθαι εὑρεθῇ τοῦτο κατέχων, ἢ ὀφθῇ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ, πρὶν ἀπαγάγῃ εἰς τὸν οἶκον πρίμου, καὶ ἀποθῆται, φανερὸς κλέπτης ἐστίν· εἰ δὲ μετὰ τὸ ἀπαγαγεῖν καὶ ἀποθέσθαι εἰς τὸν οἶκον πρίμου, συλληφθῇ τοῦτο μὴ κατέχων, οὐκ ἂν κριθείη φανερὸς κλέπτης.

¶ Ἔστιν ἐκ [b] τῶν εἰρημένων εὑρεῖν τίς ὁ μὴ φανερὸς κλέπτης ἐστί. νοεῖν γὰρ ἔξεστιν ὡς ὅπερ οὐκ ἔστι manifestum, ἀμαχῶς τοῦτο nec manifestum ἐστί.

4 ¶ Conceptum [c] furtum λέγεται ἡνίκα παρά τινι μαρτύρων παρόντων τὸ κλαπέν μου πρᾶγμα ζητηθὲν εὑρεθῇ, κατὰ τούτου γὰρ παρ᾽ ᾧ εὑρεθῇ, ἰδιάζουσα ἀγωγὴ ὥρισται ἡ concepti. οὐ διαφερομένων ἡμῶν εἴτε κλέπτης ἐστὶν οὗτος παρ᾽ ᾧ εὑρεθῇ, εἴτε οὐκ ἐστὶ κλέπτης. ἔλαβε δὲ παρ᾽ ἐμοῦ.

¶ Oblatum [d] furtum λέγεται, ὁπότε κλοπιμαῖον πρᾶγμα, ὑπό τινός μοι προσενεχθῇ, ἤτοι δοθῇ, καὶ τοῦτο παρ᾽ ἐμοὶ ζητηθὲν μαρτύρων παρόντων εὑρεθῇ. ἀλλὰ τότε ἡνίκα τοιαύτῃ διανοίᾳ δέδωκέ τις ἐμοὶ τοῦτο τὸ κλοπιμαῖον πρᾶγμα, ὥστε παρ᾽ ἐμοὶ μᾶλλον, ἢ παρ᾽ ἐκείνῳ τῷ δόντι εὑρεθῆναι τοῦτο, καὶ τὴν ἐντεῦθεν κατάγνωσιν ἤτοι ἀσχημοσύνην ἐμοὶ μᾶλλον περιτεθῆναι, ἤπερ ἐκείνῳ. ἐνταῦθα γὰρ ἐγὼ [e] μὲν κατέχομαι τῇ concepti.

siue in publico, siue in priuato, vel à domino, vel ab alio, antequàm eò peruenerit, quò deferre vel deponere destinasset. Sed si pertulit, quò destinauit, tametsi deprehendatur cum re furtiua, non est manifestus fur.

¶ Nec manifestum furtū quid sit, ex iis quę diximus, intelligitur. nam quod manifestum nō est id scilicet nec manifestum est.

4 ¶ Conceptū furtum dicitur cùm apud aliquem testibus pręsentibus furtiua res quæsita & inuenta sit. nam in eū propria actio constituta est, quamuis fur non sit, quæ appellatur concepti.

¶ Oblatum furtum dicitur, cū res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eáque apud te concepta sit: vtique si ea mēte tibi data fuerit, vt apud te potius, quam apud eum qui dedit. conciperetur, nam tibi apud quem concepta sit, propria

propria aduersus eum qui obtulit, quãuis fur non sit, constituta est actio quæ appellatur oblati. ¶ Est etiam prohibiti furti actio, aduersus eũ qui furtum quærere testib. præsentib. volẽtẽ prohibuerit. ¶ Præterea pœna constituitur edicto Prætoris per actionẽ furti non exhibiti, aduersus eum qui furtiuã rem apud se quæsitã & inuentam nõ exhibuit. ¶ Sed hę actiones, scilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. Quum enim requisitio rei furtiuæ hodie secundùm veterem obseruationem non fiat, meritò ex consequentia etiam præfatæ actiones ab vsu communi recesserunt, cùm manifestũ sit, quòd omnes, qui sciẽtes rem furtiuã susceperint, & celauerint, furti nec manifesti obnoxii sunt.

κατὰ[a] δὲ τοῦ δόντος ἔχω τὴν oblati, εἰ καὶ τὰ μάλιστα κλέπτης οὐκ ἔστιν ὁ τοῦτο ποιήσας. οὐκοῦν εἰ μὴ ἐπὶ τοιούτῳ σκόπῳ δέδωκέ μοι τὸ πρᾶγμα, καταχεθήσομαι τῇ concepti. οὐχ ἕξω δὲ κατ' αὐτοῦ τὴν oblati. ¶ Ἔστι δὲ καὶ prohibiti[b] furti, ἀγωγὴ, ὁριζομένη κατ' ἐκείνου τοῦ κωλύσαντος μαρτύρων παρόντων τὸν βουληθέντα ζητῆσαι τὸ κλοπιμαῖον πρᾶγμα. ¶ Ἐφεῦρε πρὸς ταύταις καὶ ὁ πραίτωρ τὴν furti [c] non exhibiti, ἁρμόζουσαν κατ' ἐκείνου ὅς τις τὸ ζητηθὲν καὶ εὑρεθὲν παρ' αὐτῷ κλοπιμαῖον πρᾶγμα, οὐ συνεχώρησεν ὑπὸ τοῦ εὑρόντος ληφθῆναι. ¶ Ταύτας δὲ τὰς ἀγωγὰς, οἷον τὴν concepti, oblati, prohibiti, furti non exhibiti, οὐ δυνατὸν εἰπεῖν γένη εἶναι κλοπῶν, ἀλλ' εἴδη, μετὰ τὸ συστῆναι τὴν κλοπὴν ἐπιγινόμενα. ἀμέλει κατὰ τοῦ μὴ κλέψαντος ἁρμόζουσιν αἱ τοιαῦται ἀγωγαί. οὕτως οὐ δυνατὸν ταύτας πρωτοτύποις κλοπὰς ὁρίσασθαι, ἃς δὲ εἰρήκαμεν ἀγωγὰς εἴδεσι κλοπῶν ἐφαρμόζεσθαι, ταύτας οὐ δυνατὸν σήμερον ἰδεῖν ἐν πολιτείᾳ καὶ ἐν χρήσει. ὁπότε γὰρ ἡ[d] τοῦ κλαπέντος πράγματος ζήτησις κατὰ τὴν παλαιὰν οὐ πρόεισι παραφυλακὴν, τουτέστι μαρτύρων παρόντων, δικαίως ἐξ ἀκολουθίας καὶ αἱ προειρημέναι τῆς κοινῆς ἐξελήλανται χρήσεως ἀγωγαί. τοῦτο γὰρ τῶν ὁμολογουμένων ἐστὶ, ὅτι[e] πᾶς εἰδὼς κλοπιμαῖον εἶναι πρᾶγμα, ὑποδεξάμενός τε καὶ κρύπτων τοῦτο τῇ[f] nec manifesti furti κατέχεται.

& aduersus eum, qui dederit, actionẽ habeo oblati: etiam si maximè is, qui id fecerit, fur non sit. Quapropter si ea mente mihi rem furtiuam non dederit, tenebor quidem actione concepti, sed aduersus eum actionem oblati non habebo. Est & prohibiti furti actio, aduersus eum constituta, qui rem furtiuam præsentibus testibus quærere volentem prohibet. ¶ Præter has inuenit Prætor & actionem furti non exhibiti, qui furtiuã rem apud se quæsitam & inuentam passus non est ab eo, qui illam inuenisset auferri. ¶ Has igitur actiones concepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti, genera furtorum esse dicere non possumus: sed species, quæ furto iam cõmisso accidunt. Itaque & aduersus eum, qui furtum non admisit, hæ actiones competunt. Vnde nec illud fieri potest, vt ea principalia furta esse definiantur. Sed has actiones, quas incertis furtorum formis competere diximus, hodie in vsu ciuili & agendis rebus non sanè videas. Cùm enim requisitio rei furtiuæ hodie secundùm veterem obseruationem non fiat, hoc est præsentibus testibus, meritò per consequentiam, & prædictæ actiones ex communi vsu recesserunt. Quoniam illud in confessum venit, quicunque sciens rem furtiuam susceperit, & celauit, hunc furti nec manifesti teneri.

a *Furti oblati actio aduersus eum qui obtulit, tripli est pœna & ipsius rei repetitio* Paul. 2. sent. 31. §. 13. *adde Gellium* 11. c. 18.

b *Furti prohibiti actio.*

c *Furti nõ exhibiti actio.*

d *Conceptum furtum hodie non est in vsu: ac per consequens furti prohibiti, vel non exhibiti actio.*

e 2. Gal. vlt. §. 4.

f §. 15. infra de actionib.

5 ¶ Pœna manifesti furti, quadrupli est, tã ex serui, quàm ex liberi persona: nec manifesti, dupli.

5 ¶ Ἡ δὲ ποινὴ τοῦ μὲν manifesti furti,[g] εἰς τὸ τετραπλοῦν, αὔξεται. τοῦ δὲ nec manifesti, εἰς τὸ διπλοῦν, εἴτε ἐλεύθερος, εἴτε δοῦλος εἴη ὁ κεκλοφώς.

5 ¶ Pœna autem furti manifesti, in quadruplum excrescit: nec manifesti, in duplum: siue liber sit, siue seruus qui furtum admisit.

g §. 14. infra de actionib. 1. Harmeno. 3. §. 41.

6 ¶ Furtiuum autem est, non solùm quod noctu aut interdiu clàm aufertur, sed quidquid alienum mobile malo animo inuito domino contrectatur. Quapropter siue creditor pignore, siue is, apud quē res deposita est, ea re vtatur, siue is qui rem vtendā accepit, ad alium vsum eā transferat quàm ad quem accepit, furtum in his cōmittit. Veluti si quis argentum vtendum à me acceperit quasi amicos conuiuio excepturus & id peregrè secum tulerit: quamuis spoliare me eo non voluerit, tamen furti tenetur: quoniam vltrà quàm accepit, vsus est. Sed & si quis equum sibi vtendum datum gestandi caussa ob auræ temporisque gratiam ad certum spatiū, longiùs aliquò duxerit, furtum committit: quod veteres in eo scripserunt, qui equum sibi vtendum datum in aciem abduxerat.

a *Si pignore creditor vtatur furti tenetur.* l. 54. ff. de furtis.

b *Si quis rem vtendam acceperit, aut commodatā apud se habuerit, & aliter ea vsus fuerit quàm acceperit, furti actione tenetur.* 2. Gai. vl. §. 5.

c 2. Harmen. 10. §. 3. in pr.

d 2. Harmen. 10. §. 3. in fi. & 4. l. qui iumenta longius. 40. ff. de furtis. 7. Gell. 15.

7 ¶ Illud tamen in vniuersum placet: omnes eos, qui rebus sibi commodatis aliter quàm vtendas acceperunt, vtuntur, furtū committere, & furti teneri: si se intelligant id inuito domino facere, eúmque si resciscat, non permissurum. Quòd si contentum esse dominum, nec irasci eam ob rem putabant, extra furti crimen eos esse definimus: optima sanè ratione: quia furtum sine malo animo & adfectu furandi non committitur.

e *Fur non est qui putat se domini voluntate rem attingere.* l. inter omnes. 46. §. rectè dictam est ff. de furtis.

f *Furtum sine affectu furandi non committitur.*

6 ¶ Φούρτιβον δέ ἐστιν οὐ μόνον τὸ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν λαμβανόμενον λάθρα, ἀλλὰ πᾶν πρᾶγμα κινητὸν ἀλλότριον παρὰ γνώμην δεσπότου κακῇ διαθέσει ψηλαφώμενον. διὸ εἴτε ὁ κρεδίτωρ [a] τὸ ἐνέχυρον, εἴτε οὗτος παρ' ᾧ [b] κατετέθη τὸ πρᾶγμα, τῷ ἐνεχυριασθέντι ἢ παρατεθέντι πράγματι κέχρηται, εἴτε ὁ εἰς χρῆσιν λαβὼν ἀλλότριον πρᾶγμα εἰς [c] ἑτέραν χρῆσιν μεταθέσῃ τοῦτο, ἤπερ εἰς ἣν ἔλαβε, κλοπὴν ἐπὶ τούτῳ ἁμαρτάνει. οἷον ἀργύριον ἐχρήσατό τις παρ' ἐμοῦ, ὡς δῆθεν φίλους ἑστιάσων, καὶ τοῦτον μεθ' ἑαυτοῦ ἀπήγαγεν ἐπὶ ξένης, οὐ βουλόμενος ἀποστερῆσαι τοῦτον, οὐδὲν ἧττον κατέχεται τῇ furti ἀγωγῇ. ἐπειδὴ περαιτέρω ἤπερ ἔλαβεν ἐχρήσατο. εἰ δὲ καί τις ἵππον διὰ ὥρας χάριν αὐτῷ χρησθέντα, ἐπὶ τῷ τοῦτον ἀπαγαγεῖν μέχρι φανεροῦ διαστήματος, ἀπήγαγε [d] περαιτέρω, κλοπὴν ἁμαρτάνει· ὅπερ ἔγραψαν οἱ παλαιοὶ περὶ ἐκείνου, ὅς τις εἰς παράταξιν τὸν ἵππον τὸν χρησθέντα αὐτῷ ἀπήγαγε.

7 ¶ Ἀρέσκει δὲ τοῦτο καθόλου, πάντας ὅσοι τοῖς χρησθεῖσι πράγμασιν ἑτέρως ἤπερ ἔλαβον κέχρηνται, κλοπὴν ἁμαρτάνειν, καὶ τῇ furti κατέχεσθαι. εἴγε [e] ὑποπτεύουσιν ἄκοντος τοῦ δεσπότου τοῦτο γίνεσθαι παρ' αὐτῶν, καὶ μαθόντα τὸν δεσπότην οὐκ ἐπιτρέψαι τοῦτο. εἰ γὰρ ἀρέσκεσθαι καὶ μὴ ἀγανακτεῖν ἐπὶ τῷ γινομένῳ τὸν δεσπότην ἐνόμιζον, ἐκτὸς εἶναι τούτους τοῦ κλοπῆς ἁμαρτήματος ὁριζόμεθα, ἀρίστῳ δηλαδὴ λογισμῷ, quia [f] furtum sine affectu furandi non committitur. ἄνευ γὰρ πονηρᾶς διαθέσεως, οὐχ ἁμαρτάνεται κλοπή.

6 ¶ Furtum autem fit, non solùm cū quis intercipiēdi caussa rem alienam amouet: sed generaliter cùm quis alienam rē inuito domino contrectat. Itaque siue creditor pignore: siue is, apud quē res deposita est, ea re vtatur: siue is qui rem vtendam accepit, in alium vsum eā trāsferat, quam cuius gratia ei data est, furtum committit: veluti si quis argentum vtendum acceperit, quasi amicos ad cœnā inuitaturus, & id peregrè secū tulerit: aut si quis equum gestandi caussa cōmodatum sibi, longiùs aliquò duxerit: quod Veteres scripserunt de eo, qui in aciem equū perduxisset.

7 ¶ Placuit tamē eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant id inuito domino facere: eúnque, si intellexisset, non permissurum: at si permissurū credant, extra crimen videri: optima sanè distinctione, quia furtum sine effectu furandi non cōmittatur.

8 ¶ Sed & si credat aliquis inuito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fiat: dicitur furtum non fieri. ¶ Vnde illud quæsitum est, quum Titius seruum Mæuii solicitauerit, vt quasdam res domino subriperet, & ad eum perferret, & seruus id ad Mæuium pertulerit: Mæuius autem, dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit seruo quasdam res ad eum perferre: vtrùm furti, an serui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro.

8 ¶ Εἰ δὲ καὶ ἄκοντος τοῦ δεσπότου ταῦτα ποιεῖν ἑαυτοὺς ὑπώπτευον, μαθὼν δὲ ὁ δεσπότης οὐκ ἠγανάκτησε τῷ γεγονότι, οὐδὲ [a] οὕτω χώρα γίνεται τῷ τῆς κλοπῆς λόγῳ. ὥστε οὖν ἵνα furti ἁρμόσῃ, δεῖ τὰ δύο [b] συνδραμεῖν, καὶ μὲν παρὰ γνώμην δεσπότου κεχρῆσθαι εἰδότα ὡς ἀγανακτήσει ἐπὶ τῷ πραττομένῳ ὁ τοῦ πράγματος κύριος, κἀκεῖνον ὀργισθῆναι μαθόντα. ἓν δὲ τούτων ἐλλεῖψαι οὐκ ἐᾷ τεχθῆναι τὴν furti. ¶ Ἀμέλει ἐντεῦθεν τοιοῦτόν τι ἐζητήθη. ἔχει δὲ ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ. ἐάν τις τὸν ἐμὸν ὑπονοθεύσῃ δοῦλον, καὶ χείρονας αὐτοῦ τοὺς τρόπους ἀποτελέσῃ, κατέχεταί μοι ἀγωγῇ τῇ λεγομένῃ serui [c] corrupti, ἥτις εἰς τὸ διπλάσιον τὸ ἐπὶ τῇ ἐλαττώσει τῆς οἰκέτου διατιμήσεως ἁρμόζει. ἢ ἡνίκα ἀπώλετο ἐπὶ τῷ διπλῷ τοῦ τιμήματος. ἐπειδὴ σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. Τίτιος [d] διελέχθη τῷ ἐμῷ οἰκέτῃ, τοῦτον ὑπονοθεύων, καὶ φυγεῖν ὑποτιθέμενος αὐτῷ, προσθεὶς ἅμα καὶ [e] τοῦτο ὥστε αὐτὸν ὑφελέσθαι τι τῶν ἐμῶν πραγμάτων. ὁ οἰκέτης γνώριμόν μοι τοῦτο κατέστησεν, οὐ πεισθεὶς ἐγὼ τούτῳ τῷ οἰκέτῃ, βουλόμενος δὲ τὸν Τίτιον ἐν αὐτῷ καταλαβεῖν τῷ ἁμαρτήματι, ἐπέτρεπον ταῦτα πράττειν τῷ οἰκέτῃ. ὁ δὲ λαβών τι τῶν παρ᾽ ἐμοὶ ὄντων σκευῶν, ἄπεισι πρὸς Τίτιον. ἑπόμην ἐγὼ λάθρα, γνῶναι βουλόμενος εἰ ἀληθῆ τὰ παρὰ τοῦ οἰκέτου μοι λεχθέντα. γενόμενος ὁ οἰκέτης κατὰ τὸν συντεθέντα τόπον παρὰ αὐτοῦ καὶ Τιτίου, δέδωκε Τιτίῳ τὸ σκεῦος. εὗρον διὰ τῶν γινομένων τὸν οἰκέτην μὴ ψευδόμενον. ζήτησίς ἐστι ποία μοι κατὰ Τιτίου δίδοται προφάσει τῶν γινομένων ἀγωγή.

8 ¶ Sed & si inuito domino id se facere credebant, & dominus cùm resciisset, malè id non accepit: neque hic causa furti locum habebit. Sic igitur vt actio furti competat, duo necesse est concurrāt: vt & ego scilicet re inuito domino vtar, non ignarus id ei minimè gratum futurum: & is, cùm rem intellexerit, in malam partem accipiat. Quorum si alterum desideretur, actio furti nasci non possit. ¶ Itaq; ex hoc tale quiddam quæsitum est. Et hæc habeto in modum præuiæ cuiusdam inspectionis. Si quis seruum meum corruperit, & mores eius in deterius mutarit: actionem aduersus eum habeo, quæ dicitur *Serui corrupti*. Et ad duplum eius ea competit, quanto minoris pretii seruus factus est. Aut cùm is periit, ad duplum æstimationis. His ita pro præuia inspectione cognitis: vide nunc rem, de qua agimus. Titius cum seruo meo agebat corrumpens eum, & vt fugeret monebat: simul & illo addito, vt rerum mearum aliquid surriperet. Seruus id non me clam habuit. Ego cùm omnino ei fidem non haberem, sed Titium in ipso delicto vellem deprehendere, permisi seruo vt ea omnia faceret. At is sublata re quadam ex supellectili mea, ad Titium abibat: clàm ego sequebar, sciendi cupidus an vera essent, quæ is mihi dixisset. Cùmque is ad locum inter se & Titium constitutum venisset, Titio dedit rem illam surreptam. Atque ita ex his, quæ acta sunt, inueni seruum non mentiri. In quæstionem cadit, quę mihi actio propter rem gestam competat. Et quidem in

a *Qui aliena animo furandi contrectat furtum committere dicitur. si tamen id faciat domino sciente neque conquirente. quæsitum est, furti necne teneatur. Et hic quidem Imperator negat furti teneri,* Vlp. in l. inter omnes. 45. §. per contrarium. 8 ff. de furtis. *ait, furtum quidē fieri à contrectante: sed tamen eum furti non obligatū.*

b *Vt furti actio competat, duo concurrāt necesse est: rem animo furādi, & inuito domino contrectari. Nec enim quis voluntatem domini habēs furti teneri potest.* l. qui vac. 48. §. 2. ff. de furtis.

c *vide* titul. Digest. de seruo corrupto: & C. de furtis & seruo corrupt.

d l. 20. Co. de furtis.

e *Solet enim sæpissime fugā seruorum furtum subsequi.*

primis vix fieri potest, vt qui actionem furti cōpetere dicat. Vt enim maximè Titius rem illam malamente & adfectu furandi cōtrectarit, id tamen inuito domino nō cōtigit. An ergo serui corrupti actio locum habet? Sed tamen ne hæc quidem dari posse videtur, quoniam mores serui non sunt corrupti, quin immò cùm antea ignoraretur, quàm fidelis esset domino suo, id nunc demum apparuit. Futurū est igitur, vt vna in re multis delictis commissis Titius, nulla tamen actione teneatur. Quidam tamen apud veteres furti actionē competere dicebant. Sed quoniam multæ ea de re inter veteres erant altercationes: cùm alii actionē omnem negarent, alii solùm actionem furti darēt: relata res est ad Principē nostrum, & edita ab eo est constitutio, quę huiusmodi calliditatibus obuians, ita vlciscitur Titium, vt non solùm actione furti, sed etiam serui corrupti eum teneri iusserit. Nam quamuis mores eius serui in deterius mutati nō sint, & ideo cessent regulæ quę de actione serui corrupti traduntur: tamen cùm malum consilium ad perniciem probitatis serui tendat, constituit in pœnam Titii, vt actio serui corrupti daretur, perinde atque si re ipsa seruus corruptus fuisset: ne ex huiusmodi impunitate Titius & aliū quempiam aggrediatur, quē facile fit à bona fruge ad malos mores impellere.

9 ¶ Interdum & in liberis personis furtum committitur: veluti si quis liberos, quos in potestate habemus, clàm subripiat, filiū filiámve aut nepotem vel neptē. Furti autē agitur in id quod ītereſt: & quod hic intersit nostra dicendūest.

a l. si quis seruo alieno suaserit. Co. de furtis & seruo corrupto.

b l. eum qui. 14. § si filiusfamilias subreptus sit. 14. ff. de furtis. l. 14. §. 2. ff. de rei vindicat.

c Hoc ideo additur, quoniam mater filij surrepti furti actionem nō habet. l. mater 38. ff. de furtis.

d Quatenus id quod interest liberos nostros subreptos non potest æstimetur.

καὶ πῶς οὐ δύναται εἰπεῖν ἁρμόζειν, τὴν furti. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ κακῇ διαθέσει λαβὼν, ἐψηλάφησε τὸ σκεῦος ὁ τίτιος, ἀλλ' οὐ παρὰ γνώμην δεσπότου συνέβαινε τοῦτο. ἀλλ' ἡ serui corrupti. ἀλλ' οὐδὲ ταύτην ἐγχωρεῖ παρέχεσθαι. ὁ γὰρ οἰκέτης οὐ χείρων τοῖς τρόποις, μᾶλλον δὲ καὶ πάλαι διαλανθάνων δίκαιος τῷ δεσπότῃ, νῦν γέγονε φανερός. καὶ συμβαίνει κατὰ ταῦτα πολλὰ τίτιον πταίσαντα, μηδὲ μιᾷ κατέχεσθαι ἀγωγῇ. τινὲς δὲ τῶν νομικῶν ἐδίδοσαν ἐντεῦθεν τὴν furti. ἀλλ' ἐπειδὴ ζητήσεις ὑπῆρχον τῶν νομικῶν, τῶν μὲν πᾶσαν ἀρνουμένων ἀγωγὴν, τῶν δὲ παρεχόντων τὴν furti, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ταῦτα ἀνηνέχθη βασιλείαν, καὶ γέγονε παρ' αὐτοῦ διάταξις [a] ἥ τις ἕνεκα τῆς τοιαύτης κακουργίας τιμωρουμένη τὸν τίτιον, οὐ μόνον τῇ furti, ἀλλὰ καὶ τῇ serui corrupti ἔνοχον αὐτὸν εἶναι ἐκέλευσε. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ οἱ τοῦ δούλου τρόποι χείρονες οὐ γεγόνασι, καὶ διὰ τοῦτο ἤργησαν οἱ τῆς serui corrupti κανόνες, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ τοῦ ὑπονοθεύοντος ἡ κακίστη βουλὴ πρὸς ἀπώλειαν χρηστῶν τρόπων τοῦ οἰκέτου χωρεῖ, ἐθέσπισεν ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ τιτίου δίδοσθαι τὴν serui corrupti, ὥσπερ εἰ τῇ ἀληθείᾳ τὸν οἰκέτην διέφθειρεν, ἵνα μὴ ἀτιμώρητος ἐπὶ τούτῳ μείνας ὁ τίτιος, ἐφ' ἕτερον οἰκέτην ὁρμήσῃ, ὃν δύναται ἴσως τῶν χρηστῶν ἀπαγαγεῖν τρόπων.

9 ¶ Ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ ἐλευθέροις προσώποις ἁμαρτάνεται κλοπή. οἷον ἐάν τις τοὺς [b] ὑπεξουσίους [c] παῖδας ὑφέληται λάθρα, υἱὸν ἢ θυγατέρα, ἢ ἔγγονον ἢ ἐγγόνην. κινεῖ δὲ τὴν furti εἰς τὸ διαφέρον. καὶ [d] ποῖον διαφέρον ἐστὶν ἐνταῦθα, εἰπεῖν ἀναγκαῖον.

Et cùm nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorum prudētū super hoc altercationes perspeximus quibusdam neque furti, neq; serui corrupti, actionem præstantibus, quibusdam furti tātummodò: nos huiusmodi calliditati obuiam euntes, per nostram decisionem sancimus, non solum furti actionem, sed & serui corrupti contra eū dari. Licèt enim is seruus deterior à solicitatore minimè factus est, & ideo non concurrant regulæ, quę serui corrupti actionē introducunt, tamen cōsiliū corruptoris ad perniciem probitatis serui introductū est, vt sit ei pœnalis actio imposita, tanquā si re ipsa fuisset seruus corruptus: ne ex huiusmodi impunitate & in alium seruū, qui facilè posset corrumpi, tale facinus à quibusdā perpetretur.

9 ¶ Interdum etiam liberorū hominum furtum fit, veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit.

10 ¶ Ali-

ὑπόθου ὅτι τελευτῶν τις ἐνεστήσατο κληρονόμον τὸν ἐμὸν υἱὸν ὑπὸ αἵρεσιν τὴν, ἐὰν εὑρεθῇ διάγων ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. ἔκλεψας δὲ τοῦτον, καὶ εἰς ἑτέραν ἀπήγαγες πόλιν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς τοῦ τεστάτορος. συνέβη αὐτὸν ἐν αὐτῇ μὴ εὑρεθῆναι τῇ πόλει. ἠπόρησεν ἡ αἵρεσις, καὶ τῆς κληρονομίας ἐξέπεσε. κινῶν ἐγὼ κατὰ σοῦ τὴν furti, λήψομαι ὅσον ἐζημιώθην. ἐζημιώθην δὲ τὴν ὑσουφρουκτον τῆς κληρονομίας, ὃς ἔμελλέ μοι προσπορίζεσθαι· τούτου τὴν διατίμησιν ἀπαιτήσω.

Finge filium meum ab aliquo sub hac conditione heredem scriptum esse, si in hac ciuitate viuere inuentus fuerit. Tu eum furto subripuisti, & in aliam abduxisti ciuitatem: cùm testator moreretur, euênit, vt in ciuitate filius non inueniretur. Defecit conditio, & filius hereditatem amisit. Ego furti tecum agam, & in quãtum rationes meæ læsæ sunt, consequar. Porrò in vsufructu, qui mihi erat adquirendus, læsus sum: huius æstimationem petam.

10 ¶ Aliquando autem etiam suæ rei furtum quis committit: veluti si debitor rem quam creditori pignoris caussa dedit, subtraxerit.

10 ¶ Πολλάκις καὶ ἐπὶ τῷ οἰκείῳ τις ἁμαρτάνει πράγματι κλοπήν. οἷον εἰ ὁ δεβίτωρ [a] τὸ πρᾶγμα ὃ ἐνεχυρίασε τῷ δανειστῇ ὑφείλετο λάθρα. ἀδικεῖ γὰρ τὸν δανειστὴν, τῆς ἀπὸ τοῦ ἐνεχύρου ὑστερῶν ὠφελείας.

10 ¶ Sæpe & in re sua quis furtum committit: veluti, si debitor rem quã creditori pignoris causa dederat, clanculum subtraxerit. Quoniam in eo creditorem lædit, quia commodo eum spoliet, quod in causa pignoris est.

11 ¶ Interdum (quoque) furti tenetur, qui ipse furtum nõ fecit: qualis est is, cuius ope & consilio furtum factum est. In quo numero est, qui tibi nummos excussit, vt alius eos raperet: aut tibi obstiterit, vt alius rem tuam exciperet, aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugauit armentum. Sed si quid eorum per lasciuiam & non data opera, vt furtum admitteretur, factũ est: in factum

11 ¶ Ἔσθ᾽ ὅτε τις καὶ μὴ κλέψας κατέχεται τῇ furti. τοῦτο δὲ συμβαίνει ἐπ᾽ ἐκείνου cuius [b] ope & consilio furtum factum est. τουτέστιν οὗ σπουδῇ καὶ συμβουλῇ ἡμαρτήθη ἡ κλοπή. ¶ Οἷον [c] νούμμους τις ἐπεφέρετο ἐν τῇ οἰκείᾳ χειρὶ, τούτους ἐξετίναξεν ἕτερος, ὥστε ἄλλον ἁρπάσαι· ἢ ἐπεσκότησε [d] τῇ σῇ θέᾳ, ὥστε ἄλλον τὸ σὸν ὑφελέσθαι πρᾶγμα· ἢ τὰ πρόβατα, ἢ τοὺς βόας τοὺς σοὺς ἐφυγάδευσεν, ὥστε ἄλλον ταῦτα λαβεῖν, ἰδοὺ ἐνταῦθα οὐχ [e] ἥψατο τῶν πραγμάτων τῶν σῶν, ἀλλ᾽ ὅμως κατέχεται τῇ furti ἀγωγῇ. μόνον μέντοι τοῦτο ἔξωθεν ἴσθι, εἰ ἕτερος ἐψηλάφησε τὰ ἀπολλύμενά σου πράγματα. δίχα γὰρ ψηλαφήσεως, οὐδέποτε κλοπὴ ἁμαρτάνεται. τοῦτο δὲ ἔγραφον οἱ παλαιοὶ ἐπ᾽ ἐκείνου, ὅς τις ῥάκει ἐρυθρῷ [f] διεσόβησε τὰ βουκόλια. εἰ δὲ τοῦτο κατὰ [g] τρυφὴν καὶ οὐκ ἐπιτηδὲς ἵνα κλοπὴ ἁμαρτηθῇ γέγονεν), in factum

¶ 11 ¶ Interdum quoque & is furti tenetur, qui furtum non fecerit. Id autem in eo contingit cuius ope & consilio furtum factum est. ¶ Quo in numero est is, qui cùm nummos aliquis in manu sua haberet, eos ipse excussit, vt alius raperet: vel obtentu togæ corporisve obiectu aspectui tuo obstitit vt alius rem tuam subriperet, vel oues tuas aut boues in fugam auertit, vt alius eos raperet. Ecce res tuas hic non attigit, & tamen furti tenetur: dumtaxat (vt id obiter & ἔξωθεν ac velut foris assumptum sciamus) si quis alius res tuas amissas contrectauerit. Quoniam sine contrectatione furtum nunquam intelligitur committi. Et hoc veteres in eo scripsere, qui rubro panno turbatum armentũ fugauerat. Quòd si quid eorum per lasciuiam & non data opera vt furtum admitteretur, factum fuerit: in factum

a §. 13. § 14. inf. eod. l. itaque 12. §. pen. l. si is qui. 66. ff. de furtis. Paul. 2. sent. 31. §. 16.

b *Non tãtum qui furtum fecit, sed etiam is cuius ope, aut consilio furtũ factum fuerit, furti actione tenetur.* Paul. 2. sent. 31. §. 10. l. in furti actione 50 §. ope, consilio 1. ff. de furtis.

c *Si quis de manu alicuius nummos, vel aliam rem excusserit, furti tenetur: si id fecit vt alius tolleret, isque sustulerit.* l. si quis vxori 52. §. si quis de manu. 13. ff. de furtis.

d *Hoc est sinũ furanti prabere.* l. sacrilegio. 6. §. vlt. ff. ad l. Iul. peculatus. *Hinc Gell. 1. c. 18. ex Sabino refert, furem hominẽ esse indicatũ, qui cum fugitiuum prater oculos domini forte iret, obtẽtu toga tãquã se amiciens ne videretur à domino, obstitisset.*

e *Furtum sine attrectatione fit aliquando, vt in his exẽplis. Fit & solamente ac solo animo, vt in annitente.* 11. Gell. vlt. in fin.

f *Dixi Institutionibus hoc loco:* & ad l. in furti. 50. in fin. ff. de furtis.

g *Lasciuia ponitur.*

a l. si pignore. 54. §. qui ferramenta. 4. ff. eod.
b *Vide* l. 39. l. 53. ff. eod.
c *Solo consilio furtum non committitur.* l. qui secuo persuasit. 36. l. inficiando. 67. ff. eod.
d l. quamuis res furtiua 84. ff. eod.
e *Filius, seruus, vxor actione furti in duplum patri, domino, marito non tenentur. Qui tamẽ opem eis fert, in duplum actione furti tenetur.* 15. Ecl. 2. ex li. 60. tit. 12. c. 16 & 34. *adde* l. 16. ff. eod. vt in l. 6. Co. de furtis.
f *Neque nos in filiosfamilias nostros furti actionem in duplum habemus, neque illi aduersus nos.* 15 Eclo. 2. ex lib 60. tit. 12. c. 16.
g l. 4. ff. de iudiciis.
h *Vide* l. contractus. 23. ff. de reg. iuris.
i *Dolum tantum in re aliena custodienda præstant, qui nullum ex ea custodienda lucrũ sentiũt.*

dabitur actio aduersus eũ, qui eorum quid fecerit: & furti, aduersus eum, qui abduxerit aut subripuerit. At vbi ope Mæuii Titius furtũ fecit, vterque tenetur. Et illius quoque ope & cõsilio furtũ videtur admitti, qui aut scalas fenestris admouit, aut fenestras ipsas vel ostiũ effregit, vt alius furtũ faceret: aut qui ferramenta ad serã vel fenestras effringendas, vel scalas vt fenestris admouerentur, commodauit, non ignarus in quem vsum eas commodaret. ¶ Sin autem quis nullam ad faciendum furtum opẽ adhibuit, sed tantùm consilio instruxit, & volẽtem furtum facere cohortatus est, furti non tenetur.

12 ¶ Si aut seruus meus, aut filius quem in potestate habeo, rerum mearum aliquam furetur: furtum quidem admittitur, & res furtiua fit, neque ab vllo vsucapi potest, donec in potestatem domini reuertatur. Furti tamen aduersus eos, qui furtum fecêre, actio non nascitur, quoniã neq. alia vlla actio ex contractu, vel ex delicto inter hoc cõsistere potest. Quòd si ope & consilio alterius furtum ab his, qui iuri nostro subiecti sunt, factum fuerit: quoniam furtũ vtique cõmittitur, consequẽs est, vt ille furti teneatur, cuius ope id factũ est: quãuis cum eo, qui rem subtraxit, propter potestatem quam in eo habemus, nulla furti sit actio.

13 ¶ Hæc habeto in modum præuiæ cuiusdam inspectionis. Qui nobis ex aliquo contractu obligati sunt, præstare debent in rebus ad quas tenentur, aliàs solũ dolum,

ἀγωγὴ παρέχεται, κατὰ τοῦ ταῦτα πράξαντος· κατὰ δὲ τοῦ ὑφελομένου ἡ furti. ἡνίκα δὲ τῇ μαιβίου συνδρομῇ ὁ Τίτιος κλοπὴν εἰργάσατο, ἀμφότεροι κρατοῦνται. κἀκείνου δὲ συνδρομῇ καὶ βουλῇ κλοπὴ πλημμελεῖται, ὃς κλίμακα [a] θυρίσιν ἐπέθηκεν, ἢ αὐτὰς ἔκλασε [b] τὰς θυρίδας, ἢ τὴν θύραν ἐπὶ τῷ ἕτερον κλέψαι. ἢ ὅς τις σίδηρα ἐπὶ τῷ κλάσαι κλεῖν ἢ θυρίδας, ἢ κλίμακας ἔχρησεν ὥς τε ταῖς θυρίσιν ὑποτεθῆναι, ἐπιστάμενος ἐφ' οἷα πράξει τις ταῦτα κιχρᾶται. ¶ Εἰ δέ τις οὐδεμίαν συνδρομὴν πρὸς ποιητέαν κλοπὴν ἐπεδείξατο, ἀλλὰ μόνον [c] συνεβούλευσε, καὶ τὸν θέλοντα κλέψαι προετρέψατο, οὐ κατέχεται τῇ furti.

12 ¶ Ἐὰν ὁ ἐμὸς οἰκέτης, ἢ ὁ ἐμὸς ὑπεξούσιος, [d] κλέψῃ τι τῶν ἐμῶν, κλοπὴ μὲν ἁμαρτάνεται, καὶ φουρτίβου ἀποτελεῖται τὸ πρᾶγμα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς οὐσουκαπιεύεσθαι [e] δύναται, μέχρις οὗ εἰς τὴν τοῦ δεσπότου κατοχὴν ὑποστρέψει. ἡ μέντοι furti οὐ [f] πίκτεται κατὰ τῶν κλεψάντων. ἐπειδὴ οὐδὲ ἑτέρα τις ἀγωγὴ ἀπὸ συναλλάγματος ἢ ἀπὸ ἁμαρτήματος μεταξὺ [g] τούτων συστῆναι δύναται. εἰ δὲ συμβουλῇ καὶ συνδρομῇ ἑτέρου κλοπὴ παρὰ τῶν ἡμετέρων ὑπεξουσίων γένηται ἡμῖν, ἐπειδὴ κλοπὴ πλημμελεῖται, ἁρμοδίως ἐκεῖνος τῇ furti καταχεθήσεται, οὗ συνδρομῇ τοῦτο πέπρακται, εἰ καὶ ὁ ἀφελόμενος διὰ τὸν τῆς ὑπεξουσιότητος λόγον [h] οὐχ ὑποβάλλεται ταύτῃ.

13 ¶ Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ, οἱ γεγονότες ἡμῖν ἔνοχοι ἔκ τινος συναλλάγματος, ἐποφείλουσιν ἐπ' αὐτοῖς οἷς ἐνέχονται. ἰδοὺ [i] ὅτε δόλον μόνον,

actio dari debet. At vbi ope Mæuii Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur. Ope & cõsilio eiusquoque furtum admitti videtur, qui scalas fortè fenestris supponit, aut ipsas fenestras vel ostiũ effringit, vt alius furtum faceret, quive ferramenta ad effringẽdum, aut scalas, vt fenestris supponerẽtur, commodauerit sciens, cuius (rei) gratia commodauerit. ¶ Certè qui nullam opẽ ad furtum faciendum adhibuit, sed tãtùm consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti.

12 ¶ Hi, qui in parentum, vel dominorum potestate sunt, si rẽ eis surripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam caussam cadit, nec ob id ab vllo vsucapi potest, antequam in domini potestatem reuertatur, sed furti actio non nascitur, quia nec ex alia vlla caussa potest inter eos actio nasci. Si verò ope & consilio alterius furtum factum fuerit: quia vtique furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope & consilio eius furtum factum esse. 13 ¶ Furti autem actio ei cõpetit, cuius

Interest

interest rem salnam esse, licèt dominus nō sit. Itaque nec domino aliter cōpetit, quàm si eius intersit rem non perire.

ἔστιν ὅτι καὶ diligentiam, τουτέστι σπουδήν. οἱ γὰρ οὐκ ὀφείλουσι δόλον περὶ ταῦτα πλημμελεῖν, ἢ οὐ χρὴ ῥαθύμους εἶναι, περὶ τὴν τούτων φυλακήν. ἀλλ' εἰ μὲν μηδὲν κερδαίνουσιν, ἀπὸ δόλου μόνου κατέχονται. εἰ [a] δέ τι προσέστιν αὐτοῖς κέρδος, τότε καὶ ἀπὸ ῥαθυμίας ὑπεύθυνοι γίνονται. κέρδος [b] δὲ λέγω, οὐ μόνον τὴν τῶν χρημάτων λῆψιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ σκοποῦ ἀποπλήρωσιν. ἐπειδὴ σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. ζήτησις γέγονε κλοπῆς γινομένης, ἆρα τίνι ἁρμόζει ἡ furti ἀγωγή; ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, ὅτι τῷ δεσπότῃ δίδοται. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἀληθές, ὁπότε καὶ δεσπότην ἔγνωμεν [c] κατεχόμενον, ἡνίκα παρὰ τοῦ οἰκείου κρεδίτωρος τὸ ἐνέχυρον ὑφέληται. ἀλλὰ δίδοται ἐκείνῳ ᾧ διαφέρει· διαφέρει [d] δὲ ἐκείνῳ, ὃν λυπεῖ γενομένη ἡ κλοπή. λυπεῖ δὲ ἐκεῖνον, ὃς κερδαίνει τοῦ πράγματος σωζομένου, εἰ καὶ μὴ δεσπότης ἐστίν. ἀμέλει οὔτε δεσπότῃ ἑτέρως ἁρμόσει, εἰ μὴ διαφέροντος ὑπέστη λόγος.

14 ¶ Vnde constat creditorem de pignore subrepto furti actione agere posse, etiam si idoneum debitorē

14 ¶ Τί δὲ τοῦτ' ἐστιν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν σαφέστερον. ἐδανεισάμην ἐγὼ παρὰ Τιτίου, ἐνεχυριάσας τούτῳ πρᾶγμα ἐμόν. ὑφείλετό τις τοῦτο παρὰ Τιτίου, τίνι δοθήσεται ἡ furti ἀγωγή; καὶ λέγομεν ὅτι τῷ κρεδίτωρι. [e] τίνος ἕνεκα; ὅτι [f] αὐτῷ διαφέρει. λυπεῖ γὰρ αὐτὸν γινομένη ἡ κλοπή. ἐπειδὴ [g] καὶ αὐτὸς ἐκέρδαινε σωζομένου τοῦ πράγματος, ἔχων τὴν ἐπὶ τῷ χρέει δι' αὐτοῦ ἀσφάλειαν. ἀμέλει διὰ τοῦτο ἐπιφείλεται [h] δόλον, καὶ diligentiā. οἷα καρπούμενος ὡς εἴρηται τὴν τοῦ χρέους ἀσφάλειαν, διὰ τὴν τοῦ ἐνεχύρου κατοχήν. οὐκοῦν εἰκότως αὐτῷ δοθήσεται ἡ furti ἀγωγή, καὶ [i] οὐκ ἐμοὶ τῷ δεσπότῃ.

alias etiam diligentiam. Quoniam aut nullum in his dolum committere debent: aut negligentes esse in custodiendis non oportet. Sed si quidem nihil inde ad ipsos commodi redit, de solo dolo tenētur: sin autem commodi aliquid habent, & ex negligentia obligantur. Porrò commodum dico, non solùm quod in pecuniaria præstatione consistit, sed etiam quod in explenda cuiusq. intentione. His ita in modum præuiæ inspectionis cognitis, videto nunc rem qua de agimus. Vetus est quęstio: cui furto cōmisso, actio detur? Et facilè quispiam fortè dixerit, domino dari. Sed verū id non est: quando iam diximus, ipsum quoque dominum furti teneri, qui pignus à creditore suo subtraxit. Verū ei datur, cuius interest. Eius autem interest, qui furto admisso læditur. Is verò læditur, qui re salua, commodum huius habet, quamuis dominus non sit. Itaque nec domino cōpetit, nisi eius quod interest ratio subsit.

14 ¶ Quid autē id sit paulò apertius dicere necesse est. Mutuū ego à Titio accepi, & rē meam ei in causam pignoris dedi: eā aliquis Titio subtraxit. Vtri dabitur furti actio? & dicimus creditori. Quā ob rē? Quoniam eius interest: ipse enim admisso furto læditur. Nam & re salua cōmodum ex ea habebat, vtpote cui per eam de debito consultum esset. Itaque & dolum & diligentiam debet: velut id pro fructu consequens, quòd incumbēdo pignori. debiti sui causam (vt dictum est) indemnem seruat. Meritò igitur ipsi dabitur furti actio, & non mihi domino. Nam

a Negligentiā præstant, hoc est. Præter dolum absfuturum, diligentiam præstare in re aliena custodienda debent, qui ex eius custodia lucrum aut commodum aliquod sentiunt. adde §. 17 inf. eod.

b Commodi appellatione quid contineatur. adde §. 16 inf. eod.

c §. 10. sup. eod.

d Vide l. cuius interfuit. 10. l. 11. l. 12. ff. eod. l. vlt. C. eod.

e l. Itaque Fullo. 12. §. sed si res pignori data sit creditori. l. 14. §. 4. 2. ff. eod.

f Creditoris interest pignus à debitore acceptum furto nō subripi. Id est, cum eius intersit furto pignus non subripi, datur creditori furti actio.

g Quæ vtilitas pignoris creditori.

h Creditor in pignore custodiendo dolum & diligentiam præstare cogitur.

i Furti actio nonnunquam ipsi domino denegatur & alij (vt puta creditori pigneratitio cum pignus subreptū est) datur.

ego pignoratitia cum eo agam, vt negligenter in re custodienda versato. Habebit autem creditor actionem furti, etiam si[a] maximè idoneus & soluendo ego debitor sim. Quia expedit ei vt pignori potius incumbat, & inde rem suam indemnem seruet: quàm vt actione in personam mecum agat. Porrò adeò verum est creditorem furti actione agere, vt etiam si ego debitor pignus subtraxerim, nihilominus (vt sæpius[b] iam dictum est,) creditori furti actio competat.

a l. 12. in fi. ff. de furtis.

b Vide §. 10. sup. eod.

15 ¶ Dedi[c] fulloni poliendam, aut lotori lauandam, vel sartori sarciendam vestem certa mercede constituta: furto admisso ea periit. Magis est, vt fullo aut sartor actionem furti habeat quàm dominus, quia domini non interest eam rem perire: Nam de indemnitate vestis illi prospectum est, cùm locati agere possit cum fullone aut sartore, & ita rem suam persequi. Ideo autem sartor & fullo actionem furti habent, quoniam ipsorum interest furtum factum non esse. Lucrantur enim re salua mercedem constitutam. ¶ Sed[d] & is, qui rem alienam bona fide emit, & eam furto amisit, omnino furti actionem habet, idque, cùm tamen dominus non sit, quemadmodum & creditor.[e] Fulloni autem & sartori non aliter datur furti actio, quā si soluendo sint: hoc est, nisi domino rei soluere æstimationem possint. Nam si æstimationem rei furto amissæ soluere non possint, tunc domino furti datur actio: cùm ab eis æstimationem rei amissæ non possit consequi.

c Vide l. qui vac. 48. §. si ego tibi polienda 4. ff. de furtis.

d Furti actio competit bona fidei emptori quamuis dominus non sit. adde §. 4. inf. de act. l. 20. §. 1. l. 52. §. 10. l. 74. ff. eod. l. 5. C. eo.

e Creditoris & bona fide emptoris in actione furti instituenda similitudo atque cognatio

f l. Itaque fullo 12. ff. de furtis.

ἐγὼ γὰρ ἕξω κατ' αὐτοῦ τὴν pigneraticiam, ὡς ῥᾳθυμήσαντος περὶ τὴν τούτου διαφυλακήν. ἕξει δὲ τὴν furti αὐτὸς ὁ κρεδίτωρ, εἰ[a] καὶ ἐγὼ ὁ δεβίτωρ εὐπορώτατός εἰμι. συμφέρει γὰρ αὐτῷ, μᾶλλον κρατεῖν τὸ ἐνέχυρον, καὶ περιποιεῖν ἑαυτῷ τὸ ἀσφαλὲς ἐντεῦθεν, ἢ περσοναλίαν κατ' ἐμοῦ κινεῖν. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀληθὲς τὸ τὸν κρεδίτωρα ἔχειν τὴν furti, ὅτι εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐγὼ ὁ δεβίτωρ, ὑφειλόμην τὸ ἐνέχυρον, οὐδὲν ἧττον τῷ κρεδίτωρι ὡς ἔφην[b] πολλάκις δέδοται ἡ furti.

15 ¶ Δέδωκα κναφεῖ[c] κναπτέαν, ἢ πλύτῃ πλυτέαν ἐσθῆτα, ἢ ῥάπτῃ ῥαπτέαν. μισθοῦ ῥητοῦ ὁρισθέντος κλοπῆς γενομένης ἀπώλετο ταύτας. ὁ κναφεὺς ἢ ὁ ῥάπτης μᾶλλον ἕξει τὴν furti, ἤπερ ὁ δεσπότης. τῷ γὰρ δεσπότῃ οὐ διαφέρει τοῦτο ἀπολέσθαι τὸ πρᾶγμα. ἔχει γὰρ ἐπὶ τῷ ἐσθήματι τὸ ἀσφαλὲς, δυνάμενος κατὰ τοῦ ῥάπτου, ἢ κναφέως κινεῖν τὴν locati, καὶ τὸ οἰκεῖον ἀπαιτεῖν πρᾶγμα. ὁ δὲ ῥάπτης, ἢ ὁ κναφεὺς διὰ τοῦτο κινοῦσι τὴν furti, ἐπειδὴ διαφέρει αὐτοῖς τὸ μὴ γενέσθαι τὴν κλοπήν. κερδαίνουσι γὰρ σωζομένου τοῦ ἐσθήματος τὸν ὡρισμένον μισθόν. ¶ Εἰ δέ τις bona[d] fide πράγματος ἀλλοτρίου γενόμενος ἀγοραστὴς ὑπέστη τούτου κλοπὴν, ἕξει τὴν furti παντὶ τρόπῳ. καὶ ταῦτα δεσπότης οὐκ ὤν, ὥσπερ[e] καὶ ὁ κρεδίτωρ. τῷ δὲ κναφεῖ καὶ τῷ ῥάπτῃ οὐχ ἑτέρως δίδοται ἡ furti, εἰ μὴ εἶεν εὔποροι. τουτέστιν εἰ μήπω τῷ δεσπότῃ τὴν τοῦ πράγματος διατίμησιν καταβάλλειν δύνανται. εἰ[f] γὰρ δοῦναι τὸ τίμημα τοῦ κλαπέντος πράγματος οὐκ ἰσχύουσι, τότε τῷ δεσπότῃ δίδοται ἡ furti ἅτε μὴ δυναμένῳ ἐξ αὐτῶν λαβεῖν τοῦ κλαπέντος τὴν διατίμησιν.

habeat, quia expedit ei pignori potiùs incumbere, quàm in personam agere, adeò quidem, vt quanuis ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

15 ¶ Item si fullo poliēda curandáve, aut sarcinator sarciēda vestimenta mercede certa constituta acceperit, eáque furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil interest eam rē non perire, cùm iudicio locati à fullone aut sarcinatore rem suam persequi possit. Sed & bonæ fidei emptori subrepta re, quam emerit, quamuis dominus non sit, omnino competit furti actio, quemadmodū & creditori. Fulloni verò & sarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quàm si soluendo fuerint, hoc est, si domino rei æstimationem soluere possint. Nā si soluendo non sint, tunc quia ab eis suum dominus

minus consequi non possit, ipsi domino furti cõpetit actio, quia hoc casu ipsius interest rem saluam esse. Idẽ est, & si in parte soluendo fuerit fullo aut sarcinator.

16 ¶ Quæ de fullone, & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat, ita is quoque qui commodatum vtendi caussa accepit, similiter necesse habet custodiã præstare. Sed nostra prouidentia etiam hoc in nostris decisionibus emendauit, vt in domini voluntate sit, siue commodati actionem aduersus eum, qui rem commodatam accepit mouere desiderat, siue furti aduersus eum, qui rẽ subripuit, & alterutra earũ electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alterã venire actionẽ: sed si quidem furem elegerit, illum, qui rem vtendã accepit, penitus liberari.

τότε γὰρ αὐτῷ διαφέρει τὸ σώζεσθαι τὸ πρᾶγμα, οἷα τῆς διατιμήσεως τοῦ ἐσθήματος ὑφυλαττομένης αὐτῷ, ἐκ τῆς τοῦ κναφέως ἢ ῥάπτου περιουσίας. ταῦτα δὲ λέγομεν, εἴτε εἰς μέρος, εἴτε ὁλοκλήρως ἄπορος ὁ κναφεὺς ἢ ὁ ῥάπτης ὑπάρχει.

16 ¶ Τὰ ἐπὶ τοῦ κναφέως καὶ ῥάπτου εἰρημένα ἅπαντα, ταῦτα μετέφερον οἱ παλαιοὶ καὶ ἐπὶ τοῦ χρησαμένου. [a] εἰ γάρ τινι ἔχρησα τὸ ἐμὸν βιβλίον, ἐκλάπη δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ τὴν commodati εἶχον ἀγωγὴν κατὰ τοῦ χρησαμένου, δι' ἧς ἐσώζετό μοι τὸ τίμημα τοῦ χρησθέντος, οὐκ ἐμοὶ τῷ δεσπότῃ, ἀλλὰ τῷ χρησαμένῳ ἡ furti παρείχετο. ἐπειδὴ αὐτὸν ἐλύπη ἡ συμβᾶσα κλοπή. ἐκέρδαινε γὰρ σωζομένου τοῦ πράγματος. τὸ δὲ κέρδος ἦν οὐκ ἐν λήψει χρημάτων, ἀλλ' ἐν ἀποπληρώσει σκοποῦ. ἐπληροῦτο δὲ αὐτοῦ ὁ σκοπὸς διὰ τὸ τῆς χρήσεως [b] ἀπολαύειν, καὶ τούτου χάριν diligentiam ἐχρεώστει ἐπὶ τῷ πράγματι. ὥσπερ καὶ ὁ κναφεὺς τῷ λαμβάνειν τὸν μισθόν· εἰ δὲ ἄπορος ἦν ὁ χρησάμενος, εἰς ὁλόκληρον, ἢ ἐν μέρει, ὁ νόμος ἐπ' ἐμὲ τὴν furti μετέφερε. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ μίμησιν τοῦ ῥάπτου καὶ κναφέως παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπὶ τοῦ χρησαμένου ἐξητάζετο. διάταξις [c] δὲ τοῦ ἡμετέρου γέγονε βασιλέως ζητήσεως τοιαύτης ἀνενεχθείσης εἰς αὐτόν, ὥστε κλοπὴν ὑποστάντος τοῦ χρησαμένου ἐξουσίαν εἶναι τῷ δεσπότῃ τοῦ κλαπέντος εἴτε τὴν commodati βούλεται κατὰ τοῦ χρησαμένου κινῆσαι, εἴτε τὴν furti κατὰ τοῦ κλέπτου· καὶ τῆς ἑτέρας ἐπιλεχθείσης, μὴ δύνασθαι τὸν δεσπότην ἐκ μεταμελείας ἐπὶ τὴν ἑτέραν παραγίνεσθαι ἀγωγήν. ἀλλ' εἰ μὲν ἐπιλέξηται τὸν κλέπτην, ἐλευθεροῦσθαι τὸν χρησάμενον.

Hic enim ipsius interest, rem saluã esse: quippe qui æstimationẽ eius ex bonis fullonis aut sartoris, seruare sibi non possit. Et hæc dicimus, siue ex parte, siue in solidum soluendo non sit fullo aut sartor.

16 ¶ Quę autem in fullone aut sartore dicta sunt omnia, eadẽ veteres & ad eum cui res cõmodata est, transferebãt. Nam si cui librum [a] meum cõmodassẽ: & is furto amissus fuisset, quoniam actionẽ commodati aduersus eum, cui cõmodassem, habebam, per quam mihi pretiũ rei cõmodatę conseruabatur: nõ mihi domino, sed cõmodatario dabatur furti actio, is enim lædebatur furto admisso, quoniã re salua commodatum ex ea habebat. Cõmodum autẽ hoc, non in eo erat, quòd pecuniarũ aliquid caperet, sed in eo quòd intentionem suam expleret. Intentionẽ verò suam explebat, quòd [b] vsu eius frueretur. Atq; ideò, & diligentiam rei debebat, quemadmodum & fullo, qui mercedem accipiebat. Quòd si soluendo non erat commodatarius, in solidum vel ex parte, ad me furti actio iure trãsferebatur. Et hęc quidem apud veteres ita ad exemplũ fullonis & sartoris, in eo quoq; qui vtendũ accepisset, tractabantur. Sed [c] cùm quęstio hæc ad Imperatorẽ nostrum relata esset, constitutio est ab eo edita, qua cautum est, vt cõmodatario furtum passo, in potestate domini rei furto ablatæ sit, cõmodati actionem aduersus eũ qui rem commodato accepit, mouere: aut furti cum eo agere, qui rem subripuit: vt tamen altera electa ad alteram actionem dominus ex pœnitentia venire non possit, sed si furem eligat, is qui rem vtendam accepit liberetur.

a l. eum qui emit, 14. §. si res commodata est. 14. l. hæreditariæ. 68. ff. eod.

b *Commodum non tamẽ consideramus in pecunia, sed & in vsu rei, cuiusmodi cõmodum, commodatario competit.* §. 13. sup. eod.

c l. vltim. in prin. & §. 1. C. de furtis.

Quòd si commodator aduersus eum, qui rem vtẽdam accepit, venerit, ipsi quidẽ cõmodatori nullo modo aduersus furẽ furti actio dabitur, sed eam illi dat cõstitutio, qui rem vtendam accepit. Tunc autem rei dominus per actionem commodati agẽdo amittit actionem furti: quando dominus sciens rem esse subreptam, actionem commodati elegit. Sin autẽ nesciens aut dubitans rem subreptam esse, commodati actionem instituerit, & re deinde cõperta post litem cum cõmodatario contestatam, relinquere velit actionem commodati, & furti malit agere: eadem constitutione id ei facere permissum est, & aduersus furem venire: sublata omni oppositione, quoniam rerum omnium ignarus, iudiciũ cum commodatario accepit. Nisi fortè commodatarius domino rei, antequã eam dominus sciuisset furto ablatam esse, de re furto ablata satisfecerit. Tunc enim fur domino furti nõ tenebitur, sed à cõmodatario conuenietur, qui sua pecunia domino rei damnũ resarciuit. Quoniam & illud in confesso est, si dominus cùm nesciret rem subreptam esse, commodati actionem instituerit, & postea hoc cognito, ad actionem furti transierit, regressum ei amplius ad actionem cõmodati non esse. Nam ab ea liberatus est cõmodatarius, etiã si non omnino optimum furti actio exitum habuerit: propterea quòd sæpe fures non esse soluendo deprehendãtur.

a d. l. vlt. §. sin autem nesciens. 2.

εἰ δὲ ὁ χρήσας ἔλθῃ κατὰ τοῦ χρησαμένου, αὐτῷ μὲν τῷ χρήσαντι οὐκ ἔτι. κατὰ τοῦ κλέπτου ἡ furti δοθήσεται. τῷ δὲ χρησαμένῳ ταύτην ἡ διάταξις παρέχει κατὰ τοῦ κλέπτου. τότε δὲ ὁ δεσπότης τοῦ πράγματος κινήσας τὴν commodati, ἀπόλλυσι τὴν furti, ἡνίκα εἰδὼς ὡς ἐκλάπη τὸ πρᾶγμα τὸ χρησθὲν, ἐπελέξατο τὴν commodati. γνοὺς[a] δὲ μετὰ τὴν τοῦ χρησαμένου προκατάρξιν, εἰ βούλεται καταλιπεῖν τὴν commodati, χωρῆσαι δὲ ἐπὶ τὴν furti, δίδωσιν αὐτῷ παῤῥησίαν τοῦτο ποιεῖν ἡ διάταξις, καὶ παραγενέσθαι κατὰ τοῦ κλέπτου. μηδεμίας αὐτῷ δικαιολογίας ἀντιτιθεμένης. ἐπειδὴ μήπω γνοὺς τὸ ἀληθὲς προκατήρξατο κατὰ τοῦ χρησαμένου. εἰ μὴ ἄρα ὁ χρησάμενος τῷ δεσπότῃ τοῦ πράγματος, τὸ ἱκανὸν ἐποίησεν ἐπὶ τῷ κλαπέντι πράγματι πρὶν ὁ δεσπότης μάθῃ τοῦτο κεκλέφθαι. τηνικαῦτα γὰρ ὁ μὲν κλέπτης οὐχ ὑποκείσεται τῷ δεσπότῃ τῇ furti· ἐναχθήσεται δὲ παρὰ τοῦ χρησαμένου, ὃς οἰκείοις χρήμασι τῷ δεσπότῃ τοῦ πράγματος ἐθεράπευσε τὴν ζημίαν. ὡμολογημένου κἀκείνου, ὅτι εἰ ἀγνοῶν ὑφαιρεῖσθαι τὸ πρᾶγμα ὁ δεσπότης ἐκίνησε τὴν commodati, εἶτα μαθὼν ἐν τῷ μεταξὺ μετῆλθεν ἐπὶ τὴν furti, οὐκ ἔτι δυνήσεται παλινδραμεῖν ἐπὶ τὴν κομμοδάτι. ἠλευθέρωται γὰρ ὁ χρησάμενος τῆς ἐξ αὐτοῦ ἀγωγῆς· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἡ κατὰ τοῦ κλέπτου ἀγωγὴ οὐκ ἔσχε χρηστὸν ἀποτέλεσμα, διὰ τὸ πολλάκις ἄπορον εὑρεθῆναι τὸν κλέπτην.

Sin autem commodator veniat aduersus eum qui rem vtẽdam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse aduersus furem furti actionẽ, cum autem qui pro re commodata cõuenitur, posse aduersus furem furti habere actionem. ita tamen si dominus sciens rem esse subreptam, aduersus eum cui res commodata fuerit, peruenit. sin autẽ nesciens & dubitans rem esse subreptam, apud eum commodati actionẽ instituerit, postea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionẽ, ad furti autem actionem peruenire, tunc licentia ei conceditur & aduersum furem venire, obstaculo nullo ei opponẽdo, quoniam incertus constitutus mouit aduersus eum, qui rem vtendam accepit, commodati actionem: nisi domino, ab eo satisfactum fuerit, tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit, quum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, aduersus furem transierit, omnino liberari eum qui rem cõmodatam acceperit, quemcũque caussę exitũ dominus aduersus furẽ habuerit:

eadem definitione obtinente, siue in partē, siue in solidum soluendo sit is, qui rem commodatam acceperit.

17 ¶ Sed is, apud quē res deposita est, custodiam non præstat, sed tantùm in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit. qua de caussa, si res ei subrepta fuerit, quia restituendæ eius rei nomine depositi nō tenetur, nec ob id eius interest rem saluam esse, furti agere non potest, sed furti actio domino competit.

18 ¶ In summa quæsitum esse, an impubes rē alienā amouendo, furtum faciat. Et placuit, quia furtum ex affectu furandi consistit: ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere.

19 ¶ Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantùm ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo potest auferre.

κρατείτω δὲ ταῦτα εἴτε εἰς μέρος, εἴτε εἰς ὁλόκληρον δὴ πρὸς ἦν πρὸς τὴν καταβολὴν τοῦ τιμήματος τοῦ χρησθέντος πράγματος.

17 ¶ Παρεθέμην [a] Τιτίῳ πρᾶγμα ἐμόν, diligentiam οὐκ ἔτι ὀφείλει ἐπὶ [b] τῷ παρακαταθέντι πράγματι, οἷα [c] μηδὲν κερδαίνων, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου μᾶλλον αὐτὸς τῷ δεσπότῃ κέρδους αἴτιος γίνεται, ὡς ἐν ἀσφαλεῖ τόπῳ μᾶλλον τὸ ἐμὸν παραθέμενος πρᾶγμα. μόνον δὲ ἐπὶ τούτῳ ὑπεύθυνος ἐστὶ τῇ depositi, ἐὰν κατά τινα δόλον αὐτοῦ βλαβῇ τὸ πρᾶγμα. ὅθεν ὑφαιρεθέντος τούτου, ἐπειδὴ οὐκ ἐνάγεται πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἀποκατάστασιν διὰ τὸ μηδὲν διαφέρειν αὐτῷ τὸ σώζεσθαι τὸ πρᾶγμα, οὐ κινήσει κατὰ τοῦ κλέψαντος τὴν furti· ἀλλ' ἁρμόσει αὐτὴ τῷ δεσπότῃ.

18 ¶ Εὐτελεῖ δὲ ἐκεῖνο οὐκ ἄτοπον εἰδέναι, ὡς ζήτησις γέγονεν, εἰ ἄρα ἄνηβος [d] ἀλλότριον ὑφελόμενος πρᾶγμα κρατεῖται τῇ furti. ἐπειδὴ πονηρᾶς ἐστέρηται διαθέσεως [e] ἡ τοιαύτη ἡλικία, καὶ μᾶλλον ὡς [f] κατὰ τρυφὴν καὶ ἐμπαιγνίαν, ἢ κατὰ δόλον ἀφαιρεῖσθαι δοκεῖ τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἤρεσε τότε ἔνοχον αὐτὸν γίνεσθαι τῇ furti, ἐὰν ἐστὶ πρόξιμος πουβερτάτι, καὶ οἶδεν ἑαυτὸν διὰ τοῦτο κλέπτοντα πλημμελεῖν.

19 ¶ Ἡ furti, εἴτε ἐπὶ τῇ ἀπαιτήσει τοῦ διπλασίονος, ἢ τοῦ τετραπλασίονος κινεῖται, ποινῆς [g] μόνον ἀπαίτησιν, οὐ τοῦ πράγματος ἔχει. τὸ δὲ πρᾶγμα ἔξωθεν [h] ἀπαιτήσει ὁ τοῦ πράγματος δεσπότης, ἢ διὰ τῆς ἰν ρέμ, ἢ διὰ τοῦ κονδικτιτίου.

Ac obtinent hæc, siue in partem siue in solidū par fuerit soluendo pretio rei commodatæ.

17 ¶ Rem meam apud Titium deposui. Is in re deposita diligentiam non debet: quoniam nullū habet ex ea commodū, quin immo propius est, vt ipse domino sit causa commodi, vtpote cuius res in tutiore loco collocata sit. Sed tantùm in eo depositi obnoxius est, si quid dolo ipsius in re damni acceptū sit. Quam ob causā si res ei subrepta fuerit, cùm ad restitutionem rei cum eo non agatur, furti agere cū eo, qui illam subripuerit nō potest: propterea quòd eius non intersit rem saluam esse, sed ea actio domino competet.

18 ¶ Denique non absurdum fuerit & illud scire quæstionis fuisse: an impubes rem alienam amouendo Furti teneatur? quoniā ætas hæc mala mente & furandi affectu caret, & magis per lasciuiam lusúmque quàm dolo rem videtur auferre. Sed placuit ita demum furti eū obligari, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se furto commisso delinquere.

19 ¶ Furti actio siue ex ea ad duplum, siue ad quadruplum agatur, pœnæ tantum persequutionem, non etiam rei continet. Nam rem ipsam extrinsecus persequetur dominus, aut per rei vindicationē, aut per condictionem.

a *Depositario furti actio non competit, ob depositum subreptum.* v. l. eum qui. 14. §. is autem apud quē res deposita est. 3. ff. de furtis.

b *Depositarius in deposito custodiendo diligentiam non debet, sed dolū tantū præstare.* d. § 3. l. 23. ff. de regulis: § 3. sup. quib. mod re contrahitur obl.

c v. § 13. suprà eod.

d *Impubes doli capax, furtum facere potest.* v. l. impuberem. 23. ff. de furtis.

e *Sta[bi]on quid.* dixi sup. § 3. tit. de vsucapionibus.

f *Dolus in impubere nō præsumitur.*

g l. si pignore. 54. § cum furti. 3. ff. de furtis.

h *Furti manifesti actio in quadruplum est ex iure Prætorio & merā pœnam continet: extra pœnam est rei persecutio, quam aut vindicādo aut condicēdo potest dominus auferre*, Paul. 2. sen. 31. § 12.

Sed rei vindicatio aduersus quemuis possessorem dabitur: siue fur ipse possidet, siue alius quispiam. Condictio verò furtiua solùm aduersus furem heredémve eius dabitur, etiam si rem subreptam non possideant.

ἀλλ' ἡ μὲν in rem, κατὰ [a] παντὸς νομέως οὕτω δοθήσεται, εἴτε ὁ κλέπτης αὐτὸ νέμεται, εἴτε ἕτερός τις. ὁ δὲ φουρτίβος κονδικτίτιος κατὰ μόνου τοῦ κλέπτου, ἢ κληρονόμου αὐτοῦ δοθήσεται, εἰ καὶ μὴ νέμονται τὸ κλαπέν.

Sed rei vindicatio quidem aduersus possessorem est, siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. Conditio autem aduersus furem ipsum heredémve eius, licèt non possideat, competit.

a Harmen. 3. §. 46. §. 1. inf. de actionibus.

DE VI BONORVM RAPTORVM. TIT. II.

ΠΕΡΙ [b] ΤΩΝ ΒΙΑ ΤΑ ἀλλότρια ἁρπαζόντων. Τίτλος β.

DE VI BONORVM RAPTORVM. TIT. II.

b adde tit. ff. vi bonorum raptorum. Eclog. 17. περὶ τῶν ἁρπαγῶν ἐξ ἰδίων μισθωτῶν, &c. 10. Eclog. 2. περὶ κ αι.

¶ De vi raptorum seu Rapina & raptoribus. Raptorem omnem furem esse, & tamen hanc actionem vi bonorum, peculiarem esse à Prætore introductam. ¶ Intra annum, quadrupli, post annum simpli esse, ob rem etiam minimam dari. Intra annum, quadrupli esse, siue raptor in ipsa rapina deprehensus, siue non deprehensus. Et in eo distare à furti actione, quæ manifesti, est quadrupli: non manifesti dupli. ¶ Aduersus eum qui dolo malo, non qui errore aut imprudentia, rem, quasi suam rapuit: hanc actionem dari: licet qui id faciat, domino rei raptæ decidat, si dominus fuit: sin minus, rem restituere cogitur, ac præterea tantundem.
2 *¶ His actionem vi bonorum dari, quorum interest, rem non rapi: puta conductori, commodatario, creditori (quid enim si pignus raptum?) depositario, bonæ fidei possessori, vsufructuario. ¶ Ex his caussis hanc actionem ob rem raptam dari, ex quibus furti actio, in re clam subrepta.*

Eos, qui res alienas rapiunt, iura impunitos esse non sinunt. Tenentur enim furti, quoniam nemo magis rem alienã inuito domino contrectat, quàm qui eam vi rapuit. Vnde rectissimè dictum est, raptorem, furem esse improbissimum. Sed tamen propriam actionem eius delicti nomine, Prætor introduxit: quæ vi bonorum raptorum dicitur.

¶ Et hæc intra annum ex quo rapina facta est, ad quadruplum: post annum ad simplum dabitur.

¶ Atque est ea & illi



Τοὺς ἀλλότρια ἁρπάζοντας πράγματα, οὐκ ἐῶσιν ἀτιμωρήτους οἱ νόμοι. κρατοῦνται γὰρ τῇ furti, [c] οὐδεὶς γὰρ μᾶλλον τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἄκοντος ψηλαφᾷ τοῦ δεσπότου, εἰ μὴ ὁ κατὰ βίαν ἁρπάσας τοῦτο. ὅθεν ὀρθότατα λέγεται τοῦτον ἀναιδέστατον [d] εἶναι κλέπτην, τὸν ἅρπαγα. ἀλλὰ καὶ ὁ πραίτωρ, ἰδιάζουσαν [e] ἐπενόησε περιφάσει τινὰ τούτου τοῦ πράγματος ἀγωγὴν τὴν vi bonorum raptorum. αὕτη δὲ εἴσω [f] μὲν ἐνιαυτοῦ ἐξ οὗ τὴν ἁρπαγὴν συνέβη γενέσθαι, εἰς τὸ τετραπλοῦν. ¶ Μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὸ ἁπλοῦν κληθήσεται. ¶ Ἔστι δὲ

Qui vi res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quã qui vi rapit? Ideoque rectè dictum est, cum improbum furẽ esse) sed tamen propriam actionem eius delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur *Vi bonorum raptorum*.

¶ Et est intra annum quadrupli, post annũ simpli. ¶ Quæ actio vtilis

c non manifesti l. 1. ff. eod. 60. Eclo 17. c. 1. tenetur etiã dãni iniuria, & condictione, l. 2. §. 26. ff. eod.
d Raptor, fur improbus. l. item si cum. 14. § qui vim intulit 12. ff. quod metus causa.
e Actio vi bonorũ raptorũ propria ac separata à furti actione. l. 2. §. 7. ff. eod.
f Actio vi bonorũ raptorum quid cõtineat, & intra quod tempus proponatur: adde l. 4. ff. eod.

vtilis est, etiam si quis vnam rē licèt minimam, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus, sed in quadruplo inest & rei persecutio: vt pœna tripli sit, siue comprehēdatur raptor in ipso delicto, siue non. Ridiculum enim esset leuioris conditionis esse eū, qui vi rapit, quàm qui clàm amouet.

χρήσιμον ἐπὶ μίαν καὶ τούτω, ὃς ἑνὸς [a] πράγματος ἁρπαγὴν ὑπέστη. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ τὸ ὄνομα τῆς ἀγωγῆς πληθυντικῶς πέφρασται, ἐπὶ ἑνὸς οὐχ ἁρμόζει πράγματος ἁρπαθέντος. διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἤτοι. οὐ διαφερομένων ἡμῶν, εἴτε τίμιον, εἴτε εὐτελὲς, [b] εἴη τὸ ἁρπαγέν. τὸ δὲ τετραπλάσιον, ἐπὶ τῆς vi bonorum raptorum, οὐχ [c] ὅλον ἐστὶν ἐν ποινῇ, καὶ ἔξωθεν ἡ τοῦ πράγματος ἀπαίτησις. ὥστε συμβαίνειν τούτῳ τῷ λόγῳ, ἐν τριπλῷ εἶναι τὴν ποινήν. ταῦτα δὲ λέγομεν εἴτε [d] συλληφθῇ ὁ ἅρπαξ ἐν αὐτῷ τῷ πλημμελεῖν, εἴτε μή· τῶν δὲ καταγελάστων ἐστὶ, κουφοτέρας αἱρέσεως εἶναι τὸν ἁρπάζοντα βίᾳ, τοῦ λάθρα ὑφαιρουμένου. τοῦτο δὲ ἐὰν ἐξετασθείη τῇ furti nec manifesti, ψευδὴς ὁ λόγος διελέγχεται. ἀλλ' εἴρηται πρὸς τοῦτο ἐπὶ τῆς κλοπῆς. εἰ μὲν συνεχέθη ἤτοι ὁραθῇ ὁ κλέπτης, ἐστὶν αὕτη ἡ furti manifesti, εἰς τὸ τετραπλάσιον ἔχουσα τὴν ποινήν. εἰ δὲ μὴ συλληφθῇ, ἢ μὴ ὁραθῇ, τότε ἐστὶν ἡ furti nec [e] manifesti, εἰς τὸ διπλοῦν. ὁ δὲ τὴν ἁρπαγὴν ἐργασάμενος, κατέχεται εἰς τὸ τετραπλοῦν, εἴτε ἐν αὐτῷ τῷ πράγματι φωραθῇ, εἴτε καὶ λάθῃ. καθόλου οὖν ἐπὶ τῆς κλοπῆς, πότε μὲν διπλάσιον, πότε δὲ τὸ τετραπλάσιον, ἐπὶ δὲ τῆς ἁρπαγῆς, ἀδιαστίκτως τὸ τριπλοῦν ἔσται ἐν ποινῇ, εἴτε συνελήφθη, εἴτε μὴ ὁ τὴν ἁρπαγὴν ἐργασάμενος. καὶ κατὰ τοῦτο δοκεῖ, ἢ πλέον τι ἔχειν, ἢ οὐκ ἐλαττοῦσθαι.

vtilis, qui vel vnam rem tantùm rapina amisit. Nec enim quòd actionis nomē plurali numero clarum est, in rapina vnius rei nō competit, quoniam nihilo minus datur. Nec putamus referre, magni an minimi pretii sit ea quæque res quæ rapta est. ¶ Porrò quadruplum in actione vi bonorum raptorum, non totum in pœna est, & scilicet extra pœnam est rei persequutio. Itaque consequens est ex hac ratione, vt pœna in triplo sit. Hæc autem dicimus, siue raptor in ipso delicto comprehensus sit, siue non sit. Ridiculum enim foret leuioris conditionis esse eū qui vi rapit, quàm is est, qui clàm amouet. Quæ tamen ratio falsa esset, si exemplo furti nec manifesti, res hæc exigeretur. Sed ad hoc dictum est in tractatu furti cùm fur visus aut deprehensus esset, esse actionem furti manifesti, quæ pœnam quadrupli continet: cùm non visus esset aut comprehensus, tunc ad duplum dari actionem furti nec manifesti. At qui rapinam admisit, semper ad quadruplum tenetur, siue in ipso delicto deprehensus fuerit, siue etiam latuerit. In vniuersum igitur, in furto, aliàs duplum, aliàs quadruplum: in rapina verò indistinctè triplum in pœna est, siue comprehensus sit, siue non, is qui rapinā commisit. Atque eam ob rem, aut plus aliquid, aut certè non minus videtur habere.

a *Actio vi bonorum raptorum competit, etiamsi vnica tantum res rapta.* l. 2. §. vel cuius. 11 ff. eod. 60. Eclo. 17. c. 2.

b *Actio vi bonorū raptorū etiam ob rem minimam vi raptam competit.*

c *Actionis vi bonorum raptorum pœna, quadruplum. Id autem quadruplum, non totū pœna est, quoniam in illo quadruplo, rei vi rapta persecutio continetur: adde* §. 19. inf. de actionib. l. 2. §. 13. ff. eod. d. c. 2. in fi.

d *Vi bonorum raptorum reus quadrupli tenetur, siue in ipsa vi deprehensus, siue nō sit deprehensus, vt vno verbo dicatur, semper ad quadruplum tenetur: sed tum demum cū in ipso furto deprehensus: sin minus, dupli tantū tenetur.* §. 5. sup. titul. prox. *atque ita raptor, non minus pœna habere videtur quàm fur.*

e *quidā hanc negationem expungunt.*

1 ¶ Ita tamen competit hæc actio, si

1 ¶ Τὴν vi bonorum raptorum, συμβαίνει κινεῖσθαι, ἡνίκα

1 ¶ Vi bonorum raptorum agitur, quum

a l. 2. in pr. & §. dolo 2. §. dolo mali. ff. eod.

b *Ignorantia raptorem excusat.* l. 2. §. 18. eod.

dolo malo quis rapuit. Vnde constat, si quis aut errore ductus, aut iuris imprudens rem suam rapuit, cùm putaret domino licere, rem suam vel vi à possessoribus auferre, iudicio Vi bonorum raptorũ eum condemnandum nõ esse. Atque his quæ dicta sunt, & illud consequens est, vt neque furti obligatus intelligatur, qui errãs ac simplici animo, non per dolum rapuit. ¶ Ne tamen hi, quibus rapere omnia, & trahere in animo est, viam sibi apertam putarent qua impunè improbitatem suam exercere, ac auaritiæ suæ morem gerere possent, optimè per constitutiones Imperatorum & hac in parte prospectum est, & consultum: ne cui liceret rem aliquã mobilem aut immobilẽ quamuis eam suam putaret esse, rapere & vi auferre. Namque his constitutionibus cauetur: vt qui tale quid designauerit: raptor, si rem suam se putabat rapere, idque non falsò, rei suæ dominio excidat: sin rem quæ erat aliena, suam credebat esse, in primis rem ipsam restituat, ac deinde etiam æstimationem eius præstet. Quod non solùm in mobilibus, in quibus rapina committi potest, constitutiones definierunt: sed etiam in inuasionibus, quæ in res immobiles fierent: veluti in domos aut fundos. Ideo autem

c l. 7. l. 10. C. vnde vi. l. 13. ff. quod metus causa. l. 7. ff. ad l. Iul. de vi priuata

d *Pœna rem suam per vim sine magistratu auferentis ac rapientis.* adde 10. Ecl. 2. ex li. 60. tit. 18. c. 12. 6. Harmen. 16.

e *Quod est in mobilibus rebus ἁρπαγὴ id in immobilib. ἔφοδος. Nec enim vi bonorũ raptorum actio in immobilibus locum habet.* 10. Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 17. c. 30.

δόλῳ [a] γέγονεν ἡ ἁρπαγή. ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς εἴ τις ἀπατηθεὶς, καὶ τὸν νόμον ἀγνοῶν [b] τὸ οἰκεῖον ἥρπασε πρᾶγμα, ὑποπτεύσας ἐξεῖναι τῷ δεσπότῃ τὸ οἰκεῖον πρᾶγμα, καὶ βίᾳ δύνασθαι λαμβάνειν ἀπὸ τῶν νεμομένων, οὐκ ὀφείλει ἐν τῷ δικαστηρίῳ τοῦ vi bonorum raptorum καταδικάζεσθαι. ἀκόλουθον δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ, μήτε τῇ furti ἔνοχον αὐτὸν γίνεσθαι. ὃς πεπλανημένῳ λογισμῷ ἥρπασε, καὶ οὐ κακούργως.

¶ Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς βουλομένοις ἁμαρτάνειν τοιαύτη ἐφευρεθῇ ὁδὸς, δι' ἧς τὰ οἰκεῖα κακουργήματα ἀζημίως ἐπιδείκνυνται, καὶ τὴν οἰκείαν θεραπεύσουσιν ἀπληστίαν, καλλίστη γέγονεν ἐκ τῶν θείων διατάξεων [c] ἐπὶ τούτων φροντίς. ὥστε [d] μὴ συγχωρεῖσθαι τινὶ κινητὸν ἢ ἀκίνητον πρᾶγμα. εἰ καὶ οἰκεῖον τοῦτο νενόμικεν, ἁρπάζειν τε καὶ βίᾳ λαμβάνειν. εἴρηται γὰρ ἐν αὐταῖς διατάξεσιν, ὅπως τοιοῦτόν τινος πλημμεληθέντος, ὁ ἅρπαξ εἰ μὲν ὡς οἰκεῖον πρᾶγμα τοῦτο ἁρπάζει, τῆς τοῦ πράγματος ἐκπέσῃ δεσποτείας. εἰ δὲ τὸ ἀλλότριον οἰκεῖον ἐνόμιζεν εἶναι, ἀποκαταστήσατω μὲν κατὰ πρώτην τάξιν τὸ πρᾶγμα. διδότω δὲ καὶ πρὸς τούτοις καὶ τὴν τοῦ πράγματος διατίμησιν. ὅπερ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν κινητῶν πραγμάτων, ἐφ' οἷς καὶ ἡ ἁρπαγὴ [e] δύναται γίνεσθαι, ὥρισαν αἱ διατάξεις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐφόδων, αἳ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις πράγμασιν, οἰκίαις φημὶ καὶ ἀγροῖς γίνεσθαι συμβαίνει. διετύπωσαν δὲ

dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem suam esse existimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus, absolui debet. Cui scilicet conueniens est, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. ¶ Sed ne dum talia excogitantur, inueniatur via per quam raptores impunè suam exerceant auaritiam, meliùs Diualibus Constitutionibus pro hac parte prospectum est, Vt nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se mouentem, licèt suam eandem rem existimet. Sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio cadere: sin autem aliena res sit, post restitutionem eius etiam æstimationem eiusdem rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere cẽsuerunt: sed etiã in inuasionibus,

quæ

quę circa res soli fiũt: vt ex hac caussa ab omni rapina homines abstineant.

2 ¶ Sanè in hac actione non vtique expectatur rem in bonis actoris esse. nam siue in bonis sit siue non: si tamẽ ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare siue locata, siue commodata, siue etiam pignorata, siue deposita sit res apud Titium sic, vt intersit eius eam rem per vim nõ auferri (veluti si in deposita re culpam quoque promisit) siue bona fide possideat, siue vsumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris vt intersit eius, non rapi, dicendum est ei competere hanc actionem, non vt dominium accipiat, sed illud solùm quod ex

ταῦτα, ὥστε πάσης ἁρπαγῆς τε καὶ ἐφόδου, τούτῳ τῷ τρόπῳ τοὺς ἀνθρώπους σωφρονιζομένους ἀπέχεσθαι.

2 ¶ Ἐπὶ [a] τῆς vi bonorum raptorum, οὐ πάντως ἀπαιτοῦμεν δεσπότην εἶναι τοῦ ἁρπαγέντος πράγματος, τὸν τὴν ἁρπαγὴν ὑπομείναντα. εἴτε [b] γὰρ in bonis αὐτοῦ ἐστιν, τουτέστιν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ τελεῖ δεσποτείαν, εἴτε οὐ δεσπόζεται ὑπ' αὐτοῦ, μόνον μέν τοι ex bonis αὐτοῦ ἐστιν· τουτέστιν, [c] οὐ δεσπόζεται μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἐκ δὲ τῆς αὐτοῦ ἐστι περιουσίας, χώραν γενήσεται τῇ vi bonorum raptorum. ταῦτα δέ ἐστιν ἃ οὐ δεσπόζεται μὲν ἀφ' ἡμῶν, ἐν δὲ τῇ ἡμετέρᾳ ἐστὶ περιουσίᾳ. οἷον ἐχρησάμην ἀνδράποδον, ἢ ἐμισθωσάμην οἰκέτην, ἢ δανείσας ἔλαβον ἐνέχυρον, ἢ καὶ παρετέθη μοι πρᾶγμα, οὕτως ὥστε μοι διαφέρειν, τὸ μὴ ἀφαιρεθῆναί μοι τοῦτο τὸ πρᾶγμα. τοῦτο δὲ συμβαίνει εἴγε λαμβάνων τὸ depositum pactum ἐποίησα, ὥστε καὶ [d] ἀπὸ ῥᾳθυμίας με κατέχεσθαι. τὰ γὰρ γινόμενα πάκτα [e] εἰώθασιν ἀμείβειν τὰς τῶν συναλλαγμάτων φύσεις. ἰδοὺ γὰρ ἐκ τοῦ συμφώνου κινηθήσεταί μοι ἡ depositi, οὐ μόνον ἀπὸ δόλου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ἀμελείας. ¶ Εἰ δὲ bona fide νέμομαί τι, ἤγουν καὶ vsumfructum ἔχω ἐν ἀλλοτρίῳ πράγματι, ἢ [f] καὶ ἕτερόν τι δίκαιον, οἷον vsum, ὡς διαφέρειν μοι μὴ ἁρπαγῆναι τοῦτο, καλῶς λέγομεν ἐπὶ πάντων τούτων· ἁρμόζειν τῷ τὴν ἁρπαγὴν ὑποστάντι τὴν vi bonorum raptorum. ταῦτα δὲ εἰρημένα, εἰ καὶ μὴ τῆς αὐτοῦ δεσποτείας [g] ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ περιουσίας ὑπάρχει. κινῶ δὲ ἐπὶ τούτοις τὴν vi bonorum raptorum, οὐ τὴν δεσποτείαν λήψεται τῶν ἁρπαγέντων. πῶς γὰρ ἂν ἐκ

hæc constituta sunt, vt ab omni rapina & inuasione mortales his modis prudentiores facti abstinerẽt.

2 ¶ In actione vi bonorum raptorum non omnino exigimus vt rerum raptarum dominus sit is, qui rapinam passus est. Nam siue in bonis eius sit, id est, in dominio eius, siue non quidem in dominio, sed tamen solùm ex bonis eius sit: locum habebit actio Vi bonorum raptorum, & huiusce modi quidem sunt, quorum ipsi domini non sumus, sed quæ in facultatibus nostris sunt: veluti, vtendum ab aliquo accepi, aut conduxi seruum, aut cùm mutuum dedissem, accepi pignus, aut apud me res deposita est: sic vt mea intersit eam rem mihi non auferri. Id autem contingit, si cùm depositum acciperem, pactum fecerim, vt & ex negligentia tenerer. Quoniam pacta, quæ inter contrahentes fiunt, naturas contractuum mutare solent. Ecce enim ex eo quod inter nos conuenit, depositi mecum agetur, non solùm doli nomine, sed etiam diligentię. ¶ Sed & si bona fide quid possideam, aut vsumfructum habeam in re aliena, aut ius aliquod aliud, veluti vsum vt mea intersit, rem raptam non esse: rectè dicimus in his omnibus, ei qui rapinam passus est, actionem Vi bonorum raptorum competere. Et hæc quæ dicta sunt, procedunt etiam si in dominio eius non sint, sed tantùm in facultatibus. Agendo autem Vi bonorum raptorum non dominium rerũ raptarum cõsequetur: quomodo enim, quod nõ

a l. 2. paragr. in hac actione 22. ff. eo.

b *In bonis esse & ex bonis esse differunt, vt post paulò τῆς δεσποτείας αὐτοῦ & τῆς περιουσίας.*

c *Ex bonis esse quæ dicantur.*

d *Depositarius negligentia teneri potest ex pacto & conuentione,* l. 2. paragraph. si in re deposita, 24. ff. eod.

e *Pacta mutant naturam contractus.*

f d. l. 22. paragr. 22. ibi, vel quod aliud ius.

g *τῆς δεσποτείας & τῆς περιουσίας differunt.*

habebat? sed id tantùm, quod ex bonis eius ablatum est: hoc est, ius quod in re habebat: veluti vsumfructum, vel vsum, in eo quod raptum est, habebat: quoniam eo per rapinam spoliatus est, is illi & restituitur. ¶ Et generaliter dicendum est, quibus ex caussis furti nec manifesti actio datur re clàm amota, ex iisdem casibus omnes habere actionem Vi bonorum raptorum.

a v. l. 2. §. & generaliter. 23. ff. eod.

εἶχεν; ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μόνον ὅπερ ἐκ τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀφαιρεῖται, τουτέστιν ὅπερ εἶχεν ἐπὶ τῷ πράγματι δίκαιον, οἷον vsumfructum, ἢ vsum, εἶχεν, ἐπὶ τῷ ἁρπαγέντι. ἐπειδὴ ὅπερ τούτου ἐστερήθη διὰ τῆς ἁρπαγῆς, τοῦτο αὐτῷ καὶ ἀποκαθίσταται. ¶ Γενικῶς [a] δὲ λεκτέον ἐστὶν, ὅτι ἐξ ὧν αἰτιῶν ἡ furti δίδοται nec manifesti κλοπῆς γινομένης, ἐκ τούτων τῶν αἰτιῶν πάντες ἕξουσι τὴν vi bonorum raptorum.

bonis eius qui rapinam passus est, id est, quod ex substãtia eius ablatũ esse proponatur. ¶ Et generaliter dicendum est, ex quibus caussis furti actio competit in re clam facta, ex iisdem caussis omnes habere hanc actionem.

b περὶ ζημίας 6. Harmen. 1. 19. Eclo. 10. c. περὶ ζημιώσεως. &c.

DE LEGE AQVILIA. TIT. III.

ΠΕΡΙ [b] ΝΟΜΟΥ ἈΚΟΥΪΛΙΟΥ. Τίτλος γ.

DE LEGE AQVILIA. TIT. III.

De damno dato, seu lege Aquilia. ¶ PRIMO *capite legis Aquiliæ eum, qui seruum alienum aut quadrupedem, quæ pecudum numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, dare occisi domino cogi.* 1 *(pecudum autem numero non sunt, feræ bestiæ, & canes, sed quæ gregatim pascunt, vt equi, muli, asini, oues, boues, capræ, sues.* 2 ¶ *Iniuria verò occidit, qui nullo iure occidit. Proinde hac lege Aquilia non tenetur, qui latronem insidiantem.* 3 *qui casu, sine culpa occidit.* 4 ¶ *Culpa caret, qui dum in loco exercitiis publice destinato iaculatur, prætereuntem occidit.* 5 ¶ *Et putator, qui circa viam publicam aut vicinalem proclamauit, & ramo deiecto prætereuntem interfecit: vel in medio fundo, procul à via, etiamsi non proclamauit, ramum deiecit, & aliquem interfecit.* 6 ¶ *Culpam contrà admittit medicus qui curationem ægrè susceptam reliquit.* 7 ¶ *qui imperitè secuit.* 8 ¶ *Mulio vel eques, impetu muli vel equi alium per imperitiam opprimens (secus est in eo qui alterutrum animal, corporis infirmitate, cohibere ac frænare non potuit.)* 9. 10 ¶ *Condemnatio, quanti res occisa eo anno plurimi, quemadmodum in hac lege Aquilia æstimetur.* 11 ¶ *De occiso non tantùm lege hac Aquilia, sed & Cornelia agi posse.* 12 ¶ SECVNDVM *cap. legis Aquiliæ in vsu non esse.* 13 ¶ TERTIO *capite legis Aquiliæ coercetur damnum quoduis aliud, seruo, & aliis quibusuis animalibus quadrupedibus, etiamsi non sint pecudum numero (vt sunt feræ bestiæ & canes) imò & rebus inanimatis, datum. Hoc igitur capite coercentur vsta, rupta, fracta, scissa, collisa, effusa, quoquomodo perempta & deteriora facta (vt si quis vinum vel oleum, aliquo immixto, corrupit.)* 14 *Idque dolo vel culpa, qua parte hoc caput tertium legis Aquiliæ simile priori (de quo suprà dictum est.) Damnum autem hoc capite æstimatur quanti in diebus triginta proximis fuerit, non quanti in eo anno (& in eo dissimile primo.)* 15 *Quanti, inquam, subaudi plurimi.* 16 ¶ *Actio autem directa legis Aquiliæ nascitur, si quis corpore: vtilis, si alio modo quàm corpore corpori damnum datum: in factum, si neque corpore, neque corpori, sed alio modo damnum datum.*

c περὶ ζημίας. 6. Harme. 1. §. 1.
d *Legis Aquiliæ tria capita.*
e *Legis Aquiliæ primum caput est de seruo & quadrupede, quæ pecudum numero sit, iniuria occisis.*

DE damno alteri dato statuit lex Aquilia, eum qui damnum dedit, puniens. ¶ Sed constitutio eius omnis in tria capita diuiditur. ¶ Et primo quidem ca-

Περὶ τῆς ἑτέρῳ προσγινομένης βλάβης, [c] ὁ Ἀκουΐλιος νομοθετεῖ, τὸν ζημιοῦντα κολάζων. ¶ Ἡ δὲ τούτου νομοθεσία εἰς τρία [d] διαιρεῖται κεφάλαια. ¶ Διαλέγεται δὲ ἐν τῷ [e] πρώτῳ κε-

DAmni iniuriæ actio constituitur per legẽ Aquiliã. Cuius primo capite cau-

te cautum est, vt si quis alienum hominem, alienámve quadrupedem, quæ pecudum numero sit, iniuria ceciderit quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

φαλαίῳ περὶ τοῦ πέκους, ἤτοι κτήνους. φησὶ γὰρ οὕτως, Ἐάν τις ἀλλότριον οἰκέτην, ἢ ἀλλότριον τετράποδον, ὅπερ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν πεκούδων ἐστὶ, ἀδίκως ἀνέλῃ, ὅσου τὸ ἀναιρεθὲν πρᾶγμα πλείονος ὑπῆρχεν ἐν τῷ τῆς ἀναιρέσεως ἐνιαυτῷ, τοσοῦτον ὁ ζημιώσας τῷ δεσπότῃ δοῦναι καταδικάζεται. ἑρμηνεύσωμεν δὲ τὰ εἰρημένα τῷ νόμῳ, ἀσαφῆ τά τι δοκοῦντα. καὶ τὸ μὲν εἰρημένον, Ἐάν τις ἀλλότριον οἰκέτην ἀδίκως ἀνέλῃ, τῶν ὡμολογημένων ἐστίν.

pite de pecude differit. Sic enim ait: Si quis alienum seruum alienámve quadrupedem, quæ pecudum numero sit, iniuria occiderit: quanti id quod occisum est, eo anno quo occisum est, plurimi fuerit, tãtum is, qui damnum dederit, domino dare condemnabitur, interpretemur verba legis, quæ nõnihil obscura videntur esse. Et quidem quod ait: Si quis alienum seruum iniuria occiderit, in expedito est.

1 ¶ Quod autem non præcisè de quadrupede, sed de ea tantum quæ pecudum numero est, cauetur, eò pertinet, vt neque de feris bestiis, neque de canibus cautũ esse intelligamus: sed de iis tantùm, quæ gregatim propriè pasci dicũtur: quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ. De suibus quoque idẽ placuit. Nam & sues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim pascuntur. Sic denique & Homerus in Odyssea ait (sicut Ælius Martianus in suis institutionibus refert.)

1 ¶ Εἶπε δὲ ἢ ἀλλότριον τετράποδον, καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτῳ, οὐδὲ ἀδιαστίκτως καὶ ἀποτόμως [a] εἶπε περὶ τούτου, ἀλλὰ προστέθηκεν ὅπερ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν πεκούδων ἐστί. τοῦτο δὲ πρὸς ἐκεῖνο βλέπει. ἐὰν γὰρ ἀπροσδιορίστως εἶπε τετραπόδων, μὴ συνάψας τὸ εἶναι αὐτὰ ἐν ἀριθμῷ τῶν πεκούδων, ἔμελλε τὸ πρῶτον τοῦ νόμου κεφάλαιον ἕλκεσθαι, καὶ ἐπὶ θηρίων ἀγρίων ἐμοὶ διαφερόντων, ἢ κυνῶν, ἡνίκα τις ἀνεῖλε ταῦτα. ἀλλ᾽ οὐκ ἐβουλήθη περὶ τούτων τι ὁ νόμος εἰπεῖν. περὶ γὰρ τούτων μόνων διηλέχθη, ἅ τινα κυρίως νέμεσθαι, καὶ ἀγεληδὸν εἴωθε βόσκεσθαι. ὁποῖα εἰσὶν ἵπποι, ἡμίονοι, βόες, πρόβατα, αἶγες. καὶ περὶ χοίρων [b] δὲ τὸ αὐτὸ ἤρεσε. καὶ γὰρ οἱ χοῖροι τῇ τῶν πεκούδων περιέχονται προσηγορίᾳ. καὶ τούτοις γὰρ ἀγεληδὸν νέμεσθαι συνωμολόγηται, τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ [c] διδάσκει, ὡς ὁ Αἴλιος Μαρκιανὸς ἐν τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ ἀναφέρει ἰνστιτούτοις τούτων μεμνημένος τῶν ἐπῶν,

1 ¶ Quod verò dixit, Alienámve quadrupedem: nec eo contenta fuit, ac [a] neque indistinctè loquuta est aut abruptè, sed addidit, quæ pecudum numero sit, id illò spectat. Nam si indefinitè de quadrupedibus dixisset, non adiuncto, vt pecudum numero essent, futurum erat, vt primum hoc caput & ad feras bestias ad me pertinentes, & ad canes traheretur, si quis ea occidisset. Sed de his loqui lex noluit. De his enim solis cauetur, quæ propriè & gregatim pasci solent. Quod genus sunt equi, muli, boues, oues, capræ. De suibus quoque idem placuit, quoniam & sues pecudum appellatione [b] continentur. Et eos enim gregatim pasci, in confesso venit, cùm & id Poeta Homerus in Odyssea doceat, sicut Ælius Martianus in suis institutionibus refert, [c] hos ex illo versus adducens:

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ ἀρεθούσῃ.

Assidet is suibus, quorũ grex magnus in agris
Pascitur, ad Coracos Petram, fontémque Arethusam.

[a] *ἀποτόμως id est præcisè.* vt l. 1. §. vlt. in pr. ff. vt legatorum nomine: *quod idem ac abscisse.* l. tempore. §. §. demonstratur. 2. ff. de iure immunitatis.

[b] v. l. 2. §. 2. ff. eo. l. 65. §. 4. ff. de legat. 3.

[c] *v. Homerum* Odyss. lib. 13.

Quòd enim ait νέμονται. id gregatim pasci significat.

2 ¶ Porrò quòd in lege dicitur, Iniuria occiderit: sic id intelligimus, παρανόμως, id est, sine iure I. aque nisi cùm nullo iure cædes facta est, is qui occidit, extra periculum est, nec erit huic legi locus. Veluti, si seruum tuum latronem occidam, lege Aquilia nō teneor: Sed tunc demum, cùm illatum mihi ab eo periculum aliter euitare non potui, quàm vulnere illi à me illato. Nam si cùm effugere possem, eū occidi: lege Aquilia teneor.

3 ¶ At ne is quidem lege Aquilia tenetur, qui fortuitò & casu occidit: dum nulla interuenerit culpa aut negligentia. Quoniam non minus eū lex vlciscitur, qui per culpam occidit, quàm qui per dolum.

4 ¶ Quapropter, si quis dum iaculis ludit vel exercitatur, seruum tuum transeuntem traiecit, siquidem is, qui hoc fecit, miles est, & in campo id fecit, alióve quo loco, vbi se milites exercitare solent: occisor non tenetur. Sin autem paganus est, quamuis in eodem loco occiderit, quoniam paganus in armis exercitari non creditur, lege Aquilia tenetur is, qui seruum traiecit. Idem & in milite dicimus, qui alio in loco quàm vbi milites exercitare se consueuerunt, tale aliquid admisit. Nam & hic in legem Aquiliam incidet.

5 ¶ Si quis cùm arborem putaret, deiecto ramo seruum meū prætereuntem percussit & occidit, lege Aquilia tenetur. Id autē di-

a *Iniuria quē admodum hic accipiatur.* l. 5. §. 1. l. 49. §. 1. ff. eod. l. 1. §. interdum. ff. de Iniuriis.
b *παρανόμως seu iniuria occidere.*
c 36. Eclog. ex lib. 60 tit. 59. c. 18. & 19 l. 4. l 5. l. 45 §. 4. ff. eod.
d *Lege Aquilia non tenetur qui casu occidit: sed is tantum qui vel dolo vel culpa. adde* l. si ex plagis. 52. paragraph 2. ff. eod.
e *Item* l. 9. §. sed si per lusum iaculantibus. 4. ff. eod.
f *Idem* 36. Eclo. 1. περὶ φόνου c 17. & 19. l. 31. ff. ad l. Aq l. 7. ff. de sicariis.

Τὸ δὲ νέμονται δηλοῖ τὸ ἀγεληδὸν βόσκεται.

2 ¶ Τὸ δὲ εἰρημένον τῷ νόμῳ, Iniuria [a] occiderit, τὸ νοούμενον παρανόμως [b] ἐφόνευσε, τουτέστι sine iure. οὐκοῦν εἰ μὴ παράνομος εἴη ὁ φόνος, ἀκίνδυνος ἐφόνευσας. καὶ οὔποτε χώρα τούτῳ τῷ νόμῳ. οἷον ἡνίκα τὸν σὸν οἰκέτην ἀνέλω λῃστὴν [c] ὄντα, οὐ κατέχομαι τῷ ἀκουϊλίῳ, ἀλλὰ τότε ἡνίκα τὸν ἐπαγόμενόν μοι παρ' αὐτοῦ κίνδυνον, οὐχ ἑτέρως ἠδυνήθην ἐκκλίναι, εἰ μὴ διὰ τῆς ἐπαχθείσης αὐτῷ παρ' ἐμοῦ πληγῆς. εἰ γὰρ δυνάμενος διαφυγεῖν τοῦτον ἀνεῖλον, κατέχομαι τῷ ἀκουϊλίῳ.

3 ¶ Οὐκ ἔστιν ὑπεύθυνος τῷ ἀκουϊλίῳ, ὁ ἐκ τυχηρᾶς [d] ἀνελὼν περιστάσεως, ἡνίκα μὴ προσέσεστι ῥαθυμία τῷ γινομένῳ. οὐχ ἧττον γὰρ τοῦ δόλου τὸν κατὰ ῥαθυμίαν ἀνελόντα ὁ νόμος τιμωρεῖται.

4 ¶ Διὸ ἐάν τις ἐν τῷ παίζειν ἀκοντίοις, [e] ἢ καὶ γυμνάζεσθαι παριόντα τὸν σὸν οἰκέτην πλήξας ἀνεῖλεν. εἰ μὲν στρατιώτης ἦν ὁ τοῦτο ποιήσας, ἐν τῷ κάμπῳ, ἢ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, ἔνθα γυμνάζεσθαι τοῖς στρατιώταις συνηθές, ἀνεύθυνος ὁ πλήξας. εἰ δὲ ἰδιώτης ἦν, καὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀνεῖλεν, ἐπειδὴ ἰδιώτης ἐν ὅπλοις γυμνάζεσθαι οὐ νενόμισται, ὑπεύθυνος ἔσται ὁ πλήξας τῷ ἀκουϊλίῳ. τὸ αὐτὸ φαμὲν εἰ καὶ στρατιώτης ἐν τόπῳ, ἐν ᾧ μὴ συνηθὲς γυμνάζεσθαι στρατιώτας, παραπλήσιον ἥμαρτεν. ὑποπίπτει γὰρ τῷ ἀκουϊλίῳ.

5 ¶ Ἐάν τις κλαδεύων [f] ἐκ τοῦ δένδρου, κλάδου κατενεχθέντος, τὸν ἐμὸν οἰκέτην παριόντα πλήξας ἐφόνευσε, κρατεῖται τῷ ἀκουϊλίῳ. τοῦτο δὲ λέ-

2 ¶ Iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem [insidiatorem] occiderit, non tenetur, vtique si aliter periculum effugere non potest.

3 ¶ Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit: si modò culpa eius nulla inueniatur: nam alioqui non minus ex dolo, quàm ex culpa quisque hac lege tenetur.

4 ¶ Itaque si quis, dum iaculis ludit, vel exercitatur, trāseuntem seruum tuum traiecerit, distinguitur. Nam si id à milite in eo cāpo, vbi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa eius intelligitur. si alius tale quid admiserit, culpę reus est. Idem iuris est de milite, si in alio loco, quam qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit.

5 ¶ Item si putator ex arbore deiecto ramo, seruum tuum transeuntem occiderit, si prope

si prope viam publicam, aut vicinalem id factum est, neque proclamauit, vt casus euitari posset, culpæ reus est. Sed si proclamauit, nec ille curauit præcauere, extra culpam est putator. Æquè extra culpam esse intelligitur, si seorsum à via fortè, vel in medio fundo cędebat, licèt non proclamauit, quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi.

6 ¶ Præterea si medicus, qui seruum tuum secuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit seruus, culpę reus erit.

7 ¶ Imperitia quoque culpæ adnumeratur, veluti si medicus ideo seruũ tuum occiderit, quia malè eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

8 ¶ Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si seruus tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio. Sed & si propter infirmitatem eas

νομδύ, εἰ τὸ γέγονεν ὁδοῦ πουβλικίας ἢ βικιναλίας ὑποκειμένης. ἔδει γὰρ αὐτὸν ἐκβοῆσαι, ὥστε πάντα παριόντα τὸν ἐσομένην φυλάττεσθαι πτῶσιν τοῦ κλάδου. τοῦτο γὰρ μὴ ποιήσας ἀφορμὰς τῆς ῥᾳθυμίας, ἤτοι culpæ, ὑπεύθυνος ἔσται τῷ ἀκουϊλίῳ. εἰ δὲ αὐτὸς μὲν ἐξεβόησε, τὸ δὲ τοιαύτης βοῆς καταφρόνησεν ὁ οἰκέτης, ἀνέγκλητος ὁ κλαδεύων. ἔστι publica μὲν ὁδὸς, ἥ τις καὶ μιλιτάρια λέγεται, παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι βασιλική. [a] ἣ πάντες ἄνθρωποι κέχρηνται ἐπὶ διαφόρους ἀπιόντες τόπους. Vicinalis δὲ, ἡ ἐπὶ κώμας ἄγουσα. Vicus γὰρ ἡ κώμη. διὰ ταύτης γὰρ βαδίζει πᾶς ἐπὶ τὴν κώμην ἀπιών. εἰ μέν τοι ἄπωθεν τῆς ὁδοῦ ἢ ἐν μέσῳ τυχὸν τοῦ ἀγροῦ ἐκλάδευεν, εἰ καὶ μὴ ἐξεβόησεν, πλὴν, ἐπεὶ ἐν τοιούτῳ γέγονε τόπῳ, ἐν ᾧ οὐδενὶ τῶν ἐξωτικῶν ἐξουσία τοῦ βαδίζειν ἦν, ἀνεύθυνος ὁ πλήξας.

6 ¶ Ἰατρός τις τὸν ἐμὸν οἰκέτην φλεβοτομήσας κατέλιπεν [b] ἀθεράπευτον, τετελεύτηκεν ὁ οἰκέτης. ὁ ἀκουΐλιος ἁρμόζει κατὰ τοῦ ἰατροῦ.

7 ¶ Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν τὸν κούλπα φονεύσαντα, κατέχεσθαι τῷ ἀκουϊλίῳ εἰδέναι χρὴ ὡς ἔστι ἡ ἀπειρία [c] εἰς κούλπαν ἀνάγεται. οἷον ἰατρόν τις ἑαυτὸν εἶναι λέγων, ἀπείρως τὸν οἰκέτην τὸν σὸν ἀνεῖλεν, ἢ φάρμακον [d] αὐτῷ δέδωκεν οὐ δεομένῳ, ἢ κατὰ καιρὸν οὐχ ἁρμόδιον.

8 ¶ Εἰ δὲ καὶ μουλίων [e] ἐπικαθήμενος ὀχήματι τὴν τῶν ἡμιόνων ἐξ ἀπειρίας ὁρμὴν ἐπισχεῖν οὐκ ἠδυνήθη, καὶ τὸν ἀλλότριον ἀνεῖλεν οἰκέτην, ὡς ἀπὸ κούλπας ἔνοχος ἔσται τῷ ἀκουϊλίῳ. εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀσθενείας [f] κρατῆσαι

cimus, cùm via publica aut vicinalis suberat. Exclamare enim debuit, vt omnis qui transiret futurum rami lapsum caueret. Nam cùm hoc non fecerit, neglıgentiæ suæ culpæ nomine lege Aquilia tenetur. Sed si cum ille exclamasset, seruus id contempsit, extra crimen omne & culpam est putator. Et publica quidem via est, quæ & militaris dicitur, apud Græcos βασιλική, qua omnes homines in diuersa loca euntes vtuntur. Vicinalis verò est, quę in vicos ducit, dicta à Vico, quem Gręci κώμην vocant. Per hanc enim transit omnis, qui in vicum abit. Si quis tamen seorsum à via, aut in medio fortè fundo ramos cædebat, etiam si non exclamauerit, cum ideo loco factum sit, vbi nulli extraneorum ius erat versandi, non tenetur occisor.

6 ¶ Medicus quidam, cum seruo meo venam secuisset, curationem eius deseruit, mortuus est seruus. Lex Aquilia aduersus medicum competit.

7 ¶ Quoniam autem diximus, eum qui culpa occidit, lege Aquilia teneri, sciendum est & imperitiã ad culpam referri. veluti, cum se medicum quispiã profiteretur, per imperitiam seruum tuum occidit, quia aut medicamentum cum nihil opus esset ei dederit, aut non suo tempore dederit.

8 ¶ Sed & mulio, si cum in vehiculo esset, ex imperitia mularum impetũ cohibere non potuit, & alienũ seruũ occidit, vt ex culpa tenetur lege Aquilia. Quin etiã si per debilitatẽ

a v. l. 2 §. 12. ff. ne quid in loco publico.

b *Aquilia tenetur* ὁ κακῶς μὲν τεμών, καταλιπὼν δὲ τὴν ἰατρείαν. 19. Eclo. 10. ex li. 60. tit. 3. c. 8. l. 8. ff. ad l. Aquil.

c v. 2. Eclog. 3. c. 1. 5. Harmen. tit. de reg. iur. §. 10. l. 132. ff. de reg. iur. l. 8 §. 1. 27. §. 29. ff. eo. l. 7. §. pé. ff. locati.

d l. 7. in fi. ff. eod.

e *Mulio imperitia tenetur* 19. Eclog. 10. ex lib. 6. tit. 3. c. 8. in fi. l. 8. §. 1 ff. eod.

f *In mulione igitur duo puniuntur* ἀπειρία & ἀσθένεια. Eclo. d. loco.

mulas retinêre nō potuit, quas tamen alius firmior cohibere poterat: tota res culpæ mulionis adscribetur, & locus erit legi Aquiliæ. Quæ de mulione dicta sunt, & ad eum qui equo vehitur trahere possumus: si cùm impetum equi per debilitatem aut imperitiam cohibere non posset alienum seruum occidit.

9 ¶ Interpretati sumus prima legis verba, dicamus & de cæteris. Ait lex: Quanti id in eo anno plurimi fuerit: quid sibi volūt hæc verba? Et dicimus his verbis hanc sententiam exprimi: vt si quis alienū seruum, quum is claudus esset aut luscus, aut mancus, occiderit, & is in eo anno, quo vulnus accepit, integer, ac ideo maioris pretii fuerit: iudex rem retro legendo æstimationē eius ineat. Et si fortè seruus qui occisus est, integer & sanus ante nouem, decem, aut vndecim menses fuerit, & ideo maioris pretii: æstimatione ad illud tempus relata reum condemnet. ¶ Ex hoc autē efficitur, pœnalem esse legis Aquiliæ actionem: quia non tanti quisque condemnatur, quantum damni dederit: sed etiam aliquando pluris. Vnde in confessum venit aduersus heredes actionem hanc tanquam pœnalem non transmitti. Nam si tanti quisque quantum damni dedisset obligaretur, haud dubiè & heres eius eadem actione teneretur.

10 ¶ Et hæc quidē ex ver-

a *Ita legendū* Proinde in d. c.8. Eclog. in l. si *legendum* ἱππέως *non,* ἵππος.

b *ait lex, quāti is homo in eo anno plurimi fuisset.* l.23. §. idem.3. ff. eo.

c *Actio legis Aquiliæ pœnalis est.*

d *Pœnales actiones dicuntur, in quibus pluris quis, quam damnū dedit, condemnatur.*

e *Pœnales actiones aduersus heredes nō dantur.* v. §.1. Inst. de perpetuis & temporalib. act. l.111. §1 ff de regulis iuris.

f *L. Aquilia in heredem nō competit.* l. inde Neratius 3. l. hanc actionem 8. ff. ad l. Aquil

τῶν ἡμιόνων οὐχ ἴσχυσε, δυνατὸς δὲ ἦν ταύτας ὑφ' ἑτέρου μᾶλλον σθενοῦς ἐπισχεθῆναι, εἰς τὴν τοῦ μουλίωνος κοῦλπαν ἀναχθήσεται τὸ γεγονὸς, καὶ γενήσεται χώρα τῷ ἀκουϊλίῳ. τὰ ἐπὶ μουλίωνος εἰρημένα, καὶ [a] ἱππέως ἕλκειν δυνάμεθα. εἴγε τὴν ὁρμὴν τοῦ ἵππου, ἢ διὰ ἀσθένειαν μὴ δυνηθεὶς ἐπισχεῖν, ἢ διὰ ἄγνοιαν, ἀλλότριον ἀνεῖλεν οἰκέτην.

9 ¶ Ἡρμηνεύσαμεν τὰ πρῶτα ῥήματα τοῦ νόμου, εἴπωμεν καὶ τῶν ἑξῆς. λέγει ὁ νόμος, Quanti [b] id in eo anno plurimi fuerit. ἤτοι ὅσου ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ πλείονος ὑπῆρχε. τί βούλεται ταῦτα τὰ ῥήματα; καὶ λέγομεν ὡς διὰ τῶν εἰρημένων τῷ νόμῳ, αὕτη ἀποτελεῖται ἡ ἔννοια. ἵνα ἐάν τις τὸν ἀλλότριον οἰκέτην χωλὸν ὄντα ἢ ἑτερόφθαλμον, ἢ τὸν μιᾶς ἐστερημένον χειρὸς ἀνέλῃ. τοῦτον δὲ συνέβαινεν ἐν αὐτῷ τῷ ἐνιαυτῷ, καθ' ὃν ἐδέξατο τὴν πληγὴν, ἀκέραιον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο τιμιώτερον· εἰς τοὐπίσω ἀνακαλῶν ὁ δικαστὴς τὴν τούτου διατίμησιν ποιεῖται. καὶ εἰ τυχὸν ὁ ἀναιρεθεὶς οἰκέτης ἀκέραιος καὶ ὑγιὴς ὑπῆρχε πρὸ ἐννέα ἢ δέκα ἢ ἕνδεκα μηνῶν καὶ διὰ τοῦτο πλείονος ἄξιος ἦν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀνάγων τὴν διατίμησιν, ποιεῖται τὴν καταδίκην. ¶ Ἐκ τούτου δὲ κατασκευάζεται pœnalem [c] εἶναι τὴν τοῦ ἀκουϊλίου ἀγωγήν. οὐ [d] γὰρ μόνον εἰς τοσοῦτον τις καταδικάζεται εἰς ὅσον ἐζημίωσεν, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ πλέον. ἐντεῦθεν ὡμολόγηται κατὰ [e] κληρονόμων ταύτην [f] τὴν ἀγωγὴν μὴ παραπέμπεσθαι, ἅτε pœnalem. εἰ γὰρ εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον τις ἐζημίωσεν, ἔνοχος ἐγίνετο, ἀμάχως καὶ ὁ τούτου κληρονόμος τῇ αὐτῇ ὑπεβάλλετο ἀγωγῇ.

10 ¶ Καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τῶν ῥημά-

retinere non potuerit, quum alius firmior eas retinere potuisset, æquè culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qui quum equo veheretur, impetū eius aut propter infirmitatē, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit.

9 ¶ His autem verbis legis, *Quanti id eo in anno plurimi fuerit,* illa sententia exprimitur: vt si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit, non tanti teneatur, quanti hodie erit, sed quāti in eo anno plurimi fuerit. ¶ Qua ratione creditū est pœnalem esse huius actionem: quia non solùm tanti quisque obligatur, quātum damni dederit, sed aliquādo longè pluris. Ideoq; constat in heredem eam actionem non transire, quæ transitura fuisset, si vltra damnum nunquam lis æstimaretur.

10 ¶ Illud non

ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit, non solùm perempti corporis æstimationẽ habendam esse secundum ea, quæ diximus: sed eo ampliùs, quicquid prætereà perẽpto eo corpore damni nobis illatum fuerit, veluti si seruum tuum heredem ab aliquo institutum, antè quis occiderit, quàm is iussu tuo hereditatem adierit: nam hereditatis quoq; amissæ rationẽ esse habendam constat. Item si ex pari mularũ vnam, vel ex quadrigis equorum vnum quis occiderit, vel ex Comœdis vnus seruus occisus fuerit: non solum occisi fit æstimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanti depretiati sunt, qui supersunt.

των ἐστὶ λαβεῖν. ἐκ δὲ τῆς ἑρμηνείας[a] τῆς ἐκ τῆς ἐννοίας ἀποτελεῖσθαι συμβαίνει τοῦ νόμου, ἀρέσκει οὐ μόνον τὴν τοῦ ἀναιρεθέντος οἰκέτου διατίμησιν γίνεσθαι κατὰ τὰ εἰρημένα, τουτέστιν ἀνακαλουμένου ἑαυτὸν τοῦ δικαστοῦ· ἀλλὰ καὶ εἴτι ἕτερον ἐκ τῆς τοῦ σώματος ἀναιρέσεως προσγέγονεν ἡμῖν ζημίωμα, καὶ τοῦτο διατιμηθῆναι χρή. οἷον τὸν ἐμὸν οἰκέτην τελευτῶν τις ἐνεστήσατο κληρονόμον. ἐδυνάμην τούτῳ κελεῦσαι ὑπελθεῖν τὴν κληρονομίαν,[b] καὶ ταύτην ἐμοὶ προσπορίσαι. πρὶν δὲ τοῦτο γένηται παρ' ἐμοῦ, ἀνεῖλεν τοῦτον τις τὸν οἰκέτην. ἐπειδὴ ἀπολέσαι συμβαίνει μοι τὴν κληρονομίαν, οὐ μόνον καταδικασθήσεται ὁ τοῦτον ἀνελὼν εἰς τὴν τοῦ σώματος διατίμησιν, ὡς προείρηται, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῆς κληρονομίας ἧς ἐξέπεσον. παραπλήσιον ἐκ τούτου τοῦ θέματος ἀναφύεται. εἶχέ τις ζεῦγος[c] μουλῶν, αἵτινες ἐοίκασιν ἀλλήλαις, καὶ διὰ τοῦτο πλείονος ὑπῆρχον ἀξίας. καὶ εἰ μέν τις τὰς δύο διετιμήσατο, εἰς σ νομίσματα ἡ διατίμησις αὐτῶν συνήγετο. εἰ δὲ κεχωρισμένως, ν νομίσματα ἑκάστης ἐγίνετο τὸ τίμημα. ἐὰν οὖν τούτων τὴν μίαν ἀνέλῃ, οὐ μόνον τῆς ἀναιρεθείσης τὴν διατίμησιν, ἀλλὰ καὶ τῆς περιούσης παρέξει τῆς διατιμήσεως τὴν ἀπομείωσιν, ἤγουν ἑκατὸν νομίσματα. ¶ Τὸ αὐτὸ καὶ εἴ τις εἶχε τέθριππον,[d] εἶτα ἕτερος ἀνεῖλε τὸν ἐν τούτῳ ἀριστεύοντα, ὃς καὶ τίμιον ἐποίει τὸ θρίππον, ἤγουν ἐκέκτητό τις κωμῳδὸν καὶ τὸν τούτου ὑποκριτήν. ὁ δὲ ὑποκριτὴς ἐκόσμει τὸν κωμῳδόν, καὶ θαυμαστὸν ἐδείκνυεν, ἐν τοῖς ἀγῶσιν αὐτῷ συνών. ἀνεῖλέ τις τοῦτον τὸν ὑποκριτήν. ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν θεμάτων.

bis ipsis descendunt. Illud autem ex interpretatione quã legis sententia exprimit, placet: non solum per empti serui æstimationẽ secundum ea quæ dicta sunt, habendam esse: hoc est, retro se referente iudice: sed etiam, si quid aliud ob peremptum corpus dãni nobis illatum fuerit, & hoc æstimandum est: veluti, Seruum meum aliquis moriens heredem scripsit: poterã huic iubere, vt hereditatem adiret, eamque mihi adquireret. Antequã id à me fieret seruum hũc meũ aliquis occidit. Quoniam accidit, vt ego & hereditatem amittam, nõ solum cõdemnabitur is qui illum occidit, ad corporis æstimatiorẽ, vt prædictũ est: sed etiam ad hæreditatis quã amisi. Simile quiddam & ex hac specie euẽnit. Iugum aliquis habebat mularum, quę sibi inuicẽ similes erant, & ideo maioris quoque pretii: ac si quis ambas æstimasset, pretium earum ducentos aureos colligebat: sin singulas, quinquaginta aureis vnaquæque ipsarum æstimabatur. Si quis ergo vnam earum occiderit, nõ eius tantùm quæ perẽpta est æstimationem præstabit, sed etiam quanti pretium eius quæ superest, minutum est, nempe cẽtum aureos. ¶ Idémque est, si quis quadrigam equorũ habeat, & alius eũ qui ex his optimè se habet, & toti quadrigæ pretium conciliat, occidat: aut si quis comœdum & huius histrionẽ habeat, & cùm histrio hic comœdũ instituerct, adiuuarétq. & sẽper ei in ludis adhærens omnibus illũ admirãdũ redderet, aliquis hũc histrionẽ perimat: In vtraque hac specie:

a *Hæ duo in lege considerantur præcia à iguania.* ad de l.6. §. verbum ex legibus ff de verbor. signif.

b v.l.22. & l. inde Neratius, 23. in 22. & §.1. ff. eod.

c v.l.2. §.1. ff. eod. *atque ita causa corpori cohærentes æstimantur, vt in hoc exemplo non tantũ perempti corporis æstimatio fit, sed & eius habetur ratio quo cætera corpora depretiata sunt.*

d *Idem* extat in d l.2. §. 12. ff. eod.

occisor non eius tantùm æstimationem qui occisus est, sed etiam quanti pretium eius qui superest, minutum est, præstabit.

a l.13.§.si dolo.ff.eod l.3. Cod.eod.

11 ¶ Liberum est autem, domino occisi serui, & priuato iudicio agere, ex lege (inquam) Aquilia, & ita damnum sibi illatum persequi. Faciet etiã adhæc & publici criminis reum ex lege Cornelia de sicariis. Neque enim priuata actione mota publica accusatio extinguitur. Hucusque igitur primum caput obtinet.

b l.si seruus. 27.§. huius legis secundum capitulum,4.ff.eo.

12 ¶ Porrò secundum in vsu non est.

c l.Hat men. 18.§.11.v.d.l. 27.§. tertio autem capite 5.ff.eod.

d l.29.§.hac actione 9.ff. eod.

13 ¶ Tertio capite de cęteris quęstionibus pertractat lex. Itaque si quis seruum meum, vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero est, vulnerauerit, aut eam quadrupedẽ quæ pecudum numero non est, vt canem, ferámve bestiam, vrsos, aut leones, aut lupos occiderit vel vulnerauerit, in tertium hoc legis caput incidit. Sed & in cæteris omnibus animalibus, item in rebus quę animam non habent, damnum domino illatũ, ex hoc capite resarcitur. Ait enim lex, Quidquid enim vstum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite constituitur. Ex abundantia autem videtur lex duab. illis dictionibus, Vstum & Fractum, vsa esse. Nam sola Rupti appellatio, omnibus his causis significãdis satis erat adcõmoda. Ruptum enim intelligitur,

e *Tertium caput legis Aquiliæ est de vulnerato, vsto, rupto, fracto.* d.§.5.

f *Rupti generalis appellatio.* v.l.27. Inquit lex ruperit.13.§.rupisse.17.ff.eo. *continet enim* [illegible]

ὁ ἀνελὼν οὐ μόνον τοῦ φονευθέντος τὴν διατίμησιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ περιόντος παρέξει τὴν τῆς διατιμήσεως ἀπομείωσιν.

11 ¶ Τῷ δὲ τοῦ ἀναιρεθέντος δούλου δεσπότου ἐξουσία [a] δίδοται καὶ τὸ πριβάτον κινεῖν δικαστήριον, φημὶ τὸ ἀκουίλιον, καὶ τὴν προσγινομένην αὐτῷ θεραπεύειν ζημίαν. κινήσει δὲ πρὸς τούτοις καὶ τὸ publicum ἔγκλημα, τὸ Corneliam de sicariis. οὐδὲ γὰρ ἡ priuata κινηθεῖσα ἀγωγή, τὴν publicam σβέννυσιν. κατέχει οὖν μέχρι τούτου τὸ πρῶτον κεφάλαιον.

12 ¶ Τὸ δὲ δεύτερον [b] οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει.

13 ¶ Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ περὶ πάσης τῆς λειπομένης ζητήσεως ὁ νόμος διέξεισι. διὸ ἐάν τις τὸν ἐμὸν οἰκέτην ἢ τετράποδον, ὅπερ ἐν ἀριθμῷ τῶν πεκούδων ἐστὶ, τραυματίσει, [c] ἤγουν ἐκεῖνο τὸ τετράποδον, ὅπερ οὐ συναριθμεῖται τοῖς πεκούδοις· οἷον [d] κύνα, ἢ θηρίον ἄγριον, ἄρκτους ἢ λέοντας, ἢ λύκους ἀνέλῃ, ἢ τραυματίσῃ τῷ γ´ ὑποβάλλεται τοῦ νόμου κεφαλαίῳ. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν λοιπῶν ζώων, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων, ἡ προσγινομένη τῷ δεσπότῃ ζημία, ἐκ τούτου θεραπεύεται τοῦ κεφαλαίου. Λέγει γὰρ ὁ νόμος· quicquid enim combustum, [e] aut ruptum, aut fractum fuerit. τουτέστιν ἐάν τι καυθῇ, ἢ ῥαγῇ, ἢ κλασθῇ, ὥς τι ἁρμόζειν τὴν ἀγωγὴν ἐκ τοῦ τρίτου κεφαλαίου. ἐκ περιττοῦ δὲ ὁ νόμος ἐχρήσατο ταῖς δύο λέξεσι τῷ vstum, καὶ τῷ fractum. ἡ γὰρ τοῦ rupti [f] προσηγορεία πάσας ταύτας ἐξήρκει δηλῶσαι τὰς αἰτίας. Ruptum γὰρ λέγομεν τὸ διαφθαρὲν

11 ¶ Liberum autem est ei, cuius seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis criminis eum reum facere.

12 ¶ Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est.

13 ¶ Capite tertio de omni cætero damno cauetur. Itaque si quis seruum, vel eã quadrupedẽ, quæ pecudum numero est, vulnerauerit, siue eam quadrupedẽ, quæ pecudũ numero non est, veluti canem, aut ferã bestiam vulnerauerit, aut occiderit, hoc capite actio constituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus quę anima carent, damnum per iniuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid enim vstum, aut ruptum, aut fractum fuerit: actio ex hoc capite cõstituitur: quanquam poterat sola rupti appellatio in omnes istas caussas sufficere. Ruptum enim intelligitur, quod

quod quoquo modo corruptũ est. Vnde non solùm fracta, aut vsta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. ¶Denique responsum est, si quis in alienum vinũ aut oleum id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis Aquiliæ eũ teneri.

14 ¶Illud palàm est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa eius, homo aut quadrupes occisus occisáve fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, & de cætero dãno quẽque teneri. ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.

15 ¶Ac nec *plurimi* quidem verbum adiicitur. Sed Sabino rectè placuit perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte, *plurimi* verbum adiectum fuisset, nam plebẽ R. quæ Aquilio Tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo vsa esset.

οἱῳ δήποτε τρόπῳ. ὅθεν οὐ μόνον τὰ καυθέντα ἢ κλασθέντα, ἀλλὰ καὶ ἡ σχισθεῖσα [a] ἐσθὴς, καὶ τὰ συνθλασθέντα σκεύη, ἢ καυθέντα, ἢ ὡς εἰώθασι λέγειν διπλωθέντα [b]. τί γὰρ ὅτι ἀργυρᾶ ἦν; ἢ καὶ ὁ ἐκχυθεὶς [c] οἶνος, ἢ ἔλαιον, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ τὰ οἷα δήποτε τρόπῳ διαφθαρέντα ὅθεν οὐ μόνον ἀπολλύμενα, ἢ χείρονα γεγονότα τῷ rupto περιέχεται.

¶ Ἀμέλει τοι εἴ τις εἰς τὸν ἐμὸν οἶνον [d] κάλλιστον ὄντα, ἢ εἰς τὸ ἔλαιον πρωτεῖον ὑπάρχον, ἐνέβαλέ τι τοιοῦτον, δι' οὗ ἠφανίζετο ταῦτα, ὑπόκεινται τὰ τοιαῦτα τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ.

14 ¶ Ἐκεῖνο δὲ τῶν ὡμολογημένων ἐστὶν, ὥσπερ ἐκ τοῦ πρώτου κεφαλαίου τότε κατέχεταί τις τῷ ἀκουϊλίῳ, ἐπειδὴ ἂν δόλῳ ἢ κούλπᾳ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ἢ τὸ pecus ἀνέλῃ. οὕτω καὶ ἐκ τοῦ τρίτου, ὁ δόλος [e] ἢ ἡ κοῦλπα ἐνάγεσθαι ποιεῖ τὸν ζημιώσαντα. κοινοῦ κατὰ τοῦτο ἐοίκασιν ἀλλήλοις τὰ δύο κεφάλαια. ἐν ἐκείνῳ δὲ διενήνοχεν, [f] ὅτι τὸ μὲν πρῶτον κεφάλαιον, περὶ οἰκέτου ἢ τετραπόδων φησὶν ἀναιρέσεως, τὸ δὲ τρίτον πότε, νῦν δὲ δεύτερον, περὶ πάσης διαλαμβάνει τῆς λειπομένης ζημίας. καὶ οὐ μόνον ἐπὶ τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐκείνῳ ὅτι ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου κεφαλαίου, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ὁ δικαστὴς ἑαυτὸν ἀνακαλεῖ, ἐπὶ δὲ τῶν συμβαινόντων ἐκ τοῦ τρίτου κεφαλαίου, ἐπὶ τριάκοντα [g] ἡμέρας.

15 ¶ Κἀκεῖ μὲν πρόσκειται τὸ plurimi. ἐνταῦθα δὲ ἐσίγηται. ὡς ἐντεῦθεν παρρησίαν ἔχειν τὸν δικαστὴν, εἰς ἐκείνην ἀναφέρειν ἐκ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐλάττονος ἦν ἄξιον τὸ πρᾶγμα, καὶ χαρίσασθαι τῷ

quod quocumque modo corruptum est. Vnde non solùm quæ vsta sunt aut fracta, sed etiam scissa vestis, aut collisa vasa, siue vt quis aliqui dicunt *διπλωθέντα*, id est, duplicata, (quid enim si argentea erãt?) aut etiam effusum vinum, vel oleum, vel si qua talia, & quæcumque aliquo modo corrupta, perẽpta, aut deteriora facta sunt sub rupti significatione continẽtur.

Quapropter si quis in vinum meum, cùm id optimum esset aut in oleum quod excellentissimum erat, tale aliquid miscuerit inieceritque, quò ea spurcarentur & corrumperentur: ex hoc tertio capite ob eas res tenebitur.

14 ¶Illud autem in confesso est, quemadmodum ex primo capite ita demũ quis lege Aquilia tenetur, cùm dolo aut culpa alienum seruum aut pecudẽ occidit: ita & ex hoc capite, ob dolum aut culpã quem de damno teneri. In hoc igitur vtraque capita conueniunt. In illo planè differunt, quòd primo capite de seruis aut pecudibus occisis agatur: hoc verò cadũt, quod olim tertium erat, & nunc secundum est, de cæteris omnibus damnis tracter. Neq; rursus in hoc tantum differunt, verùm & in illo: quod ex primo capite iudex ad annum retrò se referat: in iis verò quæ ex tertio capite procedunt, ad triginta dies.

15 ¶Sed & illic adiecta est dictio plurimi, hic autẽ omissa est: vt liberũ sit iudici ad eũ diẽ ex triginta diebus æstimationẽ referre, quo res minimi pretii fuerit: & ita hanc reo gratiam facere: aut ad eũ

a d. l. 27. §. 5. si quis vestimẽta sciderit. 18. ff. eod.

b *διπλωθέντα appellatione quid intelligat author noster vix intelligo. Duplicationẽ argẽteorũ (vt interpres Latinus vertit hoc loco) puniri lege Aquilia nondum reperi. Imo lege Aquilia non puniri duplicationem rei, cuius sit difficilis separatio.* video ex l. 27. §. 14. ff. eod. *Quare cùm ἀργυρίων id est nummorũ (sic enim malo quàm argenteorum mentionem faciat, videndum est, num hic agatur de nummis manu alicuius excussis, ita vt vel in mare, vel in flumen, vel in cloacam caderent, agatur: quod sane lege Aquilia puniri constat ex* l. 27. §. si quis de manu mihi nummos excusserit. ff. ad l. Aquiliã.

c d. l. 27. §. 15.

d *hoc tantum spurcare.* d. l. 27. §. cũ eo. 15

e *Lege Aquilia tribus capitibus dolus & culpa faciẽtis puniuntur.* l. 30. §. 3. ff. eod.

f *Primi & tertij capitis legis Aquiliæ differentia.*

g l. 27. §. aurẽ cap. §. l. 29. in fi. ff. eod.

diem quo plurimi fuerit, & actori fauere. Sed rectè ait Sabinus perinde habendam esse æstimationē, atque si & hic dictio Plurimi fuisset adiecta. Nam Plebs Romana, eo tempore quo inter Plebem & Patres erat dissensio, Aquilio (is tunc Tribunus plebis erat) hanc legem rogante, contenta fuit, quòd in primo capite dictione plurimi fuisset vsa.

16 ¶ Cæterùm generali aliqua regula concludendum est, quando directa actio in lege Aquilia & quando vtilis competat. Atque illud in primis sciendum est, tunc legem sese dare, eique tunc locū esse, cùm corpus læsum fuerit. Sed si corpore datū est damnum, veluti nudis fortè manibus meis, aut ligno, lapide, vel alio quouis instrumento percussum occidi aut vulneraui, directa competet actio ex lege Aquilia. Sin autem læsum quidem corpus est, non tamen corpore datū est damnum, tunc vtilis datur actio: veluti, seruum aliquis meum aut pecus tandiu inclusit, vt fame perirent: aut iumentum meum ita egit, vt tantum iter non ferret, sed rumperetur: aut ouem meam vel bouem ita turbauit, vt in præcipitia fugeret, & ibi periret, vel in aliquo læderetur: aut seruo aliquis alieno persuasit, vt in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, non ignorans difficilem & periculosum ascensum vel descensum esse, & deinde seruus ascendens vel descendens, cùm pes eum falleret, aut extinctus est, aut aliqua parte corporis læsus. Quid ergo, si quis alienum seruum de pōte,

a l. 29. in fi. ff. eod.

b *Aquilia igitur plebiscitū magis propriè dicitur quàm lex.*

c *Plebiscita ita rogabantur.*

d v. l. 134. in fi. ff. de verb. oblig.

e *Aquilia duplex directa & vtilis.*

f l. 15 ff. eod.

g *Aquilia directa competit, si corpore aliquo in corpus damnum datum est.*

h *Aquilia vtilis competit si alio quam corpore in corpus damnum datum est. & quemadmodū id fiat adde* l. 4. ff. de seruo corrupto.

i l. 9. §. si quis hominem fame necauerit. 2. l. 29. §. 7. ff. eod. l. 5. Cod. eod.

k l. 39. l. 53. ff. eod. l. 51 ff. de furtis.

l v. *Quintilianum* declamat. 350.

m l. 7. §. sed si quis de ponte. 7. ff. eod.

ἐναγομένῳ. ἢ εἰς ἣν πλείονος ὑπῆρχε, καὶ ὠφελῆσαι τὸν ἐνάγοντα. ἀλλὰ κάλλιστον φησὶν ὁ Σαβῖνος, ὁμοίαν [a] εἶναι ποιητέαν τὴν διατίμησιν, ὥσπερ εἰ κἀνταῦθα τὸ plurimi προσέκειτο ῥῆμα. ὁ γὰρ ῥωμαϊκὸς χυδαῖος δῆμος, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς διαστάσεως τοῦ χυδαίου [b] δήμου καὶ τῆς συγκλήτου, τοῦ ἀκουϊλίου (δήμαρχος οὗτος ἦν) τὸν παρόντα νόμον τεθέντος, [c] ἠρκέσθη τῷ plurimi ῥήματι ἐν [d] τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ.

16 ¶ Κανόνι δὲ γενικῷ δεῖ περιλαβεῖν πότε ὁ δίρεκτος [e] ἀκουΐλιος ἁρμόζει· πότε δὲ ὁ οὐτίλιος. καὶ πρῶτον εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὁ νόμος ἑαυτὸν δίδωσιν, ἐπειδὰν [f] ἀδικηθῇ σῶμα. ἀλλ' εἰ [g] μὲν ἐκ σώματος ἡ βλάβη προσεγένετο, τυχὸν ψιλαῖς ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶν, ἢ μετὰ ξύλου, ἢ λίθου, ἢ ἑτέρου τινὸς ὀργάνου, πλήξας ἀνεῖλον, ἢ ἐτραυμάτισα, δίρεκτος ὁ ἀκουΐλιος ἁρμόζει. εἰ [h] δὲ σῶμα μὲν ἠδικήθη, οὐκ ἀπὸ σώματος δὲ γέγονεν ἡ βλάβη, δίδοσθαι τὸν οὐτίλιον ἀκουΐλιον χρή. οἷον τὸν ἐμόν τις οἰκέτην, ἢ τὸ ἐμὸν πέκους ἐνέκλεισεν ἐπὶ χρόνον. ὥστε λιμῷ [i] διαφθαρῆναι. ἢ τὸ ἐμὸν ὑποζύγιον, οὕτως [k] ἤλασε σφοδρῶς, ὡς μὴ ἐνεγκεῖν τὸ πλῆθος τοῦ διαστήματος, ἀλλὰ διαρραγῆναι, ἢ τὸ ἐμὸν τυχὸν πρόβατον, ἢ τὸν ἐμὸν βοῦν, οὕτως τις διετάραξεν, ὡς ἐνεχθῆναι αὐτὸν κατὰ τοῦ κρημνοῦ καὶ ἀπολέσθαι, ἢ κατά τι βλαβῆναι. ἢ ἐάν τις τὸν ἀλλότριον οἰκέτην πείσῃ ἀνελθεῖν εἰς δένδρον, ἢ κατελθεῖν [l] εἰς φρέαρ, εἰδὼς δυσχερεστάτην καὶ ἐπικίνδυνον τὴν ἄνοδον, ἢ τὴν κάθοδον εἶναι. εἶτα ὁ οἰκέτης ἀνιὼν ἢ κατιὼν ὠλίσθησε καὶ ἢ ἐτελεύτησεν, ἢ περί τι μέρος ἐβλάβη τοῦ σώματος. τί δὲ, ὅτι τὸν ἀλλότριον οἰκέτην τις ἀπὸ γεφύρας [m]

16 ¶ Cæterum placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipuè corpore suo dānum dederit. Ideoque in eum qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari solent, veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, vt fame necaretur, aut iumentum ita vehementer egerit, vt rumperetur, aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur, aut si quis alieno seruo persuaserit, vt in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, & is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus aut aliqua parte corporis læsus fuerit, vtilis actio in eū datur. Sed si quis alienum

alienum seruũ aut de pōte, aut de ripa in flumen deiecerit,& is suffocatus fuerit, eo quòd proiecit, corpore suo damnum dedisse, nón difficulter intelligi potest, ideóque (ipsa lege Aquilia) tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui dānum contigerit, quum non sufficiat, neque directa, neque vtilis Aquiliæ actio, placuit eũ, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri, veluti si quis misericordia ductus, alienum seruum compeditum soluerit, vt fugeret.

ἢ ὄχθης ἔρριψε κατὰ τοῦ ποταμοῦ. εἶτα οὗτος κατενεχθεὶς ἐν τῷ ὕδατι ἐπνίγη; ἐνταῦθα τὴν δίρεκτον ἀκουΐλιον δίδοσθαι χρή. ὁ γὰρ ὤθησε τὸν οἰκέτην οἰκείῳ σώματι τὴν ἀναίρεσιν εἰργάσατο. εἰ[a] δὲ μηδὲ σώματι τις ἔβλαψεν, οὐδὲ σῶμα ἐστὶ τὸ ἀδικηθὲν, ζημία δέ τις προσγέγονεν, ἐμοὶ ἀργοῦντος τοῦ διρέκτου. οὐκ ἐπειδὴ ἀπὸ σώματος, καὶ οὐτιλίου δὲ, διὰ τὸ μὴ ἠδικηθῆναι σῶμα, ἤρεσε τὸν ζημιώσαντα ὑποπίπτειν τῇ in factum. οἷον τὸν ἐμὸν οἰκέτην, ὡς ἁμαρτάνοντά τι δεσμοῖς περιέβαλον. τοῦτον ἕτερος οἴκτῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ[b] κινηθεὶς, εἰδὼς ὅτι φεύξεται, λύσας ἀφῆκε τῶν δεσμῶν.

vel de ripa in flumen deiecerit, & is in aquas collapsus, suffocatus fuerit? Et directam hic ex lege Aquilia actionem dari oportet. Qui enim seruum impulit, is corpore suo occidit. Quòd si neque corpore suo quis damnum dederit, neq; corpus sit quod læsum est, & damnum tamen datum sit. Quum & directa actio cesset, quia corpore non sit damnum datum, neque locum habeat vtilis, quia corpus læsum non sit: placuit eum, qui damnum dederit, actione in factum teneri: veluti, Seruum meum ob delictum in vincula conieceram, hunc aliquis humanitate ductus & misericordia motus, cùm futurum sciret vt fugeret, solutis vinculis dimisit.

a 6 Harmen. 1.§.3 in fi. si no corpore neque corpo. i dã tum datum sit, sed tamen damnum datum sit. Aquilia neque directa, neque vtilis, sed in factum tantum actio competit.

b φιλανθρωπία nimia etiam punitur. l. 7. §. idem Labeo ff. de dolo. l. 14. in pr. ff. de custod. reorũ.

DE INIVRIIS. Tit. IIII. | ΠΕΡΙ[c] ΥΒΡΕΩΣ. Τίτλος δ. | DE INIVRIIS. Tit. IIII.

c adde 5. Paul. sent. 4. de iniuriis. & 60. Eclog. 21. περὶ ὕβρεως.

¶ De iniuriis. ¶ Iniuria legibus non impunita. ¶ Iniuria in genere, ὁ μὴ κατὰ νόμον: in specie ὕβρις seu contumelia. ἀδίκημα seu culpa (vnde in lege Aquilia iniuria damnum datum, idem quod ἀδίκως) ἀδικία seu iniquitas & iniustitia. 1 ¶ Iniuria ἔργῳ ἢ λόγῳ vti fiat. 2 ¶ Iniuriam nos pati per nosipsos, liberos, vxorem (at non vxorem per maritum) nurum. 3 seruos (si atrox fiat illis iniuria non leuis) 4 seruos, inquam, etiam communes. 5 in quibus proprietatem habemus. 6 per eos qui bona fide nobis seruiunt siue sint liberi, siue serui) si tamen ea iniuria facta illis est in nostram contumeliam. 7 ¶ Pœna iniuriæ, ex legibus duodecim tabularum, ex membro rupto, talio: fracto, nummaria: iure prætorio arbitraria est, & pro gradu dignitatis æstimatur: quæ pœna hodie in vsu. 8 Est & pœna iniuriæ lege Cornelia introducta, quæ competit ei qui se pulsatum, aut verberatum, cuiusve domus vi introita. 9 Atrox etiam iniuria æstimatur, hoc est iniuria crescit ex facto, loco, persona. 9 Et hæc quidem pœna ciuilis iniuriæ est. Criminalis verò seu extraordinaria, vel relegatio, vel bonorum publicatio. ¶ Agere & conueniri actione iniuriarum criminali posse per procuratores, viros illustres & superillustres. 10 ¶ Iniuriarum teneri non modò eum qui fecit, sed & qui curauit fieri. 11 ¶ Tolli actionem iniuriarum dissimulatione.

Generaliter iniuria dicitur omne, quod nō iure fit, specialiter aliàs



Οὐχ[d] ἐῶσι τὰς ὕβρεις ἀτιμωρήτους οἱ νόμοι. γενικῶς δὲ iniuria[e] λέγεται, πᾶν ὃ μὴ κατὰ νόμον γίνεται, quod non iure fit. ἰδικῶς[f] δὲ λέγεται,

Non committunt iniuria, vt impunè ferant, qui alteri iniuriam fecerint. ¶ Generaliter autē dicitur Iniuria, omne quod nō iure fit. Specialiter verò

d Iniuria non impunita.

e l. 1. ff. eo. &. Eclo. 21. c. 1. & Arist. Ethic. 1.

f Iniuria pro contumelia dãno, culpa, iniustitia.

a *μεταφράσις* Ecloq. d. loco
b *Contumelia* à contemnendo.
c *Culpa* ἀδίκημα iniuria.
d l.1. ff eo. l.5. §.1. ff. ad l. Aquil.
e *Iniuria* quæ & *ἀνομία*, ὡς ἐπὶ τὸ ἀδικεῖν δὲ παραβαίνειν. Eclo. d.c.1.
f *Iniuria committitur re aut verbo*. l.1.§.1. ff. eo. ἔργῳ ἢ λόγῳ. Ecl. d. loc.
g i. siue re, ad est facto, vel re iniuria quemadmodum inferatur.
h l.5. ff. eod. *Hæc iniuria in corpus inferri dicitur. Est & alia quæ in dignitatem: alia quæ in infamiã* v. Ecl. d.c.1. l.1.§. ff. eo.
i *Conuicium quod & Græcis* ὀχλαγωγία. *Dicitur autẽ* πολλῶν φωνῶν σύνοδος. ἐπὶ πολλῶν φωνῶν παρὰ τοὺς ἀγαθοὺς ... εἰς αὐτὸ συντρέχοντων εἰς ... Eclo. 21. c.15. l.15. §. 3.4. de iniuriis.
k λόγῳ *seu verbo iniuriam quemadmodũ quis inferat*.
l ... *opponit* ... λόγῳ. *Suprà verò* § 33 *de ter. diuisione opponit* ... *aut potius* ...
m *Iniuria tenetur qui famosũ libellum scripsit, composuit, edidit, fecitue ut quid eorũ fieret*. l.5. §.9. ff. eod.
n *Prætexta qui olim uterẽtur* ... ad l.3 in f. ff. de liberis exhibẽdis.

contumelia dicitur, à contemnendo, quam Græci ὕβριν appellãt. Dicitur autem & culpa, quod Græci ἀδίκημα vocãt, sicut in lege Aquilia accipitur. Dicimus enim damnũ iniuria datũ. Aliquando verò dicitur iniquitas & iniustitia, quã Græci, ἀδικίαν vocant. Cùm enim Prætor, aut iudex non iure cõtra quem pronuntiat, dicimus eum iniuriam accepisse.

1 ¶ Porrò iniuria committitur, non facto tãtùm, sed etiam verbo. ¶ Et facto quidem, cùm quis aut pugnis pulsatus, aut fustibus vel loris cęsus fuerit, aut si cui factum fuerit conuicium. Conuitium autẽ est, cũ quis in celebri aliquo vrbis loco, contumelia tali me afficit, vt eam ob causam magna hominum turba concurrat. Facto etiam iniuria fit, cùm quis prudẽs ac sciens sibi me nihil debere, tanquam creditor in possessione bonorum meorum est. ¶ Verbo autem fit iniuria, cũ quis in infamiam meã vel prosã orationem, vel carmen, conscripsit, vel cõposuit in me aut edidit: aut eorum quidem nihil fecit, sed dolo ipsius factũ est, vt quid eorum fieret. Horũ enim singuli actione iniuriarũ tenentur. Velut, Primus famosum in me carmen scripsit, Secundus composuit, Tertius id edidit. Quartus verò, nihil eorum quidem commisit, sed dolo fecit, vt aut scriberetur, aut cõponeretur, aut ederetur hęc iniuria in me emissa. ¶ Sed & si quis matrem familiãs in publico euntem, aut prætextatum prætextatámve in publico eũtes, hoc est, puerum vel puellam: (nã qui in minori

contumelia [a] à [b] contemnendo, ἣν οἱ Ἕλληνες ὕβριν καλοῦσιν. λέγεται δὲ καὶ culpa ὅπερ οἱ Ἕλληνες ἀδίκημα [c] καλοῦσιν. ὥσπερ τοῦ ἀκουϊλίου. [d] λέγομεν γὰρ damnum iniuria datum, τουτέστι ζημία ἡ ἀδίκως γινομένη. ποτὲ δὲ λέγεται iniquitas καὶ iniustitia, ἣν οἱ Ἕλληνες ἀδικίαν [e] λέγουσιν. ὁπότε γὰρ ὁ πραίτωρ, ἢ ὁ δικαστὴς, οὐ δικαίως κατά τινος ἀποφαίνεται, λέγομεν τὸν ἀδικηθέντα iniuriam accepisse.

1 Ἡ δὲ ὕβρις ἁμαρτάνεται οὐ μόνον ἔργῳ, [f] ἀλλὰ καὶ λόγῳ. ¶ Καὶ ἔργῳ [g] μὲν, ὁπότε τις πὺξ ἢ [h] ῥάβδοις, ἢ ἱμᾶσι τυπτηθῇ, εἴτε κονβίκιον τις ὑποστῇ. Conuitium [i] δέ ἐστιν, ἡνίκα τις ἐν ἐπισήμῳ τόπῳ τῆς πόλεως, ὕβριν ἐπαγάγῃ μοι, ὥστε καὶ ὄχλον ἐντεῦθεν συναχθῆναι. ἔργῳ δὲ γίνεται ἡ ὕβρις, καὶ ἡνίκα τις εἰδὼς, ὡς οὐδὲν αὐτῷ ἀποφείλω, ἐπὶ νομὴν γέγονε τῶν ἐμῶν πραγμάτων, ὡς δὴ δανειστής. ¶ Λόγῳ [k] δὲ ἐάν τις πρὸς ἐμὴν ὕβριν πεζὸν [l] λόγον ἔγραψεν, ἢ ἔμμετρον ἔπος, ἢ συνέθηκε κατ' ἐμοῦ, ἢ ἐξέδωκε. ἢ οὐδὲν μὲν τούτων ἔπραξε. δόλον δὲ ἐποίησεν, ἵνα τι τούτων γένηται. ἕκαστος γὰρ τούτων κρατεῖται τῇ iniuriarum. οἷον Πεῖμος ἔγραψε ἔπος ὑβριστικὸν κατ' ἐμοῦ. Σεκοῦνδος συνέθετο Τέρτιος τοῦτο ἐξέδωκε, Κουάρτος οὐδὲν τούτου μὲν ἔπραξε, δόλῳ δὲ οἰκείῳ παρεσκεύασεν [m] ἢ γραφῆναι, ἢ συντεθῆναι ἢ ἐκδοθῆναι τὴν κατ' ἐμοῦ ὕβριν. ¶ Εἰ δὲ καί τις προϊούσῃ τῇ οἰκοδεσποίτῃ, ἢ τῷ πραιτεξτάτῳ, ἢ πραιτεξτάταις προϊούσῃ, τουτέστι τῷ νέῳ ἢ τῇ νέᾳ. οἱ [n] γὰρ νέαν ἄγοντες τὴν ἡλικίαν τῇ

contumelia, quę à contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant, aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas & iniustitia, quã Gręci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocant. cùm enim Prætor vel iudex non iure contra quem pronuntiat, iniuriam accepisse dicitur.

1 ¶ Iniuria autẽ committitur, non solum cùm quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed & si cui conuicium factũ fuerit, siue cuius bona quasi debitoris qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere.

¶ Vel si quis ad infamiam alicuius libellũ, aut carmẽ, aut historiam scripserit, cõposuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quò quid eorũ fieret, siue quis matrẽ familiãs, aut prętextatum prętextatámve adsectatus fuerit, siue cuius pudicitia attentata esse dicetur, & denique aliis plurimis modis admitti iniuriam manifestum est.

2 ¶ Patitur autem quis iniuriam nō solùm per semetipsum, sed etiam per liberos suos quos in potestate habet, item per vxorem suam, id enim magis prę ualuit. Itaque si filiæ alicuius, quæ Titio nupta est, iniuriam feceris, non solùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris quoq & mariti nomine. Contrà autem si viro iniuria facta sit, vxor iniuriarum agere non potest. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum est. Sed & socer nurus nomine, cuius vir in eius potestate est, iniuriarum agere potest.

3 ¶ Seruis autem ipsis quidē nulla iniuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur, non tamen iisdem modis, quibus etiā per liberos & vxores, sed ita, quū quid atrocius commissum fuerit, & quod apertè ad contumeliam domini respicit, ve-

περιπέζεται ἐχρῶντο. φόρημα δὲ τοῦτο ῥωμαϊκόν. ἐὰν οὖν ἑνὶ τῶν προειρημένων προϊόντι παρακολουθῇ τις συνεχῶς, μηδὲν [a] φθεγγόμενος, ἤγουν καὶ λέγων τι ἐπὶ τῷ τοὺς σώφρονας αὐτοῦ διαστρέψαι τρόποις, κατέχεται τῇ iniuriarū. καὶ ἑτέροις δὲ πλείστοις τὴν ὕβριν ἁμαρτάνεσθαι τρόποις τῶν ὡμολογημένων ἐστίν.

2 ¶ Ὑφίσταται δέ τις ὕβριν, οὐ μόνον δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν οἰκείων παίδων, οὓς ὑπεξουσίους ἔχει. καὶ διὰ τῆς γαμετῆς. ἐκ [c] δὲ τοῦ ἐναντίου, ἐὰν ὁ ἀνὴρ ὑβρισθῇ, ἡ γυνὴ τὴν iniuriarum οὐ δύναται κινεῖν. τοῦτο γὰρ ἤρεσεν, εἰ καί τινες ἐναντιώθωσαν. ὥστε [d] οὖν τοῦ ἐμοῦ ὑβρισθέντος ὑπεξουσίου παιδὸς, δίδοταί μοι ἡ iniuriarum, περὶ ὕβρεως, ἢ καὶ τῆς γαμετῆς ἀμέλει, ἐὰν ἡ ἐμὴ ὑπεξουσία θυγάτηρ γαμηθῇ Τιτίῳ, σὺ δὲ ταύτην ὑβρίσῃς, καὶ αὐτὴ ὑβρισθεῖσα, καὶ Τίτιος ταύτης ἀνὴρ, κἀγὼ [e] δὲ ὁ ταύτης πατὴρ ἕξομαι κατὰ σοῦ τὴν iniuriarum. ¶ Ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἐὰν ὁ ἀνὴρ ὑβρισθῇ, ἡ [f] γυνὴ τὴν iniuriarum οὐ δύναται κινεῖν· δεφενδεύεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν τὰς γυναῖκας, οὐ μὴν τοὺς ἄνδρας ὑπὸ τῶν γυναικῶν δίκαιόν ἐστι. καὶ πενθερὸς δὲ τῆς νύμφης ὀνόματι τῆς γεγαμημένης τῷ ὑπεξουσίῳ παιδὶ αὐτοῦ. ἀκολούθως κινήσει τὴν iniuriarum.

3 ¶ Ἐὰν ὁ ἐμὸς οἰκέτης ὑβρισθῇ, οὐδεμία αὐτῷ ἀγωγὴ ἁρμόζει [g]. ἐξ ὧν δὲ αὐτὸς ὑβρισθῇ, δοκῶ ἐγὼ ὁ δεσπότης ὕβριν ὑποστῆναι. ἀλλ' οὐχ οἵ τινες τρόποι υἱοῦ, ἢ γαμετῆς ὑβρισθέντων, δίδωσί μοι τὴν iniuriarum, οἱ αὐτοὶ καὶ ἐπὶ οἰκέτου. ἐπὶ γὰρ δούλου τότε ὑβρίζεσθαι δοκῶ, ἡνίκα σκαιόν [h] τι κατ' αὐτοῦ ἐπλημμελήθη,

ætate erant, prætexta vtebantur. Gestamen id erat Romanorum.) Si quis ergo aliquem horum in publico cunctē affectetur, nihil omnino proloquens, aut fortè etiam dicens aliquid, quo probi corū mores corrumpantur, actione iniuriarum tenetur. Sed & aliis quamplurimis modis iniuriam admitti, in confesso est.

2 ¶ Patitur autem quis iniuriam, non solùm per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet. Item per vxorem. ¶ Ex cōtrario autem si maritus iniuria sit adfectus, vxor iniuriarū agere non potest. Id enim magis placuit, quāuis aliqui cōtra senserint. ¶ Sic igitur, cùm aut liberorū aliquis quē in potestate habeo, aut vxor mea iniuriā accepit, ego iniuriarum agere possum. Itaque si filiam in potestate habeam, quæ nupta sit Titio, túque iniuriā ei feceris: & ipsa, quę iniuriam accepit, & Titius maritus eius, & ego pater ipsius, tecum actionem iniuriarum habemus. ¶ E diuerso si maritus iniuria sit adfectus, vxor iniuriarum agere non potest: quoniā à maritis vxores, non ab vxoribus maritos defendi æquum est. Sed & socer, nurus nomine, quæ filio ipsius quem in potestate habet, denupsit, nihil prohibet quo minus iniuriarum agat.

3 ¶ Si seruus meus iniuria adfectus fuerit, nulla ei actio competit, sed iniuriā quæ illi facta est, ego dominus passus esse videor. Verùm non quibusmodis per liberos vel vxorē iniuria adfectos, iniuriarum mihi datur actio: iisdē in seruo dāda est. Tunc enim demum per seruum iniuriam pati videor, cū atrocius in eum quid cōmissum est, & quod apertè ad

a Rectè hoc ad ultimum: differt enim qui adsectatur ab eo qui appellat. Nam aliud appellare, aliud adsectari l. 15. §. aliud est appellare. ff de iniuriis. sic Græcis 60. Eclog. 21. c. 19. dicitur. ὁ προσκαλῶν δὲ ὁ συνεχῶς μετά σιωπῆς ἀκολουθῶν. Appellat, qui sermone pudicitiam adtentat: adsectatur qui frequenter tacitus sequitur. d. § 22.

b 60. Eclog. 21. c. 1. in fi.

c Inclusa videtur esse glossema alicuius: nam paulopost hæc eadem sententia sequitur & alioqui deest hæc sententia Latinis institutionib.

d Huiusmodi iniuria per cōsequentias fieri dicuntur. l. 1. §. 3. l. 41. ff. eod.

e Atq. ita ex iniuria vna tribus competit iniuriarum actio vxori, eiúsque marito, & patri: & per vnum alterius iniuria non consumitur 60. Eclo. 1. c. 3.

f viro iniuria adfecto vxor no agit. Eclo. d. c. 3. l. 2. ff. eod.

g tamen si iniuriam ei facere nō liceat. l. 1. C. eod.

h L. 1. paragr. 3. l. 15. §. Prætor ait. 34. ff. de iniuriis.

domini cõtumeliam spectet. Veluti, si quis seruum meum flagellis ceciderit. Nam in hoc casu iniuriarum actio mihi competit. Sin autem vel pugno eum percusserit, vel conuitium ei fecerit, nulla mihi datur actio.

a *Huiusmodi iniuria contra bonos mores illata dicitur.* d. §. Praetor 34. & §. adiicitur.
b *Seruo pugnum ducere, aut conuicium facere, at non flagellis eum caedere licet.* d. § 34. & sequ. c l. 15. §. vlt. L. 16 ff. eod.

4 ¶ Cõmunem cum Titio seruum habebam. Eum tu verberasti, & mihi & Titio iniuriarum actio competit. Neque verò pro ea parte, qua dominus sum serui, fit iniuriae aestimatio, sed ex qualitate & persona dominorum iniuria aestimatur. Quid enim si alter è dominis Senator sit, & alter plebeius?

5 ¶ Quod si eiusdem serui Titius vsumfructum & Maeuius proprietatem habeat, & tu eum iniuria afficias, iniuriarum soli Maeuio teneberis.

d L. 15. §. si vsumfructum. 47 ff. eod.

6 ¶ Liber aliquis bona fide seruiebat, hunc ego iniuria affeci, non tibi competet iniuriarum actio: sed ipsi qui bona fide seruit, dabitur, vt is suo nomine agere possit. Id autem dico, nisi si fortasse, in tuam contumeliam ei iniuriam fecerit. Tunc enim tibi dabitur actio iniuriarum. Idémque dicimus, si seruus alienus bona fide tibi seruiat. Hoc enim iniuriam passo, tunc demum tibi dabitur actio iniuriarum, cùm docere poteris id in tuam contumeliam factum esse.

e d. l. 15. §. itẽ si liberum hominẽ 48.
f *Iniuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto iure introducta lege xij. Tab. de famosis carminibus, membris ruptis. & ossibus fractis moribus, arbitrio iudicis mixto iure ex lege Cornelia* Paul. 5. sent. 4. §. 6. 7. 8.

7 ¶ Poena autem iniuriarum ex lege Duodecim Tabularum, si cuius mẽbrum ruptum fuerat, erat talio. Idem enim patiebatur, qui membrum

g *ταυτοπάθεια, talio de qua dixi ad leges xij. Tabul. tit. de iniuriis.*

κ᾽ ὅπερ φανερῶς εἰς ὕβριν ὁρᾷ τοῦ δεσπότου. οἷον[a] ἐάν τις τὸν ἐμὸν μαστίξῃ οἰκέτην. ἁρμόζει γὰρ ἐπὶ τούτου τῷ δεσπότῃ ἡ iniuriarum. εἰ[b] δέ τις conuitium ποιήσῃ τῷ ἐμῷ οἰκέτῃ, ἢ πὺξ αὐτὸν τυπτήσῃ, οὐδεμία μοι δίδοται ἀγωγή.

4 ¶ Ἐπίκοινον[c] εἶχον οἰκέτην μετὰ Τιτίου. ἐτύπτησας αὐτόν, κ᾽ ἐμοὶ, κ᾽ Τιτίῳ ἡ iniuriarum ἁρμόζει. κ᾽ οὐ καθ᾽ ὃ μέρος τοῦ οἰκέτου δεσπόζω, ἡ τῆς ὕβρεως γίνεται διατίμησις. ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ποιότητος τοῦ προσώπου ἑνὸς ἑκάστου τῶν δεσποτῶν τὰ τῆς ὕβρεως κρίνεται. τί γὰρ εἰ ὁ μὲν ἐστι συγκλητικὸς τῶν δεσποτῶν, ὁ δὲ ἰδιώτης;

5 ¶ Τοῦ αὐτοῦ οἰκέτου Τίτιος μὲν εἶχε τὸν vsumfructum [d], Μαίβιος δὲ τὴν δεσποτείαν, ὑβρίσας τοῦτον, ἔνοχος ἔσῃ τῇ iniuriarum μόνῳ τῷ Μαιβίῳ.

6 ¶ Ἐλεύθερός[e] τις ἐδούλευε bona fide. ὕβρισα τοῦτον ἐγώ. οὐχ ἁρμόσει σοι ἡ iniuriarum, αὐτῷ δὲ τῷ bona fide δουλεύοντι δοθήσεται· ὥστε αὐτὸν suo nomine κινεῖν ταύτην. ταῦτα δὲ λέγω, εἰ μὴ ἄρα σαφῶς διὰ τὸ εἰς σὲ καταφρόνησιν, ὑβριστικῶς αὐτῷ προσῆλθον. τότε γὰρ κ᾽ σοὶ δοθήσεται ἡ iniuriarum. τὸ αὐτὸ φαμὲν κ᾽ ἡνίκα ἀλλότριος οἰκέτης bona fide σοὶ ἐδούλευεν. ὑβρισθέντος γὰρ αὐτοῦ, τηνικαῦτα δοθήσεταί σοι ἡ iniuriarum, ἡνίκα ἀποδείξεις διὰ τὸ εἰς σὲ καταφρόνησιν πεπρᾶχθαι ταῦτα.

7 ¶ Ἡ δὲ τῆς iniuriarum ποινὴ ἐκ τοῦ δυωδεκαδέλτου[f] νόμου. εἰ μὲν μέλος τινὸς ἐρράγη ταυτοπάθεια[g] ἦν. τὸ αὐτὸ γὰρ ὑφίστατο, ὁ μέλος

luti si quis alienum vt seruum (atrociter) verberauerit: & in hunc casum actio proponitur. At si quis seruo cõuicium fecerit, vel pugno eum percusserit, nulla in eum actio domino competit.

4 ¶ Si communi seruo iniuria facta sit, aequum est, non pro ea parte qua dominus quisq. est, aestimationem iniuriae fieri, sed ex dominorum persona, quia ipsis fit iniuria.

5 ¶ Quòd si vsusfructus in seruo Titii est, proprietas Maeuij, magis Maeuio iniuria fieri intelligitur.

6 ¶ Sed si libero homini, qui tibi bona fide seruit, iniuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tũc enim cõpetit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo est & in seruo alieno bona fide tibi seruiente, vt toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam iniuria ei facta sit.

7 ¶ Poena autem iniuriarum ex lege 12. Tabularum propter

pter membrum quidē ruptum, talio erat, propter os verò fractum nūmariæ pœnæ erāt constitutæ, quasi in magna veterū paupertate. Sed postea Prætores permittebāt ipsis, qui iniuriā passi sunt, eam æstimare, vt iudex vel tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidē iniuriæ, quæ ex lege 12. Tabularum introducta est, in desuetudinem abiit: quam autē Prætores introduxerunt (quæ etiā honoraria appellatur in iudiciis frequētatur. Nam secūdum gradum dignitatis, vitæq; honestatem, crescit aut minuitur æstimatio iniuriæ: qui gradus cōdēnationis & in seruili persona nō immeritò seruatur: vt aliud in seruo actore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel cōpedito ius ęstimationis cōstituatur.

ῥήξας τινός. εἰ δὲ ὀστοῦν ἔκλασεν, εἰς χρήματα ἐγίνοντο αἱ καταδίκαι. καὶ ἦν τοῦτο ἀφόρητον [a] τοῖς παλαιοῖς, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῖς πενίαν. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ πραίτωρες [b] ἀναιρεθείσης τῆς ἀπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου τιμωρίας ἐπινενοημένης, τοῖς ὑβρισθεῖσιν ἐπέτρεπον διατιμήσασθαι τὴν ὕβριν, ἣν ὑπέστησαν, ὅσης βούλονται ποσότητος, καὶ τυχὸν αὐτὸς ὁ ὑβρισθεὶς ἔλεγεν, ὅτι Διατιμῶμαι τὴν ὕβριν ἣν ὑπέστην ἑκατὸν νομισμάτων. καὶ ὁ τὴν iniuriarum ἀκροώμενος, ποτὲ μὲν εἰς τοσοῦτον κατεδικάζετο, τουτέστιν εἰς τὰ ἑκατόν. ποτὲ δὲ εἰς ἐλάττονα ποσότητα τὴν καταδίκην ἔφερεν, ὡς ἂν αὐτῷ δίκαιον ὤφθη. ¶ Ἀλλ' ἡ μὲν ὑπὸ τῆς δωδεκαδέλτου [c] εἰσενεχθεῖσα ποινή, εἰς ἀσυνήθειαν ἐχώρησεν. ἡ δὲ ἐπὶ τῶν πραιτώρων [d] ἐπινοηθεῖσα ἐν τοῖς δικαστηρίοις συνεχής ἐστι. κατὰ γὰρ τὸν βαθμὸν τοῦ ἀξιώματος, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῆς πολιτείας τοῦ ὑβρισθέντος, ποτὲ μὲν αὔξει, ποτὲ δὲ μειοῦται ἡ τῆς ὕβρεως διατίμησις. ἔστι ὅτε γὰρ ἡ αὐτὴ ὕβρις, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ προσφέρεται συγκλητικῷ ἀνδρὶ καὶ ἰδιώτῃ σεμνῶς πολιτευομένῳ. τοῦ μὲν συγκλητικοῦ λόγου χάριν ἡ ὕβρις διατιμηθήσεται ἑκατὸν πεντήκοντα νομισμάτων. τοῦ δὲ σώφρονος ἰδιώτου ἑκατόν. τοῦ δὲ ἀσέμου πεντήκοντα. οὗτοι οἱ τῶν διατιμήσεων βαθμοί, σώζονται καὶ ἐπὶ οἰκετῶν ὑβρισθέντων. ἑτέρως μὲν γὰρ διατιμηθήσεται ἡ ὕβρις, ἐὰν τὸν διοικητὴν [e] οἰκέτην πάσης μου τῆς περιουσίας ὑβρίσῃς. καὶ ἑτέρως ἡνίκα ὑβρίσῃς τὸν οἰκέτην μου, ᾧ μίαν ἐνεχείρησα φροντίδα, τυχὸν διοικητὴν αὐτὸν ποιήσας, τῶν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ διακειμένων μου κτημάτων. ἄλλως δὲ ἐπὶ τοῦ ἀτελεστάτου

cuiuspiā rupisset: sin vero os fregeras, in pecuniā fiebant condemnationes. Quod & ipsum veteribus graue erat, ob magnam ipsorum paupertatē. Postea autē Prætores, sublatis pœnis, quę à Lege duodecim Tabularum inuentę fuerant, permittebant his qui passi erant iniuriā, vt iniuriam quā passi fuerant, quanticumque vellent, æstimarent. Et fortè dicebat is, qui adfectus erat iniuria. Iniuriam quæ mihi illata est, cētum aureis æstimo. Atque is, ad quem ea de re in ius ibatur, modò tanti condemnabat, id est, in cētum aureos, aliàs in minorē summam cōdemnationē moderabatur, prout ei iustum visum fuerat. ¶ Sed pœna quidem quæ à Lege Duodecim Tabularum introducta est, in desuetudinem abiit: quæ verò à Prætoribus inuenta est, frequens est in iudiciis. Nam secūdùm gradū dignitatis vitæque honestate eius, qui iniuriā accepit, aliàs crescit, aliàs minuitur iniurię æstimatio. Finge enim ab eodem homine eādem iniuriam afferri viro alicui Senatorio, & Plebeio cuipiā honestè viuēti, & itē alicui infimę sortis homini. Nempe scilicet, senatoris iniuria (verbi gratia) C L. aureis æstimabitur: plebeij verò honestioris C. humiliori, autē L. Atque hi ęstimationum gradus seruantur & in seruis iniuria adfectis. Aliter n. iniuria ęstimabitur in seruo, cui omniū mearum rerum procurationem credidi: & aliter in seruo, cui vnius tantum actus administrationem commisi. Tradita fortè cura possessionum mearum, quæ hoc aut illo in loco sitæ sunt: & aliter in vilissimo

a Sex. Cæcilius apud 20 Gelliū. 1. Non omnino, inquit, omnes iniurias are isto pauco diluerunt, tametsi hæc paucitas assium graue pondus aris fuit. Nam librarius assibus in ea tempestate populus vsus est: quo loco id quod dicitur graue pondus, aris fuisse, hic ἀφόρητον fuisse scribitur.

b Hæc iniuriarum actio Prætoria, moribus introducta dicitur Paul. 5. sent 4. §. 7.

c Iniuriarum pœna lege xij. Tabul. introducta, desueta

d Iniuria pœna prætoria ordinaria & vsitata: de iniuria autem hodie extra ordinem cognoscitur, & ex causa personáque statuitur. l. vl. ff. eod. 60 Eclog 21. c. 60.

e Διοικητὴν πάσης περιουσίας actor eius opponitur οἰκέτης ᾧ μίαν ἐνεχείρησα φροντίδα. quem medij actus hominem hic appellat Imperator Vlpianus in l. 15. §. itaque 44. ff eo. priorem appellat dispēsatorem, alterum, mediastinū: quāquam illo loco opponere videatur bonæ frugi seruum vulgari: ordinarium, mediastino: dispēsatorem, quasi quali.

in mediastino & compedito seruulo.

8 ¶ Atqui neque lex Cornelia commisit, vt iniuriã præteriret. Nam & eã actionem iniuriarũ introduxit, quæ competit, si liber homo pulsatum se aut verberatum queratur, aut aliquem vi in domum suã venisse dicat. Domum autem cuiusq; intelligimus, siue in propriis ædibus habitet, siue in conductis, siue gratis, siue hospitio exceptus sit.

9 ¶ Atrox iniuria indicatur: vel ex facto, vel ex loco, vel ex persona. Ex facto, veluti, si quis à quopiã vulnera acceperit, aut fustibus cæsus sit. Ex loco, veluti, si cui in Theatro, aut in foro, vel in conspectu Prætoris, id est, magistratus iniuria facta sit. Ex persona, veluti si magistratus iniuriã passus fuerit, aut si Senatori ab humili persona iniuria illata sit, aut si parentes iniuria affecerint libert, vel patronos liberti. Aliter enim senatoris & parentis patronísque, & aliter extranei, vel humilis personæ æstimatur iniuria. Nonnunquam & vulneris locus atrocem facit iniuriã, veluti siquis in oculo percussus fuerit. Nec interesse putamus patrisfamiliâs an filiofamiliâs hæc iniuria adferatur. Nam in omnibus atrox hæc iniuria putanda est.

10 ¶ Illud autem velut in summa sciendum est de omni iniuria eum, qui passus est, posse, vel criminaliter iniuriarũ agere, vel pecuniariè siue ciuiliter. Et siquidem ciuiliter agitur, æstimatio secundũ ea, quæ diximus, fiet, & in tantum

καὶ ἐν [a] δεσμοῖς ὄντος οἰκέτου.

8 ¶ Οὐδὲ ὁ Κορνήλιος [b] νόμος περὶ ὕβρεως διαλεχθῆναι ἠμέλησεν. ἐπενόησε γὰρ καὶ αὐτὸς τὴν iniuriarum. ἥ τις ἁρμόζει ἐὰν ἐλεύθερος λέγῃ ἑαυτὸν ὠθῆναι ἢ τυπτηθῆναι, ἢ ὅτι βίᾳ τις εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτοῦ οἶκον. τὸν δὲ αὐτοῦ οἶκον νοοῦμεν, εἴτε ἐν ἰδίᾳ οἰκείᾳ ᾤκει, εἴτε μισθοῦ εἴτε προῖκα, εἴτε ὡς ξένος ἐδέχθη.

9 ¶ Τραχεῖα [c] δὲ ὕβρις κινεῖται, ἢ ἀπὸ πράγματος, ἢ ἀπὸ τόπου, ἢ ἀπὸ προσώπου. Ἀπὸ πράγματος, οἷον ἐάν τις ὑπό τινος δέξηται τραύματα, ἢ ῥάβδοις τυπτηθῇ. Ἀπὸ τόπου, οἷον ἐάν τις ἐν θεάτρῳ, ἢ ἐν ἀγορᾷ, ἢ ἐπ' ὄψεσι [d] τοῦ πραίτωρος, τουτέστι τοῦ ἄρχοντος ὕβριν ὑπόστῇ. ἀπὸ προσώπου, οἷον ἐὰν ἄρχων ὑβρισθῇ, ἢ ἐὰν συγκλητικός τις ἀπὸ εὐτελοῦς ὕβριν ὑπόστῇ. ἢ τοὺς γονέας [e] οἱ παῖδες, ἢ τοὺς πάτρωνας ὑβρίσωσιν οἱ ἀπελεύθεροι. ἑτέρως ἡ τοῦ συγκλητικοῦ, καὶ ἡ τοῦ γονέως, καὶ ἡ τοῦ πάτρωνος, ἑτέρως δὲ ἡ τοῦ ἐξωτικοῦ καὶ εὐτελοῦς προσώπου ὕβρις διατιμᾶται. Ἔσθ' ὅτι καὶ τόπος πληγεὶς τραχεῖαν ἀποφαίνει τὴν ὕβριν. οἷον ἐάν τις τὸν ὀφθαλμὸν [f] πληγῇ. Οὐ διαφέρει μοι δὲ πότερον αὐτεξουσίῳ, ἢ ὑπεξουσίῳ ἡ ὕβρις αὕτη προσηνέχθη. ἐπὶ πάντων τραχεῖα ὕβρις νομισθήσεται.

10 ¶ Ὡς ἐν τέλει δὲ ἰστέον, ὅτι δέδοται παῤῥησία τῷ ὑβρισθέντι εἰ βούλεται ἐγκληματικῶς κινεῖν τὴν iniuriarum, ἢ [g] χρηματικῶς, ἤτοι πολιτικῶς. καὶ εἰ μὲν πολιτικῶς [h] ταύτην κινήσῃ. καὶ ἡ διατίμησις τῆς ὕβρεως, κατὰ τὰ εἰρημένα γενήσεται. καὶ εἰς τοσοῦτον

8 ¶ Sed & lex Cornelia de iniuriis loquitur, & iniuriarum actionem introduxit, quę competit ob eam rẽ, quòd se pulsatũ quis, verberatũve, vel domum suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, siue in propria domo quis habitet, siue in conducta, siue gratis, siue hospitio receptus sit.

9 ¶ Atrox iniuria æstimatur vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris iniuria facta sit, vel ex persona, veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona iniuria facta sit, aut parenti, patronóve fiat à liberis vel libertis, aliter enim Senatoris & parẽtis, patronique, aliter extranei, & humilis personæ iniuria æstimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem iniuriã facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit.

Parui autem refert, verum patrisfamil. an filiof. talis iniuria facta sit. nam & hæc atrox iniuria æstimabitur.

10 ¶ In summa sciendum est, de omni iniuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel ciuiliter. Et si quidẽ ciuiliter agatur, æstimatione facta secũdũ quod dictũ est,

pœna

a Compeditus igitur, ὁ ἐν δεσμοῖς. quo habitu plerũque serui custodiebantur à dominis & in publicum prodibant.

b De iniuriarum ex lege Cornelia actione, eiúsque æstimatione, ad de 60. Eclog. 21. c. 53. l. 5. l. 23. ff eod.

c His tribus atrox iniuria æstimatur, ἀπὸ πράγματος, ἀπὸ τόπου, ἀπὸ προσώπου. 60. Eclog. 1. c. 11. l. 7. §. atrocẽ. 7. & 8. ff. de iniuriis l 4. C. eo. Paul. 5. sent. 4. §. 10.

d Iniuria illata in conspectu prætoris atrox est loco ipso: in conspectu P. Romani, ipso tempore v. Cuiac. in Pauli 5. sent. 4. §. 10.

e l. 28. §. omnia ff. de pœnis.

f l. 8. ff. de iniuriis.

g Iniuriarum agi ciuiliter vel criminaliter posse.

h Iniuria pœna ciuilis qua.

pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur. ¶ Hoc videlicet obseruando, quod Zenoniana constitutio introduxit: vt viri illustres, quiq. super eos sunt, & per procuratores possint actionē iniuriarum criminaliter vel persequi vel suscipere, secundùm eius tenorem, qui ex ipsa manifestiùs apparet.

11 ¶ Non solū autem is iniuriarū tenetur, qui fecit iniuriam, id est, qui percussit, verùm ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriam vel qui procurauit, vt cui mala pugno percuteretur.

12 ¶ Hæc actio dissimulatione aboletur, & ideò si quis iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animū suum non reuocauerit, postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

ἡ καταδίκη ἐπιτεθήσεται. εἰ δὲ ἐγκληματικῶς, [a] ὀφφίκιον ἔσται τοῦ δικαστοῦ, ὥστε ἔξωθεν [b] ἣν βούλεται ποινὴν ἐπαγαγεῖν τῷ ὑβρίσαντι τυχὸν ἐξορίαν, ἢ εἰς μέρος δημεύσεως. ¶ Φυλαττέσθω δὲ πανταχοῦ τὸ εἰσενεχθὲν ὑπὸ διατάξεως τῆς τῆς θείας λήξεως Ζήνωνος. ὥστε τοῖς ἰλλουστρίοις, καὶ τοῖς μείζοσι κατὰ τὸ ἀξίωμα, ἐξεῖναι διὰ [c] προκουράτορος τὴν iniuriarum ἐγγυμνάζειν ἐγκληματικῶς καί τοι διὰ προκουράτορος ἔγκλημα κινεῖν κεκώλυταί τις διὰ προκουράτορος δὲ ἔξεστι τοῖς εἰρημένοις ὑποδέχεσθαι τὴν iniuriarum, καθὰ τῇ αὐτῇ περιέχεται διατάξει. σαφέστερον δὲ παντα μαθεῖν δυνατὸν τὴν ἀναγνοῦντα διάταξιν.

11 ¶ Οὐ μόνον δὲ ὁ τυπτήσας με τῇ iniuriarum κέχρηται, ἀλλὰ [d] κἀκεῖνος οὗ κατὰ δόλον τοῦτο γέγονεν, ἢ ὃς ἐσπούδασε τυφθῆναί με.

12 ¶ Ἡ iniuriarum ἀποσβέννυται τῇ παραποιήσει. ὅθεν ἐάν τις ὑβρισθεὶς καταφρονήσῃ τοῦ γινομένου, τουτέστι μὴ ἀγανακτήσῃ ἐπὶ τῷ πραχθέντι, μηδὲ ὡς δεινὸν τοῦτο δέξηται, κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ἅμα τῷ ὑβρισθῆναι, τηνικαῦτα ἐκ μεταμελείας τὴν συγχωρηθεῖσαν ὕβριν, οὐ δύναται κινεῖν.

condemnabitur reus. Sin autē criminaliter, officio Iudicis continetur, vt extraordinariè, quam velit, reo pœnam imponat: aut relegationē fortè, aut partis bonorū publicationē. ¶ Hoc tamen seruandum vbique est, quod D. Zenonis cōstitutione est introductum, vt viris illustrib. & qui maiore dignitate præditi sunt, vel per procuratorem actionē iniuriarū exercere liceat, quā uis nemo per procuratorem, reum criminis facere possit. Per procuratorem quoque his quos iam diximus, actionem iniuriarum excipere licet: sicut eadem constitutione cautum est. Sed hæc omnia clarius apertiúsque cognoscet, qui dictam constitutionem legerit.

11 ¶ Non solum autem is iniuriarum tenetur, qui me percussit, verùm etiam is, cuius dolo id factum est, aut qui procurauit, vt ego percuterer.

12 ¶ Iniuriarum actio dissimulatione tollitur. Itaque si quis iniuria affectus, id contēpsit, hoc est, non indignatus est, neque vt rem indignam iniquo animo & grauiter tulit, tunc ex pœnitentia remissam iniuriam recolere non potest.

a *Iniuria pœna si eius nomine criminaliter agatur.*
b *ἔξωθεν posuit pro extra ordinem & extra ordinaria pœna, cuius loco author Eclo. 60. tit. 21. c. 60. dixit ἐξ ἐπιτροπῆς.*
c l. vlt. C. eo. 60. Eclo. 21. c. 68. *aliàs excepta his persona iniuriarum nisi præsentes accusare possunt: crimen enim quod vindicta aut calumnia iudicium expectat, per alios intendi non potest. Paul. 5. sent. 4. §. 11.* l. non solum. §. agere. ff. de iniuriis. l. licet. §. 1. ff. de procurat.
d 60. Eclog. 21. c. 13.

DE OBLIGATIONIBUS QUÆ EX QUASI DELICTO NASCUNTUR. TIT. V.

ΠΕΡΙ ΕΝΟΧΩΝ ΩΣΑΝΕΙ [e] ἀπὸ ἁμαρτίας φυομένων. ΤΙΤΛΟΣ Ε.

DE OBLIGATIONIBUS QUAE EX QUASI DELICTO NASCUNTUR. TIT. V.

e *Author Eclogæ lib. 7. titu. 3. ex lib. 54. tit. 14. c. 5. dixit ὡσανεὶ ἐκ κακουργημάτων.*

¶ De quarto genere obligationum (dictum est enim superius de obligationibus ex contractu, vel quasi: & ex delicto) seu de obligationibus quasi ex delicto. ¶ In iudicem qui non dolo malo, sed per imperitiam iudicauit, hanc actionem dari. 1 In eum ex cuius cœnaculo aliquid deiectum, effusúmve, aut suspensum cecidit. (¶ Pœna deiecti & effusi dupli: occisi, ex superioribus causis, liberi hominis aurei quinquaginta: si aliter nocitum, arbitraria pœna est.) 2 In filiumfamilias seorsim à patre habitantem dari actionem si quid tale deiectum, effusúmve ex illius domo: aut si is iudex per imperitiam iudicauit, non in patrem. 3 In exercitorem nauis, caupona, stabuli, ex eorum maleficio quorum opera illis locus vsus est, hanc actionem dari. In heredes non dari, licèt heredibus detur.

CVm dictum sit de actionibus, quæ ex delicto nascuntur, dicamus & de his quę ex quasi delicto sunt. Cùm inter me & Titium lis esset, Męuius ius de ea re dicebat. Et mihi iniuriã fecit. Nã fortè cùm nihil deberem, condemnauit me: &, quod à iurisconsultis dicitur, litem suam fecit. Videamus contractus id sit, an quasi contractus, an verò delictum. Et quidẽ contractus non est. Nam contractus vtriusque consensum requirit. Porrò non de consensu meo iudex mihi iniuriam fecit. Neque rursus est quasi contractus. Nam quasi cõtractus quãuis vtriusque consensum non requirat, attamen vt iure ciuili licitus sit ac permissus, oportet: quemadmodum videmus in obligatione negotiorũ gestorum. quæ ratio hîc cessat. Neque enim permissum est iudici: vt quem velit litigantium iniuria adficiat. Atqui nec delictum est. Quoniam interdum fieri potest, vt non malo animo, sed iuris dicendi imperitia & per imprudentiam tale quid committat. Vnde quoniã aliquid deliquit, quasi ex delicto tenetur: & tanti condemnatur, quantum iudici qui inter eum & illum cui iniuria facta est, iusdicit, æquũ videtur, eũ alteri pœnæ nomine dare oportere. Nam ei qui lęsus est, actio in factum competit.

1 ¶ Ad quasi delictum & illa species pertinet. Habitabã in domo quapiam, cuius fortè dominus eram, aut mercede eam habebam, vel gratis. Ex ea tegulam aliquis deiecit aut lapidem, vel aquam effudit, ita vt alicui eorum: qui transibant, noceret: In factum mecum agetur. Ideo autem hoc non propriè deli-

a *Litem suam facere* [Greek] *dixit author* Eclogæ 7. tit. 3. ex lib. 54. tit. 14. c. 5. adde l. vlti. ff. de variis & extra. cognit. l. 5. §. si iudex litem suam 4. ff. de oblig. & act.

b *Contractus enim est duorũ pluriũmve in idem consen*sus. l. 1. §. 2 l. 7. §. 2. ff. de pactis, *seu vt dicitur*. §. 2. sup. de obligationibus *duorum pluriũmve* [Greek] *obuenient*.

c *Quasi contractus vtriusque consensu non perficitur.*

d *Quasi contractus liciti atque permissi.*

e *Malè iudicatur* [Greek] *dixit author* Eclog. d. loco.) [Greek]

f *in factum actione, vt infra eodem & Eclog. d. loco.*

g l. 5. §. item is ex cuius cœnaculo. 5. ff. de obliga. & actio. & titulo Digest. de his qui deiecerunt vel effuderunt.

Εἰπόντες τὰς ἀπὸ δελίκτων ἀγωγάς, εἴπωμεν καὶ τὰς ὡσανεὶ ἀπὸ δελίκτων. ἐμοὶ καὶ Τιτίῳ ἐδίκαζε Μαίβιος. ἠδίκησέ με. τυχὸν γὰρ μηδὲν ἐποφείλοντά με κατεδίκασε. καὶ τὸ λεγόμενον παρὰ τοῖς νομικοῖς litem [a] suam ἐποίησε. τουτέστι καθ' ἑαυτοῦ δίκην ἤγειρε. σκοπῶμεν ἄρα πότερον κοντράκτον ἐστίν, ἢ κουάσι κοντράκτον, ἢ δέλικτον. καὶ πῶς κοντράκτον οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ κοντράκτον, [b] τῶν δύο τὴν συναίρεσιν ἀπαιτεῖ, οὐ κατὰ συναίρεσιν δὲ ἐμὴν ἠδίκησέ με ὁ δικαστής. οὐδὲ κουάσι κοντράκτον. τὸ γὰρ κουάσι κοντράκτον, εἰ [c] καὶ μὴ τῶν δύο τὴν συναίρεσιν ἀπαιτεῖ, ἀλλ' οὖν ὀφείλει παῤῥησίαν [d] ἔχειν ἐκ νόμων, εἰς τὸ γίνεσθαι, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τῶν negotiorum gestorum. ἀφεῖ δὲ οὗτος ὁ λόγος ἐνταῦθα. οὐδεμία γὰρ δέδοται παῤῥησία τῷ δικαστῇ ἀδικεῖν ὃν βούλεται τῶν δικαζομένων. ἀλλ' οὔτε δέλικτον τοῦτο. ἔσθ' ὅτε γὰρ ἐξ ἀπειρίας [e] τοῦ δικάζειν, οὐ κακῇ διανοίᾳ τοῦτο ἔπραξεν. ὅθεν ἐπειδὴ ἡμάρτηκε ὁ δικαστής, ὡς ἀπὸ τοῦ κουάσι δελίκτου [f] κατέχεται. καὶ εἰς τοσοῦτον καταδικάζεται, εἰς ὅσον ἂν δοκιμάσῃ ὁ δικάζων αὐτῷ καὶ τῷ ἀδικηθέντι, χρῆναι αὐτῷ λόγῳ ποινῆς καταβάλλειν. τῷ γὰρ βλαβέντι ἡ in factum ἁρμόζει.

1 ¶ Ὑπὸ τοῦ κουάσι δέλικτον ἀνάγεται κἀκεῖνο τὸ θέμα. ἔμενον ἐγὼ ἔν τινι οἰκίᾳ, ἧς ὑπῆρχον δεσπότης, ἢ καὶ μισθοῦ ταύτην εἶχον, ἢ προῖκα. ἔῤῥιψέ [g] τις ἐντεῦθεν λίθον, ἢ κέραμον, ἢ ἐξέχεεν ὕδωρ, καί τις τῶν παριόντων ἐβλάβη· ἐναχθήσομαι ἐγὼ τῇ in factum. διὰ τοῦτο οὐδὲ κυρίως δέλι-

SI iudex litem suam fecerit non propriè ex maleficio obligatus videtur, sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & vtique peccasse aliquid intelligitur, licèt per imprudentiam, ideò videtur quasi ex maleficio teneri, & in quãtum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnam sustinebit.

1 ¶ Item is, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipsius, vel cõducto, vel in quo gratis habitat, deiectum effusúmve aliquid est, ita vt alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non propriè ex maleficio

cio obligatus intelligitur, quia plerunq; ob alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri solet, id positū aut suspensū habet, quod potest, si cecide rit, alicui nocere, quo casu pœna decem aureorum constituta est. ¶ De eo verò, quod deiectū effusúmve est dupli, quantum damni datū sit, constituta est actio. Ob hominem verò liberū occisum quinquaginta aureorum pœna constituitur. Si verò viuat, nocitūq; ei esse dicatur, quantū ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur. Iudex enim cōputare debet mercedes medicis præstitas, cętera que impendia, quæ in curatione facta sunt, pręterea operas, quibus caruit, aut cariturus est, ob id quod inutilis est factus. 2 ¶ Si filiusfamiliâs seorsum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effusúmve fuerit, siue quid positum suspēsúmve habuerit, cuius

χῶν τοῦτό ἐστιν. ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, διὰ τὸ ἑτέρου πταῖσμα οἰκέτου τυχὸν, ἢ ἐλευθέρου συνοικοῦντός μοι καὶ ταῦτα ποιήσαντος, ἐγὼ κρατοῦμαι. ἔοικε τούτῳ τῷ θέματι κἀκεῖνο. ᾤκουν ἐγὼ ἐν [a] τῇδε τῇ οἰκίᾳ. αἱ δὲ θυρίδες αἱ ἐμαὶ ἑώρων εἰς τόπον δημόσιον, δι' οὗ τοῖς βουλομένοις ἐξῆν παριέναι. ἐν τῇ θυρίδι τῇ ἐμῇ ἐτέθη τι, ἤγουν ἐκρεμάσθη [b], ὅπερ καὶ πεσὸν ἠδύνατο τὸν παριόντα βλάψαι. ἔστι δὲ ποινὴ δέκα νομίσματα ἐν τούτῳ τῷ θέματι. ¶ Ἐν δὲ τῷ προλαβόντι, ἔνθα ἐρρίφη τι καὶ ἐξεχύθη, τὸ [c] διπλάσιον τῆς ζημίας. ἣν ὁ βλαβεὶς ὑπέστη. εἰ δὲ ἐλεύθερος [d] παριὼν ἐκεῖθεν ἐφονεύθη, εἰς πεντήκοντα νομίσματα ἐστὶν ἡ καταδίκη. εἰ δὲ ζῇ μὲν, ἐβλάβη δὲ, εἰς τοσοῦτον καταδικασθήσεται ὁ ἐν τῇ οἰκίᾳ μένων, ἐξ ἧς ταῦτα γέγονεν, εἰς ὅσον ἂν συνίδῃ ὁ δικάζων χρῆναι αὐτὸν καταδικασθῆναι. ὀφείλει γὰρ ὁ δικαστὴς συμψηφίσαι τὸν τοῖς ἰατροῖς παρεχόμενον μισθὸν, καὶ τὰ λοιπὰ δαπανήματα, ἅπερ περὶ τὴν ἐπιμέλειαν γέγονεν. ἔτι δὲ καὶ ὧν ἐστερήθη ὁ παριών. τυχὸν γὰρ τέκτων ἦν εἶτα πληγεὶς τὴν χεῖρα ἐργάσασθαι τέως οὐκ ἠδύνατο. σκοποῦμεν πόσον ἤμελλε λαμβάνειν ἐργαζόμενος ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς διὰ τὴν πληγὴν ἐργάσασθαι οὐκ ἠδυνήθη. ἢ καὶ εἰ γέγονεν ἀχρεῖος, οὐ μόνον τοῦ παρελθόντος χρόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος, τὰς ὀπέρας διατιμώμεθα.

2 ¶ Ὁ ἐμὸς [e] ὑπεξούσιος υἱὸς ᾤκει ἐν οἰκίᾳ, κεχωρισμένος ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐμοῦ δηλαδὴ πατρός. ἐκ τῆς διαίτης αὐτοῦ ἐρρίφη τι, ἢ ἐξεχύθη, ἢ ἐκρεμάσθη ἐκ τῆς αὐτοῦ θυρίδος, ἢ καὶ ἐτέθη, οὗ

ctū esse intelligitur, quia plerūque ob alterius culpam, serui forsitan, aut etiam liberæ personæ quæ mecum habitat, à quibus id factum sit, ego teneor. Huic & illa species similis est. Habitabam ego in his ædibus. porrò fenestrę earum in locum publicū spectabant quà cuique liberū erat iter facere. Porrò in mea fenestra positum erat aliquid aut suspensum, quod si caderet, nocere alicui poterat. Quo casu pœna decē aureorū constituta est. ¶ In priore verò specie, cùm quid aut deiectum est aut effusum, dupli quantum damni datum fuerit, actio est. Quòd si liber homo illac prætereuntes occisus fuerit, in quinquaginta aureos fit condemnatio. Sin verò viuat, nocitúmque ei esse dicatur, in tantum condemnabitur domus illius, ex qua id factum fuerit habitator, in quantum ob eam rem eum condemnari iudici æquum videbitur oportere. Computare enim debet iudex & mercedes, quæ medicis præstantur, & cęteros sumptus, qui in curationem facti sunt. Ad hæc & operas, quibus caruit is, qui inter transeundum læsus est. Quoniā fortè faber erat, & cùm manui eius nocitū esset opus interim facere non potuit. Spectamus enim, quantū his diebus, per quos ob adflictam manum ab opere cessauit, lucrifacturus ex labore suo fuerit. Sed & si inutilis factus est, nō solū præteriti tēporis, sed etiā futuri operas æstimamus. 2 ¶ Filius meus quem in potestate habebā seorsum à me patre suo in ædibus quibusdam habitabat. Ex cœnaculo eius deiectum quid est vel effusum, aut in fenestra eius positū quid est aut suspēsum, cuius

a 19. Eclo. 10. ex li. 60. ti. 4. c. l. §. 5. ver. cui similis ff. de obligatio nibus.

b *Pœna dāni ex suspenso accepti, decem aurei.* Eclo. d. c. 4.

c *De pœna damni ex deiecto & effuso.* adde Eclo. d. loc. c. l. & li. 7. tit. 9. ex li. 10. tit. 37. in fi. scholij.

d adde 6. Harmen. 1. §. 5.

e 19. Eclo. 10. ex lib. 60. tit. 4. c. in fin. l. §. 5. vers. Ideo si filiusfam. ff. de obligat.

casus prætereuntibus nocere possit: placuit Iuliano nullam esse aduersus patrem actionem, sed aduersus ipsum filium. Idémq; dicimus, cùm tibi is, quẽ in potestate mea habeo, iniuriam iudex fecerit. Quoniam cum ipso in factum agere poteris, non mecum, quamuis pater eius sim.

3 ¶ Aliquis exercitor nauis erat, aut cauponæ, aut stabuli. Si in caupona, aut naui, vel stabulo dolo aut furto cuiusquam damnũ mihi datum fuerit, ipse actione in factum mihi tenebitur, velut ex quasi delicto. Dumtaxat si nihil ab eo fraudis admissum sit, sed ab aliquo ex ministris aut famulis, quorum opera nauim, cauponam, aut stabulum exercet. Nã ex contractu dominum nauis, cauponæ aut stabuli obligatum esse, non possis dicere. Neque enim quicquam cum eo contractum est. Quoniam tamen nonnihil id culpę eius ascribi potest, quòd opera malorum hominum vtatur, ideo quasi ex delicto tenetur. ¶ Hæc autem in factum actio, heredibus quidem eius, qui iniuriam accepit, dabitur: sed aduersus exercitoris heredes non competet.

a l. 5. §. item exercitor nauis. 6. ff. de obligationibus.

b adde 3. Harmen. 8. §. 41. in fi.

c *Pœnales actiones ex quasi delicto in heredem non dantur.* l. vlt. §. vlt ff. nautę, caupones, stabularij, l. 16. ff de iudiciis, l. 5. §. hęc autem. ff. de his qui deiecerunt: *quæ in parte quasi delicta, delicti exæquata.* §. 1. infra de perpetuis & tempor. act.

ἢ καταπίπτωσις ἐπικίνδυνος τοῖς παριοῦσιν. ἤρεσε τῷ Ἰουλιανῷ κατὰ τοῦ πατρὸς μηδεμίαν εἶναι ἀγωγὴν, ἀλλὰ κατ' αὐτοῦ τοῦ παιδός. τὰ αὐτὰ φαμὲν, καὶ ὅτε ὁ ἐμὸς ὑπεξούσιος δικάσας ἠδίκησέ σε, κατ' αὐτοῦ γὰρ ἕξεις τὴν in factum, οὐ κατ' ἐμοῦ τοῦ πατρός.

3 ¶ Ἐξερκίτωρ [a] τις ἦν νεὼς, ἢ καπηλεῖον εἶχεν, ἢ πανδοχεῖον. ἐὰν ἐν τῷ καπηλείῳ, ἢ ἐν τῷ πλοίῳ, ἢ τῷ πανδοχείῳ κατὰ δόλον τινὸς, ἤγουν κλέψαντος ὑπέστω ἔσω ζημίαν, καταχεθήσεται αὐτὸς τῇ in factum, ὡς ἀπὸ τοῦ κυάσι δηλίκτου. μόνον μέντοι, εἰ μηδεμίαν αὐτὸς ἥμαρτε κακουργίαν, ἀλλά τις τῶν ἐργατῶν, ἢ τῶν μισθωτῶν, δι' ὧν ἡ ναῦς ἔπλει, ἢ τὸ καπηλεῖον, ἢ τὸ πανδοχεῖον διῳκεῖτο. ἀπὸ γὰρ κοντράκτου οὐκ ἔστιν αὐτὸν εἰπεῖν ἔνοχον τὸν κύριον τῆς νεὼς, ἢ τοῦ καπηλείου, ἢ τοῦ πανδοχείου. οὔτε γὰρ συνάλλαγμα γέγονε πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ πταῖσμά τι ἐλέγχεται αὐτοῦ καθὸ [b] κακούργοις ἀνθρώποις εἶχε τοὺς ὑπηρετοῦντας, διὰ τοῦτο ὡσανεὶ ἀπὸ δηλίκτου καταχεθήσεται.

¶ Αὕτη δὲ ἡ in factum ἀγωγὴ τοῖς μὲν κληρονόμοις τοῦ ἀδικηθέντος δοθήσεται. κατὰ δὲ [c] τῶν κληρονόμων τοῦ ἐξερκίτορος οὐχ ἁρμόσει.

casus periculosus est, Iuliano placuit in patrẽ nullam esse actionẽ, sed cum ipso filio agendum esse. Quod & in filiofamilias iudice obseruandum est, qui litem suam fecerit.

3 ¶ Item exercitor nauis, aut cauponę, aut stabuli de dolo, aut furto, quod in naui, aut caupona, aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modò ipsius nullũ est maleficium, sed alicuius eorum, quorum opera nauem, aut cauponam, aut stabulum exercet. Cùm enim neque ex maleficio, neq; ex contractu sit aduersus eum constituta hic actio, & aliquatenus culpæ reus est, quòd opera malorum hominũ vteretur, ideo quasi ex maleficio teneri videtur. In his autem casibus in factum actio competit, quæ heredi quidem datur, aduersus heredem autem non competit.

DE ACTIONIBVS. TIT. VI. | ΠΕΡΙ ΑΓΩΓΩΝ. ΤΊΤΛΟΣ ς. | DE ACTIONIBVS. TIT. VI.

De actionibus cur hoc loco dicatur. ¶ *Actio vnde dicta.* ¶ *Actionis definitio.* ¶ PRIMA DIVISIO. *Actionum alia, in personam: alia, in rem. Et vtraque vel Ciuiles vel Prætoriæ.* ¶ *Ciuiles in personam quæ ex contractu vel ex maleficio.* ¶ *In rem, vel corporalem, vel incorporalem.* 2 (*vt sunt iura vsusfructus prædiorum rusticorum, vrbanorum, in quibus vel confessoria, vel negatoria actione experimur: Negatoria, inquam, quæ non fit in vindicatione rerum corporalium, & cur.*) 3. 4 ¶ *Prætoriæ verò. In rem vel Personam sunt. In rem quidem Publiciana, quæ nondum domino datur* (*id est ei qui nondum vsucepit*)

pit.) 5 *Rescissoria (superiori contraria est) quæ datur ex iusta causa, ei qui cùm abesset rei dominus esse desiit.* 6 *Pauliana (quæ & rescissoria est) quæ in gratiam creditorum rescinditur traditio extraneis facta à debitore, in creditorum fraudem.)* 7 *Seruiana (qua locator in res, in fundum suum locatum inuectas & illatas à conductore experitur pignoris taciti nomine) quasi Seruiana (hac creditores sua pignora, & hypothecas persequuntur.)* 8. 9. 10. 11. *Prætoria in personam, vt de pecunia constituta (in quam transfusa est antiqua Receptitia) De peculio filiorumfamilias & seruorum: De iureiurando.* 12 *Annales, De albo corrupto: De patrono vel parente in ius sine impetratione vocatis, De in ius vocato per vim exempto. Sunt & aliæ Prætoria his similes, hoc est in personam, innumerabiles.)* 13 *Præiudiciales, de libertinitate, de seruitute, de partu agnoscendo (nam de libertate, ciuilis in rem actio est, non Prætoria.)* 14 ¶ *Hac formula,* ᶜ i apparet eum dare oportere, *neminem rem suam à quoquam petere posse, nisi à fure.* 15 ¶ *Actiones in rem, vindicationes: in personam, Condictiones appellari: & cur, vndè re Condictio, dicta.* 16. 17 ¶ SECVNDA DIVISIO. *Actionum alias esse persecutorias Rei.* 18 *Pœnæ.* 19 *Mixtas, id est rei & pœnæ persecutorias (vt est vi bonorum raptorum: legis Aquiliæ, aduersus eos qui legata & fideicommissa ad pias causas dare distulerunt.)* 20 *Mixtæ quædam sunt alio sensu quædam actiones in rem & personam, vt familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum: in quibus tribus iudiciis, potestas iudicis maximè cernitur in adiudicationibus.* 21. 22 ¶ TERTIA DIVISIO. *Actionum aliæ in simplum.* 23 *Duplum.* 24 *Triplum.* 25 *Quadruplum.* 26 *Quo loco obseruandum in duplum.* 27 *In quadruplum actiones, non esse vnius & eiusdem generis.)* 28. 29. ¶ QVARTA DIVISIO. *Actionum aliæ bonæ fidei (& quæ illæ sint) quædam stricti iuris.* 30 *In bonæ fidei iudiciis, iudicem ex æquo & bono æstimare, quantum actori restitui debeat (quo casu minus restitui iubet si quid compensandum sit.)* 31 *Arbitrariæ actiones superioribus aduicinæ sunt, quibus in certam summam iudex condemnat, reum non exhibentem, non restituentem, non soluentem aut noxæ non dedentem. Harum quædam in rem (vt Publiciana, Seruiana, & quasi) quædam in personam (vt de vi, metu, dolo, ad exhibendum, & similes, in quibus ex æquo & bono, naturâque rei, qua de agitur, iudex æstimat quantum actori restitui oporteat.* 32 ¶ QVINTA DIVISIO. *Actione quis interdum petit, Incertum (in his tamen iudex certæ pecuniæ ac quantitatis condemnationem facere debet.)* 33 *Plus quàm ad eum pertineat (quo casu litem olim amittebat, nisi minor aut iusto errore ductus id fecisset. Plus autem petitur, Re, Tempore, Loco, Caussa: quod vltimum in alternationibus & generis promissione maximè cernitur. Hodie verò qui plus petit, aliter punitur.)* 34 *Minus (quo casu reliquum tutò potest petere.)* 35 *Aliud (quo casu eodem iudicio errorem suum corrigere potest cognita veritate.* 36 ¶ SEXTA DIVISIO. *Actionibus interdum in solidum id quis consequitur, quod ei debetur, interdum minus solido: vt est is qui de peculio aduersus patrem vel dominum.* 37 *vt vxor dotem repetens à marito.* 38 *vt qui agit aduersus parentem, patronum, socium.* 39 *vt is cui compensatio potest obiici.* 40 *vt est is qui agit aduersus eum qui bonis cessit.*

SVperest vt de actionibus loquamur.

Διαλεχθέντες [a] περὶ τῶν ἐνοχῶν χωρήσωμεν ἐπὶ τὰς ἀγωγάς. τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ ἐκ τῶν ἐπηγγελμένων ὑπολιμπανόμενον. εἰρήκαμεν γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ ἰνστιτουτίονι, τὴν νομοθεσίαν τὴν ῥωμαϊκὴν καταγίνεσθαι περὶ πρόσωπα, περὶ πράγματα, περὶ ἀγωγάς. εἰπόντες οὖν τὴν τῶν προσώπων διαίρεσιν ἐν τῇ πρώτῃ ἰνστιτουτίονι, διδάξαντες δὲ καὶ περὶ τῶν πραγμάτων ἐν τῇ δευτέρᾳ, καὶ ἐν μέρει τῆς τρίτης. μνησθέντες δὲ καὶ τῶν ἐνοχῶν, εἴπωμεν καὶ περὶ τῶν ἀγωγῶν. ¶ Ὀφείλεις δὲ εἰδέναι, ὅτι ἃς δίκας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι, ταύτας ἀκτιόνας καλοῦσιν

ATQVE hactenus quidem sedulò de obligationibus disputatum est: nunc ergo ad actiones transeamus. Id enim ex his quæ iam diu promissa sunt, superest, quoniam libro primo diximus, ius omne ciuile Romanorum circa personas versari, circa res, & circa actiones. Cùm igitur de personarum differentiis libro primo disseruerimus & docuerimus de rebus libro secūdo, quę & in magnam partem libro tertio excurrunt: meminerimúsque & obligationum: dicamus nunc & de actionibus. ¶ Sciendū est autem, quas Athenienses *δίκας* vocabant, eas à Romanis actiones dici.

a *Actionum tractatus in hunc locū cur reiecta.*

¶ Porrò dicuntur actiones ab eo, quòd improbos & perfidos ad iudicia agamus. ¶ Verùm constituamus quid sit actio. Actio est ius petendi in iudicio, quod sibi debetur.

1 ¶ Actionum autē quas aduersus aliquem apud Iudices, vel apud arbitros de quacumque re mouemus, summa diuisio in hæc duo genera deducitur, quoniam actionum aliæ sunt in rem, & aliæ in personam. ¶ Agit enim quisque cum eo, quem obligatum habet, vel ex cōtractu vel ex delicto. Et dicuntur in personam, quoniam aduersus personam, quæ contraxit vel deliquit, mouentur. Atque is qui agit, hæc verba dicit: Si apparet aduersariū dare, facere oportere, condemna eum iudex. ¶ Sed & aliis quibusdam modis talis actio intētari potest. ¶ Interdum etiam cum eo agimus, qui nobis obligatus non est, verùm aliqua de re corporali, quæ penes eum est, controuersiā ei mouemus. Qua in specie prodita est in rem actio. Nam si fundum aut domum possides, quorum ego me dominū esse contendam, túque eadem dicis, teipsum dominum esse adfirmans, actione in rem tecum agam dicens: Si dominum me eius rei esse apparet, aduersarium iudex condemna.

2 ¶ Porrò in rē agimus, tū de rebus corporalibus, tum de incorporalibus: & aut confessoriè, aut negatoriè. Ac res quidem corporales sunt, fundus, domus. Incorporales verò vt vsusfructus, seruitus. Verum in corporalibus tantùm confessoriè

οἱ Ῥωμαῖοι. ¶ Εἴρηνται δὲ ἀγωγαὶ παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς ἀγνώμονας ἐπὶ τὸ δικαστήριον. ¶ Ὁριζώμεθα δὲ τί ἐστιν ἀκτιὼν ἤτοι ἀγωγή. ἀκτιὼν ἤτοι ἀγωγή [a] ἐστι δίκαιον τοῦ ἀπαιτεῖν ἐν δικαστηρίῳ τὸ ἑαυτῷ ἐποφειλόμενον.

1 ¶ Τῶν δὲ ἀγωγῶν ἃς κινοῦμεν κατά τινος παρὰ δικασταῖς, ἤγουν παρὰ αἱρετοῖς δικασταῖς περί τινος πράγματος, ἡ ἄκρα διαίρεσις εἰς δύο γένη ταῦτα κατάγεται. τῶν [b] γὰρ ἀγωγῶν αἱ μέν εἰσιν in rem, αἱ δὲ περσονάλιαι. ¶ Κινεῖ γὰρ εἷς ἕκαστος κατ' [c] ἐκείνου ὃν ἔνοχον ἔχει, ἢ [d] ἀπὸ συναλλάγματος, ἢ ἀπὸ ἁμαρτήματος. καὶ λέγονται περσονάλιαι, ἐπειδὴ ἢ κατὰ τοῦ συναλλάξαντος προσώπου, ἢ τοῦ ἁμαρτήσαντος κινοῦνται. καὶ ὁ κινῶν λέγει ταῦτα τὰ ῥήματα· Εἰ [e] φαίνεται τὸν ἀντίδικον χρῆναι, δοῦναι, ποιῆσαι, καταδίκασον αὐτὸν ὦ δικαστά. ¶ Καὶ ἑτέροις δὲ τρόποις δύναται γενέσθαι τὴν ἀγωγήν. ¶ Ἣν [f] καὶ κινοῦμεν κατ' ἐκείνου, ὅς [g] τις οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἔνοχος, περί τινος δὲ πράγματος σωματικοῦ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ τελείως κατέχειν, ἐπάγομεν αὐτῷ ζήτησιν. ἐπινενόηται δ' ἐνταῦθα in rem ἀγωγή. εἰ γὰρ κατέχεις [h] ἀγρὸν ἢ οἰκίαν, ἅπερ ἐγὼ λέγω τῆς ἐμαυτοῦ δεσποτείας εἶναι, σὺ δὲ τὰ αὐτὰ λέγεις, δεσπότην σεαυτὸν ἀποκαλῶν, νικήσω κατὰ σοῦ τὴν in rē λέγων, Εἰ [i] φαίνεται τὸ πρᾶγμα τῆς ἐμῆς δεσποτείας εἶναι, καταδίκασον ὦ δικαστὰ τὸν ἀντίδικον. 2 ¶ Κινῶ δὲ τὴν in rem, ἢ περὶ [k] σωματικῶν ἢ περὶ ἀσωμάτων, καὶ ἢ [l] κονφεσσορίως, ἢ νεγατορίως. καὶ σωματικὰ [m] μέν ἐστιν, ὁ ἀγρὸς ἢ οἰκία. ἀσώματα δὲ οἷον vsusfructus, δουλεία. ἀλλ' [n] ἐπὶ μὲν τῶν σωματικῶν, κονφεσσορίως

¶ Actio autem nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur.

1 ¶ Omnium autem actionū, quibus inter aliquos apud iudices arbitrósve de quacunque re quæritur, summa diuisio in duo genera deducitur: aut enim in rē sunt, aut in personā. Namque agit vnusquisq; aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio, quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit aduersarium ei dare aut facere oportere, & aliis quibusdam modis. Aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, mouet tamen alicui de aliqua re controuersiam: quo casu proditæ actiones in rem sunt veluti si rē corporalem possideat quis, quā Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum eius se esse dicat, nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

2 ¶ Æquè si agat quis, ius sibi esse fundo fortè, vel ædibus vtendi, fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem actio est.

a *Actio ita definitur apud auctorem Eclogæ 52. tit. 1. ex li. 10. tit. 11. ... 50. v. l. 51.* ff. de obliga. & act.

b *Actionum eadem diuisio proponitur 52.* Eclo. 1. ex li. 10 tit. 4. c. 24. & in l. 25 ff. de obligat.

c *Actiones personales in quos dentur. adde* Eclo. d. c. 24.

d *Actiones in personam sunt vel ex contractu vel ex delicto.*

e *Actionum in personam formula.*

f *lege potest apertius* [illegible]

g *Actionem in rē proponimus aduersus eum qui nullo iure nobis obligatus est. Quæ verba egent interpretatione. Quippe depositum & pignus vindicamus ab his qui re nobis obligati sunt. Quare cum dicimus actione in rem nos uti aduersus eum qui nullo iure obligatus est, perinde est ac si diceremus, aliud actionem in rem esse, aliud in personam. In personam actione agere nos aduersus eū qui nobis obligatus est ad faciendum: In rem actione aduersus eum qui neque ad dandum neque ad faciendum nobis obligatus est sed ad possessionem restituendam. Proinde si coniectura ferri potest, putarem legendum esse hoc loco, qui neutro iure obligatus est. non autem nullo iure, quod & antecedentia satis ostendunt* & lex 25. ff. de obligat. *h* v §. vlt. sup. de oblig. quæ ex delicto. i *Actionis in rem formula.*

k *Actio in rem est vel de re corporali vel incorporali.* l *Actio in rem aut confessoriè aut negatoriè proponitur.* m *σωματικὰ & ἀσώματα quæ dicantur.* n *Agimus confessoriè tantùm in corporalium rerum vindicatione: in corporali etiam negatoriè.*

Eiusdem generis est actio de iure prædiorum vrbanorum, veluti si quis agat ius sibi esse altiùs ædes suas tollendi, prospiciédive, vel proiiciendi aliquid vel immittendi tignum in vicini ædes. Contrà quoque de vsufructu, & de seruitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum vrbanorum, inuicē quoque proditæ sūt actiones, vt si quis intēdat ius nō esse aduersario vtendi, fruēdi, eundi, agēdi, aquāve ducēdi, itē altiùs tollendi, prospiciendive, vel proiiciēdi immittendive, istæ quoque actiones in rem sunt: sed negatiuæ. Quod genus actionis in controuersiis rerum corporaliū proditum non est. Nā in his is agit qui nō possidet, ei verò qui possidet, non est actio prodita per quam neget rē actoris esse. ¶ Sanè vno casu, qui possidet, nihilominus is

μόνον κινῶ. ἐπὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων καὶ κονφεσσορίως, καὶ νεγατορίως. καὶ κονφεσσορίως [a] μὲν κινῶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν, ἡνίκα λέγω, Εἰ φαίνεται τόνδε τὸν ἀγρὸν τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας. κονφεσσορίως δὲ ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων, οἷον vsufructu, τοῦτο μὲν ἀγροῦ, τοῦτο δὲ οἰκίας λέγων. Εἰ φαίνεται τὸν οὐσούφρουκτον τοῦ ἀγροῦ, ἢ τῆς οἰκίας, ἐμὸν εἶναι. ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας τοῦ ἀγροῦ λέγω, Εἰ φαίνεται ἐξεῖναί μοι βαδίζειν διὰ τοῦ ἀγροῦ τοῦ γείτονος, ἢ ἐκεῖθεν ὕδωρ ἕλκειν. ἢ καὶ ἐπὶ δουλείαν οἰκίας, οἷον ἐὰν κινῶ λέγων, δίκαιόν μοι προσεῖναι τοῦ εἰς ὕψος αἴρειν τὴν ἐμὴν οἰκίαν. ἢ δίκαιόν μοι πρόσεστι τοῦ κατοπτεύειν σε, ἢ τοῦ ὑπεκτείνειν ἐξώστην, κατὰ τοῦ σοῦ μεσαύλου, ἢ κατὰ τῶν σῶν δωμάτων. ἢ τοῦ ὑποτίθεσθαι τὰ βάρη τῶν ἐμῶν δοκῶν κατὰ τῶν τείχων σοῦ τοῦ γείτονος. νεγατορίως [b] δὲ κινοῦμεν τὴν in rem, ἡνίκα ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων λέγω, Εἰ φαίνεται τόνδε μὴ ἔχειν τὸ δίκαιον τοῦ vti frui, κατὰ τῆς ἐμῆς οἰκίας, ἢ κατὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ. ἢ τοῦ ἐλαύνειν ὑποζύγια διὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ, ἢ ἕλκειν ἐκεῖθεν ὕδωρ. ἢ τοῦ εἰς ὕψος αἴρειν τὰ ἴδια οἰκοδομήματα. ἢ τοῦ κατοπτεύειν με, ἢ τοῦ ἐπεκτείνειν ἐξώστην κατὰ τῶν ἐμῶν δωμάτων, ἢ κατὰ τῶν ἐμῶν μεσαύλων, ἢ τοῦ ἐπιθεῖναι βάρη κατὰ τῶν ἐμῶν τοίχων. ¶ Αὗται δὲ πᾶσαι in rem εἰσὶ νεγατορίως κινούμεναι χώραν οὐκ [c] ἔχουσαι ἐπὶ τῶν σωματικῶν. ἐπὶ γὰρ τῶν σωματικῶν, ἐκεῖνος μόνος κινεῖ [d] τὴν in rem, ὅς τις οὐ νέμεται. τῷ γὰρ νεμομένῳ οὐ δίδοται in rem, οὐδὲ δύναμαι λέγειν, Εἰ φαίνεται τὸν ἀγρὸν τοῦδε μὴ εἶναι. ¶ Ἐν ἑνὶ [e] μόνῳ θέματι, ὁ νεμόμενος δύναται κινεῖν τὴν in rem. ὅς τις καὶ νέμεται, καὶ

agimus: in incorporalibus autem & confessoriè & negatoriè. Et confessoriè quidem ago in corporalibus, cùm dico: Si huius fundi dominum me esse apparet. Confessoriè verò in incorporalibus, veluti in vsufructu fūdi aut ædium, si dicam. Si apparet vsumfructum fundi ędiúmve meum esse. vel in seruitute fundi, si dicam: Si apparet licere mihi ire per fundum vicini, aut illinc aquam ducere, vel etiam in seruitute ædium: si agā, ius mihi esse altius ædes meas tollendi, aut ius mihi esse in tuo prospiciendi, aut stillicidium in aream tuam, vel in ædes tuas proiiciendi, aut trabium mearum onera in parietem tuum, qui vicinus es, immittendi. ¶ Negatoriè verò in rebus incorporalibus in rem agimus, veluti quum dico: Si apparet hunc ius vtendi fruendi ædibus meis aut fundo meo non habere: aut iumenta per fundum meum agendi, aut aquam illinc ducendi, aut ædificium suum altius tollendi, aut in meo prospiciendi, aut stillicidium in ędes meas vel aream meā proiiciendi: aut onera in parietes meos immittendi. ¶ Omnes hæ actiones in rem sunt negatoriè conceptæ, quæ in rebus corporalibus locum non habent. Quoniam in corporalibus, is solus in rem agere potest, qui non possidet. Nam ei qui possidet, nulla in rem prodita est actio, neque possumdicere: Si apparet fundum huius non esse. In vno tamen casu, is qui possidet in rem agere potest, qui simul & possideat,

a *Actionis cōfessoria formula.*

b *Actionis negatoria formula* adde l. 5. ff. de vsufructu.

c *Actiones negatoria in rebus corporalibus cur locum non habeant.*

d *In rebus corporalibus excepto vno casu is tantum agere solet qui nō possidet.*

e *de huius loci lectione dixi in* Institutionibus hoc loco.

& vices actoris sustineat: sicut in latioribus Digestorum libris opportunius apparebit. ¶ Itaque (vt rem totam in pauca cōtrahaam) in rem agimus in rebus corporalibus & in rebus incorporalibus. Et in corporalibus quidem tantum confessoriè. ¶ Est autem confessoria actio, cùm quis ius, quod sibi adest, confitetur, dicens: *si apparet me dominum esse fundi.* In incorporalibus verò & confessoriè & negatoriè. Cōfessoriè quidem, cùm dico, si apparet vsumfructum meum esse. ¶ Negatoriè verò, cùm id ius nego aduersario adesse, dicens, *si apparet aduersarium ius vtendi fruendi fundo meo non habere.* Sic igitur in incorporalibus non idem & confessoriè agit & negatoriè, sed confessoriè quidem is, qui se ius illud de quo quæritur, habere dicit, velut vsumfructum aut seruitutem in alterius proprietate. Negatoriè verò agit ipse dominus fundi aut ædium, affirmans aduersarium vsumfructū aut seruitutem in fundo suo aut ædibus non habere. ¶ Et quamobrem tandem in rebus corporalibus confessoriè possumus agere, negatoriè verò non possumus? Et eius rei hæc ratio est. Quicumque cum aliquo agit, cum eo iure quod ipse habet, caussam suā iudici probare debet. *Veluti si hunc fundum meum esse apparet:* Nec debet dicere, *Si fundum hunc aduersary non esse apparet.* Nam si ita velit agere, dicet ei aduersarius primùm, Fūdus hic meus est. Deinde si meus non est, vt tu ais, non tamen ideo tuus, verùm alterius est. Neque enim, quod meum nō est, id protinus tuum est.

a *Confessoria actio est, qua ius nostrū confitemur, aut vt Vlpianus ait.* l. 2. ff. si seruitus vindicetur, *qua quis seruitutem sibi competere contendit.*

b *Negatoria actio est qua ius esse aduersario id vel id facere negamus: vel vt Vlpianus* d. l. 2. *qua dominus negat seruitutem aduersario competere.*

c *Cur confessorie tantum agere possumus in rebus corporalibus non negatorie.*

d vide 1. Harmen. 2. §. 49. l. qui accusare. C. de edēdo. l. vlt. Co. de rei vindicat.

e *Non continuo meum est quod tuū non est.*

τάξιν ἄκτορος ἐπέχει, ὥσπερ ἐν τοῖς πλατυτέροις τῶν διγέστων βιβλίοις προσφορώτερον φανήσεται. ὥστε οὖν, δεῖ γὰρ συνελόντα εἰπεῖν, κινεῖται ἡ in rem ἐπὶ σωματικῶν καὶ ἀσωμάτων. ἐπὶ σωματικῶν μὲν μόνον κομφεσσορίως. ¶ Κομφεσσορία[a] δέ ἐστιν ἀγωγή, ἡνίκα τις συνομολογεῖ τὸ προσὸν αὐτῷ δίκαιον, λέγων· εἰ φαίνεται τὸν ἀγρὸν τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας. ἐπὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων καὶ κομφεσσορίως, καὶ νεγατορίως· κομφεσσορίως μὲν ἡνίκα λέγω, εἰ φαίνεται τὸ vti frui ἐμὸν εἶναι. ¶ Νεγατορίως[b] δὲ, ἡνίκα τοῦτο τὸ δίκαιον ἀρνοῦμαι προσεῖναι τῷ ἀντιδίκῳ, λέγων, εἰ φαίνεται τὸ vti frui μὴ ἔχειν τὸν ἀντίδικον κατὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ. ὥστε οὖν ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων, οὐχ ὁ αὐτὸς κινεῖ καὶ κομφεσσορίως καὶ νεγατορίως. ἀλλὰ κομφεσσορίως μὲν ὁ λέγων προσεῖναι αὐτῷ τὸ ἀσώματον, οἷον τὸν vsumfructum, ἢ τὴν δουλείαν, κατὰ τῆς ἄλλου δεσποτείας. νεγατορίως δὲ τὴν in rem κινεῖ ὁ δεσπότης τοῦ ἀγροῦ, ἢ τῆς οἰκίας, διαβεβαιούμενος τὸν ἀντίδικον μὴ ἔχειν τὸ vti frui, ἢ τὸ δίκαιον τῆς δουλείας κατὰ τῆς αὐτοῦ οἰκίας, ἢ κατὰ τοῦ σοῦ ἀγροῦ. ¶ Καὶ τίνος[c] ἕνεκα κομφεσσορίως δυνάμεθα κινεῖν, οὐκ ἔτι δὲ καὶ νεγατορίως ἐπὶ τῶν σωματικῶν; καὶ ἡ αἰτία ἐστὶν αὕτη. ἕκαστος[d] ἐνάγων ὀφείλει πεποιεῖν αὐτῷ τὴν δίκην ἐκ τῶν προσόντων αὐτῷ. οἷον εἰ φαίνεται τόνδε τὸν ἀγρὸν τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας. οὐ μὴν ὀφείλει κινῶν λέγειν, Εἰ φαίνεται τόνδε τὸν ἀγρὸν μὴ εἶναι τῆς τοῦ ἀντιδίκου δεσποτείας. εἰ γὰρ οὕτως εἰσέλθῃ κινῶν, ἐρεῖ αὐτῷ ὁ ἀντίδικος, πρῶτον μὲν, Ἐμός ἐστιν ὁ ἀγρός. εἰ δὲ[e] οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ὡς σὺ λέγεις, οὐ παρὰ τοῦτο σὸς, ἀλλὰ ἄλλου ἐστίν. καὶ γὰρ οὐ πάντως τὸ μὴ ἐμὸν, ἤδη σόν ἐστιν.

actoris partes obtinet, sicut in latioribus Digestorum libris opportuniùs apparebit.

εἰ δὲ μήτε ἐμὸς, μήτε σός ἐστιν ὁ ἀγρὸς, ὀφείλω σε νικᾶν ἐν τῷ παρόντι δικαστηρίῳ, διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· ἐν [a] ἴσῃ αἰτίᾳ, κρείττων ἐστὶν ἡ αἵρεσις τοῦ νεμομένου. In pari causa melior est conditio possidentis. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν σωματικῶν. ἐπὶ [b] δὲ τῶν ἀσωμάτων καλῶς νικοῦμεν τὴν in rem, κομφεσσορείως. κινοῦμεν δὲ καὶ νεγατωρείως. καὶ διὰ [c] τί, μὴ καὶ ἐνταῦθα ἐν ᾧ κινεῖ τις νεγατωρείως τὴν in rem, μὴ λέγομεν αὐτὸν κακῶς κινεῖν; οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῷ προσόντων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν σαθρῶν τοῦ ἀντιδίκου πειρᾶται ἑαυτῷ τὴν νίκην περιποιεῖν. λέγει γὰρ, εἰ φαίνεται τὸ vti frui τόνδε μὴ ἔχειν. ἀλλ᾽ ἡ ἀπολογία αὕτη ἐστὶν ἐπὶ [d] τῆς νεγατωρείας ἐναγωγῆς τῶν ἀσωμάτων εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι νεγατωρείως κινοῦμεν τὴν in rem, ἀλλ᾽ οὖν τῷ ἀποτελέσματι κομφεσσορία ἐστίν. ἐπειδὴ γὰρ συνωμολόγηται ἐμὲ εἶναι δεσπότην τοῦ ἀγροῦ, ἢ τῆς οἰκίας, καθὸ ὁ ἀντίδικος ἑαυτῷ προσεῖναι vsumfructum, ἢ δουλείαν φησὶ, ἐγὼ λέγων· εἰ φαίνεται τόνδε μὴ ἔχειν vsumfructum, ἢ δουλείαν κατὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ· δοκῶ τῇ δυνάμει ταῦτα λέγειν, εἰ φαίνεται ἐλεύθερον δουλείας, ἢ ἐλεύθερον vsumfructum τὸν ἐμὸν εἶναι ἀγρόν. καὶ ἔστιν οὕτως νοουμένη τῆς in rem ἡ ἐναγωγὴ κομφεσσορία, εἰ καὶ νεγατωρίως πέφρασται.

3 ¶ Αὗται δὲ αἱ in rem ὧν ἐπεποιησάμεθα μνήμην, καὶ αἱ ταύταις ὅμοιαι, ἀπὸ [e] νομίμων καὶ πολιτικῶν αἰτιῶν ἔχουσι τὴν γένεσιν. εἰσὶ καὶ ἄλλαι in rem, ἔτι δὲ καὶ περσονάλιαι, ἃς ὁ πραίτωρ, ἐξ οἰκείας ὁρμηθεὶς ἐπενόησε διανοίας. ἀναγκαῖον δὲ ταύτας διὰ παραδειγμάτων ἀποδεῖξαι. οἷον ἐπιτέτραπται ἡμῖν, ἔσθ᾽ [f] ὅτε κινεῖν τὴν in rem, μὴ οὐσουκαπιεύσασι, καὶ

Quod si neque meus est, neque tuus fundus, vincere tamen te debeo in hoc iudicio per regulam qua dicere solemus, in pari causa meliorem esse conditionem possidentis. Et hęc quidem in rebus corporalibus: in incorporalibus verò, rectè confessoria in rem actione, & negatoria agimus. Et quare non & hic eum, qui negatoriè in rem agit, malè agere dicimus? Cùm non ex eo iure quod ipse habet, sed ex vitio iuris quod aduersarius prætendit, causam suam probare nitatur. Ait enim: *Si appareat hunc ius vtendi fruendi nō habere.* Sed parata est responsio. Nam cùm negatoriè pro rebus incorporalibus agimus, quamuis ipsa verba actionis in rem negatoriæ in negationem sonent, tamē effectus ipse actionis confessoriæ est. Cùm enim id in cōcessum veniat, dominum fundi aut ædiū esse me, vel eo quod aduersarius vsumfructum eorum aut seruitutem in his sibi deberi dicat: ego cū dico, *si apparet hunc vsumfructum aut seruitutem in fundo meo non habere*, τῇ δυνάμει, id est, vi & actionis potestate siue in effectu hoc dicere videor, *si apparet fundum meum ab vsufructu aut seruitute liberum esse.* Et ita tacitè confessoria in rem agitur, etiam si negatoriè concepta sit.

3 ¶ Sed hæ quidem in rem actiones, quarum iā meminimus, & si quæ sunt his similes, ex legitimis ac ciuilibus causis originē suam ducunt. Sunt autē & aliæ tam in rem quàm in personam, quas ex sua iurisdictione Prætor cōparatas habet. Ac necesse est & eas exēplis ostēdere: veluti, permissum nobis interdum est, in rem agere, cùm vsu nō ceperimus, &

3 ¶ Sed istæ quidem actiones, quarū mentionem habuimus, & si quæ sunt similes, ex legitimis & ciuilibus caussis descendunt. Aliæ autem sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione comparatas habet tam in rē quàm in personam, quas & ipsas necessariū est exemplis ostendere. vt ecce plerunq; ita permittit Prætor in rē agere,

a v l. 128. ff. de reg. iur.

b *In corporalibus & confessoriè & negatoriè agere possumus.*

c *In incorporalibus cur negatoriè haud malè agatur vt in corporalibus.*

d *Negatoria actio in rebus incorporalibus vim habet, & effectum actionis confessoriæ. Est enim τῇ δυνάμει confessoria.*

e *Actiones in rem aliæ ex iure ciuili: aliæ à Prætore introductæ.* l. in honorariis. 35. ff. de oblig.

f *In rē actione vti interdum possumus etiā si rem nondum vsuceperimus: atque ita etiā si nondum rei domini facti simus, vt tamē vindicemus.*

dicere: *si apparet hanc rem meam esse, quasi à me vsucapiam.* Vel è diuerso cũ aliquo qui rem meam vsucepit ac possidet, agere possum, ac dicere: *si apparet hanc rem meam esse, quasi aduersarius eam vsu nõ cepisset.*

a *In rem actione vti interdũ possumus aduersus eũ qui vsucepit, atque ita aduersus dominum.*

4 ¶ Atque in primis dicamus, vbi is qui rem vsu non cepit, vsucepisse se fingat. Veluti ex iusta causa rem alienam mihi bona fide accipienti tradidisti, forsan ex causa venditionis, aut donationis, aut dotis, aut legati. Et ad eam vsucapiendam, opus erat mihi triennio. Possedi eam fortè duobus annis, deinde casu aliquo possessionem eius amisi. Directa in rem actione agere non possum cum possessore. Nam quomodo, qui nondum eam vsuceperim? Quippe ita proditæ sunt in rem actiones, vt dominium quisque suum per eas vindicaret. Quoniam tamen durius erat, hac in specie nullam actionem dari ei, qui rem bona fide possedit, & casu aliquo possessionem amisit: inuenta est à Prætore in rem actio, qua agendo, (quoniam eam rem ego bona fide possidebam. Illque ex iusta causa, veiut ex venditione, vel donatione, vel dote: & mihi currebat vsucapio, ac medio tempore ante finem vsucapionis possessionem eius amisi) perinde quasi vsucepissem, dico: Si apparet hanc rem meam esse. Hæc autem in rem actio Publiciana dicitur, quoniam primus eam Publicius Prætor in edicto suo proposuit.

5 ¶ Est & in rem actio, quæ ex contrario latere intentatur. Nam si quis

b *Directa in rem actio datur ei qui vsu cepit: veluti, bonæ fidei emptori, & similibus, quenondũ vsuceperunt.* Harm. 2. tit. 1. §. 64.

c *Actionibus in rem dominiumque quod vel iure gentium, vel ciuili nobis competit, vindicamus.* l. in rem actio. 23. ff. de rei vindicat. *adde* §. 15. sup. de oblig. ex delicto.

d *vt res bona fide à nobis empta, necdũ vsucapta possessionẽ perinde reuocemus, ac si fuisset à nobis vsucapta.* 2. Harmen. 1. §. 70. & 71.

e *De Publiciana in rem actione. adde* §. 31. inf. eo. vide tit. Digestorum, De Publiciana. & 2. Harmẽ. 1. §. 64. & seq. l. 35 ff. de oblig. Eclog. ex li. 15. tit. 2.

f *Recte dixit in ... sunt enim contraria vindicatio & aduersus dominum, vt hic: & nondũ a ... vindicare, vt sup. paragrapho.*

λέγειν, εἰ φαίνεται τόδε ἐμὸν εἶναι, ὡσανεὶ ὑσουκαπιτεύειν ὑπ' ἐμοῦ. ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου [a] κατά τινος ὑσουκαπιτεύσαντος τὸ ἐμὸν, καὶ νεμομένου, δύναμαι κινεῖν καὶ λέγειν, εἰ φαίνεται τόδε ἐμὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ εἰ μὴ ὑσουκαπιτεῦσεν αὐτὸ ὁ ἐμὸς ἀντίδικος.

4 ¶ Καὶ πῶς εἴπωμεν, ἔνθα τις μὴ ὑσουκαπιτεύσας πλάττεται ἑαυτὸν ὑσουκαπιτευκέναι. οἷον ἐξ εὐλόγου αἰτίας παρέδωκάς μοι ἀλλότριον πρᾶγμα bona fide λαμβάνοντι, ἢ πωλήσας τοῦτο, ἢ δωρησάμενος, ἢ καὶ εἰς προῖκα μοι ἐπιδοὺς ἢ ληγατεύσας. ἐδεόμην ἐγὼ τριετίας, εἰς τὸ ὑσουκαπιτεῦσαι τοῦτο τὸ πρᾶγμα. ἐνεμήθην αὐτὸ τυχὸν δύο ἐνιαυτοὺς, ἐξέπεσον αὐτοῦ κατά τινα τύχην. τὴν directam [b] in rem κατὰ τοῦ νεμομένου κινεῖν οὐ δύναμαι. πῶς γὰρ ὁπότε οὐκ ὑσουκαπιτεῦσα; αἱ [c] γὰρ in rem ἐπενοήθησαν, ἐπὶ τῷ ἕκαστον τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δι' αὐτῶν ἐκδικεῖν δεσποτείαν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπαιθέστερον ἐν τούτῳ τῷ θέματι ἀγωγὴν μὴ δίδοσθαι ἀνδρὶ bona fide νεμομένῳ καὶ κατὰ τύχην ἐκπεσόντι ἐφεῦρεν [d] ὁ πραίτωρ in rem ἀγωγὴν, ἣν κινῶν λέγω· ἐπειδὴ τόδε τὸ πρᾶγμα, ἐξ εὐλόγου αἰτίας, οἷον πράσεως, δωρεᾶς, ἢ προικὸς ἐνεμόμην bona fide, εἶχε δέ μοι ὑσουκαπιὼν, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ πρὸ τέλους τῆς ὑσουκαπίωνος ἐξέπεσα ὡσανεὶ ὑσουκαπιτεῦσα, Εἰ φαίνεται τὸ πρᾶγμα τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας. λέγεται δὲ αὕτη ἡ in rem πουβλικιανή. [e] ἐπειδὴ πρῶτος πουβλίκιος πραίτωρ ταύτην ἐπενόησεν.

5 ¶ Ἔστι καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων [f] in rem κινουμένη. ἐὰν γάρ τις νεμόμενος,

vt vel actor dicat se quasi vsucepisse, quod nõ vsuceperit: vel ex diuerso possessor dicat, aduersariũ suũ nõ vsucepisse, quod vsuceperit.

4 ¶ Namque si cui ex iusta causa res aliqua tradita fuerit, (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorũ) nec dum eius rei dominus effectus est, si eius rei possessionem casu amiserit, nullam habet in rẽ directam actionẽ ad eã persequẽdam, quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones, vt quis dominium suũ vindicet, sed quia sanè durũ erat, eo casu deficere actionẽ, inuẽta est à Prætore actio, in qua dicit is, qui possessionẽ amisit, eã rẽ se vsucepisse, quam vsu non cepit, & ita vindicat suã esse: quæ actio, *Publiciana* appellatur, quoniam primùm à Publicio Prætore in edicto proposita est.

5 ¶ Rursus ex diuerso, si quis cùm reipublicæ

caussa abesset, vel in hostium potestate esset. rem eius, qui in ciuitate esset, vsuceperit, permittitur domino, si possessor reipublicę caussa abesse desierit, tūc intra annum rescissa vsucapione eam petere, id est, ita petere, vt dicat possessorem vsu non cepisse, & ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam & aliis simili æquitate motus prætor accommodat, sicut ex latiore Digestorum seu Pandectarū volumine intelligere licet.

τὸ ἐμὸν πρᾶγμα bona fide ἐν τῷ μεταξὺ reipublicæ causa [a] ἀποδημήσας, οἷον διὰ [b] πρεσβείαν, ἢ ὑπὸ τοὺς πολεμίους γένηται, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν ὅσῳ ὁ μὲν ἀποδημεῖ, ὁ δὲ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἐστὶν, ὁ τῆς οὐσουκαπίωνος περαιωθῇ χρόνος, ὑποστρέψουσι δὲ, ὁ μὲν ἐκ τῆς ἀποδημίας, ὁ δὲ τοὺς πολεμίους διαφυγὼν, ἔξεστιν ἐμοὶ τῷ δεσπότῃ εἴσω ἐνιαυτοῦ, μετὰ τὴν αὐτῶν ἀποστροφὴν ἀναπτυχθείσης, ἤτοι ἀναζραπείσης, τῆς οὐσουκαπίωνος κινῆσαι τὴν in rem. λέγω γὰρ ὡσανεὶ εἰ μὴ οὐσουκαπίτευσεν ὁ ἀντίδικος τὸ ἐμὸν πρᾶγμα. εἰ φαίνεται τοῦτο τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας. τὸ δὲ τοιοῦτότροπον εἶδος τῆς in rem, καὶ ἑτέροις ὁ πραίτωρ ἐφιλοτιμήσατο, ἐκ τῆς ὁμοίας ὁρμηθεὶς δικαιοσύνης. ὥσπερ ἐκ τῶν πλατυτέρων [c] βιβλίων τῶν διγέστων, ἤτοι τοῦ πανδέκτου ἔξεστι λαβεῖν.

rem meam bona fide possideat, ac medio tempore, Reipub. causa abesse cœperit: veluti in legationē missus, aut hostium potestate fuerit. Atque interim dum aut ille peregrè, aut hic apud hostes est, tempus vsucapionis impletum fuerit, ac deinde hi redierint, alter ex profectione, alter ab hostibus: licet mihi domino intra annum postquàm reuersi fuerint, rescissa vsucapione, in rem agere. Etenim quasi aduersarius rem meā vsu nō cepisset, dico: *si apparet huius rei me dominum esse.* Atque hoc genus actionis in rem & aliis quibusdam simili æquitate motus Prætor permisit: sicut ex latiore digestorum seu Pandectarum volumine licet colligere.

a v.l.1.§ 1.l. 31. ff. quib. ex causis maiores.
b v.l.14 l.15. ff. quibus ex causis maiores.
c v. adde l. in honorariis. 35. vers. sed cū rescissa vsucapione.

6 ¶ Item siquis in fraudem creditorum rē suā alicui tradiderit bonis eius à creditoribus possessis ex sententia Præsidis, permittitur ipsis creditoribus rescissa traditione eam rem petere, id est, dicere eam rem traditā non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse.

6 ¶ Ἔστιν οὖν καὶ ἄλλη in rem ἐπὶ τοῦ πραίτωρος ἐπινοηθεῖσα, ὥσπερ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος· ἐχρεώστει τις πολλοῖς, ἐξεποίησε τινὰ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων, καὶ ὁ δεσπότης δηλονότι, διὰ τῆς τραδιτζίωνος μετέθηκε τὴν δεσποτείαν ἐπὶ τὸν λαμβάνοντα. ἔξεστι τοῖς κρεδίτορσιν ἐξ ἀποφάσεως τοῦ ἄρχοντος, τὰ τοῦ δεβίτωρος νεμηθεῖσι πράγματα, ἐν ᾧ πρὸς περιγραφὴν [d] αὐτῶν γέγονεν ἡ ἐκποίησις, κινεῖν τὴν in rem κατὰ τοῦ διακατέχοντος, ἥ τις λέγεται Παυλιανή. [e] ἐν ᾗ λέγουσι ταῦτα, ὡς ἂν εἰ μὴ ἐτραδιτεύθη τόδε τὸ πρᾶγμα ὑπὸ τοῦ δεβίτωρος, εἰ φαίνεται αὐτὸ ἐν τῇ τοῦ δεβίτωρος μεμενηκέναι δεσποτείᾳ.

6 ¶ Porrò est & alia in rem actio à Prætore inuēta, velut in hac specie. Multis aliquis debens alienauit aliquam rerum suarum, & vt dominus scilicet per traditionem dominium transtulit in accipientem. Creditoribus, qui in bona debitoris ex sententia Præsidis missi sunt, cùm alienatio hęc in fraudem ipsorum facta sit, permissum est in rem agere cum eo, qui eam rē possidet. Quæ actio vocatur Pauliana, in eáque perinde ac si tradita res à debitore non fuisset, dicunt: *si apparet eam rem in bonis debitoris mansisse.*

d v.l.1. & passim. ff. de his quæ in fraudem creditorum. & tit. C. de reuocandis iis quę in fraudem creditorum.
e *De Pauliana actione* v.l. videamus 38. §. in Fauiana. 4. de vsuris.

7 ¶ Itē Seruiana, & quasi Seruiana (quæ etiā Hypothecaria

7 ¶ Ἔστι καὶ Σερβιανὴ, [f] καὶ κουάσι Σερβιανὴ in rem. ἥ τις ὑποθηκαρεία

7 ¶ Est & Seruiana in rē actio, ac quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria

vocatur. Atque hę & ipsæ ex iurisdictione Prætoris substantiam capiunt.

¶ Seruiana quidē actione tali in specie vtimur, Fūdum à me cōduxisti, & colonus mihi factus es, ad pręstandos mihi quotānis mercedis nomine centum aureos. Induxisti in eum fundum res cōplures, veluti equos, boues, seruos, vestem, argentū: cum pacto vt hæ mihi mercedis nomine obligarentur. Si contingat, vt in pręstanda mercede cesses: possim cum quouis possessore, de his rebus quæ in fundum meum inductæ aut illatæ sunt experiri, donec mercedem recepero. ¶ Quasi autem Seruianæ actioni, tali ferè in specie locus est. Mutuatus es à me decem aureos: & res mihi aliquas in pignoris causam dedisti, aut etiam quasdam hypothecę iure obligasti: dicendo, Huius debiti nomine, hanc & illam tibi rem in causam hypothecę obligo. Si in soluendo eo, quod debes, cessaris: cum quouis possessore, penes quem sint ea quæ in causam pignoris dedisti, aut hypothecæ obligasti, vtiliter actione quasi Seruiana experior: ablaturus, nisi id quod mihi debetur, solutum fuerit. ¶ Inter pignus autem & hypothecam, quantum ad actionē quasi Seruianam attinet, nihil est differentiæ. Siue enim tu debitor, eorū nomine quæ mutuò à me sumpsisti, pignori mihi res tuas dederis, siue hypothecæ obligaueris, vtiliter experiar actione quasi Seruiana. Sed in aliis est differentia. Pignus enim propriè vocatur, quod creditori traditur, maximè si res mobilis sit. Quod verò sine traditione nuda conuentione

a *Seruiana fit etiam mentio.* §. 31. inf eo. & §. vlt. sup. de vsucapionib.

b *De Seruiana actione ad* de l. 1. Cod. de precario.

c v l. 4. ff. in quibus causis pignus.

d *Seruiana* l. 3. ff. de pignoribus. l. 6. C. si aliena res pignori *pigneratitia. Seruiana seu hypothecaria.* §. 31. inf. eo. l. 3. §. 3. ff. de pignoratitia. *In rem Seruiana* l. 4. C. de obligationib. l. 1. C. de precario. *pigneratitia Seruiana seu hypothecaria* l. 3. §. 3. ff. ad exhib.

e *Quasi Seruiana creditores pignora, & hypothecas persequebātur atque ita intendebant. Rem in bonis eo tempore, quo pignus contrahebatur debitoris fuisse.* l. si superatus. l. 15. §. 1. ff. de pignoribus.

f 2. Eclog 2. c. 38 3. Harmen. 5. § 7 & 27. 28. l. 238. §. 2. ff de verb. signif.

προσαγορεύεται, ἐκ τῆς τοῦ πραίτωρος δικαιοδοσίας, καὶ αὐτὴ τὴν αὐτῆς ὑπόστασιν ἔχουσα. ¶ Κέχρηνται δὲ τῇ Σερβιανῇ [a] τις ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἐμισθώσω παρ' ἐμοῦ τὸν ἀγρὸν, καὶ γέγονας μοι κολωνὸς, ἐπὶ τὸ παρέχειν μὴ λόγου μισθώματος καθ' ἕκαστον ἔτος ἑκατὸν νομίσματα. εἰσήγαγες [b] δὲ ἐν αὐτῷ τῷ ἀγρῷ, καὶ πράγματά τινα, οἷον ἵππους, βόας, οἰκέτας, ἐσθῆτα, ἄργυρον πακτεύσας, ὥστε μοι ταῦτα ὑποκεῖσθαι λόγῳ τοῦ μισθώματος. ἐὰν συμβῇ σε ἀγνωμονῆσαι περὶ τὸ μίσθωμα, δύναμαι κατὰ παντὸς διακατέχοντος πρᾶγμα τῶν εἰσενεχθέντων χάριν ἐν τῷ ἐμῷ ἀγρῷ, κινεῖν τὴν Σερβιανὴν, [c] εἰ μὴ ἀπολαμβάνω τὸ μίσθωμα. ¶ Ἡ δὲ κουάσι [d] Σερβιανὴ χώραν ἔχει ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. δανείσω παρ' ἐμοῦ ι νομίσματα. δέδωκάς μοι τινὰ πράγματα λόγῳ ἐνεχύρου. ἢ καὶ ὑπέθου μοι τὰ πράγματα, εἰπὼν ὅτι καὶ ὑποτίθεμαί σοι ἕνεκα τοῦ χρέους τοῦδε, τὸ πρᾶγμα τόδε καὶ τόδε. ἀγνωμονοῦντός σου περὶ τὴν τοῦ χρέους καταβολὴν, κατὰ παντὸς τοῦ νομέως κατέχοντος τὰ ἐνεχυριασθέντα μοι, ἤτοι ὑποτεθέντα πράγματα, καλῶς κινῶ τὴν κουάσι [e] Σερβιανὴν. καὶ ἀπαιτῶ, εἰ μὴ καταβληθῇ μοι τὸ χρέος. ¶ Μεταξὺ δὲ ἐνεχύρου καὶ ὑποθήκης ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ κινῆσαι με τὴν κουάσι Σερβιανὴν, οὐδεμία ἐστὶ διαφορά· εἴτε γὰρ ἐνεχυριάσας μοι, εἴτε ὑποθεὶς τὰ σεαυτοῦ πράγματα, σὺ ὁ δεβίτωρ ὑπὲρ ὧν ἐδανείσω, ὀρθῶς κινήσω τὴν κουάσι Σερβιανὴν. ἔστι δὲ ἐν ἑτέροις ἡ διαφορά. ἐνέχυρον [f] γὰρ κυρίως λέγεται ἐκεῖνο ὅπερ παραδίδοται τῷ κρεδίτορι, μάλιστα ἐν ᾧ ἐστι κινητόν. ὅπερ δίχα τραδιτζίωνος ψιλῷ συμφώνῳ

vocatur) ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiā capiunt. ¶ Seruiana autē experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur.

¶ Quasi Seruiana autem est qua creditores pignora hypothecásve persequuntur. ¶ Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest. nam de qua re inter creditorem & debitorē conuenerit, vt sit pro debito obligata, vtraque hac appellatione continentur, sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eā propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maximè si mobilis sit. At eam quę sine traditione nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

8 ¶ In personam quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet Prætor: veluti de pecunia constituta, cui similis videbatur receptitia: sed ex nostra cõstitutione (cum & si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est) & ea quasi superuacua iussa est cum sua authoritate à nostris legib. recedere.

ὑποτίθεται), τοῦτο κυρίως ὑποθήκη προσαγορεύεται.

8 ¶ Οὐ μόνον δὲ in rem, καθὰ εἴρηται, ἀλλὰ καὶ περσοναλίαν ὁ πραίτωρ ἐπενόησε. οἷον τὴν pecuniæ [a] constitutæ. αὕτη δὲ οὐκ ἔστι πολιτική· χώραν δὲ ἔχει ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἐχρεώστεις μοι ρ νομίσματα. περιέτυχόν σοι, ἀπῄτουν σε ταῦτα ἀπαιτούμενος σύ. καὶ βουλόμενος τὴν παροῦσαν ἐνόχλησιν διαφυγεῖν, ὑπεφώνησας εἰπών, ὅτι τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ταῦτά σοι καταβαλῶ. παρελθούσης τῆς προθεσμίας ἀπῄτουν σε. ἔλεγες σὺ τοὺς ὅρους τῶν ἀγωγῶν τεχνολογῶν, μηδαμόθεν ἑαυτὸν ὑπεύθυνον εἶναι. οὐδὲ γὰρ ἐπερώτησις γέγονε, ἵνα κινηθῇ κατὰ σοῦ ἡ ex stipulatu. οὐδὲ μανδάτον παρηκολούθησε, ἵνα ἁρμόσῃ ἡ mandati. ἑωρακὼς τοίνυν τὴν σὴν ἀγνωμοσύνην ὁ πραίτωρ, ὡς ὑπεναντίαν, ὅτι μάχη τῆς αὐτοῦ ὑποσχέσεως, εὗρε τὴν pecuniæ constitutæ. ἦν δὲ τὸ παλαιὸν ὁμοία ταύτης τῆς pecuniæ constitutæ, καὶ ἡ receptitia, [b] ἥτις ἁρμόζει τραπεζίτου ἀντιφωνήσαντος. καὶ κοινωνία [c] μὲν τῆς receptitiæ, καὶ τῆς pecuniæ constitutæ, αὕτη, καθὰ ἑκατέρα ἐξ ἀντιφωνήσεως τίκτεται. διαφορὰ [d] δέ, ὅτι ἡ μὲν pecuniæ constitutæ, ἐπὶ παντὸς ἑτέρου ἀντιφωνήσαντος, χώραν ἔχει· ἡ δὲ receptitia ἐπὶ μόνου τραπεζίτου. καὶ ἑτέρα διαφορά, ὅτι ἡ μὲν pecuniæ constitutæ χώραν ἔχει, ἡνίκα ἀντιφωνηθῇ τὰ pondere, numero, mensura. ἡ δὲ receptitia, ὅτι δήποτε εἴη τὸ ἐποφειλόμενον, εἴτε κινητὸν, εἴτε ἀκίνητον, ἀντιφωνήσαντος τραπεζίτου κινεῖσθαι δύναται· οὐκοῦν ἡ pecuniæ constitutæ πλατύνεται μὲν τοῖς προσώποις.

tenetur, id propriè hypotheca appellatur.

8 ¶ Enimuerò nõ actiones tantùm in rem, verùm etiam in personã quasdam Prætor introduxit. Velut actionem pecuniꝫ constitutæ. Hęc enim ciuilis nõ est. Locũ aũt ea habet tali in specie. Centum aureos mihi debebas. Cõueni te, eos repetens. Tu, vt præsentem exactionem effugeres, ita me tũc dimisisti, *quòd te decimo die mẽsis soluturum cõstitueres*. Cùm elapsum iam esset tempus à me tibi indultũ, rursus tibi molestus esse cœpi. Tũ omnes actionũ fines callidè & astutè captans, negabas vlla re actione mihi teneri. Quoniã neq. stipulatio interuenerat, vt possem ex stipulatu agere: neque sequutum erat mandatũ, vt mandati actio cõpeteret. Tuã igitur istam improbitatem cùm videret Prętor, vt quæ etiã promissis tuis cõtraria sit: actionem de pecunia cõstituta proposuit. Atq. actioni de pecunia cõstituta similis erat olim & actio receptitia. Quæ tum competit, cùm argentarius constituit. Et id quidem inter actionem de pecunia constituta & actionem receptitiam commune est, quòd vtraque ex cõstituto nascitur. Verùm in illo differũt, quòd actio de pecunia cõstituta locũ habeat, quicunq. is sit, qui constituerit, receptitia verò tunc demum procedat, cũ argentarius constituit. Differunt item & in hoc, quòd actioni de cõstituta pecunia locus sit, cùm ea, quę numero, pondere, aut mẽsura cõstant, constituta fuerint: receptitia verò agere possim⁹, quidquid sit id quod debetur, mobile an immobile, dum argentarius constituerit. Sic ergo actio de constituta pecunia latiùs patet, quod ad personas attinet:

a *De pecunia constituta adde tit* C. Pandectarũ Pau. 2. sent. 2. de pecunia cõstitura. 16. Eclo. 2. c. 3 περὶ ἀντιφωνήτου. & 1. Harmeno. 3. §. *adde* Nouell. 115. c. 6.

b *De receptitia actione.* v. l. Receptitia 2. C. de cõstituta pecunia.

c *Receptitia & de constituta pecunia actionis cognatio.*

d *Receptitia & de constituta pecunia actionis differentia in personis & reb. duæ sunt. Soli argentarij tenebantur de recepto: de constituta, reliqui. Recipiebantur res omnes, constituebantur ea tãtũ quæ pondere & numero constant. Proinde priore casu receptitia remissior, posteriore laxior est actione de constituta.*

nã quilibet constituit, sed in angustius cõtracta est, quod ad res pertinet. Nã ea constituuntur sola, quę numero, pődere, vel mensura constant. Ex diuerso actio receptitia, in angustius cõtracta est, si personas spectes, quoniam solus argẽtarius ea tenetur. Et latius patet, si res inspicias: Nam omnia quæ cuipiã debentur, recipit. Atque hæc quidem olim ita in vsu erant. Verùm hodie edita est Imperatoris nostri constitutio, qua cauetur, vt sublata actione receptitia, ex sola actione de constituta pecunia, tam cum argentario, quàm cum quouis alio constituente agatur. Quin & illud etiã in actionem de constituta pecunia translatum est, quod tam latè ad res quasuis actio receptitia patebat: ita vt hodie actio de constituta pecunia aduersusquemuis constituentẽ, & quauis in re debita locum habeat. ¶ Inuenit & Prętor actionem de peculio, contra patrem vel dominum, hisce de rebus, quę cum filiis familiâs aut seruis contractæ fuerint. ¶ Proposuit & actionem in factum, cui tali in specie locus est. Si quod mihi debes à te petam, & tu debere te neges, ac deinde iusiurandum mihi deferas, egóque te debere iurem: dabitur mihi ex hoc iureiurando actio in factum. Sed & alias complures actiones Prætor inuenit.

7 ¶ Actio autem de cõstituta pecunia (nam ad eã redeundum est) aduersus quemlibet constituẽtem locum habet: siue pro seipso, siue pro alio soluturũ se constituerit: stipulatione scilicet nulla interposita. Quoniam sequuta stipulatione iure ciuili actio ex stipulatu datur.

a l. 2. Co. de pecunia cõstituta.

b *Receptitia actio sublata, & in de pecunia constituta actionẽ transfusa.*

c *De peculio actione plura* vide inf. titu. quod cũ eo qui in aliena potestate.

d *Pecunia constituta actio quæ & constitutoria actio.* l. 20. ff. de pecun. const. Harme. 1. tit. 3. §. 47. & Eclog. 26. tit. 1. c. 1. λέξις τῆς ἀντιφωνήσεως ἀγωγή *unde* ἀντιφωνητὴς 26. Ecl. 2. & 3. Harmenop. 6. & Nouell 4. *pecunia constituta rem. Galli respondant.*

e *Si id quod mihi Lucius debet, soluturũ te constitueris, actione pecunia constituta.* Paul. 2. sent. 1. §. 1.

πᾶς γὰρ ἀντιφωνεῖ. στενοῦται δὲ τοῖς πράγμασιν. ἀντιφωνεῖται γὰρ μόνα τὰ ponderis, numeri, mensuræ. ἡ δὲ receptitia, ἐν τῷ ἐναντίου, στενοῦται τοῖς προσώποις. μόνος γὰρ τραπεζίτης ταύτῃ κρατεῖται. πλατύνεται δὲ τοῖς πράγμασι· πάντα γὰρ ἐν ἑαυτῇ ἐπιδέχεται τὰ ὑποφειλόμενα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν. διάταξις[a] δὲ γέγονε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἥτις εἶπε μόνην κινεῖσθαι καὶ κατὰ τραπεζίτου, καὶ παντὸς ἑτέρου ἀντιφωνήσαντος τὴν pecuniæ constitutæ, ἀναιροῦσα[b] τὴν receptitiam. τὸ δὲ πλάτος τῶν πραγμάτων, ὃ ἐν ἑαυτῇ εἶχεν ἡ receptitia, μετήγαγεν ἐπὶ τὴν pecuniæ constitutæ. ὥστε τὸ σήμερον τὴν pecuniæ constitutæ, χώραν ἔχειν, κατὰ παντὸς ἀντιφωνήσαντος. καὶ ἐπὶ παντὶ πράγματι ὑποφειλομένῳ. ¶ Ἐπενόησεν ὁ πραίτωρ καὶ τὴν de peculio[c] κατὰ τοῦ πατρὸς, ἢ κατὰ τοῦ δεσπότου προφάσει τῶν γινομένων πρὸς τοὺς οἰκέτας, ἢ τοὺς ὑπεξουσίους παῖδας συναλλαγμάτων. ¶ Ἐφεῦρε δὲ καὶ τὴν in factum, ἥτις ἁρμόζει ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος· ἐὰν ἀπαιτῶ σε χρέος, ἀρνῇ δὲ σὺ τοῦτο ὑποφείλειν, εἶτα ἐπαγάγῃς μοι ὅρκον, ὀμόσω δὲ ἐγὼ ὑποφείλεσθαι, ἐκ τούτου ἀπὸ τοῦ ὅρκου δοθήσεταί μοι ἡ in factum. καὶ ἑτέρας δὲ πλείστας ἀγωγὰς ἐπενόησεν ὁ πραίτωρ.

9 ¶ Ἡ δὲ pecuniæ[d] constitutæ, ἀναδράμωμεν γὰρ πάλιν ἐπ' αὐτὴν, κατὰ[e] παντὸς κινεῖται ἀντιφωνήσαντος, εἴτε ὑπὲρ ἑαυτοῦ, εἴτε ὑπὲρ ἑτέρου καταβαλεῖν τις ἐπηγγείλατο. ἐπερωτήσεως δηλαδὴ μηδεμιᾶς ὑποκειμένης. ταύτης γὰρ παρακολουθησάσης, τὴν ex stipulatu, δίδωσι τὸ πολιτικόν.

¶ Item Prætor proposuit actionem de peculio seruorum, filiorumq. familiarum. ¶ Et eam, ex qua quęritur an actor iurauerit, & alias complures.

9 ¶ De constituta autem pecunia cum omnib. agitur, quicunque vel pro se, vel pro alio soluturos se cõstituerint, nulla scilicet stipulatione interposita. Nam alioqui si stipulanti promiserint, iure ciuili tenentur.

10 ¶ Actio-

10 ¶ Actiones autem de peculio ideo aduersus patrem, dominúmve comparauit Praetor, quia licèt ex cõtractu filiorum, seruorúmve, ipso iure non teneãtur, aequum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorũ filiarumque, itẽ seruorum condemnari eos.

10 ¶ Τὴν δὲ de peculio ἀγωγὴν, διὰ τοῦτο κατὰ [a] τοῦ πατρὸς, ἢ κατὰ δεσπότου ἐφεῦρεν ὁ πραίτωρ. ἐπειδὴ εἰ [b] καὶ τὰ μάλιστα, ἐκ τῶν πρὸς τοὺς ὑπεξουσίους συναλλαγμάτων, αὐτῷ τῷ νόμῳ οὐ κατέχονται οἱ δεσπόται, ἢ πατέρες. τοῦτο γὰρ ἄγνωστον τῇ πολιτικῇ νομοθεσίᾳ· ὅμως διὰ τὸ φύσει δίκαιον μέχρι τῆς τοῦ peculii ποσότητος καταδικάζονται, ὅπερ peculium οὐσία [c] τῶν ὑπεξουσίων παίδων ἀρρένων φημὶ καὶ θηλειῶν ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ οἰκετῶν. ὥστε τοὺς δεσπότας, ἢ τοὺς πατέρας μέχρι τοσαύτης καταδικάζεσθαι ποσότητος.

10 ¶ Actionem verò de peculio, ideo aduersus patrem dominúmve Praetor comparauit, quia licet ex contractu eorum qui aliena in potestate sunt, ipso iure patres aut domini non teneantur, (id enim ius ciuile ignorat) tamen hoc natura aequum est, vt vsque ad peculij quantitatem fiat condemnatio, (quod peculium veluti patrimonium est filiorum filiarúmque qui in potestate sunt, item & seruorũ) ita vt vsque ad peculij quantitatem domini patrésve condemnentur.

[a] *Actio de peculio datur aduersus parentes. & dominos* l.1. Co. ne filius pro patre. l.11.C. quod cũ eo.

[b] *Ex contractu liberorum & seruorum parentes & domini ipso iure non tenentur: iure tamen Praetorio tenentur ad peculij eorum quantitatem.*

[c] *Peculium veluti patrimoniũ liberorum & seruorum.* v. §. 4. infra quod cũ eo. adde l. 5. §. 2. & 3. ff. de peculio.

11 ¶ Itẽ si quis postulante aduersario iurauerit deberi sibi pecuniam quam peteret, neque ei soluatur, iustissimè accommodat ei talem actionem, per quam non illud quaeritur, an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit.

11 ¶ Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ὅρκου in factum· δεῖ γὰρ πλατύτερον [d] περὶ αὐτῆς διαλαβεῖν· χώραν ἔχει, καθὰ εἴρηται, ἡνίκα ἐμοῦ ἀπαιτοῦντός σε τὸ ὑποφειλόμενον, ὅρκου ἐπαχθέντος μοι ὀμόσω ὑποφείλειν σε τοσήνδε ποσότητα, ἣν καὶ ἀπαιτῶ. ἐὰν γὰρ ταύτην μὴ καταβάλῃς, παρασχεθήσεταί μοι ἡ in factum ἀγωγή. ἣν κινῶν, οὐκ [e] ἀναγκάζομαι δεῖξαι, πότερον ὑποφείλομαί τι, ἢ οὐκ ὑποφείλομαι. ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἀποδείξαντός μου, τὸ ὅπερ ὤμοσα, ἀνάγκη σε καταδικασθῆναι.

11 ¶ Sed & actio, quae ex iureiurando in factum datur: (nam & de ea latiùs differendum est) locum habet, vt dictum est, cùm me id, quod mihi debetur, petente, ac iureiurando mihi delato, tantam summam quantam & peto, debere te mihi iuraui. Si enim eam non solueris, datur mihi in factum actio. Quam intentans, planum facere non cogor, debeatúrne mihi aliquid, an non debeatur. Verùm cùm id solùm planum fecero, me iurasse, necesse erit, vt condemneris.

[d] *Adde* §. 4. infr. de exceptionibus.

[e] vide l. non erit 5. §. dato iureiurando 3. ff. de iureiurando.

12 ¶ Poenales quoque actiones Praetor pene multas ex sua iurisdictione introduxit, veluti aduersus eum qui quid ex albo eius corrupisset. ¶ Et in eũ qui patronũ vel parentem in ius vocasset, cum id nõ impetrasset:

12 ¶ Ἐπενόησε δὲ καὶ pœnales ἀγωγὰς ὁ πραίτωρ. οἷον ἔδικτον [f] ὁ πραίτωρ προτέθεικεν. ἐλθὼν δέ τις τοῦτο διέρρηξεν, ἤτοι ἀφήρπασεν. ἔστι κατ' αὐτοῦ in factum ἀγωγὴ, albi corrupti. τουτέστιν ἕνεκα τοῦ ἄλβου διαρραγέντος. ἄλβον [g] δὲ λέγεται τὸ ἔδικτον, διὰ τὸ λευκοῖς γεγράφθαι γράμμασι. ¶ Πολλὴ τοῖς πάτερσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῖς πατρῶσιν ὑποφείλεται τιμὴ παρὰ τῶν παίδων, καὶ τῶν ἀπελευθέρων. μέρος δὲ τῆς τιμῆς ἐστι καὶ τοῦτο, τὸ μὴ δύνασθαι καλεῖν τούτους εἰς τὸ δικαστήριον, δίχα αἰτήσεως συγγνώμης. ὑπόθου δὲ τὸν παῖδα εἶναι ἐμαγκίπατον· ἐπεὶ δικαστήριον οὐ δύναται συνεστάναι.

12 ¶ Poenales quoque actiones introduxit Praetor. Veluti edictum Praetor proposuit. Id aliquis accedens conscidit aut abstulit. Actio aduersus eum in factum datur albi corrupti. Album enim dicitur edictum quod albis literis conscriptum sit. ¶ Ad haec multum patronis ac parentibus, à liberis ac libertis reuerentiae debetur. Est autem & ea reuerentiae pars, quod ab his in ius vocari non possint sine permissu ac venia. Finge tamen liberos emancipatos esse, nam aliter non consistit iudiciũ.

[f] vide 7. Eclog. 4. l. 7 ff. de iurisdict.

[g] *Album Praetoris unde dictum.*

Si igitur aut filius patrē, aut libertus patronū, sine venia in ius vocauerit, actione in factum tenetur, atque in certam pecuniæ summam condemnatur.

a l. 4. §. 1. ff. de In ius vocando.

¶ Item eum qui mihi obligatus erat, in ius vocatū aliquis exemit, aut dolo fecit, ne ad iudicem veniret. Hic mihi actione in factū agenti, in tantum condē nandus est, quantum ab eo, qui in ius vocatus erat, petebam. Sunt ad hæc & aliæ innumeræ in factum actiones pœnales.

b l. si libertus. 12. ff. de In ius vocando. d. §. 1.

c *In annot quinquaginta* 7. Eclog. 8. c. 24. l. 23. ff. de In ius vocando.

13 ¶ Sunt etiam quædam præiudiciales actiones, quæ diuersis in casibus procedunt. Præiudicium verò est formula ex sola intentione constans. Neq; enim condemnationem in se habet. In rem autem est hoc iudicium, veluti in hac specie. Aliquis domino controuersiam sui faciebat, dicens se seruum illius non esse. Aut fortè libertus meus proclamabat ad ingenuitatem. Vtraque hac in specie, præiudicialis in rem actio moueri potest. Dicere enim potest is, qui ad libertatem proclamat: Si apparet me liberum esse, nec necesse est subinferre, Cōdemna iudex. Præiudicialis quoque in rē est actio de partu agnoscendo. Veluti vxorem habebā quæ grauida ex me facta est. Solutum est diuortio matrimonium. Natúsque est infans, hunc ego alere nolebam: potest mulier mecum agere, vt me cogat ad alendum puerum. Et coget, si planum fecerit, se grauidam ex me factā esse. Tres igitur diximus præiudiciales actiones, quarum duas Prætor inuenit: & vna ex iure ciuili descendit, qua dicimus, Si appares me liberum esse.

d *Vide* titul. Digest. Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat.

e *Quam & præiudicia.* l. 1. §. ff. de rei vindica. l. actionis verbo. 37. ff. de obligat. l. 12. ff. de except. §*Præiudicium quid.*

g *De præiudicialibus actionibus domini in seruum: serui in dominū.* v. l. 26. l. 24. ff. de liberali caussa: *patroni in libertum, liberti in patronum.* l. 14. ff. de proba. *de partu & liberis agnoscendis.* l. 1. in fi. ff. de lib. exhib.

εἰ τοίνυν ὁ μὲν παῖς τὸν πατέρα, ὁ δὲ ἀπελεύθερος [a] τὸν πάτρωνα δίχα αἰτήσεως συγγνώμης ἐπὶ δικαστήριον καλέσοι, κρατεῖται τῇ in factum. καὶ εἰς φανερὰν χρυσίου [b] ποσότητα καταδικάζεται. ¶ Τὸν ἐμὸν ὑπεύθυνον ἀγόμενον ἐπὶ δικαστήριον, βίᾳ ἐξείλετό [c] τις, ἢ καὶ δόλον οὐ συνεχώρησεν ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δικαστήριον· καταδικασθήσεται τῇ in factum, τοσοῦτον ἀπαιτούμενος ὅσον ἐγὼ τὸν καλούμενον ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἀπῄτουν. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι ἀναρίθμητοι in factum pœnales.

13 ¶ Εἰσὶ δὲ καὶ præiudiciales [d] ἀγωγαί, ἐπὶ διαφόροις κινούμεναι θεμάτων. Præiudicium [e] δέ ἐστι, τύπος ἀπὸ intentionος μόνης συγκείμενος. οὐδὲ γὰρ ἔχει καταδίκην ἐν ἑαυτῇ. In rem δέ ἐστι τοῦτο τὸ δικαστήριον· οἷον [f] ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος· ἀπεμάχετό τις πρὸς τὸν οἰκεῖον δεσπότην, λέγων ἑαυτὸν μὴ εἶναι δοῦλον αὐτοῦ. ἤγουν ὁ ἐμὸς ἀπελεύθερος ἀνεφώνει εἰς εὐγένειαν. δυνατὸν κινεῖσθαι ἐπὶ ἑνὸς ἑκάστου τούτων τῶν θεμάτων [g] πραιϊουδικιαλίως τὴν in rem. δύναται γὰρ ὁ ἀναφωνῶν εἰς ἐλευθερίαν κινεῖν λέγων. Εἰ φαίνεταί με ἐλεύθερον εἶναι, καὶ οὐκ ἔτι ἐπάγειν καταδίκασον ὦ δικαστά. Τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἡ in rem præiudicialis, de partu agnoscendo, ἤτοι περὶ τοκετοῦ διαγνώσεως. οἷον εἶχον ἐγὼ γαμετήν, ἔγκυμον γέγονεν ἐξ ἐμοῦ. διελύθη ῥεπουδίῳ ὁ γάμος, ἐτέχθη παῖς· οὐκ ἐβουλόμην τοῦτον τρέφειν, δύναται κινεῖν κατ᾽ ἐμοῦ ἡ γυνή, ἀναγκάζουσά με, ὥστε θρέψαι τοῦτον τὸν παῖδα καὶ ἀναγκάσει με, εἴγε ἀποδείξει ὅτι ἐξ ἐμοῦ γέγονεν ἔγκυμον. τρεῖς οὖν εἰρήκαμεν præiudiciales ἀγωγάς· ὧν τὰς μὲν δύο ἐπενόησεν ὁ πραίτωρ, ἡ δὲ μία κατάγεται ἐκ τοῦ πολιτικοῦ. ἔνθα λέγει τις εἰ φαίνεταί με ἐλεύθερον εἶναι.

item aduersus eum qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur: cuiúsve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.

13 ¶ Præiudiciales actiones in rem esse videntur, quales sunt per quas quæritur, an aliquis libertus sit, vel seruus, vel de partu agnoscendo. Ex quibus ferè vna illa legitimam caussam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit. cæteræ ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiunt.

14 ¶ Sic itaque discretis actionib. certũ est nõ posse actorem suam in rẽ ita ab aliquo petere, *Si apparet eum dare oportere.* Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet, scilicet quia dari cuiquam id intelligitur, qđ ita datur, vt eius fiat, nec res quæ iam actoris est, magis eius fieri potest. Planè odio furum, quò magis pluribus actionib. teneãtur, effectum est, vt extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, *si appareat eos dare oportere*: quãuis sit aduersus eos etiam hæc in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

15 ¶ Appellamus autẽ in rem quidem actiones, vindicationes, in personam verò actiones, quibus dare, aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denunciare, prisca lingua. nunc verò abusiuè dicimus cõdictionem, actionẽ in personã esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.

14 ¶ Εἰρήκαμεν ὅτι τῶν ἀγωγῶν, αἱ μὲν εἰσὶν in rem, αἱ δὲ περσονάλιαι. τούτων τοίνυν διακεκριμένων, καὶ πολὺ διϊσταμένων ἀλλήλων, ἐκεῖνο πρόδηλόν ἐστι, τὸ[a] μὴ δύνασθαι τὸν ἐνάγοντα τὸ ὑπ' αὐτοῦ δεσποζόμενον πρᾶγμα, διὰ περσοναλίας ἀγωγῆς ἀπαιτεῖν καὶ λέγειν, Εἰ φαίνεται τὸν ἀντίδικον τόδε τὸ πρᾶγμα χρῆναί μοι δοῦναι. οὐδὲ γὰρ τὸ ὑπάρχον ὑπὸ τὴν δεσποτείαν τινὸς, τοῦτο αὐτῷ δίδοσθαι δύναται. δοῦναι[b] γάρ ἐστι τὸ ποιῆσαι δεσπότην. ἐπιπλέον δὲ ὁ[c] ἄκτωρ, δεσπότης τοῦ οἰκείου γενέσθαι οὐ δύναται. ὑπεξελέ[d] μοι τὸν φουρτίβον κονδικτίτιον, ὃν δυνάμεθα κινεῖν κατὰ τοῦ κλέπτου, περιφράσῃ αὐτοῦ τοῦ πράγματος τοῦ κλαπέντος. μίσει γὰρ τῶν κλεπτῶν διὰ τὸ πολλαῖς αὐτοὺς κατέχεσθαι ἀγωγαῖς, παραβαίνομεν ἐνταῦθα τοὺς κανόνας. διὰ[e] γὰρ μὲν τῆς furti, τὸ διπλάσιον, ἢ τὸ τετραπλάσιον λαμβάνομεν. αὐτὸ δὲ τὸ ὑφαιρεθὲν ἀπαιτοῦμεν, ἢ κατὰ κανόνα διὰ τῆς in rem, ἢ παρὰ κανόνα διὰ τοῦ φουρτίβου κονδικτιτίου, λέγοντες· Εἰ φαίνεται τόνδε χρῆναι δοῦναι.

15 ¶ Πᾶσαι δὲ αἱ in rem, τῷ γένει λέγονται vendicationes.[f] ὥσπερ καὶ πᾶσαι αἱ περσονάλιαι κονδικτίτιοι[g] προσαγορεύονται. καὶ[h] πόθεν εἴρηται κονδικτίτιος, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Condicere[i] ἐστὶ, κατὰ τὴν ἀρχαίαν διάλεκτον, τὸ παραγγεῖλαι. πάλαι γὰρ ὁ ἔχων δίκην πρός τινα παρήγγελε[k] αὐτῷ ὅτι ἔλθε τῇ δὲ τῇ ἡμέρᾳ[l] ὡς δικασόμενος μετ' ἐμοῦ. σήμερον δὲ καταχρηστικῶς λέγεται κονδικτίτιος ἡ ἀγωγὴ, ἣν ὁ ἄκτωρ κινῶν λέγει, Εἰ φαίνεται τόνδε χρῆναι δοῦναι. ἐπειδὴ κατὰ τὸ νῦν κρατοῦν, οὐδεμία πρὸς

14 ¶ Dictum est actionũ alias esse in rem, & alias in personam. His igitur sic discretis, & multum inter se differẽtibus illud apertum est: non posse actorẽ eam rem cuius dominus sit, actione in personam petere, & dicere, Si apparet aduersarium hãc rem mihi dare oportere. Nam cuius quis dominus est, id ei dari non potest: quoniã dare, est dominum facere. At actor rei suæ amplius dominus fieri non potest. Hinc tamen mihi excipe condictionem furtiuam, quam de rebus furto sublatis, aduersus furem mouere possumus. Odio enim furum, quo pluribus actionibus teneantur, regulas iuris non perinde hic obseruamus. Nam per actionem furti, duplum quidẽ aut quadruplũ consequimur. Rem verò ipsam, quę ablata est, petimus: aut secundùm regulã iuris per actionem in rem, aut cõtra regulam per condictionem furtiuam dicentes: Si apparet hunc dare oportere.

15 ¶ Porrò omnes in rẽ actiones, generali verbo dicuntur Vindicationes: quemadmodum & omnes in personam, appellantur condictiones. Ac vnde dicta sit condictio, operæpretium est dicere. Condicere prisca & antiqua lingua significat denuntiare. Nam qui olim cum aliquo litem habebat, denuntiabat ei, *vt hoc aut illo die ad iudicium accipiendum aut litem prosequendum adesset.* Hodie verò καταχρηστικῶς, id est, per abusionem condictio dicitur actio, quam actor intentans dicit: Si apparet hunc dare oportere. Nulla enim hoc tempore

a *Actor nõ potest eam rem cuius dominus sit actione in personã petere.*
b *Dare est dominum facere.*
c §. 6. §. 10. 6. de legatis.
d *Codicere nemo rẽ suã potest, nisi a fure.* l. 1. ff. de condic. furtiua.
e *Hæc remedia dominus cõpetunt aduersus furem, furti actio vindicatio, codictio.* §. 18. inf. eo. l. 54. §. 3. ff. de furtis adde titu. de condic. furtiua.
f *Vindicationis verbo, vt pote generali omnes in rẽ actiones continẽtur.* vide l. 25. ff. de obliga.
g *Condicendi & condictionis verbo omnes in personã actiones continẽtur.* d. l. 25.
h *Condictio vnde dicta.*
i *Codicere pro denuntiare.* v. Festum in Cõdicere & Cõdictio & Cõdictum.
k *Erant enim certa ac solennes denuntiationes, vt mox dicam.*
l *Actores denuntiabãt aduersario vt iudicio certa & stata die adesset, vt hic.* l. 10. C. de pignorib. *certa inquam puta in tertium ac perendinum, de quo vide orationẽ pro Murena, inde Paulus* in Festi Epitome *condictionẽ interpretatur denũtiationem in diem certum eius rei qua de agitur. Sic status, condictúsque dies cum hoste, de quo dixi ad leges xij Tab.* Tit. de iudiciis. de iudicio sisti. *verum hæ denuntiationum ambages sublatæ.* l. si quis debiti. §. Cod. Theodos. de denuntiatione vel editione rescripti. lib. 2. tit. 4.

aduersario fit denuntiatio,quoniam non denuntiat ei petitor, vt hoc aut illo die ad iudicium vel ad litigandum veniat.

τὸν ἀντίδικον γίνεται παραγγελία. οὐδὲ γὰρ παραγγέλλει αὐτῷ ὁ ἐνάγων ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐλθεῖν τῇ δὲ τῇ ἡμέρᾳ καὶ δικάσασθαι.

16 ¶ Secunda actionum diuisio est hæc: quod quibusdam actionib. agamus ad rei persequutionem, hoc est nudam rem petẽtes: quibusdam ad pœnæ persequutionem: & quædam mixtæ sint,quę simul &rei persequutionem habent, & etiam pœnales sunt.

a *Actionibus persequimur, rem, pœnam, vtrumque.*

16 ¶ Δευτέρα τῶν ἀγωγῶν διαίρεσις αὕτη· ὅτι τῶν ἀγωγῶν τὰς μὲν κινοῦμεν ad [a] rei persequutionem, τουτέστι ψιλὸν τὸ πρᾶγμα ἀπαιτοῦντες. τινὰς δὲ ἐπὶ ἀπαιτήσει ποινῆς. τινὲς δέ εἰσι μικταί, ἔχουσαι καὶ rei persequutionem, οὖσαι δὲ καὶ pœnales.

16 ¶ Sequens illa diuisio est, quòd quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt.quædã pœnæ persequendæ,quædam mistæ sunt.

17 ¶ Et ad rei quidem persequutionem comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum quoque quæ in personam sunt hæ quæ ex contractu nascuntur,ferè ommnesad solam rei persequutionem condemnationem habent. Veluti condictio mutui, ex stipulatu, commodati,depositi, pro socio, ex empto,ex vendito, locati,cõducti.Quoniam verò dixi in deposito solam rei persequutionem versari,sciẽdum est,quòd si in publico tumultu incendióve, aut cùm ruina vel naufragium timeretur, rem aliquam apud Titium deposuerim: atque is cùm res illa ab eo repeteretur,moram in reddendo fecerit, actione depositi aduersus Titium vel heredes eius mota,dumcum herede de dolo ipsius heredis agatur: non solùm ad rem ipsam: verùm etiam ad alterum tantùm reddẽdum condemnabitur. Atque hoc casu actio depositi quamuis ex contractu nascatur,ad duplum competet, & mixtis actionibus, quæ & rei & pœnæ persequutionem continent,adnumerabitur.

b *Rei persecutoria actiones sunt, omnes in rem actiones & in personam quæ ex contractu sunt, veluti mutui ex stipulatu, commodati, depositi, pro socio, ex empto, vendito, locati, cõducti.*

c. *Depositi actio crescit, pro qualitate ipsius depositi, vt hic & l. 1. §. 1. ff depositi: crescit etiam ex inficiatione. §. 26. inf. eod.*

17 ¶ Καὶ πρὸς μὲν rei persequutionem ἐπινενόηνται πᾶσαι [b] αἱ in rem ἀγωγαί. ἐπὶ δὲ τῶν περσοναλίων, ὅσαι μὲν ἀπὸ συναλλαγμάτων κατάγονται, σχεδὸν πᾶσαι, ad rei persequutionem μόνην ἔχουσι τὴν καταδίκην. οἷον ὁ δανειακὸς κονδικτίκιος. ἢ ἀπὸ τῆς ἐπερωτήσεως ex stipulatu, ἢ commodati, ἢ depositi, ἢ pro socio; ἢ ex empto, ἢ ex vendito, ἢ locati, ἢ conducti. ἐπειδὴ δὲ εἶπον τὸν depositi rei ἔχειν persequutionem μόνην, ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι εἰ ταραχῆς [c] συμβάσης δημοτικῆς, ἤγουν ἐμπρησμοῦ, ἢ πτώσεως ἀπειλουμένης, ἢ ναυαγίου μέλλοντος γίνεσθαι, παρεθέμην Τιτίῳ πρᾶγμα, ἀπαιτούμενος δὲ ἐκεῖνος μετὰ ταῦτα, ὑπερέθετο ποιεῖσθαι τὴν ἀπόδοσιν, κινουμένης τῆς depositi κατ' αὐτοῦ τοῦ Τιτίου, ἢ καὶ κατὰ κληρονόμων αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἐλέγχεται δόλος ὑπὸ τοῦ κληρονόμου ἁμαρτηθεὶς καταδικασθήσεται, οὐ μόνον τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ καὶ ἕτερον τοσοῦτον καταβαλεῖν. καὶ συναριθμηθήσεται ἡ depositi εἰς τὸ διπλοῦν, καίτοιγε ἀπὸ συναλλαγμάτων ἐγγεγραμμένη. ὁμοίως καὶ ταῖς μικταῖς συναριθμουμένη ταῖς ἐχούσαις ποινὰς καὶ πράγματος ἀπαίτησιν.

17 ¶ Rei persequendæ caussa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum verò actionum, quæ in personã sunt,eę quidem, quæ ex contractu nascuntur, ferè omnes rei persequendæ caussa comparatæ videntur, veluti quibus mutuampecuniam, vel in stipulatũ deductam petit actor,item commodati, depositi, mandati, pro socio,ex empto, vendito, locato, conducto.Planè si depositi agatur eo nomine, quòd tumultus, incendii, ruinæ, naufragii caussa depositum sit,in duplum actionemPrętor reddit,si modò cum ipso,apud quem depositũ sit, aut cum herede eius de dolo ipsiusagitur,quo casu mista est actio:

18 ¶ Ex.

18 ¶Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ persequendæ caussa comparatæ sunt, aliæ tam pœnæ, quam rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam tātùm persequitur quis actione furti: siue enim manifesti agatur, quadrupli, siue non manifesti, dupli de sola pœna agitur. nā ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petēs, siue fur ipse eā rem possideat, siue alius quilibet. Et amplius aduersus furem etiam condictio est rei.

19 ¶Vi autem bonorum raptorum actio mista est, quia in quadruplo, rei persecutio continetur, pœna autē tripli est. ¶Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato mista est, non solū si aduersus inficiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat, veluti si quis hominem claudū aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni precij fuerit, tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit: secundùm iam traditam diuisionem.

18 ¶ Αἱ δὲ ἐξ ἁμαρτήματος ἐγγενόμεναι ἀγωγαὶ, ποτὲ [a] μὲν μόνης ποινῆς ἀπαίτησιν ἔχουσι, ποτὲ δὲ τοῦτο μὲν ποινῆς, τοῦτο δὲ καὶ τοῦ πράγματος αὐτοῦ, ὥστε αὐτὰς εἶναι μικτάς. ποινὴν [b] μόνην ἀπαιτοῦμεν διὰ τῆς furti, εἴτε manifesti κινεῖται ἐπὶ τῷ τετραπλῷ, εἴτε nec manifesti ἐπὶ τῷ διπλῷ. τὸ [c] γὰρ πρᾶγμα αὐτὸ τὸ κλαπὲν, διὰ ἰδιαζούσης ἀπαιτοῦμεν ἀγωγῆς, ἢ διὰ τῆς in rem, εἴτε ὁ κλέπτης, εἴτε ἕτερός τις τοῦτο νέμεται, ἢ [d] διὰ τῆς φουρτίβου κονδικτιτίου, ὃν κατ' αὐτοῦ τοῦ κλέπτου κινεῖν δυνάμεθα.

19 ¶Ἡ[e] δὲ vi bonorum [e] raptorum μικτή ἐστι. ἐν γὰρ τῷ τετραπλῷ ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ πράγματος ἀπαίτησις. ὥστε οὖν τὸ τετραπλοῦν οὐκ ἐν καθαρᾷ ἐστὶ ποινῇ. ¶Ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἀκουϊλίου ἀγωγὴ μικτή ἐστιν· οὐ μόνον ἡνίκα κατὰ τοῦ ἀρνουμένου [f] κινεῖται εἰς τὸ διπλάσιον, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ ἡνίκα εἰς τὸ ἁπλοῦν ποιεῖται τὴν ἐναγωγήν. ἐὰν γάρ τις τὸν ἐμὸν οἰκέτην χωλὸν ὄντα, ἢ ἑτερόφθαλμον φονεύσῃ, ἔτυχε δὲ οὗτος ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἀκέραιος ὢν, τυχὸν πρὸ ζ, ἢ η, ἢ καὶ ι μηνῶν τῆς πληγῆς, οἶδας ὅτι ὁ δικαστὴς, ἀνακλᾷ ἑαυτὸν εἰς τοὐπίσω, ἐπὶ ὁλόκληρον ἐνιαυτὸν, ἡνίκα τὸ πρῶτον κεφάλαιον τοῦ ἀκουϊλίου ἐξετάζεται, καὶ ἐν ᾧ ἂν εὕρῃ χρόνῳ πλείονος [g] ἄξιον ὄντα τὸν ἀναιρεθέντα οἰκέτην, πρὸς τὴν διατίμησιν ἐκείνης τῆς ἡμέρας ποιεῖται τὴν καταδίκην, κατὰ τὴν δεδομένην ἤδη διαίρεσιν. ἰδοὺ ἐνταῦθα εἰ καὶ εἰς ἁπλοῦν κινεῖται, ὅμως ἔχει καὶ ποινῆς ἀπαίτησιν. τοῦ γὰρ ἀναιρεθέντος οἰκέτου ἔσθ' ὅτε ἀξίου ὄντος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναιρέσεως ι νομισμάτων, ἡ καταδίκη γίνεται εἰς ρ νομίσματα.

18 ¶Quæ autem ex maleficio actiones nascuntur, aliàs in sola pœnæ persequutione versantur, aliàs tam pœnæ quàm rei persequutionem continent, vt ideo mixtæ dicantur. Pœnam tātùm persequimur, actione furti: siue manifesti agatur ad quadruplū, siue nec manifesti ad duplum. Nam ipsam rē quæ furto ablata est, propria actione persequimur, aut in rē scilicet, siue fur ipse eam possideat, siue alius quilibet: aut condictione furtiua, quæ aduersus ipsum furem competit.

19 ¶Actio autem vi bonorum raptorū mixta est, quoniam in quadruplò & rei persequutio continetur. Itaque quadruplum in sola pœna nō est. ¶Sed & actio legis Aquiliæ mixta est: non solùm cùm aduersus inficiantem in duplum agitur, verùm etiam interdum cùm in simplū actio proponitur. Nam si quis hominem meū cùm claudus aut luscus esset occiderit, atque is eo anno integer fuerit, ante septē aut octo vel decem forte menses quàm occideretur, didicisti Iudicem retro se ad totum annum referre, cum primum caput legis Aquiliæ exercetur, & quocumque tempore, eum, qui occisus est, plurimi fuisse competerit, ad eius diei æstimationem, condemnationem facere, secundùm iam traditam diuisionem. Ecce & hîc, quamuis in simplum agatur, habet tamen res pœnæ persequutionem. Nam interdum serui eius nomine, qui cùm occideretur, decem aureorum fuerit, condemnatio fit in centum aureos.

a *Actione ex maleficio interdum solam pœnam, interdum pœnam & rem petimus.*
b *Furti actio ad pœna persecutionem pertinet: condictio & vindicatio ad rem ipsam* l. si pignore. 54 §. cum fur ti. 3 ff de furtis.
c *Furti actionis & vindicationis & condictionis furtiua differentia.*
d §. 14. sup. eo.
e *v.* sup. vl bonorū raptorum in prin. versi. quadruplum autem.
f *Actiones quadam si à reo inficiantur, duplantur, velut iudicati.* Paul. 1. sen. 18. §. 1. & li. 5. tit. 5. §. 7. *Cicero* pro Flacco, *depositi (nam ita legendū est apud* Paul. 1. sent. 18. §. 1. *non depensi* ve §. 26. infr. eo. *legati per dānationem relicti* d. §. 1. & §. vlt. ff. de obligat. quæ quasi ex contractu) *damni iniuria legis Aquiliæ.* d. §. 1 & §. 25. infra eod. §. 7. sup. de obligation. quæ quasi ex contractu. *item de modo agri cum à venditore emptor per mendaciū deceptus est.* d. paragr. 1. Paul de sen. 17. paragr. 4. *Cicero* 3. de officiis. *vbi de lingua nuncupatiua agit.*

g *Aestimatio hominis occisi, lege Aquilia ad id tempus refertur quo homo plurimi in eo anno fuit.* l. vt lex. l. 23. parag. idem Iulianus ff. ad l. Aqui.

propterea quòd tanti fuerit eo tempore, quo sanus erat & integer. ¶ Mixta etiam est actio illa in specie. Decedens aliquis legatum aut fideicommissum ecclesiæ, vel monasterio, vel sacello, vel alii venerabili loco reliquit. deinde is, qui legatum aut fideicommissum debebat, tandiu solutionem distulit, donec in ius vocaretur. Tunc enim & rem ipsam aut summam, quæ legata est, dare cogitur, & alterum tantum pœnæ nomine, vt hinc appareat, in duplum condemnationem eius esse.

[a] *Adde §. 23. in fi. infr. eo. §. Harmeno. 10. §. 47 & §. vlt. sup. de obligat. quæ quasi ex contractu. Sunt & alia quæ inficiando crescunt, de quibus paulo ante dixi.*

διὰ τὸ τοσούτου ἄξιον αὐτὸ γεγενῆσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ὑγιὴς ἦν. ¶ Μικτὴ δέ ἐστιν ὁμοίως ἀγωγὴ, καὶ ἐπ' ἐκείνου τοῦ θέματος. τελευτῶν τις, ληγάτον, ἢ φιδεικόμμισσον κατέλιπεν ἐκκλησίᾳ, [a] ἢ μοναστηρίῳ, ἢ εὐκτηρίῳ, ἢ ἑτέρῳ τοιούτῳ σεπτῷ τόπῳ. εἶτα ὁ τὸ ληγάτον, ἢ τὸ φιδεικόμμισσον ἐποφείλων, μέχρι τοσούτου τὴν καταβολὴν ὑπερέθετο ποιήσασθαι, μέχρις οὗ εἰς δικαστήριον κληθεὶς παρεγένετο. τότε γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ καταλειφθὲν πρᾶγμα, ἤτοι τὴν τῶν χρημάτων ποσότητα ἀναγκάζεται δοῦναι, καὶ ἕτερον τοσοῦτον ποινῆς ἕνεκα. ὡς ἐντεῦθεν δείκνυσθαι, ὅτι εἰς τὸ διπλοῦν ἔχει τὴν καταδίκην.

¶ Item mista est actio cōtra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine dare distulerint, vsque adeò vt etiam in iudicium vocarentur. tunc enim & ipsam rē vel pecuniam, quæ relicta est, dare compellitur, & aliud tantum pro pœna: & ideo in duplum eius fit condemnatio.

20 ¶ Sunt quædam actiones, quæ & actionis in rem & actionis in personam naturam in se habeant. ¶ Talis est familiæ herciscundæ actio, quæ coheredibus competit de diuidenda hereditate. Nā & actionis in rem proprietatem habet, quòd ea de rebus agatur. Ex parte enim singuli coheredū domini sunt. Habet & actionis in personam effectum. Nam capita quædā in ea & excutiuntur, & in condemnationem deducuntur, quæ actionis in personam & non actionis in rem propria sunt. Sicut infrà fauente Deo in Titulo de officio iudicis discemus. ¶ Idem dicere possumus & in actione Communi diuidundo, quæ inter eos redditur, qui qualis ex causa res inter se communes habent, vt hæ diuidantur.

¶ Prædictis Actionibus adnumeratur & actio Finium regundorum, quia inter eos agitur, qui confines agros habent, & de finibus inter se contendunt,

[b] *Familiæ herciscundæ iudicium ex duobus constat, rebus & præstationibus, id est personalibus actionibus, l. item Labeo. 22. §. familiæ herciscundæ. 4. ff. familiæ.*

[c] *Communi diuidundo actio quatenus in rē & in personam dicatur. vide* l. per hoc iudicium. 4. §. sicut autem. 3. ff. commu. diuid.

[d] *Finium regundorū act. o in rē & in personam quemadmodum dicatur, vide* l. 1. 2. 3. 4. ff. finium regundorum.

20 ¶ Εἰσί τινες ἀγωγαὶ, αἵτινες καὶ τὴν in rem καὶ τὴν personalis τὴν φύσιν ἔχουσιν ἐν ἑαυταῖς. ¶ Τοιοῦτόν ἐστι, τὸ φαμιλίας [b] ἐρκισκοῦνδαι, ὅπερ ἁρμόζει μεταξὺ τῶν συγκληρονόμων, ἕνεκα τῆς διαιρέσεως τῶν κληρονομιαίων πραγμάτων. ἔχει γὰρ καὶ τῆς in rem, τὸ ἰδίωμα, καθὸ περὶ πραγμάτων κινεῖται. ἕκαστος γὰρ συγκληρονόμος ἐν μέρει δεσπότης ἐστίν. ἔχει δὲ καὶ περσοναλίας ἀποτελέσματα. ἐξετάζεται γὰρ ἐπὶ αὐτοῦ, καὶ κατάγεται εἰς καταδίκην κεφάλαια, ἅτινα personalis, οὐ μὴν τῆς in rem ἐστὶν οἰκεῖα. ὡς ἐν τοῖς de iudiciis σὺν θεῷ μαθησόμεθα. ¶ Τὸ αὐτό ἐστιν εἰπεῖν, καὶ ἐν τῷ communi diuidundo [c] ὅπερ κινεῖσθαι συμβαίνει, μεταξὺ τῶν ἐχόντων ἐπίκοινα πράγματα, ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας, ἐπὶ τῷ ταῦτα διελέσθαι.

¶ Συνηρίθμηται ταῖς εἰρημέναις ἀγωγαῖς, καὶ τὸ finium [d] regundorum, μεταξὺ τῶν ἀγρογειτόνων γυμναζόμενον. οἵτινες περὶ ὅρων πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι φιλονεικίαν.

20 ¶ Quædam actiones mistā caussam obtinere videntur, tam in rem, quàm in personam. Qualis est familiæ herciscundæ actio, quæ competit coheredibus de diuidenda hereditate. ¶ Item communi diuidundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, vt id diuidatur. ¶ Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur qui confines agros habent.

¶ In

¶ In quibus tribus iudiciis permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare, & si vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicē certa pecunia alteri condemnare.

¶ Ἐν δὲ τούτοις τοῖς τρισὶ δικαστηρίοις ἐπιτέτραπται τῷ δικαστῇ, ἑνὶ τῶν δικαζομένων, καθὸ δίκαιον καὶ κάλλιστον αὐτῷ φανῇ, προσκυρῶσαι [a] τὸ κοινὸν πρᾶγμα, καὶ τῷ ἑτέρῳ ἕτερον ἀδιουδικατεύειν. οἷον καὶ τούτῳ ρ νομισμάτων ἄξιον, κἀκείνῳ ρ νομισμάτων ἄξιον. ἐπὶ τούτῳ γὰρ συγκροτεῖται τὰ δικαστήρια ταῦτα, ἐπὶ τῷ τὴν κοινότητα [b] καταπαῦσαι τὴν ἐντεῦθεν ἐγειρομένην φιλονεικίαν. εἰ δὲ συνέβη τῷ ἑνὶ προσκυρωθῆναι ἀγρὸν ἄξιον α νομισμάτων, τῷ δὲ ἑτέρῳ οἰκίαν, ω νομισμάτων. καταδικασθήσεται ὁ λαβὼν τὸν ἀγρὸν τῶν α νομισμάτων, διὰ τὸ μεῖζον αὐτοῦ εἶναι τὸ μέρος, δοῦναι τῷ λαβόντι τὴν τῶν ω νομισμάτων οἰκίαν, ρ νομίσματα, ὥστε ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν, ἀνὰ ϡ νομίσματα.

¶ In his autem tribus iudiciis permissum est iudici rem communem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo addicere, & alteri aliud quid adiudicare: [a] veluti huic rem, quæ centū aureis valeat, & alteri itē, quæ etiam centum aureis valeat. Nam ideo hæc iudicia constituuntur, vt communio, quæ contentiones & discordias gignere solet, tollatur. Quòd si vni addictus fuerit fundus mille aureûm, & alteri ædes octingentorum aureûm: is qui fundum mille aureûm accepit, quoniam pars eius maior est, condemnandus est alteri, qui ædes octingentorum aureûm accepit, dare centum aureos: vt ita vterque ipsorum nongentenos aureos habeat.

a Id vti fiat vide 3. Harmen. 10. § 19. & §. 4. 5. 6. 7. inf. de off. iudicis.

b Communio discordias parit.

21 ¶ Omnes autem actiones vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, vlterius autem nulla actio extenditur.

21 ¶ Τρίτη τῶν ἀγωγῶν διαίρεσίς ἐστιν αὕτη. πᾶσα γὰρ ἀγωγὴ, ἢ εἰς ἁπλοῦν, ἢ εἰς διπλοῦν, ἢ εἰς τριπλοῦν, ἢ εἰς τετραπλοῦν ἔχει τὴν καταδίκην. περαιτέρω δὲ τοῦ τετραπλοῦ [c] οὐκ ἔστιν εὑρεῖν.

21 ¶ Tertia diuisio actionum est hæc: quòd omnis actio aut in simplum, aut in triplum, aut in quadruplum condemnationem habeat: vltra quadruplum nullam extendi compertum est.

c Nulla actio vltra quadruplū iure Romano extenditur. Mosaico iure quintuplo pœna fuit. Exod. 22.

22 ¶ In simplum agitur, veluti ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quam plurimis caussis.

22 ¶ Καὶ εἰς ἁπλοῦν μὲν ἔχουσι τὴν καταδίκην, οἷον ἡ ἀπὸ τῆς ἐπερωτήσεως ἀγωγὴ, ἡ ἀπὸ τοῦ δανείσματος, ἡ ex empto, ἡ ex vendito, ἡ locati, ἡ conducti, ἡ mandati. καὶ ἄλλαι δὲ ἐκ πλειόνων αἰτιῶν ἀναφυόμεναι ἀγωγαί.

22 ¶ Et in simplum quidem condemnationem habent, velut ex stipulatu, ex mutuo, ex empto, ex vendito, locati, conducti, mādati, & aliæ denique compluribus ex caussis manantes.

23 ¶ In duplum agimus, veluti furti nec manifesti, damni iniuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam caussis. ¶ Item serui corrupti quæ competit ei cuius hortatu, consilióve seruus alienus fugerit, aut cō-

23 ¶ Εἰς διπλοῦν δὲ, οἷον ἡ furti [d] nec manifesti. καὶ ἡ τοῦ ἀκουϊλίου [e] ἐξ ἀρνήσεως. καὶ ἡ depositi, [f] ἔσθ᾽ ὅτε, οἷον ἡνίκα μὴ ἀποδίδοται, τὸ ταραχῆς χάριν, ἢ ἐμπρησμοῦ παραδοθέν.

¶ Ἔτι δὲ καὶ ἡ serui [g] corrupti. ἥτις ἁρμόζει κατ᾽ ἐκείνου, τοῦ προτρέψαντος, ἢ συμβουλεύσαντος τὸν ἐμὸν οἰκέτην ὥστε φυγεῖν,

23 ¶ In duplum verò, vt furti nec manifesti, legis Aquiliæ ex inficiatione, & interdum depositi, veluti cùm id quod tumultus aut incendii causa depositum est, non redditur.

¶ Ad hæc & serui corrupti, quæ competit aduersus eum, cuius hortatu vel cōsilio seruus meus fugit,

d Vide § 9. sup. de obligat. quæ ex delicto.

e Vide 26. inf. eod.

f §. 17. sup. eo. §. 26. inf. eo.

g l. 10. l. 14. §. 5. ff. de seruo corrupto.

aut contumax in me factus est, aut prodigè viuit, aut (vt rē verbo absoluā) mores suos quocumque modo in peius mutauit. Cùm autem serui corrupti agetur, & earum rerū, quę ab illo ablatę fuerint, æstimatio habenda est.

¶ In duplum quoque cōdemnationem habet (vt dictum est) legatum aut fideicōmissum, quod venerabilibus locis relictū, nec antè quàm in ius iretur, solutum est.

24 ¶ In triplum fit condemnatio, illa in specie. Cōstitutio est Imperatoris nostri, quæ litium executoribus certum quid sportularū nomine iubet dari secūdùm quantitatē in libello cōuentionis insertā: veluti (verbi gratia) vsque ad centum aureos constituit, vt dimidiū aurei daretur. Quòd si maior fuerit quantitas, maiores esse voluit & sportulas. Cùm igitur ego aduersario meo nocere vellem & curare, vt maiores daret sportulas, tale quid commentus sum. Etenim cùm centum mihi aureos nec amplius deberet, libellum ei mille aureorum misi: quo facto necesse fuit ei ob maiorem summam in libello insertā & maiores dare sportulas. Excussa igitur petitione, compertum est centū tantùm aureos mihi deberi. Et quoniam (exēpli gratia) sex aureos plus dedit, quàm ex vero dare debebat, nascetur aduersus me actorem ex dicta constitutione. Condictio ex lege, qua in octodecim aureos conueniar, nēpe sex illos, qui supra verum erant dati, & alios duodecim. Porrò dubium non est, quin ex constitutionibus, & condictio ex lege nascatur.

a §.19. in fin. sup. eo. §.26. Inf. eo. §. vlt. in fi. supr. de oblig. at. quæ quasi ex contractu.
b *De his quæ inficiando crescunt in duplū adde* Paul 1. sent. 19. § 1.
c *Quæ in priori Codice extabat. Hodie non extat: simile tamen quoddā in* Nouell. 8. & Nouell. 82. c. 7.
d *Adde* §. 25. inf. eod. & 7. Eclo. 4. περὶ ἐκβιβαστῶν. *Est autem, vt ibidem refertur,* ἐκβιβαστὴς ὁ μετὰ τὴν ἀπόφασιν ἐπιχειρῶν τὰ ὑποθέσεις ἀνυσθεῖσαν ἐπιφέρειν ... *quæ post sententiā adhibetur. vt quæ iudicata sunt exsequatur. de quo v.* l. Executorē. 8 C. de exec. rei iudicatæ *adde* Harmeno. 4. § 55.
e *Vide tit.* C. de Sportulis.
f *Condictiones quædam ex lege nascuntur.* l. vnica ff de condict. ex lege.

ἢ ὡς τι αὐτοῦ προπετῆ κατ' ἐμοῦ γένηται. ἢ ἀσώτως ζῇ ἢ ἁπλῶς οἱῳδήποτε τρόπῳ χείρονας αὐτοῦ τοὺς τρόπους ἀποτελέσῃ. κινουμένης δὲ ταύτης τῆς servi corrupti, ἐναχθήσεται καὶ εἰς τὴν τῶν ἀφαιρεθέντων, ὑπ' αὐτοῦ πραγμάτων διατίμησιν. ¶ Εἰς τὸ διπλοῦν ἔχει τὴν καταδίκην, καθὰ εἴρηται[a] καὶ τὸ ληγάτον, ἢ τὸ φιδεϊκομμισσον τὸ καταλειφθὲν σεπτοῖς τόποις, μέχρι τῆς εἰς τὸ δικαστήριον ἀφίξεως μὴ[b] καταβληθέν.

24 ¶ Εἰς τὸ τριπλοῦν γίνεται ἡ καταδίκη, ἐπὶ ἐκείνου τοῦ θέματος. διάταξις[c] ἐστὶ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἢ τις τοῖς τῶν ὑποθέσεων ἐκβιβασταῖς,[d] λόγῳ σπορτούλων,[e] ῥητόν τι δίδοσθαι παρεκελεύσατο, πρὸς τὴν ποσότητα τὴν ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς αἰτιάσεως ἐμφερομένην. οἷον λόγου χάριν μέχρι ἑκατὸν νομισμάτων ὥρισε δίδοσθαι τὸ ἥμισυ τοῦ νομίσματος. εἰ δὲ μεῖζον εἴη ποσότης, πλείονα εἶναι καὶ τὰ σπόρτουλα. βουλόμενος οὖν ἐγὼ τὸν ἐμὸν ἀντίδικον ζημιῶσαι, καὶ ὑποβαλεῖν πλεῖον σπορτούλων δῶσαι, ἐποφειλόμενος παρὰ αὐτοῦ ἑκατὸν νομίσματα ἔπεμψα αὐτῷ βιβλίον εἰς α νομίσματα, καὶ λοιπὸν ἀνάγκη γέγονε τῷ αἰτηθέντι, ὡς πολλῆς οὔσης τῆς ἐμφερομένης τῷ βιβλίῳ ποσότητος, πλείονα δοῦναι σπόρτουλα. τῆς αἰτιάσεως οὖν ἐξεταζομένης, εὑρέθην ἑκατὸν νομίσματα ἐποφειλόμενος. καὶ ἐπειδὴ πλείονα ὧν ἔδει αὐτὸν κατὰ τὸ ἀληθὲς δοῦναι δέδωκε, λόγου χάριν ἕτερα ἓξ νομίσματα, τεχθήσεται κατ' ἐμοῦ τοῦ ἄκτωρος ἐκ τῆς εἰρημένης διατάξεως ὁ ἐξ λέγει κονδικτίκιος, μεθοδεύων με ιη νομίσματα, αὐτά τε τὰ ἐκ περιττοῦ διδόμενα ἓξ νομίσματα, καὶ ἕτερα ιβ. τὸ γὰρ[f] ex lege κονδικτίκιον, ἀμάχως ἐκ διατάξεως τίκτεσθαι συμβαίνει.

tumax aduersus dominū factus est, aut luxuriosè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo seruus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est secundū ea quæ suprà diximus.

24 ¶ Tripli verò agimus, cùm quidam maiorē vera æstimatione quantitatem in libello conuentionis inserunt, vt ex hac caussa viatores id est, executores litium ampliorem summam sportularū nomine exigerent: tunc enim id, quod propter eorum caussam damnū passus fuerit reus, in triplum ab actore cōsequetur, vt in hoc triplo etiā simplū, in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice fulget, quam proculdubio, certū est ex lege condictitia emanare.

25 ¶ Qua-

25 ¶ Quadrupli autẽ agitur, veluti furti manifesti, item de eo quod metus caussa factũ sit. ¶ Déque ea pecunia, quæ in hoc data sit, vt is cui datur, calũniç caussa negotium alicui faceret, vel non faceret. ¶ Item ex lege condictitia nostra constitutio oritur, in quadruplum cõdemnationẽ imponens iis executoribus litiũ, qui contra nostrç constitutionis normam à reis quidquam exegerint.

25 ¶ Εἰς τὸ τετραπλάσιον ἔχουσι τὴν καταδίκην, ἡ furti manifesti, [a] ἔτι δὲ καὶ ἡ metus causa. [b] ἐὰν γὰρ ἐπαγάγω φόβον τινὶ, παρασκευάσω δὲ αὐτὸν τὸ οἰκεῖον πρᾶγμα μοι παραδοῦναι. ἔξει κατ' ἐμοῦ τὴν metus causa. καὶ καταδικασθήσομαι αὐτῷ, εἰς τὸ τετραπλοῦν. εἰσὶ καὶ δύο in factum, εἰς τὸ τετραπλάσιον ἔχουσαι τὴν καταδίκην, οἷον ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. [c] δέδωκά σοι ἑκατὸν νομίσματα, ὥστε κινῆσαι κατά τινος δικαστήριον, καὶ ἀπραγμόνως αὐτῷ μὴ συγχωρῆσαι διάγειν. δύναται ὁ τίτιος κινῆσαι κατὰ σοῦ τὴν in factum ἀγωγὴν, ὥστε ἀπαιτεῖν νομίσματα. ἢ καὶ ἐβούλετό τις, μηδεμίαν ἔχων κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴν, κατὰ συκοφαντίαν εἰς τὸ δικαστήριον ἕλκειν με. φοβηθεὶς ἐγὼ διὰ τὴν προστάσιαν μὴ ἀπραγμοσύνην, δέδωκα τούτῳ νομίσματα ἑκατὸν ἐπὶ τῷ τὰ ἀπειλούμενα διαφυγεῖν δικαστήρια. δύναμαι ἐπιστραφεὶς κινῆσαι κατ' αὐτοῦ τὴν in factum, καὶ τῶν ὑπ' ἐμοῦ δεδομένων νομισμάτων ἀπαιτῆσαι αὐτὸν τὸ τετραπλοῦν. ¶ Ἔστι καὶ ὁ ex lege κονδικτίτιος ἐκ διατάξεως τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἔχων εἰς τὸ τετραπλοῦν τὴν καταδίκην, ὡς ἐπὶ τοιούτου θέματος. ἠπιστάμην ἐγὼ τὸν ἐμὸν ἀντίδικον. ἔπεμψα αὐτῷ βιβλίον τῆς ἐποφειλομένης κατὰ τὸ ἀληθὲς ποσότητος. δέον τὸν ἐκβιβαστὴν [d] ὀνόματι σπορτούλων [e] λαβεῖν δύο νομίσματα, ἔλαβεν η νομίσματα. κινηθήσεται κατ' αὐτοῦ, ὁ ex lege κονδικτίτιος· τὸ τετραπλοῦν τῶν η νομισμάτων αὐτοῦ μεθοδευόντων.

25 ¶ In quadruplum habent condemnationem actio furti manifesti, & actio, Quod metus causa. Nam si cui metum incussi ac curaui, vt rem suam is mihi traderet, habebit ad uersum me actionẽ, Quod metus causa: & in quadruplum ei condemnabor. ¶ Sunt & duæ in factum actiones, quæ condemnationem in quadruplum habeant. Velut in hac specie: Centum tibi aureos dedi, vt Titio controuersiam faceres, nec sine molestiis cum viuere fineres. Potest Titius, tecum in factum agere, & quadringentos aureos à te petere. Aut etiam quidam cùm nullam mecum haberet actionem, calumniæ causa ad iudicium me volebat trahere. Ego id metuens homo ab omnibus litibus abhorrens, & negotiorum huiuscemodi imperitus, centum ei dedi aureos, vt iudicium quod mihi minitabatur, effugerem. Possum ad eũ regredi, & in factum cum eo agere, ac quadruplum aureorum, quos ei dederam, persequi. ¶ Est & ex constitutione Imperatoris nostri prodita condictio ex lege, quæ & ipsa condemnationem habet in quadruplum. Velut in tali specie. Litem habebam cum aduersario meo. Libellum ei miseram summæ quam mihi ex vero debebat, Exequutor cum sportularũ nomine duos tantùm aureos accipere debuerat, accepit octo. Cõdictione ex lege, ad quadruplum octo aureorum cum eo agetur.

a §. 5 sup. de oblig. quæ ex delicto.
b l. 14. §. 1. ff. quod metus causa.
c Vide l. 1. ff. de calumniatoribus.
d De executoribus litis §. 24 sup. eo. ad de § 27. inf. eod. -. Eclo. 4 c. 6 §. 4.
e Sportulæ Græcis dicuntur ἐκταγιατικά. Harmen. 4. §. 53 περὶ ἐκταγιατικῶν.

26 ¶ Sed furti quidem nec manifesti actio, & serui corrupti, à cæteris, de quib. simul locuti sumus, eo differunt, quòd hæ actiones omnimodo dupli sunt, at illæ, (i. damni iniu-

26 ¶ Εἰρήκαμεν εἰς τὸ διπλοῦν ἔχειν τὴν καταδίκην, τὴν furti nec manifesti, καὶ τὴν serui corrupti,

26 ¶ Diximus iam dupli condemnationem versari in actione furti nec manifesti, & serui corrupti,

& ex lege Aquilia, & depositi, interdum etiam in legatis fideicōmissive, quod venerabilibus locis relictum est, petitione. ¶ Sed inter eas actiones hæc est differentia, quod furti nec manifesti actio, & serui corrupti, omnimodo habeant dupli condemnationem, siue quis negauerit, siue confessus fuerit: actio verò legis Aquil æ. & in his casibus, qui relati sunt, depositi, aduersus inficiantes duplicentur, in confitentes verò simpli condemnationem inducant. ¶ In legato autem quod ecclesiis aut aliis venerabilibus locis relictū est, non solùm cùm quis inficiatur, in duplum crescit condemnatio, verùm etiam cùm relicti solutionem tandiu differt, donec iussu competentium magistratuum conueniri cœpit. In confitentem verò, & antequam iussu magistratuum conuentus fuerit, soluentem, simpli redditur.

a *Actio legis Aquiliæ & depositi inficiando crescit.* Paul. 1. sent. 19. §. 1.
b *Depositi actio inficiando crescit.* §. 17. c. 27. sup. eod. Paul. 1. sent. 1. §. 1.
c *De actionibus quæ inficiādo crescūt.* dixi § 19. sup. eodem.
d *Vide* §. 19. in fin. & §. 23. § eod.

καὶ τὸν ἀκουΐλιον, καὶ τῆς depositi. ἔστιν ὅτι, καὶ τῆς ἐπὶ τῷ ληγάτῳ, ἢ φιδεικομμίσσῳ ἀπαίτησιν, ὅπερ καταλείφθη σεβασμίοις τόποις. ¶ Διαφορὰ δὲ μεταξὺ αὐτῶν τῶν ἀγωγῶν αὕτη. ὅτι ἡ furti nec manifesti, καὶ ἡ serui corrupti παντὶ τρόπῳ εἰς τὸ διπλοῦν ἔχουσι τὴν καταδίκην. εἴτε ἀρνεῖταί τις, εἴτε ὁμολογεῖ· ὁ δὲ ἀκουΐλιος, [a] καὶ ἡ depositi, [b] ἐπὶ τῶν εἰρημένων θεμάτων, κατὰ μὲν τῶν ἀρνουμένων [c] διπλασιάζονται· κατὰ δὲ τῶν ὁμολογούντων, εἰς ἁπλοῦν ποιοῦνται τὴν καταδίκην. ¶ Ἐπὶ δὲ [d] τοῦ ληγάτου τοῦ καταλειφθέντος ἐκκλησίαις, ἢ καὶ ἑτέροις τιμίοις τόποις, οὐ μόνον ἡνίκα τις ἀρνεῖταί ἐστι κατ' αὐτοῦ ἡ εἰς τὸ διπλοῦν καταδίκη, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ὑπερθῆται τοῦ καταλιμπανομένου ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν, μέχρις οὗ κελεύσει τῶν προσφόρων ἀρχόντων ὀχληθῇ. κατὰ γὰρ τοῦ ὁμολογοῦντος, καὶ πρὸ τῆς κατὰ κέλευσιν ἀρχόντων ὀχλήσεως ἀγνωμονοῦντος, εἰς ἁπλοῦν ἐστὶν ἡ καταβολή.

rix ex lege Aquilia, & interdum depositi,) inficiatione duplicantur, in cōfitentem autem in simplum dantur. Sed illa, quæ de iis competit, quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solùm inficiatione duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem, vsque quo iussu magistratuū (nostrorum) conueniatur. In confitentem verò, antè quàm iussu magistratuum conueniatur, soluētem, simpli redditur.

27 ¶ Porrò inter actiones, quæ quadrupli condemnationem habent, ea est differentia. Nam actio Quod metus causa, eò differt à cæteris, quòd eius natura tacitè continetur: vt quis ea conuentus est, si iussu iudicis rem vi ablatam actori restituerit, absoluatur. Quod in cæteris actionibus haud ita est, quoniā in his omnimodo quisque in quadruplum condemnatur. Veluti in duabus illis, quæ in factum dantur. Item in cō lictione ex lege, quæ aduersus exequutorem competit, qui maiores sportulas, quàm legibus cautum est, accepit, quemadmodum

e l. Item si. 14. § 1. ff. quod metus causa.
f *Veluti furti: qua actione sua pœnitentia nemo absoluitur.* l. qui ea mente. 65. ff. de furtis.

27 ¶ Ἐπὶ δὲ τῶν εἰς τετραπλοῦν ἐχουσῶν τὴν καταδίκην ἔστιν αὕτη ἡ διαφορά. ἡ γὰρ metus causa διενήνοχε τῶν λοιπῶν τούτῳ, ὅπερ σιωπηρῶς τῇ φύσει αὐτῆς παρέπεται. ἐὰν [e] γὰρ ὁ ταύτῃ ἐναγόμενος, κελεύσει τοῦ δικαστοῦ, τὸ κατὰ βίαν ληφθὲν πρᾶγμα ἀποκαταστήσῃ τῷ ἐνάγοντι, ἀπολύεται. ὅπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀγωγῶν οὐχ οὕτως ἔχει. ἐπ' ἐκείνων [f] γὰρ παντὶ τρόπῳ εἷς ἕκαστος εἰς τὸ τετραπλοῦν καταδικάζεται. οἷον ἐπὶ τῶν δύο, in factum καὶ τοῦ ex lege κονδικτιτίου, ὅς τις ἁρμόζει κατὰ ἐκβιβαστοῦ πλείονα, τῶν νενομισμένων σπορτούλων κομισαμένου,

27 ¶ Item actio de eo quod metus caussa factum sit, à cæteris, de quibus simul locuti sumus, eo differt, quòd eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat, absoluatur, quod in cæteris casibus non est ita, sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur:

quod est

quod est & in furti manifesti actione.

28 ¶ Actionum autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti iuris. ¶ Bonæ fidei sunt hæ, ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorũ gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi diuidundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, & hereditatis petitio. quamuis.n. vsq; adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia cõnumeranda hereditatis petitio esset, an non, nostra tamen constitutio apertè eam esse bonæ fidei disposuit.

29 ¶ Fuerat antea & rei vxoriç actio vna ex bonæ fidei iudiciis: sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antea habebat, cum multis diuisionibus, in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus, meritò rei vxoriæ actione sublata, ex stipu-

ὥσπερ ἐστὶν ἐπὶ τῆς furti manifesti.

28 ¶ Τῶν ἀγωγῶν αἱ μέν εἰσι bonæ fidei, αἱ δὲ strictæ. ¶ Bonæ fidei [a] εἰσὶν αὗται, ex empto, ex vendito, locati, conducti, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ herciscundæ, communi diuidundo, præscriptis [b] verbis λεγομένη æstimatoria. χώραν δὲ αὐτῇ ἐστὶν, ἡνίκα διατιμησάμενος πρᾶγμα, οἷον κόσμιον ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον παραδώσω σοι ἐπὶ τῷ πωλῆσαι εἰπών, ἢ φέρε μοὶ ρ νομίσματα, ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡ ἑτέρα [c] præscriptis verbis, ἥτις ἁρμόζει ἐπὶ τοῦ περμουτατίονος, hereditatis petitio. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ μέχρι τοῦ σήμερον ἐστασιάζετο αὕτη, καὶ ἄδηλον ἦν, πότερον συναριθμεῖται τοῖς bonæ fidei δικαστηρίοις, ἢ οὐ συναριθμεῖται, ὅμως διάταξις [d] τοῦ ἡμετέρου βασιλέως σαφῶς εἶναι ταύτην ἐκέλευσε τῶν bonæ fidei.

29 ¶ Καὶ ἡ rei vxoriæ [e] πάλαι. ἥρμοζε δὲ αὕτη μετὰ διάλυσιν τοῦ γάμου τῇ γυναικὶ κατὰ τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς, ἐπὶ ἀναλήψει τῶν προικιμαίων πραγμάτων, καὶ ἦν τῶν bonæ [f] fidei. ἀλλὰ διάταξις [g] τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ταύτην ἀνελοῦσα, δέδωκε πρὸς ἀνάληψιν τῆς προικὸς τὴν ex stipulatu, ὡς οὖσαν πλατυτέραν, καὶ πᾶν τὸ τῆς rei vxoriæ δίκαιον ἐπὶ ταύτην μετήγαγε. καὶ τούτῳ τῷ θέματι τὴν bonæ fidei τὴν ex stipulatu ἀπετέλεσε, καὶ ἑτέρας πολλὰς διαιρέσεις ἐπινοήσας αὐτῇ τῇ ex stipu-

& in actione furti manifesti.

28 ¶ Actionum quædam sunt bonę fidei, alię stricti iuris. ¶ Bonę fidei sunt hę, ex empto, ex vendito, locati, conducti, negotiorum gestorum, mãdati, depositi, pro socio, tutelæ, cõmodati, pignoratitia, familiæ herciscundæ, communi diuidundo, præscriptis verbis, quæ dicitur æstimatoria (huic autem tunc locus est, cùm rem aliquam æstimatam tibi trado, vt vendas: dicendo, aut centum mihi aureos, aut rem ipsam referto) & alia præscriptis verbis, quæ ex permutatione cõpetit, item hereditatis petitio. Nam quamuis ad huncvsque diem certatum de ea, & dubitatum fuerit, in numeróne bonæ fidei iudiciorum habenda, an non habenda esset, Imperatoris tamen nostri constitutio apertè eam bonæ fidei esse voluit.

29 ¶ Erat olim & actio rei vxoriæ. Hæc autem soluto matrimonio, vxori aduersus maritum dabatur, ad repetendas res dotales, & inter actiones bonæ fidei erat. Sed Imperatoris nostri constitutio, hac sublata, actionem ex stipulatu, vt quæ plenior sit, & latius se porrigat, ad dotis repetitionem concessit: & omne ius quod actio rei vxoriæ habebat, in hanc transtulit: ac ea in specie actionem ex stipulatu bonæ fidei effecit, multísque aliis diuisionibus actioni ex stipu-

a *Bonæ fidei cur dicantur.* adde §. 30. inf. cod.

b *De æstimatoria præscriptis verbis actione, vide l. unicam. ff. de æstimatoria.*

c *Præscriptis verbis actio duplex, æstimatoria & ex permutatione.*

d l. vlt. Co. de petit. hereditat.

e *Actio rei vxoriæ quãdo, cur, in quem, ad quid dabatur & cuius natura.*

f *Facit* l. sed etsi. 21. in fi. ff. soluto matrimonio.

g *Vide* l. vnicam. Cod. de rei vxoriæ act.

latu quæ ad dotem repetendam competit, inuentis, & tacitam hypothecã actioni ex stipulatu ad dotis exactionem dedit, & quibusuis creditoribus, quamuis priores sint tempore, præferri eam voluit. Sed hoc tum demum, cùm mulier de his ipsis quæ dotis nomine intulit, vult experiri. Quapropter, si ad exigendam antenuptialẽ vel ob nuptias factam donationem, actione ex stipulatu velit agere, non iisdẽ fruetur priuilegiis.

30 ¶ In bonæ fidei iudiciis libera facultas est Iudici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori reum dare oporteat. Pars autem tam liberæ iudicis potestatis est & illa. Nam si quis mecum agat actione bonæ fidei, & decem à me petat aureos, atque is inuicẽ mihi debeat quinque aureos: iudex compẽsatione habita cum his quæ inuicem mihi debẽtur, non in decem aureos, sed in quinque me condemnabit. ¶ Est autem compensatio Græcè ὁ ἀντίλογος, hoc est, inuicem imputandi quæ contrà debentur ratio. Et hæc quidem est natura iudiciorũ bonæ fidei. In iudiciis autem stricti iuris, quoniam ibi summa & exacta iuris constituti ratio habetur, si quis mecum agat ad decem aureos forte, quamuis inuicem mihi quinq; debeat, nihilominus tamẽ in decem condemnandus sum. ¶ Atque id quidem quantum ad strictam iuris rationem attinet. Sed emissum est Marci Cæsaris rescriptum, quo cauetur: vt cùm stricti iuris actione decem aurei à me petuntur, & quinque inuicem mihi debentur, liceat mihi doli exceptionem agenti opponere.

a Vide l. assiduis. 12. Cod. qui potiores. Nouell. 109. c. 1. & 97. c. 3. 4.

b Donatio ante nuptias & propter nuptias dote minus priuilegiata.

c Actionum bonæ fidei natura quæ.

d Potestatis iudicialis argumentum est ad compensationem ineundam litigatores posse cogere.

e Compensatio quid adde l. 1. ff. de compensationibus.

f Ita dicitur. 7. Eclog 10. passim: & 3. Harmeno. 9. §. 22.

g Compensatio non tantum in bonæ fidei, sed in stricti iuris iudiciis admittitur.

latu, ἐπὶ ἀπαιτήσει προικὸς ἁρμόζουσῃ, καὶ σιωπηρὰν δέδωκεν ὑποθήκην τῇ ex stipulatu, ἐπὶ ἀπαιτήσεως τῆς προικὸς, καὶ προτίμησιν [a] παντὸς δανειστοῦ, εἰ καὶ πρεσβύτερός ἐστι τῷ χρόνῳ. ἀλλὰ τότε μόνον βούλεται ἡ γυνὴ αὐτὰ τὰ ἐπιδοθέντα ὑπ' αὐτῆς λόγῳ προικὸς ἀναλαβεῖν. ὥστε οὖν ἐπὶ ἀπαιτήσει τῆς προγαμιαίας [b] δωρεᾶς, ἤτοι τῆς διὰ γάμον γινομένης δωρεᾶς, εἰ βουληθῇ χρήσασθαι τῇ ex stipulatu, τῆς αὐτῆς οὐ τεύξεται προνομίας.

30 ¶ Ἐπὶ [c] τῶν bonæ fidei δικαστηρίων ἐξουσία δίδοται τῷ δικάζοντι ἐκ τοῦ καλλίστου καὶ τοῦ δικαίου κρίνειν. ὅσον τῷ ἄκτορι τὸν ῥέον ἀποκαταστῆσαι χρή. μέρος [d] δὲ τῆς ἐλευθέρας ἐξουσίας ἐκείνης τοῦ δικαστοῦ ἐστι καὶ τοῦτο. ἐὰν γάρ τις κινεῖ κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴν bonæ fidei, δέκα με ἀπαιτῶν νομίσματα, ἀντεποφείλει δέ μοι ε νομίσματα, κομπενσατεύσας ὁ δικαστὴς, ἅπερ ἐκεῖνος ἀντεποφείλει μοι, οὐκ εἰς τὰ ι νομίσματα, ἀλλ' εἰς τὰ ε με καταδικάσει. ¶ Κομπενσατίων [e] δέ ἐστιν ὁ ἀντίλογος, [f] τουτέστι τὸ ἀντιλογίσασθαι τὰ ἀντοφειλόμενα. ταῦτα μὲν οὖν ἡ φύσις βούλεται, τῶν bonæ fidei δικαστηρίων. ἐπὶ δὲ τῶν stricton, ἐπειδὴ τῆς ἀκριβείας αὐτῶν γίνεται λόγος, εἰ κινῶν τις κατ' ἐμοῦ περὶ ι νομισμάτων τυχὸν, εἰ καὶ ἀντεποφείλει ε νομίσματα, εἰς τὰ ι οὐδὲν ἧττον καταδικασθήσομαι. ¶ Καὶ ταῦτα μὲν, ὅσον ἐκ τῆς ἀκριβείας [g] αὐτῶν. διάταξις δὲ γέγονε Μάρκου τοῦ βασιλέως, ἥ τις φησὶν ἐναγόμενόν με στρίκτῃ ἀγωγῇ περὶ ι νομισμάτων, καὶ ἀντεποφειλόμενον ε, δύνασθαι ἀντιτιθέναι τῇ ἀγωγῇ τὴν τοῦ δόλου παραγραφήν. καὶ τῆς τοιαύτης ἀντιτεθείσης παραγραφῆς,

latu actio, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicii tantum in ex actione dotis meruit, vt bonæ fidei sit: sed & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc censuimus, cùm ipsa mulier de dote sua experiatur, cuius solius prouidẽtia hoc induximus.

30 ¶ In bonæ fidei iudiciis libera potestas permitti videtur iudici, ex bono & æquo æstimãdi, quantum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, vt si quid inuicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti iuris iudiciis ex rescripto diui Marci, opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur.

¶Sed nostra cōstitutio easdem compēsationes, quæ iure aperto nituntur, latiùs introduxit, vt actiones ipso iure minuant, siue in rem, siue in personam, siue alias quascūque, excepta sola depositi actione. cui aliquid compensationis nomine opponi, sanè iniquum esse credimus, ne sub prætextu compensationis, depositarum rerū quis exactione defraudetur.

χώραν δίδοται τῷ δικαστῇ, δέξασθαι τὴν κομπενσατίονα, καὶ εἰς ε μόνα καταδικάσαι νομίσματα. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῶν παλαιοτέρων διατάξεων. ¶ Ἡ δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως παρακελεύεται διάταξις, [a] τὰς σαφεῖς [b] καὶ ἀναμφιβόλους κομπενσατίονας, ipso iure μειοῦν τὴν ἀγωγήν· εἴτε in rem ἐστὶν, εἴτε περσοναλία, οἷον ἔχει τις κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴν, ἢ strictam, ἢ καὶ bonæ fidei, περὶ ι νομισμάτων, ἀντεποφείλει δέ μοι γ νομίσματα. αὐτῷ τῷ νόμῳ, ἅμα τῷ ἀντεποφειληθῆναι, ἡ κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴ μειοῦται τρισὶ νομίσμασι. ὡς μηκέτι μὲν ι, ζ δὲ μόνον ἐποφείλειν νομίσματα. εἶπον δὲ ταῦτα χώραν ἔχειν ἐπὶ πάσης [c] in rem, καὶ περσοναλίας ἐξῃρημένης μόνης τῆς depositi. [d] ἐὰν γάρ τις παραθῆταί μοι ι νομίσματα, ἀντεποφείλῃ δέ μοι τρία, κινήσῃ δὲ κατ' ἐμοῦ τὴν depositi. τὰ ι νομίσματα μεθοδεύσει. ἀτοπώτατον γὰρ ἐνόμισεν ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς, ἀντιτίθεσθαι τὴν κομπενσατίονα. καὶ προσχήματι ταύτης, τῶν παρατεθέντων πραγμάτων μὴ γίνεσθαι τὴν ἀπαίτησιν εἰ ἀκέραιον.

Qua exceptione opposita, potestas datur iudici, vt cōpensationem admittat, & me in quinque tantùm aureos condēnet. Et hæc quidē ex veteribus constitutionibus. ¶Sed imperatoris nostri constitutione cautum est, vt liquidæ, apertæque & certę cōpensationes ipso iure actionē minuant, siue in rem agatur, siue in personā: veluti, mecum aliquis actionem habet decem aureorū, bonę fidei aut stricti iuris. Is mihi inuicē debet aureos tres. Ipso iure actio, quam mecum is habet, simul atque mihi inuicem debere cœpit, tribus aureis minuta est. Sic vt ego non decē iam aureos, sed septē tantum debere intelligar. Locum hæc habere dixi in quauis actione, tum in rē, tum in personā, sola depositi actione excepta. Nam si quis decem aureos apud me deposuerit, & is mihi inuicem tres debeat: depositi mecum agendo, decē aureos persequi potest. Satis enim impium esse putauit Imperator noster sā-ctissimus hac in specie compensationis nomine aliquid opponi: & eius prætextu res depositas in solidum non exigi.

a l. vlt. C. de compensationibus.
b *Compensatio liquidi & aperti debiti fit ipso iure.*
c d. l. vlt.
d *Actioni depositi opponi cōpensatio nō potest, sed res ipsa reddenda est.* Pau. 2. sen. 12 §. 3. adde l. vlt. commodati. l. vlt. C. de compensat. l. pen. C. depositi 3. Harmeno. 9. §. 22.

31 ¶Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est, ex arbitrio iudicis pendentes appellamus: in quibus nisi arbitrio iudicis cumquo agitur, actori satisfaciat, veluti *rem restituat*, vel *exhibeat*, vel *soluat*, vel *ex noxali causa seruum dedat*, *condemnari debeat*.

¶Sed istæ actiones, tam in rem, quàm in personā inueniuntur.

31 ¶ Εἰσὶ τινὲς ἀγωγαὶ, ἃς arbitrarias προσαγορεύομεν, διὰ [e] τὸ τῆς κελεύσεως ἠρτῆσθαι τοῦ δικαστοῦ, ἐν αἷς εἰ μὴ μεσιτείᾳ καὶ τῇ κελεύσει τοῦ δικαστοῦ ὁ ῥέος ἀποκαταστήσῃ, ἢ εἰς μέσον παραστήσῃ, ἢ καταβάλῃ, ἢ εἰς noxam δῷ τὸν οἰκέτην, ἢ τὸ πρᾶγμα τῷ ἄκτορι, καταδικάζεται πάντως. τοῦτο δὲ ποιήσας, καὶ ἀποκαταστήσας, ἢ ἕν τι τῶν εἰρημένων πράξας, διαφεύγει τὴν καταδίκην, διὰ τὸ ἰδικῶς ἐγκεῖσθαι ταῦτα ταῖς ἀγωγαῖς.

31 ¶Præterea sunt quædam actiones quas ideo Arbitrarias dicimus, quòd ex arbitrio iudicis pendeant. In quibus nisi intercessione, arbitrio, & iussu iudicis, reus rem vel seruum actori *restituat*, vel *exhibeat*, vel *soluat*, vel *noxæ dedat*, omnino condemnari debet. Quòd si id egerit, & restituerit, aut eorū quæ dicta sunt, quid fecerit: condemnationem effugit, propterea quòd specialiter ea his actionibus inesse credantur.

e *Arbitrariæ actiones cur dictæ.*

¶Porrò harum, aliæ in rē sunt, aliæ in personam.

¶In re veluti Publiciana. Hac autem agimus, cùm id, quod bona fide possidebamus & vsucapiebamus, medio tempore amissum est. Item & Seruiana talis est de rebus coloni, qui ob mercedem agri, quem à me conduxit, res mihi suas, quas in eum inferret, in hypothecæ causam obligauit. Est & quasi Seruiana, quæ & hypothecaria appellatur, & cuiuis creditori datur ad persequutionem rerum pignori obligatarum. Etenim si qua harum actionum actum fuerit, & reus præcepto iudicis obsequutus rem ante condemnationē restituerit, absolutionem consequetur. ¶Arbitrariç autem in personam sunt, actio quod metus causa, & de dolo. Actio autem Quod metus causa est, qua tecum ago ad rem, quç mihi per vim ablata est. Nam si tu Iudice auctore rem illā mihi restitueris, quadrupli condemnationem euitas. Talis est & actio de dolo: veluti, illectū tu me, vino forsitan obrutum, vel aliter deceptum eò perduxisti, vt rem tibi meam traderem. Tandem ego ad me reuersus & mihi redditus, de dolo tecum agere cœpi. Si ante condemnationem rem illam mihi restitueris, simul & condemnationem effugis & infamiam, quæ inde consequitur.

¶ Ad exhibendum quoque actio arbitraria est. Si enim rem quam apud te occultas, exhibueris, condemnandus non es.

¶ In omnibus igitur his actionibus, & si quæ similes sunt, permissum est iudici ex bono & æquo secundùm rei cuiusque de qua actum est,

a De Publiciana adde §. 3. v. 4. C. eo.

b De Seruiana. adde §. 7. sup. eod.

c De quasi Seruiana. vide §. 7. sup. eod.

d Actione quod metus causa quid contineatur.

e l. arbitrio. 18. ff. de dolo.

f Idem Harmenop. 1. tit. 3. §. 71. § 72.

g Deest Theophilo exemplū arbitrariæ actionis quæ ad id quod certo loco promissū est pertinet. de qua in l. arbitraria. 2. ff. de eo quod certo loco.

h Vide l. 3. §. 1. in ti. ff. ad exhibend.

¶Εἰσὶ δὲ αὗται, αἱ μὲν in rem, αἱ δὲ περσοναλίαι. ¶ In rem, οἷον ἡ Publiciana. κινῶ δὲ ταύτην,[a] ἐὰν τὸ bona fide κατεχόμενον, καὶ οὐσουκαπιτευόμενον ἐν τῷ μεταξὺ ἐκπέσω. καὶ ἡ Seruiana[b] δέ ἐστι τοιαύτη, ἣν κινῶ κατὰ τῶν πραγμάτων τοῦ coloni, ὃς ἐπὶ τῷ μισθώματι τοῦ ἀγροῦ ὑπέθετό μοι τὰ ἐκεῖ εἰσενεχθέντα ὑπ᾽ αὐτοῦ πράγματα. ἔστι δὲ καὶ ἡ quasi[c] Seruiana, ἥ τις ὑποθηκαρεία προσαγορεύεται, παντὶ τῷ κρεδίτωρι παρεχομένη, ἐπὶ ἐκδικήσει τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων. μιᾶς γὰρ τούτων κινουμένης, ἐὰν ὁ ῥέος κελεύσει πεισθεὶς τοῦ δικαστοῦ, ἀποκαταστήσει τὸ πρᾶγμα πρὸ καταδίκης, ἀβσολουτζίωνος τεύξεται. ¶Περσοναλίαι δέ εἰσιν, ἀρβιτράρειαι, ἡ metus causa, καὶ ἡ de dolo. Metus[d] causa δέ ἐστιν, ἣν κινῶ κατὰ σοῦ, τὸ παρ᾽ ἐμοῦ βίᾳ ἀφαιρεθὲν ἀπαιτῶν σε. ἐὰν γὰρ πεισθεὶς τῷ δικαστῇ, ἀποκαταστήσῃ μοι τὸ πρᾶγμα, τὴν τοῦ τετραπλοῦ καταδίκην ἐκκλίνεις. καὶ ἡ de dolo[e] δὲ τοιαύτη, οἷον[f] ἐδελέασας τυχὸν μεθύσας με, ἢ καὶ ἑτέρως πως ἀπατήσας, καὶ παρεσκεύασάς με τὸ ἐμὸν πρᾶγμα τραδιτεῦσαί σοι. τὸ δὲ τελευταῖον ἐγὼ ἀναλαβὼν ἐμαυτὸν, κινῶ κατά σου τὴν de dolo. καὶ εἰ πρὸ καταδίκης ἀποκαταστήσεις μοι τὸ πρᾶγμα ἐκφεύγεις τὴν καταδίκην, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐπαγομένην ἀτιμίαν.[g] ¶Καὶ ἡ ad exhibendum[h] δὲ ἀγωγὴ ἀρβιτραρεία ἐστίν. ἐὰν γὰρ ὃ ἀποκρύπτεις πρᾶγμα ἀποκαταστήσῃς οὐκέτι καταδικασθήσῃ. ¶Ἐπὶ πασῶν τοίνυν τούτων τῶν ἀγωγῶν καὶ τῶν ὁμοίων ἐπιτέτραπται τῷ δικαστῇ, ἐκ τοῦ καλλίστου καὶ τοῦ δικαίου, κατὰ τὴν μιᾶς ἑκάστης ἀγωγῆς

¶ In rem, veluti Publiciana, Seruiana, de rebus coloni, quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur.

¶ In personam veluti, quibus de eo agitur, quod vi aut metus caussa, aut dolo malo factum est. Item cùm id quod certo loco promissum est, petitur.

¶ Ad exhibendum quoque actio, ex arbitrio iudicis pendet.

¶In his enim actionibus, & cæteris similibus, permittitur iudici ex bono & æquo secundum cuiusque rei, de qua actum est, naturam

naturā æstimare quemadmodū actori satisfieri oporteat.

32 Curare autem debet iudex, vt omnino quantùm possibile ei sit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat, etiam si de incerta quantitate apud eum actum est.

33 ¶ Si quis agens, intentione sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat, caussa cadebat, id est, rem amittebat, nec facilè in integrum restituebatur à Prætore, nisi minor erat vigintiquinque annis. Huic enim, sicut in aliis caussis, caussa cognita succurrebatur, si lapsus iuuentute fuerat, ita & in hac causa succurri solitū erat.

¶ Sanè si tam magna causa iusti erroris interueniebat, vt etiā constantissimus quisq. labi posset, etiam maiori vigintiquinq; annis succurrebatur. veluti si quis totum legatū petierit, post deinde prolati fuerint codicilli

φύσιν διατιμήσασθαι, καὶ κεῖναι τινα τρόπον τὸ ἱκανὸν γενέσθαι τῷ ἄκτορι προσήκει.

32 ¶ Καὶ [a] παραινοῦμεν τῷ δικαστῇ, καθ᾽ ὅσον αὐτῷ δυνατὸν εἰς κέρταν ποσότητα ἤτοι εἰς κέρτον πρᾶγμα, ποιεῖσθαι τὴν καταδίκην, εἰ καὶ ἰνκέρτα ἐστὶν ἡ παρ᾽ αὐτῷ κινουμένη ἐναγωγή. καὶ λέγειν, [b] καταδικάζω τόνδε εἰς ρ νομίσματα, ἢ καταδικάζω τόνδε εἰς τόδε τὸ πρᾶγμα· οὐ μὴν ἀποφαίνεσθαι, Ὅσον ἂν εὑρεθῇ ἐποφείλων. εὑρεθήσεται γὰρ ἡ τοιαύτη καταδίκη οὐ πέρας γινομένη φιλονεικίας ἀλλ᾽ ἑτέρας φιλονεικίας καὶ δίκης ἀρχή.

33 ¶ Παραινοῦμεν δὲ τῷ ἄκτορι, αὐτὴν τὴν ἰντεντίονα καὶ τὴν ἐναγωγὴν, εἰς τὸ ἀληθὲς περιποιεῖσθαι χρέος. εἰ [c] γὰρ ἀποδοῖτο πλείονα ποσότητα ὧν ἐποφείλεται, οἷον εἰς ι νομίσματα ἐποφειλόμενος περὶ ιε ἐκίνησεν, οὐ μόνον τὰ περιττὰ οὐ λήψεται ι ἀλλὰ καὶ τῶν ἀληθῶς ἐποφειλομένων αὐτῷ ι ἐκπίπτει. ἔστι [d] τε ὁ ὅρος plus petitionis, τὸ ψεῦδος ἀναμίξαι τῇ ἀληθείᾳ. καὶ οὐδὲ βοηθεῖται, οὐδὲ εὐχερῶς τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως ἀπολαύσει, εἰ [e] μὴ ἄρα ἐλάττων ἐστὶ τῶν κε ἐνιαυτῶν. τῷ γὰρ ἀφήλικι ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλαις πολλαῖς αἰτίαις causa cognita, τουτέστι τὴν αἰτίαν διαγνοὺς καὶ εὑρὼν αὐτὸν διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας ἑαυτὸν περιτρέψαντα ὁ πραίτωρ αὐτῷ συντρέχει. οὕτω κἀνταῦθα τῆς ὁμοίας αὐτὸν κατὰ τὸ συνηθὲς ἀξιοῖ βοηθείας.

¶ Ἔστι δὲ ὅτι καὶ [f] τοῖς τελείοις δίδωσι τὴν ἀποκατάστασιν, ἡνίκα μεγίστη καὶ εὔλογος αἰτία πρόφασιν παράσχῃ τῇ πλάνῃ, ὥστε καὶ τὸν σφόδρα συνετὸν ἀπατηθῆναι. οἷον ὡς ἐπὶ τούτου θέματος. τελευτῶν τις καὶ ἔχων υ [g] νομισμάτων

naturam, æstimare ac statuere, quemadmodum satis actori fieri debeat.

32 ¶ Monemus autem iudicem, vt quatenus id ab eo fieri potest, certæ [a] quantitatis, aut certæ rei condemnationem faciat, etiam si de incerta re aut quantitate apud eum actū fuerit: ac dicat, Condemno hunc in centum aureos, aut, Condemno hūc in eam rem: nec ita ferat sententiam, Quantum cōpertum fuerit eum debere: quoniam talis condemnatio, non finem controuersiæ imponit, sed alteri controuersiæ iniquè causam dat.

33 ¶ Admonendus est & actor, vt intentionē suam & actionem ita constituat, vt non ampliusquàm sibi verè debetur, petat. Nam si [c] maiorem summam quàm debetur, ea complexus fuerit, veluti si quum decē aurei deberentur, ad quindecim egerit: non solùm eos, quos præter verum petiit, id est, quinque illos non habebit, sed etiam decem illos qui verè debentur, amittet. Est autem hic [d] finis plus petitionis, falsa veris miscere. Ac neque auxilio vllo iuuatur, neq; facilè in integrum restituitur, nisi fortè [e] minor sit vigintiquinque annis. Nā minori sicut plerisque aliis ex causis, Prætor causa cognita, & comperto, eum per imbecillitatem ætatis circumscriptum esse, succurrit: Ita & hic simile auxiliū pro more suo fert. ¶ Quinetiam interdum & [f] maioribus in integrum datur restitutio, cùm scilicet tam magna & iusta causa, occasionem errori dedit, vt & vir aliquis admodum prudens decipi potuerit. Veluti hac in specie. Quidam decedens, & relinquēs quadringētos [g] aureos

a l. 1. & 3. C. de sententiis quæ sine certa quantitate.

b *Formula sententiæ certam quantitatem continentis.*

c *De pœna plus petentis, vide quæ scripsi in fine huius paragraphi: adde* titu. Cod. de plus petitionibus. & *Pau.* 1. sen. 10. de plus petendo.

d *Plus petitio falsi ac veri mixtionē continet.*

e *Facit* l. 1. l. 11. §. sciēdum. ff. de minorib. l. 1. Co. de prædiis & aliis reb. minorum. & C. quibus ex causis maiores.

f v. tit. ff. ex quibus causis maiores.

g *vide* l. pen. Co. ad l. Falcidiam.

in bonis heredē me instituit: Legauit autē Primo centum aureos, & Secundo item centum: cū verò à testamento superuixisset, scripsit & codicillos, quibus Tertio & Quarto singulis centenos aureos reliquit. Sciendum est autem legata [a] quæ supra dodrantem relicta sunt, ipso iure per legem Falcidiā minui, & in eam causam cadere quasi nec relictum fuisset, quod plus iusto relictum est. Si igitur post testatoris obitum apertū sit testamentum, & in obscuro fuerint codicilli, nec quisquam legatariorum codicillos esse factos sciuerit: ac deinde hereditate à me adita venerit Primus, nō ignarus quadringētos aureos esse in hereditate, & solùm ducentos esse in legata exhaustos existimans atque ita ratus me non solum quadrantem habere, verumetiam vltra quadrantem, mecum ad centum aureos egerit, hoc est, totum legatū petens: ac medio tempore prolati fuerint codicilli, quibus Tertio & Quarto legati erāt ducenti aurei, aut etiam pars eorum, qui Primo legati fuerant, adempta: & ita planum fuerit factū, Primum ad maiorem summam, quàm re vera debebam, mecum egisse: propter iustissimam [b] erroris causam; venia ei dabitur: & septuaginta quinq; aureos consequetur: nec nocebit, quod cū septuagintaquinq. petere deberet, cētū petiit. ¶ Plus petitio autē quatuor modis committitur, Re, Tempore, Loco, Causa. ¶ Re, [c] veluti si quis pro decem aureis, qui ipsi debentur, viginti petat. Aut si fundum quem tu detines, cuiúsque ex parte dimidia dominus sum, per actionem in rem ita petam,

a Legata ipso iure per Falcidiam reuocantur ad iustam legandi facultatem.

b Paul 1. sen. 10. §. 1. Causa cadimus inquit, loco, si alibi: summa, si plus quàm damus petimus; tempore petendo ante tēpus: qualitate eiusdē speciei rem meliorem postulantes. Ex eodē authore 2. sent. 1. §. 3. in fi. colligimus, eū quoque plus petere, qui totū petit ab eo, cui ipse vicissim aliquid debet. adde huic loco §. 5. in fi. sup. de fideiussoribus.

c Re plus petere, idē quod summa plus petere. summa autem plus petit, qui plus petit quàm debet.

περιουσίαν, ἐνεστήσατό με κληρονόμον. ἐληγάτευσε πρίμῳ νομίσματα ρ. σεκούνδῳ ρ. ἐπιζήσας τῇ ποιήσει τῆς διαθήκης ἔγραψε κωδίκελλον, ἐν ᾧ κωδικέλλῳ, κατέλιπε τερτίῳ, καὶ κουάρτῳ, ἀνὰ ρ νομίσματα. ὀφείλεις δὲ εἰδέναι ὅτι [a] ὁ φαλκίδιος ipso iure μειοῖ τι ληγατευθὲν ὑπὲρ τὸ ἐνναούγκιον, καὶ εἰς τοῦτο περιίστησιν ὡς μηδὲ δοκεῖν αὐτὸ καταλελεῖφθαι. εἰ τοίνυν μετὰ τὴν τοῦ τεστάτορος τελευτὴν ἀνεῴχθη ἡ διαθήκη, διελάνθανον δὲ οἱ κωδίκελλοι, καὶ οὐδεὶς ἠπίστατο τῶν ληγαταρίων ὅτι γεγόνασι, μετὰ δὲ τὴν ἐμὴν ἀδιτζίωνα ἦλθεν ὁ πρίμος, εἰδὼς ὅτι υ νομισμάτων ἐστὶν ἡ περιουσία, καὶ νομίσας σ μόνα ληγατευθῆναι, καὶ ἔχειν ἐμὲ μὴ μόνον τὸ τέταρτον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὸ δ, καὶ κινήσει κατ' ἐμοῦ ὑπὲρ ρ νομισμάτων, τουτέστιν ἀκέραιον ἀπαιτῶν τὸ ληγάτον. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἀναφανῶσιν, οἱ κωδίκελλοι, ἐν οἷς ἦσαν καταλειφθέντα τερτίῳ καὶ κουάρτῳ σ νομίσματα, ἢ καὶ μέρος τῶν ληγατευθέντων πρίμῳ ἀδεμπτευθὲν, καὶ ἐντεῦθεν δειχθῇ, ὡς πλέον τῶν ἐποφειλομένων κατὰ τὸ ἀληθὲς ἀπῄτησεν ὁ πρίμος διὰ τὴν εὐλογωτάτην αἰτίαν, καὶ συγγνωσθήσεται, καὶ τὰ οε νομίσματα λήψεται. καὶ οὐδὲν βλαβήσεται, εἰ καὶ δέον κινῆσαι περὶ οε, ἐκίνησε περὶ ρ. ¶ Ἡ δὲ plus petitio κατὰ δ [b] ἁμαρτάνεται τρόποις, πράγματι, χρόνῳ, [c] τόπῳ, αἰτίᾳ. ¶ Πράγματι, οἷον ἐάν τις ἀντὶ ι νομισμάτων ἐποφειλομένων αὐτῷ, κ ἀπαιτήσῃ. ἢ καὶ ἐὰν τὸν ἀγρὸν, οὗ δεσπότης ὑπῆρχον κατὰ τὸ ἥμισυ ὑπὸ σοῦ διακατεχόμενον, ἀπαιτήσω διὰ τῆς in rem, λέγων τὸ

quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint, quæ efficiebant, vt plus petisse videretur petitor quàm dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur.

¶ Plus autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & causa. ¶ Re, veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is, cuius ex parte res est, totam eam, vel maiorem partem suam esse intenderit.

¶ Tempo-

¶ Tempore. veluti si quis ante diem vel ante conditioné petierit. Qua enim ratione qui tardius soluit, quàm soluere deberet, minus soluere debere intelligitur: eadem ratione qui præmaturè petit, plus petere videtur.

¶ Loco pluspetitur, veluti cùm quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est. verbi gratia, si is qui ita stipulatus fuerit, *Ephesi dare spondes?* Romæ purè intendat sibi dari oportere.

ἐμῆς εἶναι δεσποτείας. πάντα τὸν ἀγρὸν, ἤγουν κατὰ τὸ διμοιριαῖον μέρος. ¶ Χρόνῳ a plus πεπτωκὼς, οἷον ἐὰν in diem ἐπερωτώμενον ἢ ὑπὸ αἱρέσεως, πρὸ τῆς ἡμέρας, ἢ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως ἀπαιτήσω. ὥσπερ γὰρ ὁ βραδέως, τουτέστι μετὰ χρόνον καταβαλὼν, ἔλαττον δοκεῖ καταβαλεῖν, οὕτω καὶ ὁ πρὸ τοῦ χρόνου ἀπαιτῶν plus πεπτωκέναι. ¶ Τόπῳ b plus petitio ἁμαρτάνεται, οἷον ἐὰν τὸ ἐπερωτηθέν μοι ἐν φανερῷ τόπῳ καταβληθῆναι, ἐν ἑτέρῳ ἀπαιτήσω τόπῳ μνήμην μὴ ποιησάμενος τοῦ τόπου, ἐν ᾧ τὸ χρέος ἔδει μοι καταβληθῆναι. οἷον ὡς ἐπὶ θέματος, ἐπηρώτησά σε οὕτως, ὁμολογεῖς διδόναι μοι ἐν ἐφέσῳ ρ νομίσματα. ὅσον ἀπὸ τῆς πολιτικῆς νομοθεσίας οὐ δύναμαί σε ἀπαιτεῖν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, εἰ μὴ ἐν αὐτῇ τῇ ἐφέσῳ. ἔξωθεν γὰρ ἀπαιτῶν σε τῆς ἐφέσου, τόπῳ plus πεπτωκὼς. ἐὰν γὰρ εὑρεθῇς ἐν τῇ ῥώμῃ, καὶ πουρέως κινήσω κατὰ σοῦ, τουτέστι μὴ μνησθεὶς τῆς ἐφέσου, εἰσάγεται ἡ plus petitio. ἀλλ' ἐπειδὴ συνέβαινέ σε μηδέποτε ἀπαιτεῖσθαι διὰ τὸ μὴ παραγίνεσθαι ἐπὶ τὴν ἔφεσον καὶ οὐκ ἠδυνάμην ἀπαιτῆσαί σε, οὔτε ἐν τῇ ἐφέσῳ, διὰ τὸ μὴ εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτῇ, οὔτε ἐκτὸς τῆς ἐφέσου διὰ τὴν plus petitionem, τούτου χάριν ὁ πραίτωρ ἐπενόησε τὴν τοιαύτην ἐναγωγήν. δέδωκε γάρ μοι ἐξουσίαν, καὶ ἐκτὸς τῆς ἐφέσου ὄντι κινεῖν κατὰ σοῦ, μόνον μέντοι ἵνα μνήμην ποιήσω τῆς ἐφέσου, καὶ διαφύγω τὴν plus petitionem. ἐὰν γὰρ ἐν τῇ ῥώμῃ κινήσω κατὰ σοῦ λέγων, εἰ φαίνεται τὸν ἀντίδικον χρῆναι δοῦναί μοι ρ νομίσματα ἐν ἐφέσῳ, οὐ δοκῶ plus πεπτωκέναι.

quòd dicam eum totum meum esse, aut certè dominum me eius esse in duas partes è tribus. ¶ Tempore pluspeto, veluti si quod in diem aut sub conditione mihi debetur, antequam dies venerit, aut cõditio extitat petã. Quemadmodũ enim is, qui tardius, i. post tempus soluit, minus soluere videtur: ita & is, qui ante tẽpus petit, plus petere videtur. ¶ Loco plus petitur, veluti si id quod certo mihi loco soluendum est, alio loco petam, sine commemoratione illius loci, in quo id soluendũ erat. Vt in hac specie, Ita sum à te stipulatus, Ephesi mihi dare centum aureos spondes? quantum ad ius ciuile pertinet, alio loco id à te petere non possum, quàm Ephesi. Nã si extra Ephesum petam, loco videor plus petere. Si enim Romæ te inuenero, puréque tecum egero, id est, nulla facta Ephesi mentione, introducitur plus petitio. Verùm quoniam eueniebat, vt nunquam à te petere liceret, quod ita promissum esset: propterea quod tu nunquam Ephesum venires, neque ego tecum agere possem: primò non Ephesi, quoniam nunquam illic inuenireris, deinde nec extra Ephesum propter plus petitionem: eiusce rei gratia hanc agendi rationem Prætor excogitauit: Liberum enim mihi fecit, vt & extra Ephesum tecum agerem, dum modò Ephesi mentionem facerem. & ita captiunculas plus petitionis effugerem. Nam si ita tecum Romæ egero: *si apparet aduersarium centum mihi aureos Ephesi dare oportere,* plus petere non videbor.

a *Tempore plus petimus, quũ ante tempus petimus. Qui autẽ ante diẽ agit, malè agit.* l. vnic. in fi. ff. quando dies vsufr.

b *Loco plus petit qui alibi petit.* vide l. 1. & passim. ff. de eo quod certo loc.

Sin verò purè egero i. nulla Ephesi mentione facta, haud dubiè incurret ratio plus petitionis: quoniã id quod rei interest, & emolumentũ quod haberet promissor, si Ephesi solueret, auferre ei ac tollere videor. Interdum. n. euenit, vt Ephesi sit ei facile pecuniã soluere, & extra Ephesum difficillimũ Neq; verò in cẽtum aureos, quos promisit, condemnari eũ extra Ephesum oportet: Nam de centũ illis aureis deduci debet omne id in quo læditur extra Ephesũ soluendo. Fortè. n. Romæ coactus debitum soluere, viginti aureos impẽdit cõ trahendis nummis, quos mihi dari oportet. atque ideo nõ in centum aureos condemnatur, sed in octoginta. Cùm autem nullam Ephesi in intentione mentionem faciẽs extra Ephesum litem moueo: quoniã tũc omnino id ago ac studeo, vt in centũ aureos sequatur cõdemnatio (nam pura intentio eius quod interest, tractatum, deductionémq; tollit) ob eam rẽ plus petere videor. ¶ Id autẽ quod eius interest, atque vtilitas hæc maximã plerunq; in mercib. vendendis differentiã recipit: vt in vino, fruměto, oleo, quę per singulas regiones diuersa habẽt pretia. Nã si Romę quis centũ aureos à me petat, & ita merces, quas habeo, cogar diuẽdere, interdũ centũ solùm aureos cõsequar: quas si Ephesi venderẽ, cẽtũ viginti aureos possim cõsequi. At neque hisce tantùm in reb. verum in ipsis quoq. pecuniis eius ꝙ interest ratio ex varietate regionum habenda est. Quoniã non omnib. in regionib. eadem est ratio credendi subvsuris. Nam Romę cùm multi sint ibi qui fœnus exercent, interdum is, qui sub vsuris mihi credidit, quartam centesimæ partem,

a *Lucrum & id quod interest opponũtur. adde 9. Eclo. 11. c. 2. l. 2. ff.* ratam rem habeti.

b *Id quod interest variatur in ipsis mercibus. atque adeo in ipsa pecunia pro locorum & temporũ varietate.*

c *Pretia rerũ varia sunt per singulas ciuitates regionésque, maximè olei, vini, frumenti. l. 3 ff. de eo quod certo loco. Quinimo tempora, vt loca nonnullam pretio varietatem adferunt. Nec enim tantidem Romæ & in Hispania oleum æstimatur: nec cõtinuis sterilitatibus tantidẽ quanti secundis fructib.* l. pretia rerũ. 63. ff. ad l. Falcid.

d *Pecuniarum quoque licet videatur vna & eadẽ potestas esse: tamẽ aliis locis facilius & tenuiorib. vsuris inueniũtur, aliis difficilius & grauibus vsuris* l. 3. in fi. ff. de eo quod certo loco.

e *Romæ minores vsuræ quã in prouinciis exerceri solitæ.*

εἰ δὲ πουρέως, τουτέστι μνήμης μὴ γενομένης τῆς ἐφέσου, εἰσάγεται plus petitio. ἀφαιροῦμαι γὰρ τὸ διαφέρον [a] καὶ τὸ κέρδος, ὅπερ ἔμελλε τυγχάνειν ὁ ἐπερωτηθεὶς, εἰ κατέβαλεν ἐν τῇ ἐφέσῳ ἔσθ' ὅτε γὰρ εὐχερὴς ἦν αὐτῷ τῶν χρημάτων ἡ καταβολὴ ἐν τῇ ἐφέσῳ, ἐκτὸς δὲ τῆς ἐφέσου δυσχερεστάτη. καὶ οὐ δεῖ αὐτὸν εἰς τὰ ρ νομίσματα καταδικάζεσθαι ἐκτὸς τῆς ἐφέσου. δεῖ γὰρ ἐξαιρεθῆναι τῶν ρ νομισμάτων τοσαῦτα ὅσα ζημιοῦται ἐκτὸς τῆς ἐφέσου καταβαλών. τυχὸν γὰρ ἐν τῇ ῥώμῃ τὸ χρέος καταβαλεῖν ἀναγκαζόμενος, δαπανᾷ κ νομίσματα, εἰς τὸ περιποιῆσαι ἑαυτῷ τὴν ποσότητα, ἣν ἐχρῆν μοι δοθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο οὐ καταδικάζεται εἰς τὰ ρ, ἀλλ' εἰς π. ἐν ᾧ δὲ οὐ μνημονεύω τῆς ἐφέσου ἐν τῇ δίκῃ ἐκτὸς κινῶν τῆς ἐφέσου, ἐπειδὴ πραγματεύομαι ἀυτὸν εἰς ρ νομίσματα καταδικασθῆναι· ἡ γὰρ πουρέα ἐναγωγὴ τὴν τοῦ διαφέροντος ἐξέτασιν ἀναιρεῖ διὰ τοῦτο plus πεπτεύω. ¶ Τοῦτο δὲ τὸ διαφέρον, [b] ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ τῶν πιπρασκομένων φορτίων [c] μεγίστην δέχεται διαφοράν. οἷον οἴνου, σίτου, ἐλαίου ἅτινα καθ' ἕκαστον κλῖμα διάφορον ἔχει τίμημα. ἀπαιτούμενος γὰρ ἐν τῇ ῥώμῃ ρ νομίσματα, καὶ τὰ παρόντα μοι φορτία διαπωλεῖν ἀναγκαζόμενος, ἔσθ' ὅτι λήψομαι παρ' αὐτῶν ρ νομίσματα μόνον. εἰ δὲ ἐν τῇ ἐφέσῳ ταῦτα διεπίπρασκον, ἐλάμβανον ρκ νομίσματα. οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ [d] ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀργυρίοις τὸ διαφέρον ἐκ τῶν κλιμάτων εἰσάγεται. οὐδὲ γὰρ ἐν παντὶ κλίματι οἱ αὐτοὶ τόκοι ἀπαιτοῦνται. ἐν μὲν γὰρ τῇ ῥώμῃ, πολλῶν ὄντων τῶν δανειζόντων, ἔσθ' ὅτε παρὰ τοῦ δανείζοντός μοι ἀπαιτοῦμαι τὸ δ μέρος τῆς ἑκατοστῆς,

Ideo autẽ plus petere intelligitur, quia vtilitatem quam haberet promissor, si Ephesi solueret, adimit ei pura intentione. Propter quã caussam alio loco petenti arbitraria actio proponitur, in qua scilicet ratio habetur vtilitatis quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solueret, quo se soluturum spopondit.

¶ Quæ vtilitas plerunque in mercibus, maxima inuenitur, veluti vino, oleo, frumento, quæ per singulas regiones diuersa habẽt pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnib. regionibus sub eisdem vsuris fœnerantur.

Si quis

Si quis tamē Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo vt sibi detur, stipulatus est, pura actione rectè agit idque etiam Prætor monstrat, scilicet quia vtilitas soluendi salua est promissori. Huic autem, qui loco plus petere intelligitur proximus est is, qui caussa plus petit: vt ecce si quis ita à te stipuletur, *Hominem Stichum, aut decem aureos dare spōdes?* deinde alterum petat veluti hominem tantùm, aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis, promissoris, est electio, vtrum pecuniā, an hominē soluere malit. Qui igitur pecuniā tantum, vel hominem tantùm sibi dari oportere intendit, eripit electionem aduersario & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, aduersarii verò sui deteriorem.

ὅπερ συνέχει, εἰς γ νομίσματα. ἐν δὲ τῇ ἐπαρχίᾳ[a] διὰ τὸ ὀλίγους εἶναι τοὺς δανείζοντας, δανεισάμενος ἐγὼ ἐπὶ τῷ καταβαλεῖν σοι, ἀπαιτοῦμαι λέγω τόκων τὸ ἥμισυ[b] τῆς ἑκατοστῆς, τουτέστιν ἓξ νομίσματα. ὡς τὸ εἶδος καὶ ἐκ τῆς ποσότητος τῶν τόκων τὸ διαφέρον ποιεῖ τὰ κλίματα. διὰ τοῦτο οὖν ἀναγκαῖον μὲν μεμνῆσθαι τῆς ἐφέσου, ἐκτὸς τῆς ἐφέσου ποιούμενον τὴν ἐναγωγήν, ἵνα τὸ διαφέρον σκοπηθῇ. εἰ δὲ[c] συμβῇ τὸν ἐπερωτηθέντα ἀφεθῆναι κατὰ τὴν ἔφεσον, πούρα ὀφείλει γίνεσθαι κατὰ σοῦ ἡ ἐναγωγή. κινῶν γὰρ ἐν τῇ ἐφέσῳ, οὐκ ὀφείλεις μνήμην ποιήσασθαι τοῦ τόπου. ἰσοδυναμεῖ γὰρ τῇ μνήμῃ τοῦ ὀνόματος τοῦ τόπου, ἡ ἔν τινι τόπῳ γινομένη ἐναγωγή. καὶ πρόδηλον ὅτι ἐν τῇ ἐφέσῳ κινουμένου τοῦ δικαστηρίου, καὶ τὸ διαφέρον ἀπὸ τοῦ τόπου σκοπηθήσεται.

¶ Ἔοικε τῷ plus πεπτεύοντι ἐν τόπῳ, ὁ αἰτίᾳ plus πεπτεύων. καὶ πῶς αἰτίᾳ plus petitio γενήσεται; τοῦτο συμβαίνει ἐπὶ[d] τοῦ ἀλτερνατίου. ἀλτερνατίων[e] δέ ἐστιν ὁ ἐπαμφοτερισμός.[f] οἷον ἐπερώτησά σε, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι, Στίχον τὸν οἰκέτην, ἢ ι νομίσματα; καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθον μονοειδῶς τὰ ι νομίσματα ἀπαιτῶν. αἰτίᾳ plus πεπτεύω, ἐπειδὴ ἀφαιροῦμαί σου τὴν ἐπιλογήν, ἣν ἡ φύσις τῆς ἐπερωτήσεώς σοι παρέχει. ὁ γὰρ οὕτως ἐπερωτηθεὶς, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι ι νομίσματα, ἢ Στίχον τὸν οἰκέτην; ἐξουσίαν ἔχει τὸ καταβαλεῖν ὃ βούλεται. ὁ τοίνυν τὰ δέκα νομίσματα ἀπαιτῶν, ἢ μόνον τὸν οἰκέτην, ἀφαιρεῖται τὴν ἐπιλογὴν τοῦ χρεώστου. καὶ ἐντεῦθεν καλλίονα μὲν τὴν ἑαυτοῦ, χείρονα δὲ τὴν αἵρεσιν ποιεῖ τοῦ ἐναγομένου. ἔσθ' ὅτε γὰρ δυσχερεστέρα ἐστὶν ἡ καταβολὴ τῷ χρεώστῃ, τῶν δέκα νομισμάτων,

siue quadrantes vsuras posceret, quæ res annuè colligit ternos aureos in centenos. In prouincia verò, vbi nō magnus est eorum numerus, qui sub vsuris credunt, vsurarū nomine forsasse ei à quo mutuū sumpsi, quod tibi soluerem dimidium centesimæ præstabo, hoc est, senos aureos quotannis in centenos. Itaque & ex ratione vsurarū adfert diuersitas regionis, quod cuiusq. interest. Quapropter, cùm extra Ephesum agere volam, necesse erit, vt & Ephesi mentionem faciam, quo ratio eius quod interest haberi possit. Quòd si contingat, vt tu promissor Ephesi deprehendaris, pura intentione tecum agendùm est. Nam qui Ephesi agit, loci mentionem habere nō cogitur. Quoniam tantumdem præstat litem in loco mouere, quātum nominatim loci mentionem facere. Nec dubium est, quin iudicio Ephesi constituto, & eius quod interest ratio ex loco ducenda sit.

¶ Ei qui plus loco petit, adfinis & similis est is, qui causa plus petit. Et quomodo fiet, vt quis causa plus petat? & maximè id contingit in alternatione. Alternatio autē est ὁ ἐπαμφοτερισμός, v. Græci dicunt, id est, quæ ex disiunctione dubiā habet præstationem & ancipitem exactionem: veluti, stipulatus sum à te, Hominem Stichū aut decē aureos dare mihi spondes? Et deinde sublata alternatione, decem aureos petii: causa plus petii, quoniā electionem, quā tibi natura stipulationis præbet, tibi adimo. Is n. à quo ita quis stipulatus est, Decē aureos aut hominē Stichū dare mihi spō des? potestatē habet, vtrū velit soluendi. Qui igitur, vel decē aureos tantùm, vel solū hominē petit: electionē soluendi aufert, eóq; modo, suā quidem cōditionē meliorē, eius verò à quo petit, deteriorē facit. Quoniā interdū minùs expedita est decē aureorū

a *Vsura quadrātes, annuos aureos tres, in centenos aureos pariunt. Galli à trois pour cent, atque ita quartam partem centesimæ efficiunt. Centesima enim vsura annuos duodecim pariūt in centenos. Galli à douze pour cēt.*

b *Vsuræ prouinciales vrbanis olim fuere grauiores.*

c *Semisses vsura senos annuos pariunt in centenos aureos Galli six pour cent.*

d v. l. 1. & passim. ff. de eo quod certo loco.

e *Causa plus petere solemus, in alternationib. vt hic: & generis obligationes.*

f *Alternatio quid.*

g Ἐπαμφοτερισμὸς *Latinis alternatio.* l. si quis seruum. 9. ff. de seruo corrupto. l. 2. §. 3. ff. quod certo loco. l. Prætor. 7. §. quod autem. 4. ff. de iniuriis. *Festo* Alternatio *per vices successio.*

solutio, quàm hominis. In hoc igitur læditur, quod electionē nō habeat. Quapropter id agendum est, vt petitio similis sit stipulationi, & eodem modo petatur, quo promissum est: atq; ideo sic dicēdum est *si apparet aduersarium, Stichum hominem aut decem aureos dare oportere.* Sed & si quis generaliter hominē siue seruum stipulatus sit, & deinde Stichum specialiter petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & postea specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur: quoniam electionem aduersarii, quam natura stipulationis ei dederat, tollit. Ei enim, qui generaliter hominem, vinum, vel purpurā promisit, liberum est, quocunq; id ex loco acceptum, soluere. Plus dico, licet quod alter petit, vtilissimū sit, nihilominus & ita plus actor petit. Nam id interdum accidit, vt eius quod vile habetur, difficilior sit ei, à quo petitur solutio: velut, exēpli gratia, vinū Cāpanum, omnium pessimum est. Si vinum generaliter stipulatus, Campanum petam: ideo plus petere videor, quòd illi à quo petitur, facilius sit melius aliquod vinum soluere, quàm Cāpanum: propterea quòd vinum Campanum non habeat.

¶ Sed hoc quidem ius plus petitionū olim in vsu fuerat. Nam Postea & lex Diui Zenonis, & Imperatoris nostri cōstitutio rem totam in angustum cōtraxit. Et si quidem tempore plus fuerit petitū, secundum ea, quę Diui Zenonis lege tradita sunt, Iudex rem ad exitū perducet. Quòd si in quātitate, vel alio quopiā

ἤπερ τοῦ οἰκέτου. καὶ διὰ τοῦτο βλάπτεται, τὴν[a] ἐπιλογὴν οὐκ ἔχων. ὥστε οὖν δεῖ ὁμοιότροπον[b] εἶναι τὴν ἐναγωγὴν τῇ ἐπερωτήσει. ἵνα οὕτως εἴπω, εἰ φαίνεται τὸν ἀντίδικον χρεωστεῖν δοῦναι Στίχον, ἢ ι νομίσματα. ¶ Εἰ δὲ καί τις γενικῶς[c] οἰκέτην ἐπερωτήσῃ, καὶ ἔλθῃ ἰδικῶς Στίχον ἀπαιτῶν· ἢ γενικῶς οἶνον ἐπερωτήσας, μετὰ ταῦτα ἰδικῶς καμπανὸν οἶνον ἀπαιτήσῃ· ἢ γενικῶς πορφύραν ἐπερωτήσας, μετὰ ταῦτα ἰδικῶς Τυρίαν ἀπαιτήσῃ, plus πεπετεύει· τὴν γὰρ ἐπιλογὴν ἀφαιρεῖται τοῦ ἐναγομένου, ἣν ἡ φύσις αὐτῷ δίδωσι τῆς ἐπερωτήσεως. ὁ γὰρ γενικῶς ἐπερωτηθεὶς οἰκέτην, ἢ οἶνον, ἢ πορφύραν, ἐξουσίαν ἔξει δι' οὗ βούλεται τόπου τοῦτο λαβὼν, καταβαλεῖν. τὸ πλέον φημὶ, εἰ καὶ εὐτελέστατον εἴη τὸ ἀπαιτούμενον, οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτως ὁ ἄκτωρ plus πεπετεύει. συμβαίνει γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ νομιζόμενον εἶναι εὐτελὲς, δυσχερὲς εἰς καταβολὴν γίνεσθαι τῷ ἐναγομένῳ, οἷον λόγου χάριν, πάντων τῶν οἴνων χείρων ἐστὶν ὁ καμπανός. ἐπὶ γενικῶς ἐπερωτήσας, ἰδικῶς καμπανὸν ἀπαιτῶ, διὰ τοῦτο plus πεπετευκώς, ἐπειδὴ ὁ ἐναγόμενος ἔσθ' ὅτε εὐχερέστερον εἶχεν καλλίονα δίδωσιν ἢ καμπανὸν, διὰ τὸ τοῦτον ἀπορεῖν. ¶ Ἀλλὰ[d] ταῦτα μὲν πάλαι ἦν ἐν πολιτείᾳ τὰ τῶν plus petitionum. μετὰ δὲ ταῦτα διάταξις Ζήνωνος[e] τοῦ τῆς θείας λήξεως οὐδὲν ἧττον καὶ νομοθεσία τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἐστένωσε ταῦτα τὰ τῶν plus petitionum. καὶ εἰ μὲν τις χρόνῳ plus πεπετεύει τι, χρὴ τὸν δικαστὴν ὁρίζειν, ὡς ἡ Ζήνωνος διδάσκει διάταξις.[f] εἰ δὲ καὶ περὶ ποσότητος,[g] ἢ κατ' ἐπερ

Qua de caussa talis in ea re prodita est actio, vt quis intēdat hominē Stichū aut aureos decē sibi dari oportere, id est, vt eo. ēmodo peteret, quo stipulatus est. ¶ Preterea si quis generaliter hominē stipulatus sit, & specialiter Stichum petat, aut generaliter vinū stipulatus sit, & specialiter Campanū petat, aut generaliter purpurā stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur, electionem aduersario tollit, cui stipulationis iure liberū fuit, aliud soluere, quā quod peteretur. Quinetiā licèt vilissimum sit, quod quis petat nihilominus plus petere intelligitur, quia sæpe accidit, vt promissori facilius sit illud soluere quod (maioris pretii est.) ¶ Sed hæc quidē antea in vsu fuerat, postea verò lex Zenoniana & nostra rē coarctauit. Et si quidem tēpore plus fuerit petitum, quid statui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio. Sin autem quātitate, vel alio modo plus fuerit petitū, in omne, si

a *Electionem aduersario debitam qui tollit, causa plus petere videtur.*

b *Petitio similis esse debet stipulationi & promissioni.*

c *Qui generaliter hominem promittit, similis est ei qui hominem aut decem promittit.* l. cùm ita in fi. ff. de condict. indebiti l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.

d *Plus petens (excipe minorem & maiorē qui iusto errore retinetur, initio huius paragraphi) olim causa cadebat* sup. eo. d loco. Paul. 1. sent. 10. §. 1 & 2. tt. §. §. 1. *Postea Zenonis constitutione. Plus petens tempore, alterū tantum tēporis fine vlla interruptione expectare cogitur, quādo statutum tempus anteuertere conatus est: ac praeterea sumptus litis refundit: Qui verò plus loco, summa vel qualitate petit, Iustiniani constitutione omne damnū prestat in triplū.*

e *Huius constitutionis fit mentio.* §. 34. inf. eod. §. 10. vers. hodie inf. de exceptionib.

f. *Hac constitutio desideratur.*

g v. l. 2. in princ. Co. de plus petitionib.

ac, si quod fortè damnum ex hac caussa acciderit, ei contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione [sicut suprà diximus] puniatur.

34 ¶ Si minus in intétione sua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat, veluti si quum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit, aut si quum totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit, sine periculo agit, in reliquum enim nihilominus iudex aduersariū [eodem iudicio ei condemnat] ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis.

35 ¶ Si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio cognita veritate, errorem suum corrigere ei permittitur, veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur.

36 ¶ Sunt præterea quædā actiones, quibus non semper solidum, quod nobis debetur persequimur, sed modò solidum persequimur, modò minus, vt ecce, si in peculium, filii seruive, agamus. Nā si non minus in peculio sit, quàm persequimur, in solidum dominus, paterve condemnatur.

τινα τρόπον γίνεται ἡ plus petitio, καί τις ἐντεῦθεν ζημία συμβῇ τῷ ἐναγομένῳ, οἷον σπορτούλων πλειόνων δόσις, ὡς προειρήκαμεν εἰς τὸ τριπλοῦν, ὧν ὑπὲρ τὸ δίον ὁ ῥέος ἐζημιώθη, ὁ ἄκτωρ καταδικασθήσεται.

34 ¶ Κινῶν τις κατ' ἐμοῦ δικαστήριον minus [a] ἐρεπετίτευσε. δέκα γὰρ ἐποφειλόμενος ἐκίνησε περὶ πέντε. ἢ διαπόζων εἰς ὁλόκληρον τοῦ ὑπ' ἐμοῦ κατεχομένου ἀγροῦ, περὶ τοῦ ἡμίσεως ἐποιήσατο τὴν ἐναγωγήν. οὐδεὶς αὐτῷ κίνδυνος ἐντεῦθεν συμβήσεται. εἰς γὰρ τὴν λοιπὴν ποσότητα ὁ δικαστὴς ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ, οὐδὲν ἧττον καταδικάζει με. [b] ὡς ἡ εἰρημένη Ζήνωνος βούλεται διάταξις.

35 ¶ Ἐάν τις aliud pro alio ἁμαρτήσῃ, οὐκ ἔσται αὐτῷ τὸ πταῖσμα ἐπιζήμιον. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ δικαστηρίῳ τῆς ἀληθείας γνωσθείσης, ἡ πλάνη διόρθωσιν [c] ἐπιδέχεται. τὸ δὲ aliud pro alio ἁμαρτάνεται τρόποις δύο, ἢ πράγματι, ἢ αἰτίᾳ. πράγματι μὲν, οἷον Στίχον ὑποφειλόμενος τὸν οἰκέτην ἦλθεν ἔρωτα ἀπαιτῶν. αἰτίᾳ δὲ, οἷον ὅτε ἑτέραν ἀντὶ ἑτέρας ἐκίνησεν ἀγωγήν. δέον γὰρ κινῆσαι τὴν ex testamento, ἐκίνησε τὴν ex stipulatu, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου.

36 ¶ Ἔστι καὶ ἄλλη τῶν ἀγωγῶν διαίρεσις. εἰσὶ γάρ τινες ἀγωγαί, δι' ὧν οὐχ ὅλον τὸ ὑποφειλόμενον λαμβάνομεν. ἀλλὰ ποτὲ τὸ ὁλόκληρον, ποτὲ δὲ ἧττον. οἷον ἐὰν κινῶ κατὰ σοῦ τὴν de peculio, ἕνεκα τοῦ σοῦ υἱοῦ, ἢ τοῦ σοῦ οἰκέτου περὶ δέκα νομισμάτων. εἰ [d] μὲν γὰρ εὔπορον ἐστι τὸ peculium [e], λήψομαι τὰ νομίσματα.

modo plus petitionem fieri contingat, & damnū aliquod ex ea re fecerit is, à quo petitur, veluti si maiores datæ sunt sportulæ (vt prædictum à nobis est) in triplum eius, in quo supra verum iustúmque læsus fuerit reus, actor condemnandus est.

34 ¶ Aliquis quum mecum iudicio consisteret, minus petiit. Nam cùm decem deberem, quinque dari intēdit. Aut cum fundi, quem ego tenebam, in solidum dominus esset, ad dimidiam eius partem egit. Nihil ex ea re periculi timendum est. Quoniā nihilominus in reliquam quantitatem iudex me in eodem iudicio ei condemnat: quemadmodum iam relata Zenonis constitutione cautum est.

35 ¶ Si quis aliud pro alio errans petiit, errorem hunc ei fraudi esse non placet. Nam eodem in iudicio, cognita veritate errorem suum corrigere potest. Duobus autem fit modis, vt quis aliud pro alio petat. Aut re scilicet, aut causa. Re, veluti cui Stichus homo debebatur, Erotem petiit. Causa, vt cùm aliam pro alia actionem quis mouit. Quum enim ex testamento agere deberet, ex stipulatu egit: aut etiam ex contrario.

36 ¶ Est & alia actionum diuisio. Quædā enim sunt actiones, quibus non solidum quod nobis debetur, semper consequimur, sed aliàs minus. Veluti, si tecum agam de peculio, ob filium seruúmve tuum, in decem aureos. Nam si locuples est, peculium decem aureos consequar.

a d.l. 1. §. vlt.

b v.d.l. 2.

c Si id petitū fuerit, quia vltra id quod in iudicium deductum est excedere potestas iudicis non potest. l. 18. ff. cōm. diuid.

d Atque ita libellum emendare licet. l. 3. Co. de edendo. addel. vlt. C. de errore aduocat.

e Fit igitur condēnatio fini peculy. l. 47. §. 2. ff. de peculio.

Sin autem ea, quæ in peculio sunt, quinque tãtum aureis valẽt, in solos quinque pater dominúsve condemnatur. Quemadmodum autem peculium intelligendum sit, infrà latiùs discemus.

a *De peculio cuiusque definitione dicetur.* § 4. vers. cùm autem. infrà quod cum eo qui in aliena potestate.

37 ¶Præter actionem de peculio, est & alia actio, quæ non semper in solidum cõdemnationem habeat. Nã si dotem ab vxore mea accepero, & matrimoniũ semel cõstitutum, deinde solutum fuerit: illa mecum ad repetitionem dotis ex stipulatu agens, non solidum omnino cõsequutura est, sed quatenus facultates meę patiuntur. Et si quidem concurrat quantitas bonorum meorum cum quantitate dotis, solidum consequutura est mulier. Sin verò cùm dos centum aureorum esset, facultates meæ tantùm quinquaginta colligant, in quinquaginta condemnandus sum. Eatenus enim facere possum. Interdum quoque & si maximè possim facere, non solidam tamen dotem consequutura est mulier, idque obiecta retentione, quæ dotis quantitatem minuit. ¶Nam si mihi bona aliqua in dotem data sint, quæ mille aureis valeant: & centum aureos in illa impendero: ac dein de soluto matrimonio summa mille aureorum à me petatur: obiicere possum & dicere. *sumptum centum aureorum me fecisse in ædes aut fundos mihi in dotem datos.* Et quoniam huiusmodi impensæ ipso iure dotem minuunt, non in mille aureos condemnabor, sed tantùm in nongentos: dum necessariæ fuerint impensæ, id est, quas facere necesse fuerit,

b *Dotis nomine maritus in quantũ facere potest condemnatur.* vide l. 17. in fin. & l. non tantum. 20. ff de re iudicata.

c *μέχρι ὅσον* [illegible] *dixit Harmenop.* 1. tit. 4. § 47. & 2. Eclog. 3. c. 169. *adde* l. 173. ff de regul. iur.

d *Impensa ipso iure dotem minuunt.* l. 1. l. 5. ff. de impensis. l. 6. § 2. ff. de iure dotium.

εἰ δὲ ἄξιά ἐστι τὰ ἐν τῷ peculio πράγματα πέντε νομισμάτων, εἰς τὰ ε΄ μόνα ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης καταδικάζεται. τίνα δὲ χρὴ τρόπον νοεῖσθαι τὸ peculium προϊόντες [a] μαθησόμεθα.

37 ¶ Ἔστι δὲ πρὸς τῇ de peculio, καὶ ἑτέρα ἀγωγὴ, οὐ πάντως εἰς ὁλόκληρον ποιουμένη τὴν καταδίκην. ἐὰν γὰρ ἐγὼ προῖκα ὑποδέξωμαι παρὰ τῆς ἐμαυτοῦ γαμετῆς, εἶτα συσταὶς ὁ γάμος, μετὰ ταῦτα διαλυθῇ, κινοῦσα κατ' ἐμοῦ τὴν ex stipulatu, ἐπὶ ἀπαιτήσει τῆς προικὸς, οὐ [b] πάντως λήψεται τὸ ὁλόκληρον, ἀλλ' εἰς [c] ὅσον διαρκεῖ ἡ ἐμὴ περιουσία, καὶ εἰ μὲν συντρέχει ἡ ποσότης τῶν ἐμῶν πραγμάτων τῇ ποσότητι τῆς προικὸς, ἡ γυνὴ λήψεται τὸ ὁλόκληρον. εἰ δὲ ἑκατὸν νομισμάτων οὔσης τῆς προικὸς, ἡ περιουσία εἰς πεντήκοντα συντείνει, εἰς πεντήκοντα καταδικασθήσομαι, διὰ τὸ εἰς τοσοῦτον εὐπορεῖν. ἔσθ' ὅτε καὶ εὐπόρου μου ὄντος, οὐ πάντως ἡ ἐμὴ γυνὴ πᾶσαν λήψεται τὴν προῖκα, διὰ τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ retentionem, ἥ τις τὴν ποσότητα μειοῖ τῆς προικός. ¶ Εἰ γὰρ ἐπιδοθῇ μοι πράγματα ἐν προικὶ εἰς χίλια νομίσματα συντείνοντα, δαπανήσω δὲ περὶ αὐτὰ ἑκατὸν νομίσματα, διαλυθέντος δὲ τοῦ γάμου, ἀπαιτῶμαι τὴν χιλίων νομισμάτων τὴν ποσότητα, δύναμαι ἀντιθεῖναι καὶ λέγειν, ὅπερ ἑκατὸν νομίσματα ἐδαπάνησα περὶ τοὺς ἀγροὺς, ἢ τὰς οἰκίας, τὰς λόγῳ προικὸς ἐπιδοθείσας μοι. καὶ ἐπειδὴ [d] ipso iure, ἤγουν αὐτῷ τῷ νόμῳ αἱ τοιαῦται δαπάναι τὴν προῖκα ἐπιμειοῦσιν, οὐ καταδικασθήσομαι εἰς τὰ χίλια νομίσματα, ἀλλ' εἰς μόνα ἐννεακόσια. εἰ γέγονεν ἡ δαπάνη ἀναγκαία οὖσα. τότε δὲ αἱ ἀνάγκης δαπανηθεῖσαι

si verò minus inueniatur, catenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus.

37 ¶ Item si de dote in iudicio mulier agat, placet catenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est quatenus facultates eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur. si minùs, in tantum quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. ¶Nã ob impensas in res dotales factas marito quasi retentio concessa est, quia ipso iure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet.

38 ¶Sed

ἔμελλε γὰρ ἴσως ὅτι καταπίπτειν ἡ οἰκία, εἰ μὴ περὶ ἀνανέωσιν αὐτῆς ἑκατὸν ἀνηλώθησαν νομίσματα. διὰ τοῦτο, ταύτῃ χρήσομαι τῇ ῥετεντζίονι. [a] τουτέστι τῇ παρακατασχέσει, ἥτις λέγεται ob necessarias impensas. ταῦτα δὲ πάντα τελειότερον ἐκ τῶν διγέστων ἔνεστι μαθεῖν.

quoniam forte futurum fuerit, vt ædes collaberentur, nisi in refectionem earum sumptus centum aureorum factus fuisset. Et ideo hac retentione vtar, quæ dicitur ob necessarias impensas. Verùm hæc omnia perfectius ex libris Digestorum accipi poterunt.

a De retentione dotis ob impensas in eá factas: vide quæ scripsi ad l. vnicam. § taceat in ea retentionum verbositas. C. de rei vxoriæ act. *adde* Vlp. 6. §. retentiones. 9. & §. impēsarum. 14. §. 15. 16. 17.

38 ¶ Sed & si quis cum parēte suo, patronóve agat: item si socius cum socio iudicio societatis agat, nō plus actor consequitur, quàm aduersarius eius facere potest. Idem est, si quis ex donatione sua conueniatur.

38 ¶ Ἐάν τις κατὰ τοῦ οἰκείου πατρὸς, [b] ἐμαγκίπατος ὢν δηλονότι, ἢ ἀπελεύθερος κατὰ τοῦ οἰκείου πάτρωνος, [c] κινήσῃ ἀγωγὴν δήποτε ἀγωγὴν, ἢ ἐὰν ὁ κοινωνὸς κατὰ τοῦ κοινωνοῦ κινεῖ τὴν pro [d] socio, οὐ πλέον ὁ ἐναγόμενος καταδικασθήσεται τῷ ἀντιδίκῳ, ἤπερ εἰς ὅσον ἀπορεῖ ἡ αὐτοῦ περιουσία. τὸ αὐτό ἐστι, καὶ ἐὰν donandi [e] animo ἐπερωτηθῶ δοῦναί τινι ἑκατὸν νομίσματα. οὔτε γὰρ πλέον ὀφείλω καταδικασθῆναι αὐτῷ, ἤπερ εἰς ὅσον εὐπορῶ.

38 ¶ Si quis quum emācipatus esset scilicet, aut libertus, cum patre, patronóve suo quacunque actione egerit, aut si socius cum socio actione pro socio, non in amplius is à quo petitur aduersario suo cōdemnabitur, quàm in quantum facultates eius facere possint. Idem est, si cui donandi animo centum aureos dare promiserim. Neque enim in amplius ei condemnabor, quam in quantum facere possim.

b l. 16. in fin. versi. itē parens. ff. de re iudicata.
c l. patronus. 17. ff. de re iudicata.
d d. l. 16. versi. qui pro socio ff. de re iudicata.
e l. 12. ff. de donationibus.

39 ¶ Compensationes quoq; oppositæ plerunque efficiūt vt minus quisque consequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono & æquo, habita ratione eius quod inuicem actorem ex eadem caussa præstare oportet, poterit iudex in reliquū eum cum quo actum est, condemnare, sicut iam dictum est.

39 ¶ Καὶ αἱ κομπενσατίονες ἀντιτιθέμεναι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀποτελοῦσιν, ὥστε μὴ ὅλον λαμβάνειν τὸν ἄκτορα ὅπερ ἀπαιτεῖν πειρᾶται. εἰ [f] γὰρ κινεῖ κατ᾽ ἐμοῦ περὶ δέκα νομισμάτων, ἀμοιβαδὸν ἀντιποφείλων μοι τρία νομίσματα, εἰς ἑπτὰ καταδικασθήσομαι. καθὰ καὶ ἤδη προείρηται. διὰ τοῦτο εἶπον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἐπειδὴ ἐὰν συμβῇ μὴ σαφὲς εἶναι τὸ εἰς κομπενσατίονα ἀντιτιθέμενον χρέος, οὐδὲν ἧττον ὁ ἄκτωρ ἀπαιτήσει τὸ χρέος ὁλόκληρον.

39 ¶ Compensationes quoque oppositæ plerumque efficiunt, vt non totū actor consequatur, quod petere tentat. Nam si mecum agat ad decē aureos, cùm mihi inuicem tres aureos debeat, in septem condemnabor, quemadmodum & iam antè dictū est. Ideo autem dixi, Plerumque, quia, si certum ac liquidum non sit, quod compensationis gratia obiicitur, nihilominus actor totum quod sibi debetur repetet.

f De compensatione adde §. 10. sup. eo. Paul. 2. sent. 5. §. 3.

40 ¶ Cum eo quoq; qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneū emolumentū habeat:

40 ¶ Ἐχρεώστει τις διαφόροις κρεδίτωρσι πολλὴν χρημάτων ποσότητα. ἐπικειμένων τῶν δανειστῶν καὶ ἀπαιτούντων τὰ χρέα ἐξέστη [g] τῆς οἰκείας περιουσίας, οὐκ ἐξαρκῶν πρὸς τὴν τούτων καταβολήν. εἰ συνέβη τὸν τίτιον αὐτὸν μετὰ χρόνον, ἕτερα κτήσασθαι πράγματα, εἰς ἀξιόπιστον συντείνοντα πο-

40 ¶ Titius graui ære alieno conflato, multis multa debebat. Quum creditores molesti & infesti incumberent, & quod sibi debebatur peterent, bonis suis cessit, quia soluendo omnibus non esset. Si contingat post Titium aliqua bona adquirere, quę dignū emolumentum habeant:

g Qui bonis cessit si postea quid adquisierit ὅτι ἰσως [illegible] ἀναγ. *vide* 7. Eclog. 6. ex lib. 9. ti. 6. cap. 5. § 8.
h l. *is qui bonis cessit.* 4. *ff. de cessione bonorum.* Nouell. 135. ἐκστάντες *autem Græcis dicuntur qui bonis cesserūt.* Eclo. d. loco ἐκστάντες *bonorū* [illegible] 135.

poterũt creditores, vt quibus ad plenum satisfactũ non fuerit, ex integro reliquas summas petere. Et condemnabitur eis, verũ non in solidum, sed quantum facere potest. Nam id inhumanum visum est, eum qui fortunis omnibus à seipso exutus sit, in solidum condemnari.

σότητα, δύνανται οἱ χρεώσται ρες οὐκ μὴ διωκηθέντες ἀποπληρωθῆναι τὸ χρέος. τὸ λειπόμενον αὐτοῖς ἀπαιτεῖν ποσότητα. καὶ καταδικασθήσεται αὐτοῖς, οὐκ εἰς ὁλόκληρον, ἀλλ' εἰς ὅσον δύναται. ἀπάνθρωπον γὰρ ἐνομίσθη, τὸν ἰδίας αὐτὸν γυμνωθέντα περιουσίας, εἰς ἅπαν καταδικάζεσθαι τὸ χρέος.

ex integro in id, quod facere potest, creditores experiũtur, inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis, in solidum damnari.

a Adde §. 8. versi. Itẽ Prætor. sup. de actionibus.

QVOD CVM EO QVI ALIENA IN potestate est, negotium gestum esse dicitur.

TIT. VII.

ΠΕΡΙ ΠΕΚΟΥΛΙΟΥ [a]

Τίτλος ζ.

QVOD CVM EO QVI ALIENA in potestate est negotiũ gestũ esse dicitur.

TIT. VII.

¶ *De actionibus quæ aduersus dominos & parentes dantur ex contractu seruorum & liberorum. Agimus aduersus dominum (idem iudicium esto de parente & liberis in potestate) ex negotio gesto cum eius seruo.* 1 ¶ Quod iussu *actione, si cum seruo suo contrahi iussit.* 2 Exercitoria *actione, si cum naui præposuit.* Institoria, *si tabernæ aut negotiationi præfecit.* 3. Tributoria *(si sciente domino in merce peculiari contraxit, hoc enim casu merces peculiares distribuuntur, id est diuiduntur inter creditores extraneos serui, & ipsum dominum, si quid fortè ei à seruo naturaliter debeatur)* 4 De in rem verso *(si quid in rem domini verterit.)* De peculio, *si forte peculium habuerit (hoc casu antea deducitur quod domino, & alij seruo, hoc est conseruo suo, nisi vicarium id est nisi illum ipsum seruum in suo peculio habeat, debet: quod superest, peculium censetur.* 5 ¶ *Superiores actiones si concurrant, actori consultissimum, vt pleniorem, id est, eam, quæ solidum consequatur debitum, eligat.* 6 ¶ *In filiosfamilias eadem obtinent aduersus parentẽ, quæ de seruis diximus aduersus dominum.* 7 *nisi quod speciale, hoc est in filiisfamiliàs, Macedoniano senatusconsulto interdictum, vt ne quis ei qui in potestate parentis sit, mutuum det.* 8 ¶ *Hoc interea obseruandum directo agi posse aduersus ipsum dominum in actione quod iussu, de in rem verso, Exercitoria, & Institoria.*

b *Id est, titulo de actionibus §. 6.*
c *De peculio actio, ad quid & in quo detur.*

Mentionem supra habuimus actionis de peculio, qua in peculium serui aut filiifamiliàs aduersus patrem aut dominum agitur. Necesse est igitur & de ea dicere, nam in hoc tempus tractatum eius reiecimus, ac distulimus. Sed enim & de aliis actionibus, quibus seruorum filiorúmve familiàs gratia, cum patribus ac dominis agitur, diligentius disserere oportet. Ac quoniam siue cum filiofamiliàs siue cum seruo negotium gestum fuerit, eadem penè iura seruantur, ne cui loquax aut verbosus videar infinitis dispensationibus vtendo, verba tantũ facturus sum de his quæ cum seruis geruntur,

d *Contractus cum seruo & filiofamiliàs cognatio.*

Ἐν τοῖς περιλαβοῦσι, [b] μνήμην ἐποιησάμεθα τῆς de peculio, ἥτις [c] κινεῖται περιστάσει τοῦ peculii τοῦ οἰκέτου, ἤγουν τοῦ ὑπεξουσίου υἱοῦ κατὰ τοῦ πατρὸς ἢ τοῦ δεσπότου. δεῖ τοίνυν περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ καιρῷ, τὴν αὐτῆς ὑπερεθέμεθα διδασκαλίαν ποιήσασθαι. ἀλλὰ [illegible] καὶ περὶ ἑτέρων ἀγωγῶν, αἵτινες χάριν τῶν αὐτῶν ὑπεξουσίων καὶ παίδων ἢ δεσπότου κινοῦνται, ἐπιμελέστερον διεξελθεῖν. ἐπειδὴ δὲ συναλλάγματος γινομένου, εἴτε μετὰ οἰκέτου, εἴτε μετὰ ὑπεξουσίου υἱοῦ, τὰ [d] αὐτά ἐστι σχεδὸν νόμιμα, ἵνα μὴ φλύαρος ἢ πολυρρήμων φανῶ, διαλογισμοῖς ἀπείροις κεχρημένος, λόγον ποιήσομαι περὶ μόνων τῶν πρὸς οἰκέτην γινομένων συναλλαγμάτων.

Qvia tamẽ superius, mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorum seruorumq́; agitur opus est. vt de actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominósve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia siue cum seruis negotium gestũ sit, siue cum iis qui in potestate parentum sunt, eadem ferè iura seruantur, ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam serui dominiq́;, à-

dē intellecturi, de liberis quoque, & parentibus, quorum in potestate sunt. Nam si quid in his propriè seruetur, separatim ostendemus.

1 ¶ Si igitur iussu domini cū seruo negotium gestum erit, in solidum Prætor aduersus dominum actionem pollicetur, scilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.

2 ¶ Eadem ratione Prætor duas alias in solidum actiones pollicetur, quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur. ¶ Exercitoria tunc habet locum, cùm quis seruū suū, magistrum naui præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erit, cōtractum fuerit. Ideo autē exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quē quotidianus nauis quæstus pertinet. ¶ Institoria tunc locum habet cùm quis tabernæ forte, aut cuilibet negotiationi seruū suum præposuerit, & quid cū eo eius rei caussa,

καὶ τῆς κατὰ τοῦ δεσπότου ἐναγωγῆς. τὰ αὐτὰ γὰρ νοήσωμεν καὶ περὶ υἱοῦ, ἔτι δὲ καὶ περὶ πατρὸς ἐχόντος in potestate τὸν παῖδα. εἰ δέ τι ἰδιάζον [a] ἐπὶ τούτων παρατυλάττεται, κεχωρισμένως ὕστερον εἰρήσομεν τοῦτο.

1 ¶ Ἔστι τοίνυν κατὰ τοῦ δεσπότου ἀγωγὴ ἡ quod [b] iussu, προφάσει τῶν περὶ τὸν οἰκέτην συναλλαγμάτων κινουμένη. ἐὰν γὰρ κελεύσει τοῦ δεσπότου συναλλάξῃ μοι, γίνεται δέ μοι ἔνοχος, ἕξω κατ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου τὴν quod iussu. τρόπον γάρ τινα πρὸς αὐτὸν δοκῶ συναλλάττειν, καὶ τὴν αὐτοῦ μεταδιώκειν πίστιν, διὰ τὴν ὑπ' αὐτοῦ γινομένην κέλευσιν. εἰς ὁλόκληρον δὲ αὕτη ἡ quod iussu ἔχει τὴν καταδίκην.

2 ¶ Κατὰ μίμησιν τῆς quod iussu, καὶ ἑτέρας δύο εἰς ὁλόκληρον ἐχούσας τὴν καταδίκην ἀγωγὰς ὁ πραίτωρ ἐπηγγείλατο. ¶ Ὧν ἡ μὲν exercitoria, ἡ δὲ ἑτέρα institoria [c] προσαγορεύεται. καὶ ἡ μὲν exercitoria τότε χώραν ἔχει, ὁπότε τὸν ἴδιον οἰκέτην μάγιστρον τις τῆς οἰκείας προβάλλεται νηὸς, καὶ τιμήματος προβληθέντος αὐτοῦ χάριν τοῦ πράγματος, ἐφ' ᾧ καὶ προεβλήθη, γέγονε συνάλλαγμα. ἐπὶ γὰρ τούτου τοῦ θέματος, εἰς ὁλόκληρον ἕξω τὴν exercitoriam, κατὰ τοῦ δεσπότου. διὰ τοῦτο δὲ ὠνόμασται exercitoria, ἐπειδὴ exercitor προσαγορεύεται ἐκεῖνος, πρὸς ὃν ὁ καθημερινὸς τῆς νεὼς πόρος ἀναφέρεται. ¶ Ἡ δὲ institoria, [d] τότε χώραν [e] ἔχει, ἡνίκα τις καπηλίου [f] τυχὸν, ἢ οἵας δήποτε πραγματείας, τὸν ἴδιον οἰκέτην προέστησεν. ἐὰν γὰρ μετ' αὐτοῦ τι συνάλλαγμα γίνηται, ταύτης χάριν τῆς αἰτίας,

& de actionibus quibus cum domino agitur. Eadē enim & in filio dici intelligemus, & in patre, qui illum in potestate haber. Quod si quid in his propriè obseruetur, id separatim ostendemus.

1 ¶ Est igitur cum domino actio Quod iussu, qua de negotiis cum seruo gestis agitur. Nam si iussu domini seruus mecum contraxerit, & mihi obligatus fuerit, habebo cum ipso domino actionem Quod iussu. Nam quodammodo cum eo contrahere, & fidem eius sequi videor, ob iussum quem seruo fecerit. Hæc autem actio, Quod iussu, in solidum habet condemnationem.

2 ¶ Ad exemplum actionis, Quod iussu, & alias duas actiones, quæ & ipsæ condemnationem habent in solidum, pollicitus est Prætor: quarum vna exercitoria, & altera institoria vocatur. ¶ Et exercitoria quidem tunc locum habet, cùm quis seruum suū magistrum naui præposuit, & aliquid cum eo eius rei gratia cui præpositus est, contractum est. Namque in hac specie in solidum cum domino habebo actionem exercitoriam. Ideo autem dicta est exercitoria, quia exercitor is vocatur, ad quem quotidianus nauis quæstus pertinet. ¶ Institoria verò tunc locum habet, cùm quis tabernæ forsitan, aut cuilibet negotiationi seruū suum præposuit. Nā si quid cū eo eius rei gratia,

a *Contractus cum seruo & filiofamilias ...* [illegible] *adde* 3.7. inf. eod.

b *De actione quod iussu. adde* 18. Eclog. 3. & 8.

c *De exercitoria actione & exercitoribus. adde* Paul. 2. sent. 6.

d *De institoria actione, & institoribus, adde* 18. Eclo. 1. Paul. 2. sent. 8.

e 18 Eclo. 1. c. 1. l. 1. ff de institoria act.

f καπηλίου ἢ πραγματείας *loco author Ecloga d. loco* ἐργαστηρίου *meminit, hoc est taberna: vt de* ἐργαστηριάρχαις *Glossa tabernarius meminit & author inf. eodem* [illegible] *quod exercitoriæ proprium.*

cui præpositus est, contractum fuerit, in solidū dominus actione institoria tenebitur. Ideo autem appellata est institoria, quia qui negotiationibus præponuntur, Institores vocantur. ¶ Est autem his actionibus institoriæ & exercitoriæ tunc locus, cùm quis liberam personā aut alienum hominem naui, tabernæ, aut cuicumque negotiationi præposuit. Nam & hîc ratio æquitatis aduersus eum, qui præposuit, exercitoriam aut institoriam actionem dat. Qui enim aliquē præponit, id clara & aperta voce dicere videtur: *Hunc ego præposui qui velet cum eo contrahat.*

3 ¶ Inuenit & aliam actionem Prætor quæ Tributoria vocatur. Nam si seruus meus in mercibus peculiaribus negotietur, neque iubente me, neque præponente, sed tamē sciēte, & non vetante: & quid cum eo contractū fuerit: Prætor ad hunc modum his de rebus ius reddit. Nā si contigerit, vt is multis personis deberet, deberet itē & mihi domino (quod dixi debere, nō ciuiliter, sed naturaliter intelligēdum est) ac seruus cum mercibus suis adfuerit: Creditores Prætorem adibunt, qui dominum cogat merces in medium proferre: & si quid ex mercibus vēditū fuerit, pecuniam inde redactam, pro rata inter se & creditores ceteros distribuere. Et si dominus, cui Prætor mercium distributionem permisit, aliquas ex his interuerterit, nec omnes in medium attulerit, & aliquis creditorum

a *In eo differt institoria & tributoria quod ad peculium datur* 18. Ecl. 6. 1. in Scholiast. *Dicitur autem Institoria.* 18. Eclog. 8. ex lib. 26. tit. 7. c. 41. ἡ κατὰ τοῦ προεστῶτος.

b *Institoria vnde dicta.*

c *Institores quod instent dicti.* l. 3. ff. de institoria. *Græcis Institor,* προεστὼς ἐργασίας, ὁ προβαλλόμενος ἐπὶ τῷ πωλεῖν ἢ ἀγοράζειν. 18. Eclo. 1. c. 1 & 11. *Is autem qui propositus* [illegible] *differt autem* [illegible] *i. custos ab eo, que quem* [illegible] *dicimus hic* [illegible] *potest: ille non potest.*

d Τῆς προστασίας, *seu propositionē* [illegible] *Vlp.* l. 11. §. 3 ff. de institoria. *claris literis, vnde de plano legi possit. Idē author* Eclog. 18. tit. 1. c. 5 [illegible]

e *Tributoria vnde dicta. Græcè* [illegible] titulo huius §. & apud Scholiast. 18. Eclo. 2. c. 1. [illegible] Ibidem c. 3. *Nā si quid seruus extraneo & domino debeat, hac actione inter extraneos & dominum*

ἐφ' ᾗ καὶ προέστη, ἐναχθήσεται ὁ δεσπότης εἰς ὁλόκληρον [a] τῇ institoria. διὰ [b] τοῦτο δὲ institoria προσαγορεύεται, ἐπειδὴ οἱ προβαλλόμενοι τῶν πραγμάτων institores [c] καλοῦνται. χώραν δὲ ταύτῃ τῇ institoriæ, καὶ τῇ exercitoriæ, εἰ καὶ ἐλεύθερον, ἢ ἀλλότριον οἰκέτην, νεώς, ἢ καπηλείου, ἢ οἵας δήποτε πραγματείας προέστησε. κατὰ ταῦτα γὰρ αὐτὸς ὁ τῆς δικαιοσύνης λόγος κατὰ τοῦ προστήσαντος τὴν exercitoriam ἤγουν institoriam δίδωσι. ὁ γὰρ προϊστῶν τινα, δοκεῖ λαμπρᾷ [d] λέγειν τῇ φωνῇ, ὅτι ἐγὼ τοῦτον προέστησα, ὁ βουλόμενος αὐτῷ συναλλαττέτω.

3 ¶ Ἐπενόησε δὲ καὶ ἄλλην ἀγωγὴν ὁ πραίτωρ, ἥτις tributoria [e] καλεῖται. ἐὰν γὰρ ὁ ἐμὸς οἰκέτης εἰς τὰ peculiaria αὐτοῦ πραγματεύσηται φορτία, οὐ κατὰ κέλευσιν ἐμήν, οὐδὲ ἐμοῦ προστήσαντος αὐτόν, εἰδότος μέντοι, καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος, γένωνται δὲ πρὸς αὐτὸν συναλλάγματα, οὕτως ὁ πραίτωρ ἐπὶ αὐτῷ δικαιοδοτεῖ. εἰ γὰρ συμβῇ ἐποφλῆσαι αὐτὸν διαφόροις προσώποις, ἐποφλῆσαι δὲ καὶ αὐτῷ τῷ δεσπότῃ. (ὅ [f] δὲ εἶπον ἐποφλῆσαι φυσικῶς νοητέον, οὐκ ἐννόμως) παραγένηται δὲ ὁ οἰκέτης ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὰ φορτία, προσέρχονται οἱ κρεδίτορες τῷ πραίτωρι, καὶ ἀναγκάζει τὸν δεσπότην ἀγαγεῖν εἰς [g] μέσον τὰ φορτία. καὶ ἔτι ἐκ τῶν φορτίων διεπράχθη καὶ συνήχθη χρυσίον, καὶ τοῦτο ἀναλόγως [h] διελεῖν μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν κρεδιτόρων. εἰ δὲ αὐτὸς ὁ δεσπότης, ᾧ ἐπιτέτραπται τῶν φορτίων ἡ διαίρεσις, ὑφέληταί τινα ἐξ αὐτῶν, καὶ μὴ πάντα εἰς μέσον ἀγάγῃ, ἔλθῃ δέ τις τῶν κρεδιτόρων

cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autē institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur. Istas tamen duas actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominē, aut alienum seruum naui, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit, scilicet, quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interueniat.

3 ¶ Introduxit & aliam actionē Prætor, quæ tributoria vocatur. Namque si seruus in peculiari merce sciēte domino negotietur, & quid cum eo eius rei caussa contractum erit, ita Prætor ius dicit vt quidquid in his mercibus erit, quodq. inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debetur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur: & (ideo tributoria vocatur) quia ipsi domino distributionem Prætor permittit. (Nam) si quis ex credito-

minutis ἀναλόγως διαιρεῖται τὰ φορτία τοῦ δούλου. *Scholiast.* 18. Eclog. 1. c. 1 ἀναλόγως τῶν κεχρεωστημένων γίνεται ἡ διαίρεσις μὴ προτιμωμένου τοῦ δεσπότου [illegible] Scholiast. ibid. tit. 2. c. 1. f *Seruus domino debet* [illegible] g Idē 18. Eclog. 1. c. 1. h *Tributoria actio vnde dicatur.*

creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quàm oportuerit, hāc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur.

4 ¶ Præterea introducta est actio de peculio, déque eo, quod in rem domini versum erit: vt quamuis sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum præstare debeat: siue quid nō sit in rem eius versum, id eatenus præstare debeat quatenus peculium patitur. ¶ In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessario in rem ejus impenderit seruus, veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familię frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliā rem necessariā mercatus erit. Itaque si ex decē putà aureis, quos seruus tuus à Titio mutuò accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit, reliquos verò quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro cæteris verò quinq; eatenus

αἰτιώμενος καὶ λέγων, ὡς ὅτι ἐλάττονα φορτία τῶν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ἐν τῇ πραγματείας ἐνεχθέντων εἰς μέσον ἐλήλυθε, δοθήσεται αὐτῷ tributoria κατὰ τοῦ δεσπότου δι᾽ ἧς ἀναγκασθήσεται, ὅπερ ἔτυχεν ἀποκρυψάμενος φορτίον εἰς μέσον ἐνεγκεῖν. λέγεται [a] δὲ tributoria, ἡ διαιρετικὴ [b] παρὰ τὸ distribuere, ὅ ἐστι διελεῖν.

4 ¶ Πρὸς ταῖς εἰρημέναις ἀγωγαῖς, ἐπενόησε καὶ τὴν de peculio, ἤτοι de in rem verso, τουτέστι [c] περὶ τὸ ἐν πράγμασι τοῦ πατρὸς, ἢ καὶ δεσπότου στραφέντων ἤγουν δαπανηθέντων, [d] ἵνα εἰ καὶ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου συνάλλαγμά τι γένηται πρὸς τὸν οἰκέτην, ὅμως εἴ τι ἐδαπανήθη περὶ τὴν οὐσίαν τοῦ δεσπότου, τουτέστι in rem versum ἐγένετο, εἰς τοῦτο ὅλον ὁ δεσπότης καταδικασθῇ, εἴ τι οὐκ ἐγένετο versum, εἰς τοῦτο μέχρι τῆς τοῦ peculii ποσότητος καταδικασθῇ. δοκεῖ δὲ versum γίνεσθαι εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ δεσπότου ἐάν τι κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἀναλωθῇ περὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα. οἷον δανεισάμενος ὁ ἐμὸς οἰκέτης, τοῖς ἐμοῖς χρεδίτωρσι κατέβαλεν, ἢ μέλλουσάν μοι πίπτειν οἰκίαν ἀνώρθωσεν, ἢ τῇ ἐμῇ φαμιλίᾳ σῖτον ἠγόρασεν, ἤγουν ἀγρὸν, ἢ ἕτερον οἷον δήποτε πρᾶγμα ἀναγκαῖον ἠγόρασέ μοι. εἰ τοίνυν δέκα νομίσματα ἐδανείσατο παρὰ σοῦ, καὶ πέντε μὲν κατέβαλε τοῖς ἐμοῖς χρεδίτωρσι, τὰ δὲ ἄλλα ὅπως δήποτε ἐδαπάνησεν· ὑπὲρ μὲν τῶν πέντε versorum, εἰς ὁλόκληρον καταδικάζομαι. ὑπὲρ δὲ τῶν μὴ δαπανηθέντων εἰς ἐμὲ, μέχρι τοσούτου καταχεθήσομαι,

id molestè ferens dixerit, minus mercium, quàm seruus in negotiatione sua habebat, in medium collatum esse, dabitur ei aduersus dominum actio tributoria: per quam cogetur, quicquid mercium occultauerat, in medium afferre. Dicitur autem tributoria actio, quasi Græcè dicas διαιρετικὴν ab eo quod est distribuere.

4 ¶ Præter actiones iam relatas inuēnit & Prætor actionem de peculio, & de in rem verso, vt quamuis sine voluntate domini negotium cum seruo gestū fuerit, tamen siue quid in rem domini impensum aut versum sit, id totum dominus soluere cogatur: siue quid in rem domini versum impensúmque non sit, id eatenus præstet, quatenus peculii quantitas patitur. ¶ Porrò in rem domini versum videtur, si quid necessariò in res eius impensum fuerit. Veluti mutuo accepto seruus meus creditores meos dimisit: aut ædes ruinam mihi minitantes fulsit, aut familiæ meæ frumentum mercatus est: aut fundum mihi aliámve quam rem necessariam emit. Si decē igitur aureos à te mutuò sumpsit, & quinque creditori meo persoluit, & alios quinque quomodolibet consumpsit pro quinque qui in rem meam versi sunt, in solidum condemnor: pro reliquis, qui in me impensi non sunt,

a Α᾽ναλόγως pro rata.

b Dixi principio huius paragraphi.

c Vnde Græcis actio de in rē verso ἡ περὶ τῶν δαπανῶν, ἀγωγὴ. 18 Eclo. 7. c. 1. & 2. De in rem verso actione adde Paul. 2. sent. 9 & titul. Di gest. de in rē verso. & Co. quod cum eo qui in aliena potestate.

d In rem versum quid dicatur, adde l. 3. §. 1. ff de in rem verso 18. Eclo. 7. c. 2. & passim.

quatenus peculii quantitas patet, teneor. Vnde apparet, quod si omnes decē aureos in rem meam impendit, non quinque tantum aureos, sed omnes decem creditor à me repetet. ¶ Hæc enim actio de peculio, vna quidem est actio, sed duas habet condemnationes. Quoniam aut de peculio, aut de in rem verso, & actio intentatur, & condemnatio sequitur. ¶ Iudex igitur, apud quem de peculio agitur, antè solet dispicere, an quid in rem domini versum sit, & si quid versum fuerit, in eam omnino summam dominum condemnat. Alioqui enim ad æstimationē peculii transibit, si nihil eorum aut non omnia, quæ seruus mutuò sumpsit, in rem domini versa impensáq; sint. ¶ Cùm dictum sit de actione de peculio, dicamus quid sit peculium. Et definitio peculii talis est. *Est naturale patrimonium ei, qui aliena in potestate est, cōcessum ac permissum, de voluntate patris aut domini, deductis naturalibus debitis, quæ aut patri debentur aut domino, & his, qui in eiusdem potestate sunt.* Dixi, *Naturale* patrimonium: quoniam per iuris ciuilis qui aliena in potestate est patrimoniū habere non potest. Dixi, *Ei qui aliena in potestate est de voluntate patris aut domini permissum ac concessum:* quia id demū peculium est, quod pater dominusve nō ignorat. Nam si quid sine voluntate ipsorum serui aut filii habuerint, id peculio annumerandū non est. Addidi, *Deductis naturalibus debitis:* quoniā id propriè peculium est quod his deductis, quæ naturaliter ab eo debētur, superest: veluti, centum mihi aureos debet is, qui in potestate tua est: habétque peculium

μέχρις οὗ ἐκτείνεται ἡ τοῦ peculii ποσότης. οὐκοῦν ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι εἰ πάντα τὰ δέκα νομίσματα εἰς τὴν ἐμὴν ἐδαπανήσεν οὐσίαν, οὐ τὰ πέντε, ἀλλὰ ὅλα τὰ δέκα νομίσματα ὁ κρεδίτωρ ἀπαιτήσει με. ¶ Αὕτη γὰρ ἡ de peculio, μία [a] μέν ἐστιν ἀγωγή, διπλῆν δὲ ἔχει τὴν καταδίκην. ἢ γὰρ εἰς τὸ peculium, ἢ εἰς τὸ versum γίνεται ἡ ἐναγωγὴ καὶ ἡ καταδίκη. ¶ Ὁ τοίνυν δικαστής, ὁ τὴν de peculio ἀκροώμενος, πρότερον εἴωθε καταλαβεῖν εἰ ἐδαπανήθη τι περὶ τὴν οὐσίαν τοῦ δεσπότου. καὶ εἰ μέν τι δεδαπάνηται, εἰς ταύτην πάντως τὴν ποσότητα τὸν δεσπότην καταδικάζει. ἑτέρως γὰρ εἰς τὴν ζήτησιν τῆς ποσότητος τοῦ peculii μεταβήσεται, εἰ μηδὲν τῶν δανεισθέντων τῷ οἰκέτῃ, εἰς τὴν οἰκείαν οὐσίαν δαπανηθῇ τοῦ δεσπότου, ἤγουν μὴ πάντα δαπανηθῇ. ¶ Εἰπόντες περὶ τῆς de peculio, εἴπωμεν τί ἐστι [b] peculium. ὅρος peculii οὗτός ἐστιν, οὐσία φυσικὴ προσκεκυρωμένη ὑπεξουσίῳ, κατὰ γνώμην πατρὸς, ἢ δεσπότου, ἐξῃρημένων τῶν φυσικῶν χρεῶν, πατρικῶν φημὶ καὶ δεσποτικῶν, καὶ τῶν τοῖς ὑπεξουσίοις ἐποφειλομένων. οὐσίαν εἶπον φυσικὴν, [c] ἐπειδὴ κατὰ νόμους οὐσίαν ἔχειν ὑπεξούσιος οὐ δύναται. προσκεκυρωμένην ὑπεξουσίῳ κατὰ γνώμην πατρὸς, ἢ δεσπότου εἶπον, ἐπειδὴ [d] ἐκεῖνο peculium ἐστὶν ὃ οἶδεν ὁ πατὴρ, ἢ ὁ δεσπότης. εἰ γάρ τι παρὰ γνώμην αὐτῶν ἔχουσι, τοῦτο τῷ peculio οὐ συναριθμηθήσεται. ἐξῃρημένων [e] φυσικῶν χρεῶν προσέθηκα, ἐπειδὴ κυρίως ἐκεῖνό ἐστι peculium, ὃ περιλιμπάνεται μετὰ τὴν τῶν φυσικῶν χρεῶν ἐξαίρεσιν. οἷον ἐποφείλει μοι ὁ σὸς ὑπεξούσιος ἑκατὸν νομίσματα. ἔχει δὲ peculium

quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titiū consequi posse. ¶ Licèt enim vna sit actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini versum sit, agitur, tamen duas habet condemnationes ¶ Itaque iudex apud quē de ea actione agitur, antè dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculii æstimationē transit, quā aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum. ¶ Cum autem quæritur quantum in peculio sit, antè deducitur quicquid seruus domino, eíve qui in potestate eius sit, debet, & quod superest, id solum peculium intelligitur.

¶ Aliquan-

a *Actio de peculio & de in rē verso vnica est, duas habēs condemnationes. facit l. 19. in fi. ff. de in rem verso.*

b *Peculium quid, eiusque definitio. ad h. §. 10. sup. de actionibus. l. 5. §. 2. & 3. ff. de peculio.*

c *Peculium naturale filij & serui patrimonium dicitur, quoniam neuter iure ciuili patrimonium habet*

d *Peculiū nullum habēt filij aut serui patre vel domino ignorante.*

e *Peculiū filij & serui id propriè dicitur quod illis superest, deducto eo quod naturaliter debent parentibus vel domino. Cur ita? quia praeterea si dominus cū seruo suo egisse ... l. sed si. §. 5. peculium. ff. de peculio quia non est verisimile dominum id concedere seruo in peculium habere, quod sibi debetur. l. 1. §. 5 quia natura aequum est filium vel seruum liberari obligatione, eo quod illis debitum velint exegisse l. si noxali. §. 2. ff. de peculio.*

¶ Aliquando tamen id, quod ei debet seruus qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio, veluti si is in ipsius peculio sit: quod eò pertinet, vt si quid vicario suo seruus debeat, id ex peculio eius non deducatur.

νομιζόμενον κατὰ πρώτην ὄψιν τριακοσίων νομισμάτων. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐποφείλει τῷ πατρὶ ἢ τῷ δεσπότῃ ἑκατὸν νομίσματα, ἐποφείλει δὲ καὶ τῷ συνυπεξουσίῳ, ἤγουν τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ. ἢ ὁ μὲν υἱὸς ἐποφείλει τῷ σῷ δούλῳ, ἢ ὁ σὸς δοῦλος ἐποφείλει τῷ υἱῷ σου τῷ ὑπεξουσίῳ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα νομίσματα, καθαρὸν νομίζεται peculium πεντήκοντα νομίσματα. ¶ Ἔστι δὲ ὅτε τὸ τῷ ὑπεξουσίῳ ἐποφειλόμενον χρέος, οὐκ ἐξαιρεῖται κινουμένης τῆς de peculio. οἷον ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος ὁ σὸς οἰκέτης εἶχεν ἐν τῷ peculio αὐτοῦ οἰκέτην. οἱ δὲ νομικοὶ, τὸν μὲν πρότερον [a] οἰκέτην λέγουσιν ordinarium· τὸν δὲ τοῦ οἰκέτου οἰκέτην λέγουσι vicarium. ὥσπερ ὁ ordinarius οἰκέτης ἐστὶν, οὕτω καὶ ὁ vicarius· ὥστε οὖν συνυπεξούσιοί εἰσιν. ἐχρεώστει τοίνυν ὁ σὸς οἰκέτης ἐμοὶ ἑκατὸν νομίσματα, εἶχε δὲ peculium ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. ἡ γὰρ διατίμησις τῶν ἐν τῷ peculio πραγμάτων εἰς τοσαύτην συνέτεινε ποσότητα· ἦν δὲ ἐν τῇ διατιμήσει καὶ ὁ vicarius. ἐχρεώστει δὲ καὶ ὁ ordinarius τῷ vicario ἑκατὸν νομίσματα. ἐναγόμενος οὖν σὺ παρ' ἐμοῦ τῇ de peculio οὐ δύνασαι λέγειν, ὅτι τὸ peculium τοῦ σοῦ οἰκέτου ἐστὶ πεντήκοντα μόνα νομίσματα, καὶ δεῖ σε εἰς πεντήκοντα μόνα καταδικασθῆναι. ἐπειδὴ ὁ ordinarius ὑπὲρ οὗ ἐνάγῃ τῇ de peculio τῷ vicario χρεωστεῖ ἑκατὸν νομίσματα. τοῦτο γὰρ τὸ χρέος οὐκ ἐξαιρεῖται. καὶ τίς ἐστιν ὁ λογισμὸς ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ὁ λογισμὸς οὗτός ἐστιν. ἡνίκα βουλόμεθα τὸ peculiū, [b] τοῦ ordinarii οἰκέτου καταμαθεῖν, ψηφίζοντες τὰς διατιμήσεις τῶν ἄλλων πραγμάτων

quod prima facie trecentorum aureûm putatur esse. Sed quoniā is patri aut domino centū aureos debet, debétq. itidē ei, qui in eiusdem potestate est, aut fratri suo: aut filius tuus debet seruo tuo, aut seruus tuus debet filio tuo, quem in potestate habes, centum quinquaginta aureos: purè videntur esse in peculio quinquaginta aurei.

¶ Inuenias tamen quando nec id quod ei debetur, qui in eiusdem potestate est deduci debeat de actione de peculio: veluti in hac specie seruus tuus in peculio seruum habebat. Iurisprudentes autē primum illum seruum ordinarium vocant, & serui seruum vicarium. Porrò quemadmodum ordinarius, seruus est, ita & vicarius. In eiusdem itaque potestate sunt. Seruus igitur tuus centum aureos mihi debebat. Habebat autem peculium centum quinquaginta aureorum: tanti enim res peculiares æstimabantur: atque in hac æstimatione erat & vicarius, sed & huic vicario centum aureos debebat ordinarius. Si tecum igitur agam de peculio, non potes dicere: quinquaginta tantùm aureos in peculio serui tui esse, & ideo in quinquaginta solùm condemnari te debere: quia ordinarius, cuius gratia tecum de peculio agitur, vicario suo centum aureos debeat. Quoniam debitum hoc deduci non oportet. Et quænam huiusce rei ratio sit, dicendum est. Ac ratio est hæc. Cùm peculium ordinarii serui scire ac cognoscere volumus, ceterarum quidem rerum æstimationem ineuntes

a *Ordinarius ὁ πρῶτος δοῦλος. Vicarius, δοῦλος τοῦ δούλου* Scholiastes 18. Eclog. 5. c. 16 & *vt Vlpianus in l. 17.* ff. de peculio, *dominus vicarij. sunt enim vicarij ipsi vna cum suo peculio, in peculio ordinarij.*

b *Quod ordinarius mihi debet, id etiam detraho ex vicariorum peculio. Quod ipsi vicarij mihi debent, detraho tantum ex ipsorum peculio. Quod ordinario suo debuerint, id non ex ordinarij peculio detrahitur, sed ex ipsorum tantum peculio. Quod vicarius ab ordinario debetur, nō deducitur de peculio ordinarij (quia peculium eorum in ipsius peculio est) sed peculium eorum augetur, quemadmodū si dominus seruo suo debeat.* l. 17. ff de peculio. 18. Eclog. 5. c. 16. *Quod domino debetur ab ordinario, ex vicarij seruo deducuntur.* d. c. 16

addere solemus & æstimationem vicarii. Et ita pronuntiamus, tantū aut tantum esse in peculio. Id cū ita se habeat: nō potest vicarius, cuius æstimatione peculium augetur, & ipse illud minuere, eo nomine, quòd sibi aliquid debeatur. Ne eadē persona duas cōtrarias habere functiones videatur, vt in eadem facti specie, & eadem causa simul & augeat & minuat peculium. Idémque est, si filius tuus, quē in potestate habes, hominem in peculio suo habeat, qui dicitur seruus peculiaris. Ac mihi cētū aureos debeat, debeat item & seruo peculiari centum aureos. Nam & hîc dicimus, debitū hoc deduci nō debere, ne seruus peculiaris, simul & æstimatione sui peculium filii tui augeat, & eorum nomine quæ sibi naturaliter debentur, minuat: & eadem persona[a] in eadem causa duas contrarias functiones obire intelligatur, vt & augeat & minuat peculium.

a Eadem persona duas cōtrarias functiones simul obire non potest.

b Actiones variæ aduersus dominos ex cōtractibus seruorum institui possunt.

c Actione de peculio uti possumus omissa quod iussu, exercitoria, institoria, exercitoria.

d Actio de peculio generalis est si cum institoria, exercitoria, & tributoria, & quod iussu compare tur: sunt enim illæ omn. speciales.

e Actione speciali cōsultius est agi, quam generali. Speciales enim & facilem probationem habēt, & solidi condemnationem continent.

f Actio de peculio minus pœna quam exercitoria, institoria, & quod iussu.

g Peculij quātitas difficulter probare po- [illegible]

5 ¶ Ex his quę dicta sunt, cōstat, multas esse actiones[b] quibus cum domino, de his quę seruus debet, agere possimus. Est enim actio Quod iussu: est institoria: est exercitoria: est tributoria: est & de peculio. Porrò dubium non[c] est, quin omissa actionē Quod iussu, vel exercitoria, aut institoria, de peculio agere liceat. Nam cùm actio[d] de peculio generalis sit, cuiuscumque in locum moueri potest, quoniā cæteræ speciales sunt, hæc autem generalis est. Cæterùm stultus admodum[e] sit oportet, qui omissis illis quę & facilem habent probationem, & actori in solidum pariunt condemnationem, ad actionem[f] de peculio decurrit. Nam & illud in primis, difficile est planū facere,

προσετίθεμεν καὶ τὴν τοῦ vicarii διατίμησιν, καὶ οὕτως ἀποφαινόμεθα λέγοντες, τοσῆς δὲ εἶναι ποσότητος τὸ peculiū. τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, οὐ δύναται ὁ vicarius, οὗ ἡ διατίμησις ηὔξησε τὸ peculium, αὐτὸς καὶ μειοῦν αὐτὸ διὰ τῶν ἐποφειλομένων αὐτῷ, ἵνα μὴ τὸ αὐτὸ πρόσωπον εὑρεθῇ, δύο ἐναντία ποιοῦν, καὶ αὖξον, καὶ ἀπομειοῦν τὸ peculium, ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει, τὸ αὐτό ἐστιν, εἰ καὶ ὁ σὸς ὑπεξούσιος ἔχει οἰκέτην ἐν τῷ ἰδίῳ peculio, ὃς λέγεται πεκουλιάριος οἰκέτης. καὶ ἐποφείλει μοι ἑκατὸν νομίσματα, χρεωστεῖ δὲ καὶ τῷ πεκουλιαρίῳ οἰκέτῃ σου ἑκατὸν νομίσματα. ἐνταῦθα λέγομεν, μὴ ἐξαιρεῖσθαι τοῦτο τὸ χρέος. ἵνα μὴ ὁ πεκουλιάριος οἰκέτης, αὐξήσῃ μὲν τὸ τοῦ υἱοῦ σου peculium, διὰ τῆς οἰκείας διατιμήσεως, μειώσῃ δὲ διὰ τῶν αὐτῷ φυσικῶς ἐποφειλομένων. καὶ εὑρεθῇ τὸ αὐτὸ[a] πρόσωπον δύο ποιοῦν ἐναντία ἐν τῇ αὐτῇ δίκῃ, καὶ αὖξον καὶ μειοῦν τὸ peculium.

5 ¶ Ἐκ τῶν εἰρημένων δεδήλωται, ὅτι πολλαί[b] εἰσιν αἱ ἀγωγαὶ αἱ κινούμεναι κατὰ τοῦ δεσπότου περὶ φράσει τῶν ἐποφειλομένων ὑπὸ τοῦ οἰκέτου. ἔστι γὰρ ἡ quod iussu, ἡ institoria, ἡ exercitoria, ἡ tributoria ἔστι δὲ καὶ ἡ de peculio. ἔξεστι[c] δέ τινι ἐάσαντι τὴν quod iussu, ἢ τὴν exercitoriam, ἢ τὴν institoriam, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν de peculio. γενικὴ[d] γὰρ οὖσα ἡ de peculio, ἀντὶ πασῶν δύναται κινεῖσθαι. ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἰδικαί. αὕτη δὲ γενική ἐστιν. ἀνόητος[e] δὲ ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ ἐάσας ἐκείνας, αἵ τινες εὐχερεῖς εἰσὶν εἰς ἀπόδειξιν, καὶ τὸ ὁλόκληρον περιποιῆσαι τῷ ἐνάγοντι, καὶ ὁρμῶν ἐπὶ τὴν de peculio. δυσχερὲς[g] γάρ ἐστι πρῶτον μὲν δεῖξαι,

5 ¶ Cæterùm dubium nō est, quin is quoque qui iussu domini contraxerit, cuiq. institoria vel exercitoria actio competit de peculio, déque eo, quod in rem domini versum est, agere possit. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillimè solidum ex contractu cōsequi possit, se ad difficultatem perducat probādi in rem domini versum esse,

esse, vel habere seruum peculiũ & tantum habere, vt solidum sibi solui possit.

¶ Is quoque cui tributoria actio competit, æquè de peculio, & de in rem verso agere potest.

¶ Sed sanè huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini cōditio præcipua non est, id est quod domino debetur, non deducitur, sed eiusdem iuris est dominus, cuius & cæteri creditores. at in actione de peculio antè deducitur, quod domino debetur, & in id, quod reliquum est, creditori dominus condemnatur. ¶ Rursus de peculio ideo expedit agere,

πόσον ἐστὶ τὸ peculium. τὰ γὰρ πράγματα τοῦ peculii, οὐκ ἔστι πρόδηλα τοῖς ἔξωθεν. ὅτε δὲ καὶ δείξει πολλὰ κοπωθεὶς ὁπόσον ἐστὶ τὸ peculium, τότε δύναται ἀντιτιθέναι φυσικὸν [a] χρέος ἀπομειοῦν τὸ peculium. δυσχερὲς δέ ἐστιν ἀποδεῖξαι. καὶ πόσα τῶν δανεισθέντων αὐτῷ versa ἐποίησε περὶ τὸν δεσπότην. ¶ Ἔστι [b] δὲ ὅτε ἡ de peculio αὕτη, καὶ ὡς εἶδος καὶ ὡς γένος κινεῖται. καὶ πότε τοῦτό ἐστι; οἷον συνήλλαξα τῷ σῷ οἰκέτῃ, οὐδὲ κατὰ κέλευσιν σὴν, οὐδὲ προστάντος αὐτοῦ πραγματείας τῆς κατὰ γῆν, ἢ κατὰ θάλασσαν. ἐνταῦθα ἡ de peculio ἐστὶ, καὶ ὡς εἶδος, καὶ ὡς γένος. εἰ δὲ ἁρμόσει σοι ἡ tributoria, δυνάσαι ταύτην ἐάσας, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν de peculio, ἤτοι de in rem verso. ἐνταῦθα δὲ οὐ πάντως καταγινώσκομεν τοῦ ἐάσαντος τὴν τριβουτωρίαν καὶ ἐλθόντος ἐπὶ τὴν de peculio. ποτὲ [c] μὲν γὰρ ἡ de peculio καλλίων εὑρίσκεται τῆς τριβουτωρίας, ποτὲ δὲ ἐλάττονα περιποιεῖται τῆς τριβουτωρίας. ¶ Καὶ τότε [d] καλλίων ἡ tributoria οἷον ἡνίκα πολλὰ ὑπέστη φυσικὰ χρέα. τῆς μὲν γὰρ τριβουτωρίας κινουμένης, οὐδὲν ἐξαιρεθήσεται φυσικὸν χρέος. ἴσον γὰρ τὸ τοῦ δεσπότου χρέος ἐστὶ, καὶ τῶν κρεδιτώρων, καὶ οὐδεμίαν προτίμησιν ἐν αὐτῇ ὁ δεσπότης ἔχει, οὐδὲ ἐξαιρεῖται τὸ αὐτῷ ἐποφειλόμενον. τῆς δὲ de peculio κινουμένης, καλλίων ἡ τοῦ δεσπότου αἵρεσις. ἐξαιρεῖται γὰρ τὸ φυσικὸν χρέος. τουτέστι τὸ τῷ δεσπότῃ ἐποφειλόμενον. καὶ οὕτως εἰς τὴν λειπομένην ποσότητα τῷ δανειστῇ ὁ δεσπότης τοῦ δούλου καταδικάζεται. ¶ Καλλίων [e] δὲ ἡ ἐναγωγὴ ἐπὶ τῆς de peculio ἐστὶν, ἤπερ τῆς τριβουτωρίας ἐν τούτῳ. ὅτι κινου-

quātum in peculio sit: res enim peculiares nō omnibus extraneis notæ sunt: & deinde vbi magno labore planum fecerit, quantū in peculio sit, tunc & quæstio de naturalibus debitis quæ peculium minuunt, referri potest. Porrò difficile est & illud probare, quid quantúmque ex his quę mutuò seruus sumpserit, in rem domini versum impensúmque sit. ¶ Enimuerò hæc actio de peculio interdum & vt genus, & vt species mouetur. Et quando id contingit? veluti, contraxi cum seruo tuo, neque iubente te neque cùm prępositus esset alicui negotiationi maritimę vel terrestri. Hîc actio de peculio & vt genus & vt species est. Sed & si tibi actio tributoria cōpetit, potes hac omissa æquè de peculio siue de in rem verso agere. Porrò nō omnino hic damnandus est, qui omissa tributoria, ad actionē de peculio decurrit: quoniam actio de peculio, aliàs longè præstat actioni tributoriæ: aliàs minus emolumenti habet quàm tributoria. ¶ Et tunc expedit tributoria agere: v. luti, cū multa sunt debita naturalia. Nam cū tributoria agitur, nullum naturale debitum deducēdum est. In pari enim causa sunt, & quę domino debentur, & quæ creditoribus. Nec domini conditio in ea præcipua est, nec quod ei debetur, deduci potest. Cùm verò de peculio agitur, potior est domini conditio. Quoniam naturale debitum, id est, quod domino debetur, deducendum est: & ita in id quod superest, serui dominus creditori condemnatur. ¶ Actio porrò de peculio plus adfert emolumēti hac in re. Nam quum

a *Peculiū naturali debito minuitur* l. 11. ff. de peculio.

b *Actio de peculio interdū vt genus, interdum vt species mouetur.*

c *Tributoria actione agi interdum magis expedit: interdum verò, de peculio actione. Idem extat* 18 *Eclogæ* 1. c. 4.

d *Tributoria actione quam de peculio non nunquam magis agere expedit.*

e *Actione de peculio interdum præstat agere quàm tributoria.*

de peculio agitur, totius peculii ratio habetur. At quum tributoria agitur, id tantùm in iudicio spectatur, in quota parte peculij seruus negotietur, fortè in tertia, aut quarta, aut etiam sexta. Atqui ne sic quidem tributoria agendo sextam in solidum partem peculij consequitur, in qua seruus negotiatur: sed id tantùm quod à domino in distributione mercium interuersum ac celatum fuerit. Partis igitur partem fert. Ea verò peculii pars quæ vel in prædiis consistit, vel in mancipiis, vel in nominibus, quoniã fortè seruus aliis quibusdam mutuum dedit, ad rationẽ non vocatur. ¶ Necesse est ergo, diligenter secũ vnusquisque æstimet, tributoriá ne sibi conducat agere, an malit actionem de peculio eligere? Quòd si probare possit, ea quę ipse seruo credidit in rem domini versa esse, melius est, vt a actionem de peculio eligat: quo ex capite de in rẽ verso in solidum condemnatio sequatur.

a Actio de in rem verso plenior quàm de peculio.

6 ¶ Quæ à nobis iam de seruo ac domino dicta sunt: eadem de filio filiáque, & nepote neptéque ac patre auóve, quorum in potestate sunt intelligimus.

7 ¶ Illud autem propriè in liberis personis, quas in potestate habemus, seruatur: quòd aduersus eos, quicumque his qui in parentis potestate sunt, mutuum dederint, velut in modũ exceptionis obiici soleat S.C. Macedonianũ. Id autem quid sit, latiùs dicendum est. Fuit quidam Macedo Romæ (id enim nomen erat homini) qui cùm in potestate patris esset, grande æs alienum conflauit, sperans futurum, vt mortuo patre suo

b Adde principium huius tituli in fine.
c De Senatusc͠onsulto Macedoniano. adde tit. Digest. & Co. de Senatusconsul. Macedoniano: & Paul. 2. sen ten. 10. & 18. Eclog 4.
d Macedo quis fuerit. v. l. 1. ff. de Senatusc. Maced.

μένης τῆς de peculio, παντὸς τοῦ peculii γίνεται λόγος. τῆς δὲ τριβουτορίας κινουμένης, ἐκεῖνο μόνον ἐν δικαστηρίῳ σκοπεῖται, εἰς ὃ πραγματεύεται μέρος τοῦ πεκουλίου ὁ οἰκέτης· τὸ τρίτον τυχὸν, ἢ τὸ τέταρτον, ἢ καὶ τὸ ἕκτον μέρος τοῦ peculij. καὶ οὐδὲ αὐτὸ ὅλον φέρεται τὸ ἕκτον μέρος τοῦ πεκουλίου, εἰς ὃ ὁ οἰκέτης πραγματεύεται κινουμένης τῆς τριβουτορίας. ἀλλὰ τὸ ὑφαιρεθὲν ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἐν τῇ διανεμήσει τῶν φορτίων. ὥστε οἷον μέρους μέρος φέρεται. τοῦ δὲ ἑτέρου peculii, ὅπερ ἐστὶν ἐν κτήμασι καὶ ἀνδραπόδοις, καὶ οἷς ὑποφείλεται ὑφ᾽ ἑτέρων ὁ οἰκέτης δανείσας τυχὸν τισὶν, οὐ γίνεται λόγος. ¶ Ὥστε δεῖ τινὰ σκοπῆσαι τὸ συμφέρον αὐτῷ, ἢ τὴν tributoriam, ἢ τὴν de peculio ἐπιλέξασθαι. εἰ δέ τις δύναται ἀποδεῖξαι, ὅτι τὰ δανεισθέντα ὑπ᾽ αὐτοῦ εἰς τὴν οὐσίαν προεχώρησε τοῦ δεσπότου, ἐπιλεγέσθω [a] μᾶλλον τὴν de peculio. ἵνα ἀπὸ τοῦ κεφαλαίου τοῦ de in rem verso ἡ καταδίκη γένηται.

6 ¶ Τὰ δὲ εἰρημένα ἡμῖν περὶ οἰκέτου καὶ δεσπότου. τὰ αὐτὰ νοοῦμεν, καὶ περὶ υἱοῦ, καὶ θυγατρὸς, καὶ ἐγγόνου καὶ ἐγγόνης, καὶ πατρὸς, ἔτι δὲ καὶ πάππου, ὧν ὑπεξούσιοί εἰσιν οὗτοι.

7 ¶ Ἐκεῖνο δὲ ἰδιαζόντως [b] ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων τῶν in potestate σκοπεῖται. ὅτι τὸ Μακεδονιανεῖον [c] δόγμα, ὡς ἐν παραγραφῇ ἀντίκειται τοῖς δανείσασιν ὑπεξουσίῳ. τί δὲ τοῦτό ἐστιν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Μακέδων [d] τις οὕτω λεγόμενος γέγονεν ἐν τῇ ῥώμῃ, ὃς ὑπεξούσιος ὢν τῷ οἰκείῳ πατρὶ, ἐδανείσατο παρά τινος ἐλπίζων, ὅτι τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς,

quod in hac actione totius peculii ratio habetur, at in tributoria, eius tantum, quo negotiatur. Et potest quisq. tertia fortè parte peculii, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorẽ autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere.

¶ Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem vel illam eligere debet. Certè qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet.

6 ¶ Quæ diximus de seruo, & domino: eadẽ intelligimus & de filio, & filia, (& nepote, & nepte, & patre auóve. cuius in potestate sunt.)

7 ¶ Illud propriè seruatur in eorum persona, quod Senatusc͠osultum Macedonianum prohibuit, mutuas pecunias dari eis, qui in potestate parẽtis sũt & ei qui crediderit, denegatur actio tam aduersus ipsum filiũ filiámve, nepotem neptémve (siue adhuc in potestate sint, siue

siue morte parentis, vel emancipatione, suæ potestatis esse cœperint) quã aduersus patrẽ, auũve, siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quæ ideo Senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam cõsumebant, vitæ parentum insidiabantur.

δυνήσεται τὸ χρέος ἀποδοῦναι. πολλοῦ χρόνου διαδραμόντος, ὁ δανειστὴς ἐπέκειτο τὸ χρέος ἀπαιτῶν. ὁ Μακέδων οὐκ ἔχων πόθεν ἂν ἀποδῷ, πῶς γὰρ ὑπεξούσιος ὤν; ἀνεῖλε τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. ἐγνώσθη τοῦτο τῇ συγκλήτῳ. κἀκεῖνος μὲν δίκας δέδωκε πατροκτονίας. δόγμα δὲ λεγόμενον Μακεδονιανέιον γέγονε, τὸ κελεῦσαν, μηδένα[a] δανείζοντα ἐλευθέρῳ ὑπεξουσίῳ ἀπαιτεῖν τὰ δανεισθέντα, ἵνα τούτῳ τῷ τρόπῳ ἕκαστος εἰδὼς, ὡς οὐ δύναται ἀπαιτῆσαι τὸ δάνεισμα, ἀπέχηται τοῦ δανείζειν αὐτοῖς. οὐ μόνον δὲ αὐτὸν οὐκ ἀπαιτήσει τὸν ὑπεξούσιον, ἢ τὴν ὑπεξουσίαν, ἢ τὸν ἔγγονον, ἢ τὴν ἐγγόνην ὑπεξουσίους ἔτι ὄντας, ἀλλ' οὐδὲ αὐτεξουσίους γενομένους, τελευτῇ τυχὸν τοῦ πατρὸς, ἢ ἐμαγκιπατευθέντας. οὐδὲ μὴν, κατὰ τοῦ πατρὸς, ἢ τοῦ πάππου δύναται κινεῖν τὴν de peculio, εἴτε ἔτι τοὺς παῖδας ὑπεξουσίους ἔχει, εἴτε τούτους ἐμαγκιπάτους ἐποίησε. ταῦτα δὲ διατάττουσα ἡ σύγκλητος οὕτως ἐνομοθέτησεν, ἐπειδὴ πολλάκις βαρυνθέντες τῷ χρέει οἱ ὑπεξούσιοι, ὅπερ λαβόντες ἀσώτως ἐδαπάνησαν, τῶν οἰκείων γονέων ἐπεβούλευον τῇ ζωῇ.

facilè id dissolueret. Cùm multũ iam temporis transisset, grauis ei & molestus cœperat esse creditor debitum repetens. Macedo, quum non haberet vnde redderet, (Nã quomodo, qui in potestate esset?) patrem suum occidit. Relata res est ad Senatum. Et ille quidem pœnas dedit parricidii. Verùm S. C. factũ est, quod Macedonianum vocatur, quo cauetur, ne qui liberæ personæ alieno iuri subiectæ mutuum dedisset actionem eo nomine haberet. Vt hoc modo, cùm se repetitionem quisque eius, quod credidisset nullam habiturũ cognosceret, caueret sibi à mutuum dando. Non solùm autem à filio aut filia, nepote aut nepte, non rectè petetur, cùm adhuc in parentis sui potestate sunt: sed neque, cùm sui iuris facti fuerint, vel morte parentis forsan, vel emancipatione. Quinimmò nec aduersus patrem auũmve de peculio datur actio, siue liberos adhuc in potestate habeant, siue eos emancipauerint. Hæc autem ideo constituta sunt à Senatu, quoniam sæpe compertũ est iuuenes magna æris alieni mole obrutos, quod per luxum libidinémque prodegerant, vitæ parentum suorum insidias moliri.

a *Macedoniani senatusconsulti sententia.*

8 ¶ Illud in summa admonendi sumus, id quod iussu patris dominive contractũ fuerit, quodque in rẽ eius versum erit, directò quoque posse à patre dominóve condici, tanquã si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque, qui exercitoria, vel

8 ¶ Ἐκεῖνο δὲ ὡς ἐν τέλει ὀφείλομεν εἰδέναι, ἢ κατὰ κέλευσιν πατρὸς, ἢ δεσπότου συνάλλαγμα πρὸς τὸν ὑπεξούσιον γέγονεν. ἤγουν καὶ versum γένηται περὶ αὐτοῦ οὐσίαν, δύναταί τις ἐάσας τὴν de peculio, ἢ τὴν de in rem verso ἐξ εὐθείας κατὰ τοῦ πατρὸς, ἢ κατὰ τοῦ δεσπότου κινεῖν τὸν κονδικτίκιον[b], ὥσπερ εἰ πρωτοτύπως πρὸς αὐτὸν τὸν δεσπότην, ἢ τὸν πατέρα ἐποιήσατο τὸ συνάλλαγμα, ἀλλὰ καὶ ὁ τὴν exercitoriam, ἢ τὴν

8 ¶ Illud autem velut in summa debemus scire, si domino aut patre iubente, cum eo, qui in potestate illorum est, contractum fuerit, aut quid in rem ipsorum versum sit, licere vt omissa actione de peculio aut de in rem verso, directo aduersus patrem aut dominum condictio ne agamus, tanquam si principaliter cum ipso domino vel patre, negotiũ gestũ fuisset. Sed & is qui

b *Actione quod iussu institoria exercitoria. qui iussit condictione directò conueniri potest.*

institoriam habet vel exercitoriam condictione aduersus patrem vel dominum agere potest. Nam & iussu illius cum eo quem in potestate habet, contractum intelligitur. Diximus enim suprà eũ, qui negotiationi maritimæ vel terrestri aliquem præponit, hoc velut omnibus dicere videri, vt securè cum eo, quem præponit, contrahant.

institoriam ἔχων, δυνάται τ̃ κονδικτίτιον κτ̃ τ̃ πατρὸς, ἢ κτ̃ δεσπότου κινεῖν, ἐπειδὴ κελεύσει αὐτοῦ πρὸς τ̃ ὑπεξούσιον γέγονε τὸ συνάλλαγμα. εἰρήκαμεν γὰρ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, [a] ὅτι ὁ προεστῶν τινα τ̃ κτ̃ γῆν ἢ κτ̃ θάλασσαν ἐμπορείας, δοκεῖ πᾶσι παραγγέλλειν, ὥστε ἀδεῶς συναλλάττειν, προσαὐτῷ ὑπεξουσίῳ.

institoria actione tenetur, directò posse condici placet: quia huius quoque iussu contractũ intelligitur.

a §. 2. sup eo. b De noxalibus actionibus adde 18. Eclo. 8. ex libro 60 tit. 5. passim dicitur autem illi authori, Noxalis actio πεδιαὶ ἀγωγὴ. c adde Paul. 2. sent. 31. § 7. d Noxa hic pro damnum dante: Noxia pro dãno. Festo verò Noxa, peccatum aut pœna peccati. & 2. Ecl. 2. c. 138. τὸ ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀδικημάτων εἰς ἀναγκαῖα πρεσβύτερα sic Noxa pro maleficio sumitur nõ pro ipso homine in l. 1. ff. de noxalib act. adde l. 200. ff. de verb signif. Sane cum noxæ dedere dicimus, pœna dedere intelligimur: vt Tribonianus passim Noxã hoc loco videatur sumere pro ipso seruo: aliud est enim noxæ, aliud noxam dedere: si noxæ dedere, hoc loco legas, interpretandũ est pœna dedere: si noxam, seruum interpretari possis. Quare cum sit quæstio de seruo noxa, hoc est pœna dedẽdo, male, noxam interpretatur seruum. e Adde Fest. in Noxia. f Aquilas noxalis actionis.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS. TIT. VIII.

ΠΕΡΙ ΒΛΑΒΕΡΑΣ [b] ἀγωγῆς. Τίτλος η.

DE NOXALIBVS ACTIONIBUS. TIT. VIII.

¶ De actionibus noxalibus, quæ ex maleficio seruorum dantur aduersus dominum. ¶ In his actionibus dominus, litis æstimationem pati cogitur, nisi malit seruum, qui nocuit, noxæ dedere. (1 & quid Noxa & Noxia.) 2 quod sanè æquissimum, ne serui nequitia, vltra ipsius corpus, sit damnosa. 3 Noxæ deditione, seruum noxæ ita deditum, in perpetuum à domino abalienari: & tamen, quæsita aliunde pecunia, posse ab eo cui noxæ sit deditus, se liberare. 4 ¶ Noxales actiones vario iure introductas. Noxalem furti ex legibus xij. Tabul. damni, ex lege Aquilia: iniuriarum & rapinæ ex edicto prætorio. 5 Noxalem dari aduersus eum dominum, qui seruum in potestate habeat, si non habeat non dari. 6 Noxalem etiam non dari inter dominos eorumque seruos si alter alteri nocuerit. 7 Filiosfamilias si noxam nocuerint, noxæ non dedi.

QVemadmodum ex contractu seruorum, cum dominis agitur: ita & ex delicto seruorum domini tenentur. Nam si rerum mearum aliquam seruus tuus furto abstulit, aut vi rapuit, vel si damnũ mihi intulit, aut iniuria me affecit: noxalis mihi datur tecum actio. Liberum autem tibi est noxali actione condemnato, vel quod mea interest præstare, vel seruum noxæ dedere.

1 ¶ Noxa dicitur corpus ipsum quod nocuit, quoniam seruus nocuit. Noxia verò ipsum maleficiũ vocatur: veluti furtum, damnum, rapina, iniuria.

2 ¶ Est autẽ id sũma ratione introductũ, vt dominus

Ὥσπερ ἐκ τ̃ πρὸς τοὺς ὑπεξουσίους συναλλαγμάτων ἐνάγεται ὁ δεσπότης, οὕτω καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ ἡμάρτον κατέχονται οἱ δεσπόται. ἐὰν [c] γὰρ ὁ σὸς οἰκέτης κλέψῃ τὰ ἐμὰ πράγματα, ἢ ἁρπάσῃ, ἢ ζημιώσῃ με, ἢ ὑβρίσῃ με, ἡ νοξαλία ἀγωγὴ δίδοταί μοι κτ̃ σοῦ. καταδικασθεὶς δὲ ταύτῃ τῇ νοξαλίᾳ, ἐξουσίαν ἔχεις, ἢ τὸ διαφέρον καταβαλεῖν, ἢ τ̃ οἰκέτην εἰς νόξαν παραχεῖν.

1 ¶ Νόξα [d] δὲ λέγεται αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ βλάψαν, ἐπειδὴ ἔβλαψεν αὐτὸς ὁ οἰκέτης. νόξια [e] τὸ κακούργημα ὠνόμασαι. οἷον ἡ κλοπὴ, ἡ ζημία, ἡ ἁρπαγὴ, ἡ ὕβρις.

2 ¶ Ἀρίστω [f] δὲ λογισμῷ τοῦτο ἐπινενόηται, τὸ τ̃ δεσπότην καταδικασθέντα

EX maleficiis seruorũ, veluti si furtũ fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditæ sunt, quibus domino damnato permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere.

1 ¶ Noxa autem est ipsum corpus, quod nocuit, id est, seruus: noxia, ipsũ maleficium, veluti furtũ, damnum, rapina, iniuria. 2 ¶ Summa autem ratione permissum est noxæ deditione

deditione fungi. Nanque erat iniquum, nequitia eorum vltra ipsorum corpora dominis damnosam esse.

τῇ νοξαλίᾳ, δυνάμενος τὸν οἰκέτην ἐκδοῦναι ἐκείνῳ, εἰς ὃν τι ἐπλημμέλησεν ὁ οἰκέτης, ἀτοπώτατον γὰρ ἐνομίζετο τὴν τῶν οἰκετῶν ἀγριότητα ἐπιζήμιον εἶναι τοῖς δεσπόταις, περαιτέρω[a] τῶν σωμάτων αὐτῶν. ὥστε οὐδὲ καταδικασθεὶς ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ οἰκέτου τῇ νοξαλίᾳ, εἰς οὐδὲν ἕτερον ἄκων ζημιοῦμαι, ἢ εἰς τὸ δοῦναι αὐτὸν εἰς νόξαν. τὴν γὰρ διατίμησιν τοῦ ἁμαρτήματος ἄκων οὐ καταβάλλω.

noxali actione cõdemnatus, seruum illi, in quem deliquit, possit dedere, quoniam iniquum erat, nequitiam seruorum vltra corpora ipsorum dominis damnosam esse. Noxali igitur actione serui mei nomine condemnatus, in nullo alio inuitus lædor, quàm vt eum noxę dedam. Nam delicti æstimationem inuitus non cogor soluere.

a l. 2. ff. de noxalib. act. 8. Eclo. ex lib. 60. tit. 4. c. 1.

3 ¶ Dominus noxali iudicio, serui sui nomine conuentus, seruũ actori noxæ dedendo liberatur: nec minùs in perpetuum eius serui dominiũ a domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est, (seruus) resarcierit quæsita pecunia auxilio Prætoris inuito domino manumittetur.

3 ¶ Παρασχὼν δὲ εἰς νόξαν τὸν πταίσαντα οἰκέτην ἐγὼ αὐτῷ ἐνάγοντι, ἐλευθεροῦμαι[b] τῆς νοξαλίας, εἰς[c] τὸ διηνεκὲς μεταφέρων τὴν δεσποτείαν ἐπὶ τὸν λαμβάνοντα. οὐ γὰρ λέγομεν ὅτι διὰ τῶν οἰκείων ὀπερῶν, καὶ τῆς οἰκείας ὑπηρεσίας, ὁ οἰκέτης ἀποπληρώσας τοῦ ἁμαρτήματος τὴν διατίμησιν ἐκείνῳ εἰς ὃν ἥμαρτεν, ἤγουν καὶ εὐπορήσας ποθὲν χρημάτων, καὶ ταῦτα αὐτῷ προσαγαγὼν ὑποστρέφει πρὸς τὸν δεσπότην. ἀλλὰ προσιέτω[d] τῷ πραίτωρι, καὶ τοῦτο αὐτῷ ἀποδείξας, ἄκοντος τοῦ ἔχοντος αὐτὸν εἰς νόξαν, ὑπὸ τοῦ πραίτωρος ἐλευθεροῦται.

3 ¶ Porrò cùm semel actori seruum qui deliquerat, noxæ dedidi, à noxali iudicio liberor, in perpetuum dominio eius in accipientem translato. Neque enim dicimus, si seruus vel operis suis atque ministerio, delicti æstimationem ei in quem deliquit præstiterit, vel nummos alicunde comparatos, illi dederit, ad veterem dominum eum redire. Verùm Prætorem adire debet & ei rem omnem exponere, atque ita vel inuito eo, qui noxæ ipsum accepit, à Prætore manumittetur.

b Noxa deditione dominus liberatur. l. 2. C. eod.

c Noxa deditione dominium noxa dediti perpetuo amittimus.

d Noxa deditus pecunia nomine aliquaquæsita, potest ab eo cui deditus est noxa, se liberare.

4 ¶ Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti furti ex lege xii. Tabularum, damni, iniuriæ ex lege Aquilia Edicto Prætoris, veluti iniuriarum, & vi bonorum raptorum.

4 ¶ Ἐπινενόηνται[e] δὲ αἱ νοξάλιαι ἀγωγαί, ἢ ὑπὸ τῶν νόμων, ἢ ἐκ τοῦ ἐδίκτου τοῦ πραίτωρος. ὑπὸ τῶν νόμων, οἷον ἡ φούρτι. ταύτην γὰρ ἐξεῦρεν ὁ δυωδεκάδελτος. ἔτι δὲ καὶ ἡ νοξαλία, ἡ ἀπὸ ζημίας τοῦ ἀκουϊλίου· ταύτην γὰρ ἐπενόησεν ὁ ἀκουΐλιος. ἐκ δὲ τοῦ ἐδίκτου τοῦ πραίτωρος, ἡ νοξαλία iniuriarum, ἡ νοξαλία vi bonorum raptorum.

4 ¶ Constitutæ sunt autem noxales actiones aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus, vt furti. Hanc enim ex duodecim Tabularum inuenit: item & damni iniuria, hanc enim introduxit lex Aquilia. Edicto Prætoris, vt noxalis iniuriarum, & noxalis Vi bonorum raptorum.

e Noxales actiones aut legibus aut edicto Prætoris introducta & quæ illæ.

5 ¶ Omnis autem noxalis actio caput sequitur. Nam si seruus tuus noxam cõmiserit, quandiu in tua potestate sit, tecum est actio.

5 ¶ Κανών ἐστιν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων δεδομένος ὁ λέγων, Noxa[f] caput sequitur, θεωρεῖται δὲ οὗτος, ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων. ὁ σὸς οἰκέτης ἔκλεψεν ἐμὰ πράγματα. ἐφ᾽ ὅσον ἐστὶν ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν[g] ἔχω κατὰ σοῦ τὴν νοξα-

5 ¶ Regula est nobis à veteribus per manus tradita, qua sic dicimus: Noxa caput sequitur. Ea maximè spectatur his in casibus. Seruus tuus res quasdam mihi furto subtraxit. Quandiu in tua potestate est, habeo tecum noxa-

f τὸ ἁμάρτημα τῇ κεφαλῇ ἀκολουθεῖ. Eclo. d. tit. 5. c. 2. v. l. t. in fin. ff. de priuatis delictis.

g t. Harmen. 18. §. 19.

lem furti actionē. Quòd si ad alium translatus sit, cum eo noxali agetur. Sin verò manumissus fuerit, directam habeo cum ipso furti actionem, & noxalis perimitur. Sed & per contrarium, actio quæ prius directa erat, noxalis fieri potest: velut, aliquis cùm liber esset, furtum mihi fecit. Is postea seruus factus est, quoniam fortè (vt suprà libro primo diximus) ad pretium participandum vænundari se permisit: & seruus tuus factus est, actio furti tecum noxalis esse incipit, quæ prius directa fuerat.

a Si seruus furtū fecerit, deinde manumissus fuerit, aut alienatus, cum ipso vel manumisso, vel emptore agi potest. Noxa enim caput sequitur. Paul. 2. sent. 31. §. 8.

6 ¶ Seruus meus mihi furtum fecit: nullà nascitur actio. Nam inter dominum & eum, qui in potestate eius est, nulla esse potest obligatio. Quòd si aut in potestatem alterius seruus peruenerit, aut manumissus fuerit: neque cum ipso iam manumisso, neque cum eo in cuius potestate est, agere possum. Quoniam actio, quæ ex delicto ipso nascitur, non nata, quia seruus qui furtum commisit, in mea potestate esset: ex eo nunc nasci non potest, quòd is qui furtum commisit, de potestate mea exierit.

b l. 1. C. de noxalibus act. l. 16. l. 17. ff. de furtis. l. 1. §. 1. ff. si is qui testamento liber.

¶ Adeò autem id verum est, nullam inter seruum & dominum obligationē posse consistere, vt si alienus seruus furtum tibi fecerit, & ea ex re furti actio tibi nata sit, ac deinde is in tuam potestatem venerit, actio furti iam nata extinguatur, idque per regulam qua dicimus, Rem quanque, cùm in eum casum venerit, à quo initium capere non poterat, extingui.

c v. l. si alienus seruus. 37. ff. de noxal. act.

d Ex hoc verò colligimus apud Iustinianum hoc loco legendum esse, intercidit non, interdicitur.

e v. l. quia in eū casum. 17. ff. ad l. Aqui.

λίαν furti. εἰ [a] δὲ εἰς ἕτερον μετετέθη δεσπότην, κατ' ἐκείνου κινηθήσεται ἡ νοξαλία. εἰ δὲ ἐλευθερωθῇ, κατ' αὐτοῦ ἕξω τὴν διρέκταν furti, καὶ ἡ νοξαλία ἀποσβέννυται. καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἡ διρέκτα δύναται γενέσθαι νοξαλία. ἐὰν γὰρ ἐλεύθερος ὤν τις, κλέψῃ τὰ ἐμὰ πράγματα, ἔπειτα δὲ μετὰ ταῦτα γένηται δοῦλος, οἷον εἰρήκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἰνστιτουτίονι, ἡνίκα ἀνάσχηται ἑαυτὸν πραθῆναι ad pretium participandum, καὶ γένηται σὸς δοῦλος, ἡ πάλαι διρέκτα furti, νῦν γίνεται νοξαλία.

6 ¶ Ὁ ἐμὸς οἰκέτης ἔκλεψεν ἐμὰ πράγματα· οὐδεμία τίκτεται ἀγωγή. μεταξὺ [b] γὰρ δεσπότου καὶ τοῦ ὑπεξουσίου αὐτοῦ, οὐδεμία ἐνοχὴ ἀναφύεσθαι δύναται. εἰ δὲ εἰς ἑτέραν ὑπεξουσιότητα ὁ οἰκέτης παρεγένετο, ἤγουν καὶ ἐλευθερωθῇ, οὔτε καὶ τοῦ ἐλευθερώσαντος, οὔτε κατὰ τοῦ νῦν δεσπόζοντος αὐτοῦ δύναμαι κινεῖν ἀγωγήν. ἡ γὰρ μὴ τεχθεῖσα ἀγωγή, ἥτις ἐξ αὐτοῦ τοῦ πλημμελήματος οὐκ ἐτίκτετο, διὰ τὸ τὴν οἰκέτην ἐμὸν εἶναι τὸν κλέψαντα, αὕτη μετὰ ταῦτα οὐ δύναται τίκτεσθαι ἐκ τοῦ χωρισθῆναι τὸν κεκλοφότα τῆς ἐμῆς ὑπεξουσιότητος. ¶ Τοῦτο δὲ ἀληθές ἐστιν, ὅτι μεταξὺ οἰκέτου καὶ δεσπότου οὐδεμία ἐνοχὴ δύναται συνεστάναι, ὅτι καὶ ἐὰν ἀλλότριος [c] οἰκέτης κλέψῃ τὰ σὰ πράγματα, ὡς τεχθῆναί σοι ἐντεῦθεν τὴν furti, καὶ οὗτος μετὰ ταῦτα ὑπὸ τὴν σὴν γένηται δεσποτείαν. ἀποσβέννυται [d] ἡ ἤδη τεχθεῖσα furti ἀγωγὴ διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· ἡνίκα [e] θέμα εἰς τοιοῦτον περιστάη κάσον, ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν οὐκ ἠδύνατο, ἀποσβέννυται.

Si autem in alterius potestatē peruenerit, cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit, directò ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerso quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxiam commiserit, & is seruus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus effici primo libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset.

6 ¶ Si seruus domino noxiam cōmiserit actio nulla nascitur. Nanq. inter dominum & eum qui in potestate eius est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque & si in alienam potestatem seruus peruenerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate sit, agi potest. ¶ Vnde si alienus seruus noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit, interdicitur actio, quia in eū casū deducta sit, in quo consistere nō potuit. Ideoque

Ideoq; ſicet exierit de tua poteſtate, agere nõ potes: quemadmodum ſi dominus in ſeruum ſuũ aliquid cõmiſerit, nec ſi manumiſſus, aut alienatus fuerit ſeruus, vllam actionem contra dominũ habere poteſt.

7 ¶ Sed veteres quidem hoc in filiisfamiliarũ maſculis, & fœminis admiſere: noua autẽ hominum conuerſatio, huiuſmodi aſperitatẽ rectè reſpuendã eſſe exiſtimauit, & ab vſu communi hoc penitus receſſit. Quis enim patiatur filium ſuum, & maximè filiam, in noxã alij dari: vt penè per filij corpus pater magis quã filius periclitetur? cùm in filiabus etiam pudicitiæ fauor hoc bene excludat. Et ideo placuit in ſeruos tantummodo noxales actiones eſſe proponẽdas, quum apud veteres legũ commentatores inuenerimus ſæpius dictũ, ipſos filiosfamiliarũ pro ſuis delictis poſſe cõueniri.

εἰ δὲ ἡνίκα ἔκλεψεν ὑπὸ τὴν σὴν δεσποτείαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐπίκτητό σοι ἀγωγή, διὰ τοῦτο σοῦ δεσπόσαντος αὐτοῦ, ἡ ἤδη τεχθεῖσα ἀγωγὴ ἀναιρεῖται. οὕτω δὲ ἀποσβέννυται σοῦ δεσπόζοντος μετὰ ταῦτα τοῦ οἰκέτου, ὅτι εἰ καὶ τὴν σὴν ὑπεξουσιότητα ἐκφύγῃ, οὐ δυνήσῃ κινῆσαι τὴν ἀγωγήν. πῶς γὰρ τὴν ἤδη σβεσθεῖσαν; [a] εἴπομεν γὰρ ἤδη πολλάκις, ὅτι ὁ δεσπότης κατὰ τοῦ οἰκέτου, οὐδεμίαν κτᾶται ἀγωγήν. ὥσπερ οὐδὲ [b] ἐὰν δεσπότης πταίσῃ τι εἰς τὸν οἰκέτην, οἷον ὑβρίσας αὐτόν, ἢ τυπτήσας, οὐδεμιᾷ καταχεθήσεται ἀγωγῇ, οὐδὲ ἐὰν ἐλευθερωθῇ, ἢ τῆς ἑτέρου γένηται δεσποτείας ὁ ταῦτα ὑποστὰς οἰκέτης.

7 ¶ Ταύτας δὲ τὰς νοξαλίας ἀγωγὰς οἱ παλαιοὶ, καὶ ἐπὶ τῶν υἱῶν ὑπεξουσίων, καὶ ἐπὶ θυγατέρων προσεδέχοντο. ἡ δὲ μετὰ ταῦτα τῶν ἀνθρώπων ἀναστροφὴ, καὶ πολιτεία, τὴν τοιαύτην ἐξέβαλε τραχύτητα, καὶ κατεφρόνησε ταύτης ὀρθῶς ποιοῦσα, καὶ τῆς κοινῆς χρήσεως παντελῶς ἐξώθησε. τίς γὰρ εὐφρονῶν ἀνάσχοιτο τὸν ἴδιον [c] παῖδα, καὶ μᾶλλον θυγατέρα εἰς νόξαν ἑτέρῳ παραχεῖν· ὥστε σχεδὸν τὸν πατέρα εἰς [d] τὸ οἰκεῖον κινδυνεύειν σῶμα, ἤπερ τὸν παῖδα, ὃς τὰ τοιαῦτα ὑφίσταται; ἐπὶ δὲ τῶν θυγατέρων καὶ ἡ περὶ τὴν σωφροσύνης σπουδὴ, καλῶς τῆς πολιτείας ἐξέβαλε τοῦτο. τούτου χάριν ἤρεσεν ἐπὶ [e] μόνων οἰκετῶν τὰς νοξαλίας ἁρμόζειν. ὁπότε καὶ οἱ πάλαι τοῖς νόμοις ὑπομνηματίσαντες, εἰρήκασι τοῦτο πολλάκις, ὥστε τοῖς ἐλευθέροις ὑπεξουσίοις, ὑπὲρ [f] τῶν οἰκείων πταισμάτων δύνασθαι μεθοδεύεσθαι, καὶ χρηματικῶς εὐθύνεσθαι, καὶ μὴ ἐκδίδοσθαι αὐτοὺς ὡς τὸ παλαιόν.

Porrò quoniam nulla naſcebatur tibi actio, cùm is eo tempore furtum feciſſet, quo in tua poteſtate erat, ideo & cùm in tua poteſtate eſſe cœperit, actio iam nata perimitur. Adeò autem extinguitur actio hæc, cùm poſtea tu ſerui dominus factus fueris, vt neque ſi de poteſtate tua exierit, agere iam eo nomine poſſis. Quomodo enim cùm extincta ſit actio? Iam ſæpe enim à nobis dictum eſt, dominum cum ſeruo nullã actionẽ habere poſſe. Quemadmodum nec dominus ſi quid in ſeruum admiſerit, veluti quòd iniuria aut verberibus eum adfecerit, vlla ei teneri poteſt actione, neque ſi ſeruus in quẽ id commiſſum eſt, vel manumiſſus fuerit, vel in alterius poteſtatem venerit.

7 ¶ Has autem noxales actiones veteres & in filiis filiabúſq; familiàs admittebant. Verùm poſterior hominum conuerſatio & viuẽdi inter ſeſe ratio, meritò ac rectè huiuſcemodi aſperitatem eiecit & contempſit, ac penitus à communi vſu exploſit. Quis enim ſanæ mentis ſuſtineat filium ſuum, & magis filiam noxæ dedere, vt pænè in corpus ſuum pater, qui hæc patitur, magis quàm filius, periclitetur? In filiabus verò & pudicitiæ fauor, curaque, rectè id ex communi vita excluſit. Et ideò placuit, vt tantùm in ſeruos, noxales actiones proponerentur: cùm & veteres iuris ciuilis interpretes, ſæpius id dixerint: liberas perſonas, quæ alieno iuri ſubiectæ ſint, ex ſuis delictis conueniri, & pecuniariter puniri poſſe: nec ſecundum vetera iura, noxæ dedendas eſſe.

a *In perpetuũ ſublata obligatio reſtitui nõ poteſt.* l. qui res ſuas. 98. §. acceâ 8. ff. de ſolutionibus.

b *Dominus iniuria ſeruo nõ tenetur, niſi forti grauis & aſpera.* l. 2. ff. de his qui ſunt ſui.

c *Liberos noxæ dedere parentes non poſſunt.* l. 33. 4. 35. ff. de noxal. act.

d l. 8. in fin. ff quod met. cau.

e *Noxalis actio aduerſus liberas perſonas nõ datur.*

f *Idcóque ſi filiusfamilias furtũ fecerit, deinde emancipetur, furti in eum actio dabitur.* Paul. 2. ſen. 31. §. 9. l. 57. ff de iudiciis. l. 39 ff. de obligat.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATUR. TIT. IX.

ΕΑΝ ΤΟ ΤΕΤΡΑΠΟΔΟΝ ζημίαν [a] ποιήσαι λέγεται. Τίτλος θ.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATUR. TIT. IX.

a adde 6. Harmen. t. περὶ ζημίας & 19. Eclo. 10. c. περὶ ζημιώσεως.

¶ *De actionibus noxalibus quæ dantur aduersus dominos, ex pauperie quadrupedum, si quid non genitali feritate, sed lasciuia, pauore, aut alia feritate nocuerint, & quemadmodum illo casu, dominus liberetur noxæ deditione, & quid pauperies. 1 Aedilitio edicto prohiberi nos quà iter vulgò fit, canem, verrem, aprum, leonem, vrsum habere: vt si quid in libero homini sit nocitum, arbitrio iudicis: si alia, dupli reus condemnetur. Illo ipso casu actionem de pauperie præterea intendi posse.*

ANimalium quoque rationis expertium nomine, quę damnum dederint, proditę sunt noxales actiones. Verùm furti quidem noxalem actionem, aut Vi bonorum raptorum, vel iniuriarum dicere non possis locum eorum nomine habere. An ergo noxalis actio ex lege Aquilia locum habebit? Et dicimus nequaquam. Quoniam in ea, damni iniuria dati quæstio versatur. Iure autem & iniuria quid facere, ab animo qui iudicium habeat, proficiscitur. At animalia rationis expertia, & bruta, iudicio omni carẽt. Quid ergo est? Et ex lege XII. Tabularum in his prodita est noxalis actio. Contra dominum igitur noxali actione ex lege XII. Tabularum agetur. Si brutum ergo animal tuum, aut per lasciuiam, aut per feruorem, aut per feritatem, pauperiem fecerit, id est, damnum mihi dederit: noxali actione tecum agam ex lege XII. Tabularum. Quòd si quis conuentus animal pro noxa dederit, proficiet ei ad liberationem. Sic enim eadem lege XII. Tabularum cautum est. Veluti, cùm equus calcitrosus esset, calce in aliquem reiecto, nocuit ei. ¶ Est autem huic noxali actioni ex lege XII. Tabularum locus in his animalibus, quæ contra naturam suam ferocientia, aliquem læserunt. Nam si natiua & à natura insita sit feritas, cessat actio legis XII. Tabularum. Itaque si vrsus fugerit, & aliquem læserit.

b *Bruta etiã animantia puniũtur. v. quæ scripsi* ad l. 2. ff. de legibus.

c *Ob damnum ab animali datum lex Aquilia locum non habet, & cur.*

d *Damnũ ab animalibus datum vti puniatur lege xij. Tab.* ti. si quadrupes.

e *Hæc igitur tria in bruto animali hic puniuntur* τρυφὴ, θερμότης, ἀγριότης, *aut potius damnũ ex his causis datum.*

f *adde* μὴ ἔμφυτον. *id est, haud naturalem vt proximo versiculo.*

g *Sanè huic loco deest exẽplũ bouis cornu petere soliti, quod apud Iustinianũ extat* hoc §. *Ita* *que videtur hoc adiiciendũ,* ἢ βοῦς εἰωθὼς κερατίζειν, *inpáriωσ sic enim* 10. Eclo. 10. & li. 60. ti. 2. c. 1. 6. Harmenop. 1 §. 3.

h *Lex xij Tabularum non punit damnũ datum ab animali feritate propria commota.*

ΚΑΙ τῶν ἀλόγων [b] ζώων χάριν ζημιωσάντων ἐπενοήθησαν νοξάλιαι. ἀλλὰ furti νοξαλίαν, ἢ vi bonorum raptorum, ἢ iniuriarum, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἐπὶ αὐτῶν χώραν ἔχειν. ἆρα [c] δὲ ὁ νοξάλιος ἀκουΐλιος; καὶ λέγομεν οὐδαμῶς, ἐπειδὴ ἔχει damni iniuria. τουτέστι τῆς ἀδίκως γινομένης ζημίας. τὸ δὲ δίκαιον καὶ ἄδικον, ἀπὸ διακεκριμένης πρόεισι ψυχῆς. τὰ δὲ ἄλογα ζῶα ἐστέρηνται λογισμοῦ. τί οὖν; ὁ δωδεκάδελτος ἐπενόησεν ἐπὶ τούτων τὴν νοξαλίαν. κινεῖται οὖν κατὰ τοῦ δεσπότου ὁ νοξάλιος δωδεκάδελτος. [d] ἐὰν οὖν ἢ κατὰ τρυφὴν, [e] ἢ κατὰ θερμότητα, ἢ ἀγριότητα, [f] τὸ ἄλογόν σου ζῶον pauperiem fecerit, τουτέστι ζημιώσῃ με, νοξάλιος κινεῖται ὁ δωδεκάδελτος. καὶ ἐὰν τοῦτο τὸ ζῶον εἰς νόξαν παραχθῇ, ὁ ἐναχθεὶς, ἐλευθεροῦται. τοῦτο γὰρ αὐτός φησιν ὁ δωδεκάδελτος. οἷον ἵππος ἦν λακτιστὴς, καὶ λὰξ δοὺς τινὶ, τοῦτον ἔβλαψε. [g] ¶ Χώραν δὲ ἔχει τὸ νοξάλιον δωδεκάδελτον ἐπὶ ἐκείνων τῶν ζώων, ἅ τινα παρὰ φύσιν ἀγριούμενα, ἕτερον βλάπτουσιν. εἰ γὰρ ἔμφυτος [h] αὐτοῖς ἐστὶν ἡ ἀγριότης, ἀργεῖ ὁ δωδεκάδελτος. ἀμέλει, ἐὰν ἄρκος φύγῃ, καὶ ἕτερον βλάψῃ, ὁ γε-

ANimalium nomine, quæ ratione carent, si qua lasciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint noxalis actio legis XII. Tabularum prodita est. Quæ animal si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex XII. tabularũ scripta est, vt puta, Si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus, cornu petierit.

¶ Hæc autem actio in iis quæ contra naturam mouentur, locum habet. Cæterùm si genitalis sit feritas,

cessat actio. Deniq; si vrsus fugerit à domino & sic nocuerit, non potest quõdam dominus conueniri, quia desiit dominus esse, vbi fera euasit. ¶ Pauperies autem est damnum sine iniuria facientis datum. Nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinẽt actionem.

1 ¶ Cæterùm sciendum est, ædilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrsum, leonem ibi habere, quà vulgò iter fit, & si aduersus ea factũ erit, & nocitum libero homini esse dicatur, quod bonum & æquum iudici videtur, tãti dominus condemnetur, cæterarũ verò rerum, quãti damnum datum fit, dupli. Præter has autẽ ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, præsertim pœnales de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

γονὼς αὐτοῦ δεσπότης οὐ κατέχεται τῇ νοξαλίῳ. διὰ τοῦτο δὲ εἶπον ὁ γεγονώς, ἐπειδὴ φυγοῦσα αὕτη, εἰς τὴν φυσικὴν ἀναδραμοῦσα ἐλευθερίαν. καὶ ἐπαύσατο τὸ δεσπόζεσθαι. ¶ Pauperies [a] δὲ λέγεται ἡ ζημία, ἡ δίχα κακουργήματος γινομένη. ἥτις ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων συμβαίνει. οὐδὲ γὰρ δύναται τὸ ἄλογον ζῶον, τὸ αἰσθήσεως ἐστερημένον, πονηρόν τι κατά τινος βουλεύσασθαι. ταῦτα μὲν ὅσον πρὸς τὴν νοξαλίαν.

1 ¶ Ἐπεί τοίγε ἰστέον ἐστὶ τοὺς αἰδίλες ἐν τῷ οἰκείῳ ἐδίκτῳ ἀπαγορεύειν [b] παντὶ ἀνθρώπῳ, κύνα, ἢ σύαγρον, ἢ ἄρκον, ἢ λέοντα ἔχειν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, δι' οὗ παρέρχεται πλῆθος. εἰ γάρ τις ὑπεναντίον πράξει τι, καὶ ἐλεύθερος ἐντεῦθεν βλαβῇ, ὁ δεσπότης τοῦ ἀδικήσαντος θηρίου, εἰς τοσοῦτον καταδικασθήσεται, εἰς ὅσον κάλλιον καὶ δίκαιον τῷ δικάζοντι δόξει. εἰ δέ τι ἕτερόν ἐστι τὸ ἀδικηθὲν, οἷον ὁ ἐμὸς οἰκέτης, ἢ ὁ ἐμὸς ἵππος, ἢ ἕτερον οἷον δήποτε ζῶον τῆς ἐμῆς ὂν δεσποτείας, τὸ διπλάσιον τῆς γενομένης ζημίας, ὁ τοῦ θηρίου παρέξει δεσπότης. οἷον ἐζημιώθη δέκα νομισμάτων, εἴκοσι λήψομαι. οὐ μόνον δὲ αἱ ædilitiæ ἀγωγαὶ, ἀλλὰ καὶ αἱ νοξαλίαι, [c] χώραν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων. κανονικῶς γὰρ ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι οὐδέποτε [d] αἱ pœnales ἀγωγαὶ, ἐπὶ τῷ αὐτῷ συντρέχουσαι πράγματι, ἀλλήλων γίνονται ἀναιρετικαί.

noxali actione is qui dominus eius erat, non tenetur. Ideò autem dixi: Qui dominus erat: quoniam vrsus, cùm fugerit, naturalem libertatem recipit, & in bonis cuiusquam esse desinit. ¶ Porrò pauperies dicitur damnum, sine iniuria datum: quod vel maximè in brutis animalibus contingit. Neque enim potest animal brutũ, quod sensu careat, malum aduersus quemquam consilium inire. Et hæc quidẽ quantum ad noxalem actionem pertinet.

1 ¶ Etenim sciendum est, Ædiles edicto suo prohibere, ne quis hominum canẽ, aprũ, vrsum, leonẽ eo loco habeat, quà vulgo iter fiat. Quòd si quid aduersus ea factum fuerit, & per hoc libero homini nocitum sit, tanti dominus bestiæ condẽnabitur, quãtum bonum & æquum ei, cuius erit notio, videbitur. Sin autẽ aliud quid læsum fuerit, veluti seruus aut equus meus, vel aliud quoduis animal, cuius ego sim dominus, duplum dãni quod datum erit, dominus bestiæ præstabit. Veluti, damnum quod datũ est, decem aureorum, viginti consequar. Nec verò ædilitiæ actiones tantùm, sed etiam noxales in his casibus locũ habent. Quoniam id regulariter sciendum est, nunquã in actionibus pœnalibus quæ de eadem re concurrunt, aliam ab alia consumi.

a Pauperies quid.

b *Idem* Harmen. 6. tit. 1. §. 2. 19. Eclo. 10. ex lib. 51. titu. 4. c. 30. Paul. 1. sen. 15. § 2. l. 40. 41. 42. ff. de ædilitio.

c *νοξαλίαν hîc vocat, quæ Iustiniano hoc loco actio de pauperie dicitur.*

d l. 60. ff. de oblig. l. 130. ff. de reg. iur.

DE IIS PER QVOS AGERE POSSUMUS. TIT. X.

ΠΕΡΙ ΩΝ ΤΑΣ ΑΓΩΓὰς κινεῖν δυνάμεθα. ΤΙΤΛΟΣ Ι.


DE IIS PER QVOS agere possumus. TIT. X.

¶ Agere possumus per nos ipsos vel per alios. Per alios putà per procuratorem. 1. quem vel nudis verbis & absentes constituere possumus. 2. per tutorem & curatorem.



CVm dictum sit de actionib. quibus nobiscum ex cōtractu aut delicto eorum, qui nostri iuris sunt, agere quis potest, transeamus nunc ad aliā inspectionem. ¶ Et sciendum est, agere nos in iudicio solere aut pro nobis ipsis, quod vocatur suo nomine agere: aut pro aliis, quod vocatur alieno nomine. ¶ Et alieno quidem nomine agimus, veluti, vt procuratores, tutores, aut curatores. Atque hæc & hodie obtinent. Nam olim id non erat in vsu vt quis alieno nomine ageret, nisi certis quibusdam ex causis. Veluti pro populo quis iudicium suscipere poterat: aut pro libertate, quoniam cùm is qui in possessione seruitutis erat, & ad libertatem proclamabat, per seipsum iudicium suscipere non poterat, ne si probatum fuisset seruum eum esse, is videretur esse iudicii exitus, vt seruus aduersus dominum consisteret, ideo alius quispiam pro eo agebat. qui & assertor dicebatur. ¶ Ad hæc & pro tutela. Nam sæpe tutore opus habebat pupillus. Et duo aliqui inter se contendebant, vter ipsorum tutor esse deberet. Nec erat dubium, quin alter superior fuerit futurus. Is ergo, qui succumbit, futurum est vt alieno nomine egerit, hoc est, de tutela quæ nihil ad ipsum pertinet, sicut euentus litis docuit. ¶ Permissum quoque est lege Hostilia, *vt si cuius res qui apud hostes esset, aut Reipublica causa abesset, furto ablatæ sint, quilibet eo nomine furti agere possit.* Sed & si tutor pupilli ego fuissem,

a *Suo nomine agit, qui pro seipso agit.*
b *Alieno nomine agit, qui pro alio agit: & qui nomine alieno agant.*
c §. 3. sup. de fideicommiss. hæreditatib.
d *Alieno nomine agere olim non omnibus permissum nisi certis causis, puta pro populo, libertate, tutela, captiuo, absente reipub. causa.*
e *Pro libertate quemadmodum quis olim agere poterat.*
f *Assertor quis & cur introductus: vtique dis- sit: a procuratore* v. ti. C. de adsertione tollenda.
g *Pro tutela quemadmodum quis olim ageret.*
h *Hostilia lege agere licuit pro rebus furto sublatis eorū qui capti ab hostibus aut Republica causa aberāt*



c *Hac exceptio τῶ προσκαίρου συμφώνου dicitur.* d. c. 4. *hoc est pacti conuenti temporalis.* d. l. 5.

d *Dilatoria exceptiones cur dicantur.*

e *Dilatoria exceptione quemadmodum peremptoria exceptio adquiratur.*

τῆς ἀγωγῆς τῆς ἰσχύν. τοιαύτη [a] ἐστὶν ἡ τοῦ δόλου παραγραφὴ, ἡ τοῦ φόβου, ἡ τοῦ πάκτου, ἤγουν πακτεύσω τῷ δεβίτωρι, ὅτι οὐδέποτέ σε ἀπαιτήσω τὸ χρέος.

10 ¶ Τεμπεράλιαι [b] δέ εἰσιν, αἱ μέχρι φανεροῦ χρόνου ἀντικείμεναι, οἷον τῆς τεμπεραλίου [c] πάκτου παραγραφή. ἤγουν πάκτον ποιήσω τῷ ἐμῷ δεβίτωρι, ὅτι οὐκ ἀπαιτήσω σε τὸ χρέος, ἕως πέντε ἐνιαυτῶν. εἴσω μὲν γὰρ τούτου τοῦ χρόνου ἀντίκειταί μοι ἡ παραγραφή. παραδραμούσης δὲ τῆς πενταετίας ἀποσβέννυται. ὥστε οὖν καθὰ εἴρηται βουλομένῳ μοι εἴσω τοῦ χρόνου κινῆσαι, ἀντίκειται παραγραφὴ, ἡ τοῦ προειρημένου πάκτου, ἢ ἑτέρα οἵα δήποτε ὁμοία· διὸ ὀφείλω τὴν πενταετίαν ὑπερθέσθαι. καὶ μετὰ ταῦτα κινεῖν. διὰ τοῦτο [d] γὰρ διλατόρια προσαγορεύεται, διὰ τὸ ἔχειν ὑπέρθεσίν τινα. Dilatio γὰρ λέγεται ἡ ὑπέρθεσις. εἰ δὲ πειραθῶ κινῆσαι εἴσω τῆς πενταετίας, τοῦτο καθ' ἑαυτὸν λογισάμενος, ὅτι εἰ μὲν δυνηθῶ συναρπάσαι, ἐντεῦθεν ἤδη τὸ χρέος ἀπαιτῶ· εἰ δὲ ἀντιτεθῇ μοι ἡ τοῦ τεμποραλίου πάκτου παραγραφὴ, ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτήσω μετὰ τὴν πενταετίαν. ὁ ταῦτα λογισάμενος κακῶς βουλεύεται. τέως μὲν γὰρ ἐκβάλλεται. μετὰ δὲ τὴν πενταετίαν εἰ πειραθῇ κινῆσαι, ἀντικειμένην ἔχει τὴν rei iudicatæ παραγραφὴν· ἥτις ἐστὶ περεμπτορία. κανόνα γὰρ ἴσθι καθολικὸν ὅτι [e] διλατορία παραγραφὴ ἀντιτεθεῖσα καὶ ἰσχύσασα, τουτέστι δυνηθεῖσα τὸν ἄκτορα ἐξωθῆσαι τοῦ δικαστηρίου, περεμπτορίαν τίκτει παραγραφήν. τούτῳ οὖν τῷ τρόπῳ τῆς δίκης ὁ ἐνάγων ἐκπίπτει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ πα-

doli mali, & quod metus caussa factū est, & pacti conuenti; cùm ita cōuenerit, ne omnino pecunia peteretur.

10 ¶ Temporales atque dilatoriæ sunt quæ ad tempus nocent, & temporis dilationē tribuūt, qualis est pacti conuenti, cùm ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium, nam finito eo tempore, non impeditur actor rem exequi. Ergo ii, quibus intra certū tempus agere volentib. obiicitur exceptio aut pacti conuenti, aut alia similis, differre debent actionē, & post tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint, ob iectaque sit exceptio, neque eo iudicio quicquam consequebantur propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant, cùm temere rem in iudicium deducebāt, & consumebant: qua ratione rem amittebant.

¶ Hodie

¶ Hodie autem non ita strictè hoc procedere volumus, sed eũ qui ante tẽpus pactionis, vel obligationis litẽ inferre ausus sit Zenonianæ constitutioni subiacere censemus. quam sacratissimus legislator de iis, qui tempore plus petierint, protulit, & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit, in duplũ habeant ii, qui talem iniuriam passi sint, & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint, vt actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obseruare.

11 ¶ Præterea etiam ex persona sunt dilatoriæ exceptiones, quales sunt procuratoriæ, veluti si per militem aut mulierem agere quis velit. Nam militibus nec pro patre, vel matre, vel vxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri cõceditur. Suis

λαιόν. σήμερον δὲ ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς οὐ βούλεται. ταύτην τὴν ἄδικον χώραν ἔχειν ἀκρίβειαν· ἀλλά φησιν, ἐάν τις ἐπερωτήσας, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι μετὰ πενταετίαν; ἢ καὶ δανείσας τινὶ πάκτον ποιήσηται μετὰ ταῦτα πρὸς αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀπαιτῶ σε τὸ δάνεισμα ἕως ε ἐνιαυτῶν. εἴσω δὲ πενταετίας τῆς ἐγκειμένης τῇ ἐπερωτήσει, ἢ τῷ γινομένῳ πάκτῳ κινήσει, χώραν ἐχέτω ἡ Ζήνωνος [a] διάταξις ἐπ' αὐτῷ, ἡ διαλεγομένη περὶ τῶν κατὰ χρόνον plus πεπτωκότων. ἥτις παρακελεύεται, τὸν τοιοῦτόν τι πλημμελήσαντα, καὶ πρὸ τριετίας τυχὸν τοῦ περαιωθῆναι τὴν πενταετίαν, τὴν τῷ πάκτῳ περιεχομένην, ἢ καὶ ἐγκειμένην τῇ ἐπερωτήσει κινοῦντα, ὥστε μηδὲν ἐντεῦθεν ἤδη λαμβάνειν τὶ, ἀλλὰ διπλασιάζεσθαι κατ' αὐτοῦ τὴν προθεσμίαν, καὶ ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν ἑξαετίαν ἀναμεῖναι. μετὰ δὲ τὴν ἑξαετίαν τότε κινῶν λήψεται, ἡνίκα παράσχῃ τὰ δαπανήματα ὁ ἄκτωρ, ὅσα ὁ ῥέος ἐδαπανήσεν ἐναχθεὶς πρὸ τοῦ χρόνου. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ σωφρονισθέντες οἱ κρεδίτωρες, τῆς ὑπ' αὐτῶν διδομένης οὐ καταφρονοῦσι προθεσμίας.

11 ¶ Τῶν δὲ διλατωρίων [b] παραγραφῶν, αἱ μὲν ἀπὸ πράγματος, αἱ δὲ ἀπὸ προσώπου ἀναφύονται. καὶ ἀπὸ πράγματος μὲν, οἷον ἡ τοῦ [c] τεμποραλίου πάκτου παραγραφή. ἀπὸ προσώπου δὲ αἱ [d] προκουρατόρειαι, οἷον ἐάν τις διὰ στρατιώτου, ἢ γυναικὸς [e] ἐνάγειν βουληθῇ, ἐκβάλλεται παραγραφῇ. στρατιώτης [f] γὰρ οἷον τοῖς ὅπλοις σχολάζειν ὀφείλων, procuratorio nomine οὐδὲ ὑπὲρ πατρὸς, ἢ μητρὸς, οὐδὲ ὑπὲρ γαμετῆς, οὐδὲ εἰ ἔχει θείαν ἀντιγραφὴν, συγχωρεῖται κινεῖν. ὑπὲρ ἑαυτοῦ

fuerunt. Hodie verò Imperator noster sanctissimus tam iniquæ huic subtilitati locum esse noluit. Sed constituit, vt qui aut ita stipulatus est, Post quinquennium mihi dare spondes? aut qui mutuũ dedit, & pactum deinde cum debitore fecit, ne intra quinque annos id ab eo peteret: si ante quinquennium vel stipulationi insertum, vel in pactũ deductum agat: locum in eo haberet Zenonis constitutio, quam de his edidit, qui tempore plus peterent. Hac autem ita cauetur, vt qui tale aliquid deliquit, & ante trienniũ fortè, quàm quinquenniũ exiret, quod vel in stipulationem deductum vel pacto indultum fuerit, agit: nihil inde consequatur emolumenti, sed aduersus eum præscripta tempora duplicentur, & ipse sexennium expectare cogatur. Sed &, vt cùm agere peracto sexennio volet, ita suũ actor recipiat, si impensas ac sumptus quos is, qui ante tempus conuentus erat, fecerit, ei restituerit. Hoc enim modo prudentiores facti creditores, tẽpora ac inducias quas ipsi dederint, non tam facilè contemnent.

11 ¶ Dilatoriarum autẽ exceptionum aliæ ex re, aliæ ex persona nascitur. Et ex re quidem, vt temporarii pacti exceptio. Ex persona verò vt procuratoriæ. Veluti si quis per militem aut fœminam agere velit. Exceptione enim submouebitur. Nam miles quum totum se debeat armorum studio & exercitio dare, ne pro patre quidem aut matre, immò neq; pro vxore, quam uis sacrum hab. ret rescriptum, procuratorio nomine agere potest. Pro se

a *de qua 33. vers. sed hæc* quidem sup. de act.

b *Exceptionũ dilatoriarum causa dua rei & persona.*

c *Exceptio pacti temporalis extre nascitur.* adde l. 2. ver. temporales. ff. eod.

d *Exceptiones procuratoria dilatoria sunt ex persona, hoc est earũ dilatio ex ipsa agentis persona nascitur.* adde l. 2. in fi. ff. eod. l. 6. ff. de oper. nou. nunt.

e l. 41. ff. de procura. l. Harm. 13 §. 1.

f *Miles procurator alterius esse non potest omnino* de. l. 7. C. de procuratoribus. l. 10. & 31. C. de locato.

verò agere non prohibetur. Nam id legibus, quæ de re militari latæ sunt, nō repugnat. ¶ Sunt & aliæ dilatoriæ exceptiones, quæ ex personis nascantur: eæque procuratoribus ex causa infamiæ opponi solent. Porrò quid id sit, dicere operæpretium est. Tu verò hæc habe in modum cuiusdam præuiæ inspectionis. Si quis aut depositi aut iniuriarum cōdemnatus fuerit, infamis fit. Is autem cui infamiæ nota inusta est, multis afficitur pœnis. Nam neque in Senatum allegi, neque Decurio creari, neque militiæ nomen dare, neque aduocationes subire, neq; procurator cuiusquam esse, neque si agat, procuratorē constituere potest: Suam tamen litē per se non prohibetur persequi. His ita inspectis, vide nunc deinceps rem quam agimus. Volebam tecum agere. Infamem aliquem procuratorem constitui, aut cum is integræ famæ esset, ego infamis erā, infamiæ exceptio obstabit. Dicet enim is cū quo agetur: si tu procurator non infamis es, aut certè non ab infami datus es. Et est hæc exceptio dilatoria ex persona nascens. Facile est autem dilatorias has exceptiones effugere. Nam si dixerit reus infamem esse procuratorem: possum eo submoto aliquem integræ famæ constituere, aut per meipsum litigare. Sin autem dixerit, infamem esse qui procuratorem dederit: illi vitabo, si procuratorem missum faciam, & ipse in causam descendam. Nā qui infamia laborat, quamuis procuratorē non constituat, tamen per sese agere potest. Quod si actor hac exceptione contempta, ita secū in animo suo cogitet: siue fefellero ac causam vicero, siue

a Infames sunt qui depositi aut iniuriarū condemnati.

b Infamis quas pœnas patiatur.

c Infamis postulare prohibetur: sed neque cognitor fieri potest. l. quos. ff. de postulando. Paul. 1. sen. 2. §. 1.

d Infamis mādata dare non potest. Anianus ad 1. Paul sent. 2. §. 1.

δὲ κινεῖν οὐ κεκώλυται. τοῦτο γὰρ τοῖς περὶ στρατιωτῶν οὐκ ἐναντιοῦται νόμοις.

¶ Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι διλατόριαι παραγραφαὶ, ἀπὸ προσώπων ἐγειρόμεναι, αἵτινες ἀντικεῖνται τοῖς προκουράτορσι, διὰ τὸν λόγον τῆς ἀτιμίας. τί δὲ τοῦτό ἐστιν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἔχει δὲ ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ. ἐάν [a] τις καταδικασθῇ τῇ depositi ἐναχθεὶς, ἢ τῇ iniuriarum, γίνεται ἄτιμος, ὁ δὲ ἀτιμωθεὶς, πολλὰς ὑφίσταται ποινάς. [b] οὔτε γὰρ συγκλητικὸς γίνεσθαι δύναται, οὔτε βουλευτής. οὐδὲ στρατεύεται, οὐδὲ συνηγορεῖ. [c] οὐδὲ γίνεταί τινος προκουράτωρ. οὔτε ἐνάγων δύναται διδόναι [d] προκουράτορα. αὐτὸς μέντοι δι' ἑαυτοῦ ἐνάγειν οὐ κεκώλυται. ἐπειδὴ σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. ἠβουλήθην κατὰ σοῦ κινῆσαι δίκην. προεβαλόμην προκουράτορα ἄτιμον ὄντα ἢ ἐκεῖνος μὲν ἔντιμος, ἐγὼ δὲ ἄτιμος, ἀντιτίθεται παραγραφὴ, ἡ τῆς ἀτιμίας. ὁ γὰρ ἐναγόμενος λέγει· ἀλλ' εἰ μὴ ἄτιμος εἶ σὺ ὁ προκουράτωρ· ἤγουν ἀπ' ἀτίμου ἐδόθης. καὶ ἔστιν αὕτη ἡ παραγραφὴ διλατόρια ἀπὸ προσώπου ἐγειρομένη. τὰς δὲ διλατορίας παραγραφὰς δυνατὸν ἐκκλῖναι μεθόδῳ. εἰ γὰρ εἴπῃ ὁ ῥέος, ὅτι ἄτιμός ἐστιν ὁ προκουράτωρ, δύναμαι ἐγὼ ἀμείψας αὐτὸν προβάλλεσθαι ἐπίτιμον, ἤγουν δι' ἐμαυτοῦ δικάσασθαι. εἰ δὲ εἴπῃ ἄτιμός ἐστιν ὁ σὲ προβαλλόμενος, ἐκκλίνω ταύτην, ἀποκινῶν μὲν τὸν προκουράτορα, δι' ἐμαυτοῦ δὲ κινῶν. ὁ γὰρ ἄτιμος, εἰ καὶ μὴ δῷ προκουράτορα, ἀλλ' οὖν δι' ἑαυτοῦ ἐνάγειν δύναται. εἰ δὲ ὁ ἄκτωρ καταφρονήσῃ τῆς τοιαύτης παραγραφῆς, ἐνθυμηθεὶς ὅτι ἢ συναρπάζω καὶ νικῶ τὴν δίκην, ἢ ἐὰν αἰ-

verò negotiis superesse sine offensa militaris disciplinæ possunt. ¶ Eas verò exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiā vel dantis vel ipsius procuratoris opponebantur, cùm in iudiciis frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus, ne dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio protelетur.

πτεθῆ ἡ παραγραφὴ, δι' ἐμαυτοῦ κινῶ, καὶ λαμβάνω τὸ χρέος, ἑαυτὸν ἀπατᾷ. προαχθεὶς γὰρ μετὰ ταῦτα κινῆσαι, ἐκβάλλεται περεμπτορίᾳ παραγραφῇ, ἡ τῇ rei iudicatæ, διὰ τὸν ἤδη παραδοθέντα σοι κανόνα, τὸν λέγοντα, ὅτι δηλατορία παραγραφὴ, ἀντιτεθεῖσα καὶ ἰσχύσασα, περεμπτορίαν ποιεῖ παραγραφήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ ἀτιμίας τὸ παλαιὸν ἐτρακτίζετο. σήμερον δὲ διὰ τὸ μὴ συνεχῶς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀναστρέφεσθαι ταῦτα, οὐδὲ δυνατὸν διὰ τὴν ἀσυνήθειαν, τρακτάζειν τι περὶ ἀτιμίας, τῇ προφάσει τῶν προκουρατόρων ἀντιτιθεμένην. ἄτοπον γὰρ περὶ προσώπων ποιότητα φιλονεικοῦντας τὴν τοῦ πράγματος ἐπεκτείνειν ζήτησιν.

Opposita exceptione illa, per meipsum egero, omnino cont[illegible] id quod mihi debetur, [illegible] planè decipit. Nam si deinde agere cœperit, peremptoria rei iudicatæ exceptione submouebitur. Idque propter regulam iam tibi traditam, qua dicimus: per exceptionem dilatoriā quæ semel opposita efficax fuerit, peremptoriam exceptionem adquiri. Verùm hæc quæ de infamia dicta sunt, olim procedebant. Sed hodie, cū hæc frequēter in iudiciis nō versentur: ne fieri quidem videtur posse, vt aliquid de infamia quæ procuratoribus obiici posset, propter desuetudinē eius tractemus aut quæramus. Nam & illud absurdum esse visum est, dum de personarum conditione altercamur, ipsius negotii disceptationem longius differre.

DE REPLICATIONIBVS. TIT. XIIII.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΠΛΟΚΩΝ.[a] Τίτλος ιδ.

DE REPLICATIONIBVS. TIT. XIIII.

a ἀναπλοκαὶ quæ hic replicationes, authori Eclogæ 51. tit. 1. dicuntur ἀντιπαραγραφαὶ, vt quæ opponantur ταῖς παραγραφαῖς, id est exceptionibus.

¶ 1 De actorum replicationibus. 2 Duplicationibus reorum. 3 Triplicationibus actorum. 4 & deinceps exceptionibus, puta, Quadruplicationibus: & si quid tale in digestis occurrit. 5 Exceptiones quæ debitori principali competunt, plerunque etiam competere debitorum fideiussoribus: plerunque etiam non competere, & quæ illæ sint.

INterdum euenit, vt exceptio, quæ prima facie iusta videtur, tamen iniquè noceat. quod cū accidit, alia allegatione opus est, adiuuandi actoris gratiā, quæ replicatio vocatur, quia per eā replicatur atq. resoluitur ius exceptionis:



Ὥσπερ τὰς ἀγωγὰς ἰσχυούσας μὲν τῷ νόμῳ, ἀδικούσας δὲ κατὰ τὸ φύσει δίκαιον ἀντιτίθενται αἱ παραγραφαί, οὕτω καὶ τὰς παραγραφὰς, ἐρρωμένας μὲν κατὰ τὸ ἀληθὲς, ἀδίκους δὲ νομιζομένας τῇ φύσει, ἀντιτίθεται δικαιολογία ὑπὸ τῶν ἐναγόντων, ἥτις λέγεται [b] replicatio. ὠνόμασαι δὲ ἐντεῦθεν [c], ἐπειδὴ δι' αὐτῆς ἀναπλέκεται καὶ ἀναλύεται ἡ τῆς παραγραφῆς ἰσχύς. Plico γάρ ἐστι τὸ πλέκω. replico δὲ τὸ ἀναπλέκω, καὶ ἀναλύω. θεωρεῖται δὲ τὸ εἰρημένον, ἐπὶ τούτου τοῦ θέ-



QVEMADMODum actionibus quæ iure quidē ciuili efficaces sunt, sed ex æquitate naturali iniquè nocent, exceptiones opponi solent: ita & exceptionibus quæ reuera quidem validæ sunt, sed ex æquitate iniquæ putantur, allegatio quædam ab agentibus opponitur, quæ replicatio vocata est. Ac inde nomen habet, quod per eam replicatur ac resoluitur vis exceptionis: nempe à replicando. Prædicta autem tractari possint tali in

b Replicatio est exceptionis exceptio. adde 51. Eclo. 1. c. 3. l. 2. §. replicationes, 1 l. 15. l. 22 ff. de except.

c Replicatio vnde dicta.

specie. Pactum cum debitore meo feci, ne quod mihi deberet, peterem. Post tempus aliquod cùm debitor factus esset ditior, aut cùm ego id exprobrassem, aut alius quispiam, pactum mecum iniit, quo mihi permisit pristinum debitum petere. Si nunc ego post secundum hoc pactum, condictione aduersus illum ad ea quæ mihi debentur experiar, atque ille pœnitentia ductus pacti exceptionē mihi opponat, sic dicendo: Si pactum amplius non petendi non fecisti: prima facie, pactum hoc multū videtur petitionem meam lædere. Nam reuera ita conuênit, & nihilominus verum manet. Nā per secundum pactum, prius ipso iure sublatum non est. Sed quoniam iniquū est, creditorem excludi: ex secundo pacto datur ei replicatio, in qua sic dicet: Si posterius inter nos pactum factum non est, quo mihi petendi facultas data sit.

a *Si pactum de non petendo, petendi pactum ...*

b *Pactum pacto ipso iure nō tollitur, sed per exceptionem tantum.*

c *Atque ita actor intētionē suam ē παραγραφῆ, ἀλλ' ἀντιπαραγραφῇ ... ἰσχυρο... 7. Eclo. 8. ex lib. 54. cit. 4. c. 27. l. 2. l. 1. ff. de except.*

1 ¶ Porrò quemadmodum exceptioni opponitur replicatio, ita & replicationi quæ prima facie iusta est, sed ex æquitate naturali iniquè nocet, alia quædā allegatio à reo opponitur, quæ duplicatio vocatur. Veluti pactum amplius non petendi tecum feci. Deinde posteriore pacto conuênit vt petere possem. Tertium pactū sequutum est, quo debitum tibi iterum remisi.

d *Duplicatio igitur est δικαιολογία seu allegatio qua replicationi actoris opponitur à reo: vel vt vno verbo dicam, replicationis est exceptio.*

2 ¶ Quòd si & duplicatio aliquam ob causam iniquè noceat, alia rursus allegatione opus est actori, vt ea adiuuetur, quæ dicitur triplicatio. Harum autem exceptionū vsum & vlterius interdum quàm diximus, varietas negotiorum producit.

ματος. πάκτον ἐποίησα τῷ ἐμῷ δεβίτωρι, ὅτι οὐκ ᵃ ἀπαιτήσω αὐτὸν τὸ χρέος. μετὰ χρόνον τινὰ ὁ δεβίτωρ ἐν εὐπορίᾳ γενόμενος χρυσίου, ἢ καὶ τυχὸν ὀνειδισθεὶς παρ' ἐμοῦ, ἢ ὑφ' ἑτέρου, πάκτον ἐποίησεν. ἐν ᾧ ἐπέτρεψέ μοι ποιήσασθαι τὴν τοῦ χρέους ἀπαίτησιν. ἐὰν κινήσω ἐγὼ κατ' αὐτοῦ τὸν κονδικτίτιον ἀπαιτῶν τὸ χρέος μετὰ τὸ γενέσθαι τὸ δεύτερον πάκτον, μεταγνοὺς δὲ ἐκεῖνος αἰτήσηταί μοι τὴν τοῦ πάκτου παραγραφὴν, λέγων, Ἀλλ' εἰ μὴ πάκτον ἐποίησας μὴ ἀπαιτεῖν τὸ χρέος, δοκεῖ κατὰ πρόσωπον ὑμῖν ἐμποδίζειν μοι τὸ πάκτον πρὸς τὴν ἀπαίτησιν. συμφωνήσαντες γὰρ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μένει οὐδὲν ἧττον ἀληθές. τὸ γὰρ δεύτερον πάκτον οὐκ ἐγένετο ipso ᵇ iure τοῦ προτέρου ἀναιρετικόν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἄδικόν ἐστι τὸν κρεδίτορα ἀποκλείεσθαι, δίδοται αὐτῷ replicatio ᶜ ἐκ τοῦ δευτέρου πάκτου, ἐν ᾗ φησι, Ἀλλ' εἰ μὴ δεύτερον πάκτον ἐγένετο ἐπιτρέπον μοι τὴν ἀπαίτησιν.

1 ¶ Ὥσπερ δὲ τῇ παραγραφῇ αἰτεῖται replicatio. οὕτω καὶ τῇ ᵈ replicationi, ὅση μὲν ἐν νόμῳ κατὰ πρόσωπον τάξιν, βλάπτουσα δὲ κατὰ τὸ φυσικὸν δίκαιον, ἄλλη αἰτεῖται δικαιολογία ὑπὸ τοῦ ῥέου, ἥτις duplicatio προσαγορεύεται. οἷον ἐποίησά μοι πάκτον ὅτι οὐκ ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος. σὺ δὲ δεύτερον πάκτον ἐποίησας, ἐπιτρέπων μοι τὴν ἀπαίτησιν. ἐγὼ τρίτον συγχωρῶν τὸ χρέος.

2 ¶ Εἰ δὲ καὶ ἡ duplicatio εὑρεθῇ ἄδικος οὖσα φύσει, χρειώδης ἐστι τῷ ἄκτωρι καὶ πρὸς βοήθειαν ἄλλη δικαιολογία, ἥτις λέγεται triplicatio ᵉ. τούτων δὲ τῶν παραγραφῶν τὴν χρῆσιν, περαιτέρω ἤπερ εἰρήκαμεν, ἡ τῶν πραγμάτων ἐπενόησε ποικιλία. δύναται

veluti cū pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, vt creditori petere liceat, si creditor agat & excipiat debitor, vt ita demum condemnetur, si non cōuenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio: conuenit enim ita: nanque nihilominus hoc verum manet, licet postea in cōtrariū pacti sint, sed quia iniquū est creditorem excludi, Replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento.

1 ¶ Rursus interdum euenit, vt replicatio, quę prima facie iusta est, iniquè noceat: quod quum accidit, alia allegatione opus est adiuuandi rei gratia, quæ Duplicatio vocatur.

2 ¶ Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam caussam actori iniquè noceat, rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur, quæ dicitur Triplicatio.

3 ¶ Quarum omnium exceptionum vsum interdum vlterius, quàm diximus, varietas negotiorum introducit: quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere.

4 ¶ Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerunque adcommodari solent etiā fideiussoribus eius & rectè: quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur, quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ei pro eo soluerint. Qua ratione, & si de non petenda pecunia pactus cum eo fuerit: placuit perinde succurrendum esse per exceptionē pacti conuenti illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones nō solent his adcommodari. Ecce enim debitor si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem *si bonis cesserit*. Sed hæc exceptio fideiussoribus non datur, ideo scilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè prospicit, vt cùm facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligauit, suum consequi.

γὰρ τῇ τριπλικατίωνι κουαδρουπλικατίων ἀντιτίθεται. ταῦτα πάντα δὲ ἀκριβέστερον ἔνεστι γνῶναι, ἐκ τοῦ πλατυτέρου τῶν διγέστων [a] συντάγματος.

4 ¶ Αἷς δὲ παραγραφαῖς ὁ πρωτότυπος [b] δεβίτωρ κεχρῆσθαι δύναται, ταύτας ὡς ἐπὶ τὸ [c] πλεῖστον καὶ ὁ ἐγγυητὴς, ἀντιτίθησιν εἰκότως. ὃ γὰρ ἂν ἀπαιτηθῇ ὁ ἐγγυητὴς, ὁ δεβίτωρ ἀπαιτεῖσθαι δοκεῖ. [d] καταβαλὼν γὰρ ὁ ἐγγυητὴς, [e] ἕξει κατ' αὐτοῦ τὴν mandati. ὅθεν ἐὰν πάκτον ποιήσω, τῷ δεβίτωρί μου, μὴ [f] ἀπαιτεῖν τὸ χρέος, ἡ τοῦ πάκτου παραγραφὴ, καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ γενομένοις ἐνόχοις δοθήσεται, ὥσπερ εἰ φανερῶς εἶπον, ὅτι οὐδὲ ὑμᾶς ἀπαιτήσω τὸ χρέος. ¶ Εἰσὶ [g] δέ τινες παραγραφαὶ, ὧν οὐ συναπολαύει ὁ ἐγγυητὴς τῷ δεβίτωρι. οἷον ἐδάνεισα πρίμῳ, σεκοῦνδον δὲ ἔλαβον ἐγγυητήν. ὁ πρίμος ἐξέστη τῆς οἰκείας περιουσίας, μηδὲν ἀξιόπιστον ἐπικτησάμενος. ἐναγόμενος δὲ παρ' ἐμοῦ, δύναται ἀντιτιθέναι παραγραφὴν, καὶ λέγειν, Ἀλλ' [h] εἰ μὴ ἐξέστην, καὶ ἐκβάλλει με τοῦ δικαστηρίου. αὕτη δὲ ἡ παραγραφὴ, οὐκ [i] ὠφελήσει τοὺς ἐγγυητὰς αὐτοῦ, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. ἐπειδὴ ὁ παρὰ τοῦ οἰκείου δεβίτωρος λαμβάνων ἐγγυητὴν, διὰ τοῦτο μάλιστα λαμβάνει, πρόνοιαν αὐτοῦ ποιούμενος, ἵνα εἰ συμβῇ ἀπορῆσαι τὸν δεβίτωρα, δυνηθῇ χωρῆσαι κατὰ τῶν ἐγγυησαμένων. εἰ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἐκστάσεως παραγραφὴν δῶμεν καὶ τῷ ἐγγυητῇ, ἀνωφελὴς ἔσται μοι, καὶ ἡ διὰ τῆς λήψεως τῶν ἐγγυητῶν πρόνοια.

Nam & triplicationi, quadruplicatio opponi potest.

3 ¶ Sed omnia hæc & alia faciliùs ex latioribus Digestorum voluminibus cognosci poterunt.

4 ¶ Exceptiones autem, quibus principalis debitor vti potest, plerumq; & fideiussor opponit. Meritò. Quoniā quod à fideiussore petitur, id ab ipso debitore peti videtur. Nā fideiussor cùm soluerit, mādati actioné aduersus eum habebit. Qua ratione, si cum debitore pactum fecerim, ne ab eo peterem, exceptio pacti conuenti & his dabitur, qui pro ipso obligati sunt, perinde atque si expresse dixissem, ne à vobis quidem petam, quod mihi debetur.

¶ Sunt tamen exceptiones quædam, quæ non æquè fideiussori ac debitori competant: veluti, mutuum dedi Primo, & Secundum fideiussorem accepi. Primus cùm nihil haberet, vnde ego meum cōsequi possem, bonis suis cessit. Si cum eo velim agere habet is exceptionē, quam mihi opponat, sic dicendo: Si bonis non cessi, & ita me iudicio potest excludere. Verùm exceptio hæc, fideiussores ipsius non iuuabit: hac maximè de causa, quoniam qui fideiussorem à debitore suo accipit, eam ob rē præcipuè accipit, vt sibi rebúsq; suis consulat, nempe vt si contingat debitorem soluendo non esse, regressum habeat ad eos, qui pro illo fidem suam obligarunt. Quòd si & fideiussori dederimus exceptionem cessionis, futurum est, vt non admodum bene rem meam gessisse videar accipiendo fideiussores.

a *Triplicatio dari solet contra duplicationem: vt & cōtra triplicationem, & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor obiicit* l. 2. §. 1. ff de excep.

b v. lib. ff. 34.

c v. l. exceptiones. 7. de exceptionibus.

d *Quod à fideiussore petitur id à principali debitore peti videtur.*

e *Fideiussori, postquam soluit, mandati competit actio aduersus principalem debitorem.*

f *Pactum de non petendo factum reo, prodest rei fideiussori.*

g *Quædam exceptiones reo competūt, quæ eius fideiussori non dantur.*

h *Formula exceptionis bonorum cessionis.*

i *Cessio bonorū facta à reo principali, non liberat eius fideiussorem.*

DE INTERDICTIS.	ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΑΛΕΞΕΩΝ.[a]	DE INTERDICTIS.
TIT. XV.	Τίτλος ιε.	TIT. XV.

a διαλέξεις hic interdicta: ea παραγγελίαι dicuntur authori Eclo. 58 ti. 14. περὶ παραγγελιῶν. dicuntur & eidem ibidem c. 1 τὰ παραγγέλματα.

¶ *De Interdictis, & de Actionibus quæ vice interdictorum competunt. Interdictum quid, à quo, cui petenti detur, ad quem dirigatur, quáve de re possessione aut quasi, aut aliis detur.* 1 PRIMA DIVISIO. *Interdictorum, alia esse Prohibitoria, Restitutoria, Exhibitoria: & eorum alia, aliis non esse magis interdicta.* 2. 3. SECVNDA DIVISIO. *Interdictorum alia esse possessionis Adipiscendæ (vt, Quorum bonorum, & Saluianum interdictum)* 4. 5. *Retinendæ, (vt Vti possidetis: &, Vtrubi.)* 6 *Recuperandæ.* 7 TERTIA DIVISIO. *Interdictorum alia simplicia, alia duplicia.* 8. 9. *Interdicta, hodie non necessariò peti: sed eorum loco, vtilem actionem competere.*

QVi de actionibus exceptionibúsque & replicationibus disseruit, consequens est vt & de interdictis disserat, sive de actionibus quæ vice interdictorum exercentur. Sed & is qui de interdictis disputat, scire debet, quando de possessione loquatur & quando de quasi possessione. Et possessio quidem est, corporalis rei detentio. Quasi verò possessio est, incorporalis rei vsus. Et corporalis quidē res est, veluti fundus, ædes, & quæcunque iis similia sunt. Incorporalis verò, vt vsusfructus, seruitus, & si qua talia. Quum igitur inter duos aliquos de possessione aut quasi possessione controuersia est, Prætorem adeunt, ac totam rem ei exponunt: quoniā in huiusmodi controuersiis sæpe contingit & cædes fieri, & vulnera infligi, & ad manus veniri. Rem itaque omnem Prætori ordine exponunt. At is quædam verba inter eos pronuntiat, non litem dirimens, sed ad pedaneū Iudicem remittens, qui de controuersia ipsorum cognoscat. Dicēdū est igitur:

b νομὴ seu possessio quid. Idem extat §. 4. vers. fructuarius. sup. per quas personas cuique adquiritur. a. Harm. 5 §. 4. 50. Eclo. 2. §. 6.

c Quasi possessio quid.

d χαμαιδικαστὴς pedaneus iudex.



ΤΟΝ περὶ ἀγωγῶν, καὶ παραγραφῶν, καὶ ῥεπλικατιόνων διαλεχθέντα, ἀκόλουθόν ἐστι, περὶ ἰντερδίκτων διεξελθεῖν, ἤτοι τῶν ἀγωγῶν, αἵτινες εἰς τάξιν τῶν ἰντερδίκτων κινοῦνται. τὸν δὲ περὶ ἰντερδίκτων διαλεγόμενον, ἀναγκαῖον εἰδέναι πότε μὲν περὶ νομῆς λέγει πότε δὲ περὶ ὡσανεὶ νομῆς, καὶ νομὴ[b] μὲν ἐστι σωματικοῦ πράγματος κατοχή. ὡσανεὶ[c] δὲ νομὴ ἐστιν, ἀσωμάτου πράγματος χρῆσις. καὶ σωματικὸν μέν ἐστιν, οἷον ἀγρὸς, οἰκεία, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἀσώματον δέ ἐστιν οἷον vsusfructus, καὶ δουλεία, καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα. ἡνίκα τοίνυν περὶ νομῆς, ἢ ὡσανεὶ νομῆς μεταξὺ δύο τινῶν γίνεται φιλονεικία, ἀπέρχονται πρὸς τὸν πραίτωρα τὸ αὐτῶν διηγούμενοι, ἐπειδὴ συμβαίνει πολλάκις, καὶ φόνους πλημμελεῖσθαι, καὶ τραύματα ἐπάγεσθαι, καὶ πληγὰς ἐπιφέρεσθαι, ἐν ταῖς τοιαύταις φιλονεικίαις, καὶ διηγοῦνται τῷ πραίτωρι τὸ γεγονός. ὁ δὲ λέγει μεταξὺ αὐτῶν ῥήματά τινα, οὐ τέμνων τὴν ζήτησιν, ἀλλὰ παραπέμπων αὐτοὺς χαμαιδικαστῇ,[d] ἀκροατῇ γενησομένῳ τῆς μεταξὺ αὐτῶν φιλονεικίας. δεῖ οὖν συναγαγόντα

SEquitur, vt dispiciamus de interdictis, seu actionibus, quæ pro his exercentur.

¶ Erant autem interdicta formæ, atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, quod tunc maximè fiebat: cùm de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur.

1 ¶Summa autem diuisio interdictorũ hæc est, quo aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. ¶ Prohibitoria sunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri: veluti vim sine vitio possidenti, vel mortuum inferenti quò ei ius erat inferendi: vel in sacro loco ædificari, vel in flumine publico ripáve eius aliquid fieri, quo peius nauigetur.

¶ Restitutoria sunt, quibus restitui

ὁρίσασθαι, καὶ εἰπεῖν, τί ἐστιν ἰντερδίκτον. ἰντερδίκτον[a] δέ ἐστι ὁμιλία πραίτωρος μεταξὺ δύο τινῶν περὶ νομῆς, ἢ ὡσανεὶ νομῆς ἀγωνιζομένων γινομένη, οὐ τέμνουσα τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλὰ ῥυθμίζουσα τὸν δικαστὴν, ὅπως χρὴ κρίνειν περὶ τῆς ὑποθέσεως. λέγει δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα ὁ πραίτωρ, ἢ ὡς κωλύων τι γίνεσθαι, ἢ ὡς κελεύων. μάλιστα δὲ ἐπὶ νομῆς χώραν ἔχει τοῖς ἰντερδίκτοις. διὰ τοῦτο δὲ εἶπον μάλιστα, ἐπειδή ἐστιν ὅτε καὶ νομῆς οὐχ ὑπόκειται λόγος, καὶ ἰντερδίκτον ἁρμόζει.

1 ¶Ἡ δὲ ἄκρα διαίρεσις τῶν ἰντερδίκτων[b] ἐστὶν αὕτη, ὅτι τῶν ἰντερδίκτων τὰ μέν ἐστι προϊβιτόρια, ἤγουν κωλυτικά. τὰ δὲ ἐξιβιτόρια, ἤτοι παραστατικά. τὰ δὲ ῥεστιτουτόρια ἤτοι ἀποκαταστατικά. ¶Καὶ προϊβιτόρια μέν ἐστιν, ἐν οἷς κωλύει τι γίνεσθαι, οἷον ἠπείλει τις ἐπιέναι, καὶ τὴν οὖσαν παρ' ἐμοὶ διαταράττειν νομήν. προσῆλθον ἐγὼ τῷ πραίτωρι, τὴν τοῦ ἀντιδίκου διηγούμενος ἀπειλήν. εἶπον δὲ ἐμαυτὸν ἀνεπιλήπτως νέμεσθαι καὶ ἀπεφήνατο ὁ πραίτωρ οὕτως λέγων, Sine vitio possidenti vim fieri veto. τουτέστι τῷ νεμομένῳ δίχα ἐλαττώματος βίαν γίνεσθαι κωλύω. ἢ καὶ ἔσθ' ὅτε τις ἐβούλετο λείψανον αὐτῷ διαφέρον, εἰσαγαγεῖν καὶ ἀποθέσθαι ἐν τῷ τόπῳ ἔνθα δίκαιον ἦν αὐτῷ ἀποτίθεσθαι. δοθήσεται αὐτῷ προϊβιτόριον ἰντέρδικτον κατὰ τοῦ βουλομένου ἐπέχειν αὐτόν. ἢ καὶ ἐβούλετό τις, ἐν σακρῷ τόπῳ οἰκοδομεῖν, ἢ καὶ ἐν δημοσίῳ ποταμῷ, ἢ καὶ ἐν ὄχθῃ αὐτοῦ κατασκευάζειν τι διοῦ κατασκευάσματος, χείρονα ἐποίει τὸν τοῦ ποταμοῦ πλοῦν. κἀνταῦθα δοθήσεται προϊβιτόριον ἰντέρδικτον. ¶Ῥεστιτουτόρια[c] δέ ἐστι, δι' ὧν ἀποκαταστῆναι

omnibus in vnum collectis, quid sit interdictum. ¶Interdictum ergo est, enuntiatum Prætoris inter duos aliquos, qui de possessione vel quasi possessione contendunt, emissum, facti quidem speciem causámque non incidens, sed quomodo de ea iudicandum sit iudicem informans. Hæc autem verba dicit Prætor, aut vt prohibens, aut vt iubens quid fieri. Porrò interdictis vel maximè locus est in possessione. Ideo autem dixi, maximè, quoniam interdum & de possessione quæstio non mouetur, & interdictum tamen competit.

1 ¶Summa interdictorũ diuisio est hæc, quòd interdictorum alia sint prohibitoria, alia exhibitoria, & alia restitutoria. ¶Et prohibitoria quidem sunt, quibus aliquid fieri Prætor prohibet: veluti, minas aliquis iactabat aduersum me quasi ingressurus, & possessionem quam habebam turbaturus. Ego prætorem adii, & minas aduersarii exposui, ac sine vitio me possidere dixi. Prætor itaque sic pronuntiauit: Sine vitio possidenti vim fieri veto: Sed & interdum aliquis mortuum, cuius ad ipsum cura spectet, in locum aliquem quò ius ei erat inferendi, inferre vult: huic ergo interdictum prohibitorium dabitur, aduersus eum qui prohibere id voluerit. Aut etiam in sacro loco, vel publico flumine ripáve eius aliquis opus aliquod molitur, quò per flumen peior fiat nauigatio: Nam & hic prohibitorium interdictum dabitur. ¶ Restitutoria autem sunt, quibus restitui

[a] *Interdictum quid.*

[b] *Interdictorum trestantũ facit species.* κωλυτικὰ *(prohibitoria)* παραστατικὰ *(exhibitoria)* ἀποκαταστατικὰ *restitutoria. Author Eclo. 58. tit. 14.* μικτὰ, *id est, mixta, adiicit: atque ita interdictorum quatuor species facit: mixta autem dicuntur, quæ & prohibitoria & exhibitoria. l. 1. §. 1. ff. de interdictis.*

[c] *Horum formula ita concepta. Id restituas. l. 1. in fi. principii. ff. quorum bonorum.*

dictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur, *Quorum bonorum*, eiúsque vis & potestas hæc est, vt quod ex iis bonis quisque, quorũ possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat, id ei cui bonorũ possessio data est, restituere debeat.

¶Pro herede autem possidere videtur, qui putat se heredem esse. Pro possessore is possidet, qui nullo iure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatẽ, sciens ad se non pertinere, possidet.

Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictũ: quia ei tantùm vtile est, qui nũc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis

δικτον, τὸ quorum[a] bonorum. ὅπερ δίδοται τῷ bonorum possessori. οἷον ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἐτελεύτησεν ὁ ἐμὸς κογνάτος. ᾔτησα τὴν vnde cognati διακατοχὴν ἐπὶ τοῖς τούτου πράγμασι· τινὰ τῶν πραγμάτων διεκράτουν τινές, δύναμαι διὰ τοῦ quorum bonorum ἰντερδίκτου, τούτων ἐπιβῆναι τῆς νομῆς. ἀλλ'[b] οὐ κατὰ παντὸς νομέως δοθήσεταί μοι τὸ ἰντέρδικτον, ἀλλὰ κατὰ δύο μόνον, κατὰ τοῦ pro hærede, καὶ κατὰ τοῦ pro possessore.

§ Καὶ[c] τίς ἐστι pro hærede; ὁ νομίζων ἑαυτὸν εἶναι κληρονόμον. διὰ τί δὲ οὕτως ὠνόμασται, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. πολλαὶ κτήσεων εἰσὶ περιφράσεις, καὶ ὅσαι[d] τῶν κτήσεων εἰσὶ περιφράσεις, τοσοῦτοι καὶ Τίτλοι. Τίτλος[e] δέ ἐστιν, ἡ τῆς διακατοχῆς αἰτία. οἷον ἐρωτῶ σε Πόθεν νέμῃ τοῦτο τὸ πρᾶγμα, καὶ λέγεις, ἐπειδὴ ἐδωρήθη μοι. καὶ ὁ Τίτλος ἐστὶ pro donato. ἢ Ἐπειδὴ ἠγόρασα, καὶ ὁ Τίτλος ἐστὶ pro empto. ἢ εἰς προῖκά μοι ἐπεδόθη, καὶ ὁ Τίτλος ἐστὶ pro dote. ἢ ἐληγατεύθη μοι, καὶ ὁ Τίτλος ἐστὶ pro legato. ἐνταῦθα οὖν ἐρωτώμενος λέγεις, ἐπειδὴ νομίζω ἐμαυτὸν εἶναι κληρονόμον. καὶ λέγεται pro hærede. τίς δέ ἐστιν[f] pro possessore? Pro possessore ἐστι καὶ λέγεται, ὁ βίαιος ἅρπαξ, ὁ μηδεμίαν εὔλογον ἔχων αἰτίαν τῆς κατοχῆς. ὃς ἐρωτώμενος πόθεν νέμεται λέγει, Ἐπειδὴ νέμομαι· καὶ τὴν ἐρώτησιν εἰς ἀπόκρισιν μεταφέρει. οὗτος οὖν λέγεται pro possessore, οὐ διαφερομένων ἡμῶν, εἴτε πᾶσαν νέμεται τὴν κληρονομίαν, εἴτε ἓν πρᾶγμα, διὰ τοῦτο δὲ ὑπὸ τὴν ἀδιπισκένδαι ἐνέργειαν ἀνάγεται τὸ quorum bonorum ἰντέρδικτον,

dictum, Quorum bonorum, quod bonorum possessori accõmodatur. Veluti in hac specie. Mortuus est cognatus meus. In bonis huius petii bonorum possessionem Vnde cognati. Aliqua ex his bonis quidam tenebant. In eorum ego possessionẽ per interdictum Quorum bonorum, venire possum. Sed non omnino aduersus quemuis possessorem interdictum hoc mihi dabitur, verum aduersus duos duntaxat, nempe aduersus eum, qui pro herede possidet, & aduersus eum qui pro possessore.

¶Et quis pro herede possidet? Is qui se heredẽ putat. Cur autem sic vocetur, paulò latiùs dicendum est. Multæ sunt adquisitionum rationes: Et quot sunt adquisitionum rationes, totidem sunt & tituli. Titulus verò est possessionis causa. Veluti rogo te, Vnde hanc rem possides? Et dicis, Quoniam mihi donata est: & titulus est, Pro donato: Aut quoniam emi: & titulus est, Pro empto. Aut in dotem mihi data est: & titulus est pro dote. Aut legata mihi est: & titulus est, Pro legato. Et hic ergo, si quis rogetur, dicet: Quoniam heredem esse me puto. & dicitur Pro herede. Quis autem pro possessore possidet? Pro possessore possidet, & dicitur, qui vi rapuit aut abstulit: nec vllam possessionis iustam habet causam, quique si rogetur vnde possideat, dicturus sit: Quoniã possideo, & interrogationem in responsionem versurus. Hic igitur pro possessore possidere dicitur: nec refert, totam hereditatem an rem aliquã possideat. Ideo autẽ in interdicto, Quorum bonorum

a *Interdictũ. Quorum bonorum. bonorum possessori accommodatur.*

b *Interdictum quorum bonorum datur aduersus eũ qui pro hærede vel possessore possidet.*

c *Pro hærede possidere quid.* l. 11 ff. de hæredit. petit. l. 33. §. 1. ff. de vsurpat.

d *Tituli totidẽ sunt, quot adquirendi modi.* v. l. 3. §. genera possessionum 21. ff. de adquir. possess.

e *Titulus possessionis causa. vnde titulus pro donato, empto, dote, legato, hærede.* v. l. 1. ff. pro donato. l. 2. pro emptore. l. 1. ff. pro dote. l. 2. ff. pro legato. l. pro hærede 11 ff. de rei vindicat. l. 33. §. 1. ff de vsucap. 50. Eclo. titu. 6. 4 8. 5.

f *Possidere pro possessore quis dicatur.* adde l. 11. in fin. l. 12. l. 13. ff. de hæredit. petitione.

adipiscẽdę possessionis potestas versatur, quia ei tãtùm vtile est, qui nunc primum ad pisci vult possessionẽ. ¶ Huiuscemodi est & interdictum Saluianũ, quod fundi domino datur aduersus colonũ, qui ea, quę in fundũ illata & inuecta essent, pignori futura mercedis nomine pepigit. Nã si is cesserit in soluendo, aduersus quemuis res coloni possidẽtẽ interdicto Saluiano dominus experiri poterit. Si quis igitur nũc primũ adipisci possessionẽ velit, necessaria sunt ei interdicta adipiscẽdę possessionis. Sin verò semel adeptus eã amiserit, ad ea interdicta transeundum ei est, in quibus potestas recuperandæ versatur.

4 ¶ Cũ dictũ sit de interdictis adipiscẽdæ possessionis, dicamus & de interdictis retinẽdę possessionis. Huiusmodi autẽ est interdictũ Vti possidetis, & interdictũ Vtrubi. Quæ tali ferè in specie locũ habẽt. Euẽnit, vt ego seruũ aliquẽ nancisceretur i. e. præsente te. Cũ ego m. ũ esse illum dicerẽ: tu cõtrà, te eius esse dominũ affirmabas. Atq; ita vterq; nostrũ ad se trahebat dominiũ serui. Ad extremum, ego sic locutus sim. Si tu te dominũ esse putas, en ego seruũ possideo, in rẽ mecum agito: & si probaris, habebis eum. Eadẽ & tu dicebas. Immo verò ego eũ possideo: & tu potius mecũ in rem agito. Initio igitur cõtrouersię coorto de serui proprietate, eò veniendũ est, vt de possessione quæramus. Illud n. in primis discerni ac cognosci oportet, vter reus sit, vter actor. Quoniã neq. ius ciuile id recipit, neq. naturalis ratio admittit, vt iudiciũ procedat, nisi nouerimus, quis petitor sit, & à quo petatur. Potior est autem in iudiciis rei causa quàm actoris.

a *Interdictum quorum bonorum adipiscendæ possessionis est: id est ei cõpetit qui nunc primum adipisci velit possessionem. Neque mutat quod in l. 1. ff.* quorum bonorum, *restitutorium dicitur. Id enim loco restituendi verbo Iurisconsultus abutitur.*

b *De Saluiano interdicto quid, cuique competat* v. l. 1. in fin. ff. de interdictis, & toto titulo de Saluiano interdicto.

c *Retinendæ possessionis interdicta quæ* §. 1. sup. eod. κατασχετικὰ νομῆς ἰντερδίκτα.

d *vide* l. 1. in fi. versi. Retinendæ. ff. de Interdictis. l. 1. & passim. ff. vbi possidetis.

e Vide l. vnicam, ff. vtrubi.

f *Iudicia rectè non procedunt, nisi prius constet quis actor sit, & quis reus, adde* l. 1. §. 1. ff. vti possidetis.

g *Reus in iudicium potior actore.*

ἐπειδὴ χρειώδές ἐστιν ἐκείνῳ, ὃς πρῶτον [a] βούλεται δράξασθαι νομῆς. ¶ Τοιοῦτό ἐστι, τὸ σαλβιανεῖον [b] ἰντέρδικτον, ὅπερ δίδοται τῷ δεσπότῃ τοῦ ἀγροῦ, κατὰ τοῦ κολωνοῦ τοῦ συμφωνήσαντος, ὥστε τὰ εἰσαγόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ ἀγρῷ πράγματα, ὑποκεῖσθαι ἐν τῷ μισθώματι. ἐὰν γὰρ ἀγνωμονήσῃ, κατὰ παντὸς κατέχοντος τὰ τοῦ κολωνοῦ πράγματα, κινηθήσεται τὸ σαλβιανεῖον ἰντέρδικτον. εἰ μὲν οὖν θελήσει τις πρῶτον δράξασθαι νομῆς, ἔστιν αὐτῷ ἀναγκαῖα τὰ ἰντέρδικτα τῆς ἀδιπισκένδαι νομῆς. εἰ δὲ δραξάμενος ἐκπέσῃ, χρὴ αὐτὸν τότε μετιέναι ἐπὶ τὰ ἰντέρδικτα, ἅπερ ἐστὶ τῆς ῥεκουπεράνδαι ἐνεργείας.

4 ¶ Εἰπόντες τὰ τῆς ἀδιπισκένδαι [c] ἐνεργείας, εἴπωμεν τὰ τῆς ῥετινένδαι. τοιοῦτόν ἐστι, τὸ vti [d] possidetis, καὶ τὸ vtrubi [e] χώραν δὲ ἔχει ἐπὶ τύπου τοῦ θέματος. συνέβη με δράξασθαι οἰκέτου τινὸς, παρόντος σοῦ. καὶ λέγοντός μου τοῦτον ἐμὸν εἶναι οἰκέτην, διεβεβαίου σαυτὸν εἶναι δεσπότην. καὶ ἑκάτερος ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν μετέφερε τὴν δεσποτείαν. τελευταῖον εἶπον ἐγὼ, εἰ νομίζεις σαυτὸν εἶναι δεσπότην, ἰδοὺ ἐγὼ νέμομαι τὸν οἰκέτην, κίνησον κατ' ἐμοῦ τὴν in rem. καὶ ἀποδείξας λήψῃ τὸν οἰκέτην. ἔλεγες δὲ καὶ σὺ τὰ αὐτὰ, ὅτι ἐγὼ νέμομαι, καὶ σὺ μᾶλλον κίνησον κατ' ἐμοῦ τὴν in rem. καὶ τρόπον ἀρξάμενοι περὶ δεσποτείας, ἔλθωμεν εἰς τὸν λόγον περὶ τῆς νομῆς. δεῖ γοῦν διακριθῆναι καὶ γνῶναι, τίς ἐστιν ὁ ῥέος, τίς δὲ ὁ ἄκτωρ. ἐπειδὴ οὐδὲ κατὰ τὸ πολιτικὸν, οὐδὲ κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον προβήσεται δικαστήριον, εἰ μὴ γνῶμεν τίς ἐστιν ὁ ἐνάγων, τίς δὲ ὁ ἐναγόμενος. κάλλιον [g] δὲ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὁ ῥέος τοῦ ἄκτορος.

adeptus possessionem, amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est. Interdictũ quoque, quod appellatur Saluianum, adipiscendæ possessionis causa cõparatum est: cóque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

4 ¶ Retinendæ possessionis causa cõparata sunt interdicta, *Vti possidetis, & Vtrubi,* cùm ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuersia sit, & antè quæratur, vter ex litigatoribus possidere, & vter petere debeat. Nãque nisi antè exploratum fuerit, vtrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui, quia & ciuilis, & naturalis ratio facit, vt alius possideat, & alius à possidente petat. Et quia longè commodius est (& potius) possidere quàm petere: ideo

ideo plerunque & ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodū autē possidendi in eo est, quod etiam si eius res nō sit, qui possidet, (si modò actor nō potuerit) suam esse probare, remanet in suo loco possessio: propter quam caussam cùm obscura sunt vtriusq. iura, contra petitionē iudicari solet. ¶ Sed interdicto quidē *Vti possidetis*, de fundi vel ædiū possessione contenditur. *Vtrubi* verò interdicto, de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. ¶ Nam *Vti possidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: si modò nec vi, nec clàm, nec precariò nactus fuerat ab aduersario possessionem, etiam si alium vi expulerat, aut clàm arripuerat alienam possessionem, aut precariò rogauerat aliquem vt sibi possidere liceret. *Vtrubi* verò interdicto is vincebat, qui maiore parte eius anni, nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduersario possidebat.

καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, μεγάλαι ἀναφύονται φιλονεικίαι [a] περὶ αὐτῆς τῆς νομῆς, παρὰ τίνι αὕτη τυγχάνει. ἔστι [b] γὰρ τὸ κέρδος τοῦ νέμεσθαι ἐν τούτῳ, ὅτι εἰ καὶ μὴ αὐτοῦ ἐστὶ τὸ πρᾶγμα τοῦ νεμομένου, ἐσθ' ὅτε τὴν δίκην νικᾷ ὁ ῥέος, τοῦ ἄκτορος μὴ δυνηθέντος ἀποδεῖξαι προσεῖναι αὐτῷ τὴν δεσποτείαν. διὸ ἡνίκα ἄδηλόν ἐστι, πότερον ὁ ἐνάγων, ἢ ὁ ἐναγόμενος ἐστὶ δεσπότης, ὑπὲρ τοῦ ῥέου ἐκφέρεται ἡ ἀπόφασις. ἀεὶ γὰρ ἡ ἀσθένεια τῆς ἀποδείξεως τοῦ ἄκτορος (αὐτὸς γὰρ εἴωθε βαρύνεσθαι τῇ ἀποδείξει) νίκην περιποιεῖ τῷ ῥέῳ. ¶ Τὰ μὲν οὖν δύο ἰντέρδικτα, τῆς ῥετινένδαι ἐστὶν ἐνεργείας. διαφορὰ [c] δέ ἐστιν αὐτῶν μεταξύ· ὅτι τὸ μὲν vti possidetis, ἐπὶ τῶν ἀκινήτων, οἷον ἀγροῦ, καὶ οἰκίας χώραν ἔχει, τὸ δὲ vtrubi ἐστὶ τῶν κινητῶν. ¶ Νικᾷ [d] δὲ ἐπὶ τῷ vti possidetis, ἰντερδίκτῳ ἐκεῖνος, ὃς νέμεται ἀνεπιλήπτως τὸν ἀγρὸν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὅτε ὁ πραίτωρ ἐδίδου τὸ ἰντέρδικτον, τουτέστιν οὔτε βιασάμενος, οὔτε λάθρα λαβὼν, οὔτε κατ' ἀξίωσιν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἕτερον βιασάμενος νέμομαι ἐγὼ τὸν ἀγρὸν, ἢ λάθρα ἔλαβον παρ' ἑτέρου, ἢ ἕτερον παρακαλέσας γέγονα ἐν νομῇ, πλὴν ἡνίκα μηδὲν τούτων πέπρακταί μοι πρὸς σὲ, ἐν τῷ ἀγῶνι νικῶ σε τοῦ ἰντερδίκτου. ἐπὶ δὲ τοῦ vtrubi ἐκεῖνος νικᾷ, ὅς τις εἰς τοὐπίσω ἀνακαλουμένου τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸν πλείονα χρόνον ἐνεμήθη. οἷον ἐνεμήθην ἐγὼ ἑπτὰ μῆνας, σὺ πέντε τοὺς τελευταίους, ἐγὼ νικήσω. λοιπὸν οὖν τῆς νομῆς ἐμοὶ ἀποδοθείσης, τότε σὺ ἄκτωρ γινόμενος, τῇ ἀποδείξει βαρύνῃ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάντα τὸ παλαιόν.

Atque ideo plerunque ingentes existunt contentiones de ipsa possessione, vtrius scilicet ea sit. Possessionis autem commodum in hoc est, quod quamuis res de qua agitur, possidētis non sit, interdū tamen caussam obtineat, cùm videlicet actor probare nō potest proprietatem ad se pertinere. Quapropter cùm incertum est, actor an reus dominus sit, pro reo fertur sententia. Semper enim cùm actor in probatione deficit (namq; is onus probandi sustinet) victoria reo paratur.

¶ Hæc igitur duo interdicta, retinendæ possessionis sunt. Est tamen nonnihil inter ea differentiæ. Nam interdictum Vti possidetis in rebus immobilibus veluti in fundo aut ædibus locum habet: interdictum autem Vtrubi, in rebus mobilibus. ¶ Is porrò interdicto Vti possidetis vincit, qui eo tempore, quo Prætor interdicit, sine vitio fundum possidet, hoc est neque vi inuasum, neque clàm arreptum, neque precariò cōcessum. Sed quamuis alteri vim fecerim vt possiderem, aut ab altero clam arripuerim, aut ab altero precariò rogauerim possessionem: dum nihil aduersus te huiusmodi commiserim, vincere te debeo in hoc interdicto. In interdicto autem Vtrubi, is vincit, qui maiore parte eius anni (qui retrò legendus est) possedit. Veluti septē ego menses possedi, tu quinque postremos, ego te vincam deinceps: ergo tu possessione mihi restituta, actor factus, onere probādi grauaberis. Et ita quidē olim hęc in vsu erāt.

a *Possessionū magna sunt contentiones.*

b *Possessionis & possidendi quis sit effectus* l. 5. 1. l. 2. ff. vti possidetis.

c *Interdicti vti possidetis & vtrubi differentia.* l. vnic. ff. vti possidetis.

d vide l. Harmeno. 1. § 59.

a *Interdicti vti possidetis & vtrubi est cognatio. l. vnica. ff. vtrubi.*

Sed hodie aliter ea obseruantur: nulla facta differentia inter vtrunque interdictum, quantum attinet ad quæstionem possessionis. Is enim vincit, siue res soli sit, siue mobilis, qui litis contestatæ tempore sine vitio possidet. Nõ amplius igitur quærimus vter interdicti reddendi tempore possidet, neq; vter maiore parte anni possederit.

b l. 1. §. 1. §. 8. ff. vti possidetis.

5 ¶ Possidemus autem non solũper nosmetipsos, aut eos, quos in potestate habemus: verumetiamper alios, qui in potestate nostra non sunt. Quodgenus est, qui fundũ à nobis conduxit: ac inquilinus, & is apud quem deposui, vel cui commodaui rem meã. Nam illis naturaliter possidentibus, ego ciuiliter possideo. Et hoc scilicet illud est, quod vulgo dicitur possessionem retinere me posse per alium qui nomine meo in possessione sit. Enimuerò potest quis animo possessionem retinere, quamuis neque ipse neque alius quisquam nomine eius in possessione rerũ sit: nempe si non ea mente rem reliquit, quòd eam aspernaretur, sed cùm speraret fore, vt postea ad eam rediret. Nam & ita possessionem videtur retinere: id autem maximè contingit in agris & prædiis suburbanis: Ab his enim sub hyemis tẽpus discedimus propter incommodam habitationem, sperantes fore, vt cùm tempus inuitauerit, eodem reuertamur. Iam primum verò possessionem adipisci solo animo non possumus: veluti prædia quædam, quæ in illa prouincia sita sunt, mihi vendidisti. Volebas ea mihi tradere. Ego nec accipere ea ex distante terrarum spatio possum: nec aliquem illuc mittere in animũ induco, qui accipiat. Dicere ego tibi nõpotero,

c *Possidemus ciuiliter per colonum, inquilinum, depositarium, commodatarium, illis naturaliter possidentibus. l. 9. l. 3. sup. Cæterum. 12. ff. de adqui. possess.*

d *Possessionem per alium retinere ipsi possumus, qui nostro nomine in possessione sit.*

e *Possessionem retinere nobis nudo animo possumus, tametsi neque ipsi, neque alius nostro nomine in possessione sit. l. 44. in fin. ff. de adquir. possess.*

f *Possessionem solo animo nũc primũ adipisci non possumus. l. 3. in princ. & § 3. ff de adquir. possess.*

σήμερον ᵃ δὲ ἑτέρως ταῦτα παραφυλάττεται, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς ἐπὶ τῇ ἐξετάσει τῆς νομῆς, τῶν ἰντερδίκτων φυλαττομένης. ἐκεῖνος γὰρ νικᾷ, εἴτε ἀκίνητον, ᵇ εἴτε κινητόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, ὃς νέμεται ἀνεπιλήπτως τὸν ἀγρὸν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προκαταρξέως. ὥστε οὐκ ἔτι σκοποῦμεν τίς ἐνέμετο, ὅτε ἐδίδοτο τὸ ἰντέρδικτον. οὐδὲ τίς ἐνεμήθη τὸν πλείονα χρόνον τοῦ προλαβόντος ἐνιαυτοῦ.

5 ¶ Νεμόμεθα δὲ, οὐ μόνον δι' ἡμῶν αὐτῶν, ἢ διὰ τῶν ἡμετέρων ὑπεξουσίων, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρων, οἳ οὐκ εἰσὶν ἡμῖν in potestate ὁποῖός ἐστιν ὁ μισθωσάμενος ᶜ παρ' ἡμῶν τὸν ἀγρόν· καὶ ὁ ἔνοικος κἀκεῖνος, ᾧ παρεθέμην, ἢ ᾧ ἔχρησα τὸ ἐμὸν πρᾶγμα. ἐκείνων γὰρ κατεχόντων φυσικῶς, ἐγὼ τῷ νόμῳ νέμομαι. καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ πανταχοῦ λεγόμενον, δύνασθαι ᵈ νομὴν παρακατέχειν δι' ἑτέρου, ὃς ἐμοῦ ὀνόματί ἐστιν ἐν κατοχῇ. ᵉ ψυχῇ δὲ δύναταί τις παρακατέχειν νομήν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ μήτε αὐτὸς, μήτε ὀνόματι αὐτοῦ ἐστι τὶς ἐν κατοχῇ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ κατέλιπε τὸ πρᾶγμα, οὐ ψυχῇ καταφρονοῦντος, ἀλλ' ἐν ἐλπίδι, τοῦ μετὰ ταῦτα ὑποστρέφειν εἰς αὐτὸν, καὶ οὕτω δοκεῖ παρακατέχειν τὴν νομήν. τοῦτο δὲ γίνεται ἐπὶ ἀγρῶν, ἢ προαστείων. καταλιμπανόμεθα γὰρ ταῦτα ὥρᾳ χειμῶνος, ἐπὶ τὸ ἀνεπιτήδειον τῆς οἰκήσεως, ἐλπίζοντες καιροῦ καλοῦντος τοῖς αὐτοῖς καταλήψεσθαι πέπεις. ψυχῇ δὲ πρώτης δράξασθαι νομῆς οὐ δυνατόν. οἷον ἐπώλησάς μοι κτήματα, διακείμενα ἐν τῇ δε τῇ ἐπαρχίᾳ. ἠθέλησάς μοι ταῦτα παραδοῦναι, οὔτε ἐγὼ δύναμαι καταλαβεῖν τοῖς τόποις ἐκείνοις, ἤγουν οὐκ ἀρέσκομαι, οὔτε τινὰ τὸν παραληψόμενον πέμψαι, οὐ δύναμαι λέγειν σοι,

¶ Hodie tamen ᵃ aliter obseruatur. Nam vtriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est, vt ille vincat & in re soli, & in re mobili, qui possessionẽ nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduersario, litis contestatæ tempore detinet.

5 ¶ Possidere autem videtur quisque, non solùm si ipse possideat, sed & si eius nomine aliquis in possessione sit, licèt is eius iuri subiectus nõ sit, qualis est colonus, & inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commodauerit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur retinere possessionem posse aliquem per quẽlibet, qui eius nomine sit in possessione. Quin etiam animo quoque solo retineri possessionem placet, id est, vt quãuis neq; ipse sit in possessione,

neque

neq. eius nomine alius: tamen nō relinquendæ possessionis animo: sed postea reuersurus inde discesserit, retinere possessionem videatur. Adipisci verò possessionē per quos aliquis potest, secundo lib. exposuimus. Nec vlla dubitatio est, quin animo solo adipisci possessionem nemo possit.

6 ¶ Recuperandæ possessionis caussa solet interdici, si quis ex possessione fundi, vel ædiū vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictū *Vnde vi*, per quod is, qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem, licèt is ab eo qui vi deiecit, vi vel clàm vel precariò possideat.

¶ Sed ex constitutionib. sacris (vt suprà diximus) si quis rem per vim occupauerit, si quidem in bonis eius est, dominio eius priuatur: si aliena, post eius restitutionem etiam æstimationem rei dari vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi priuata, aut de vi publica, sed de vi priuata, si sine armis vim fecerit: sin autem armis eum de possessione vi expulerit, de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione non solùm scuta, & gladios & galeas, sed & fustes, & lapides significari intelligimus.

Ὅτι ἀπόστηθι τῶν κτημάτων, ἐγὼ γὰρ ταῦτα ψυχῇ νέμομαι. ψυχῇ γὰρ πρώτης δράξασθαι νομῆς οὐ δυνατόν. τὴν δὲ σώματί μοι παραδοθεῖσαν νομὴν, ψυχῇ δύναμαι παραφυλάττειν. ¶ Τίνες δέ εἰσι δι' ὧν προσπορίζεταί μοι νομὴ, τελείως εἰρήκαμεν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἰνστιτουτίονι.

6 ¶ Τῆς ῥεκουπεράνδαι[a] ἐνεργείας ἐστὶ καὶ τὸ[b] vnde vi ἰντέρδικτον. εἰ γάρ τις βίᾳ ἐξελάσει με τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ, ἢ τῆς ἐμῆς οἰκίας, ἀναγκαῖόν μοι τὸ εἰρημένον ἰντέρδικτον, δι' οὗ ἀναγκασθήσεται ἀποκαταστῆσαί μοι τὴν νομήν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔτυχον αὐτὸν ἐγὼ προβιασάμενος, ἢ λάθρα αὐτοῦ γενόμενος ἐν νομῇ, ἢ κατὰ παράκλησιν λαβὼν παρ' αὐτοῦ τὴν νομήν. ¶ Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ παλαιοί. αἱ δὲ διατάξεις[c] ὡς εἰρήκαμεν[d] ἤδη βούλονται, εἰ μέν τις τὸ οἰκεῖον πρᾶγμα ἀπέσπασε βίᾳ, στερεῖσθαι αὐτὸν τῆς αὐτοῦ δεσποτείας. εἰ δὲ ἀλλότριον, καὶ αὐτὸ ἀποδιδόναι, καὶ τὴν τούτου ἀποτίμησιν παρέχειν τῷ βιασθέντι. ὁ δὲ βίᾳ ἐξωθήσας τινὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ διακρατουμένης νομῆς, οὐ μόνον ὑπεύθυνός ἐστι τῷ εἰρημένῳ ἰντερδίκτῳ, ἀλλὰ ὑπόκειται καὶ ἐγκλήματι, τῷ ἰουλίῳ[e] de vi priuata, ἢ de vi publica. τότε δὲ χώραν ἔχει τὸ de vi priuata, ἡνίκα δίχα ὅπλων εἰργάσατο τὴν βίαν. εἰ δὲ μετὰ ὅπλων βίᾳ τινὰ τῆς νομῆς ἐξέβαλε, τῷ ἰουλίῳ de vi publica κατέχεται. τῇ δὲ τῶν ὅπλων[f] προσηγορίᾳ οὐ μόνον ἀσπίδες, καὶ ξίφη, καὶ περικεφάλαια σημαίνονται, ἀλλὰ καὶ ξύλα, καὶ λίθοι, καὶ πᾶν ὄργανον βλάπτειν δυνάμενον.

Discede à prædiis illis, quoniam ego ea animo possideo. Nam id fieri nō potest, vt solo animo iam primū possessionem nanciscar. Sed possessionē semel mihi corporaliter traditam, solo animo retinere possum. ¶ Qui autem sint, per quos adquiri possessio queat, plenè suprà libro secundo exposuimus.

6 ¶ Recuperandæ possessionis est interdictum, Vnde vi. Nā si quis vi de fundo aut ædib. meis me deiecerit, opus mihi erit prædicto interdicto: quo possessionem mihi is restituere compelletur: quamuis ego iam antè vi eū expulerim, aut clàm in possessionem venerim, vel eam precariò ab eo rogauerim.

¶ Et hæc quidem ita tradebant veteres: Sed hodie (vt diximus) Principū cōstitutionibus cauetur, vt si quis rem suam per vim occupauerit, dominio eius priuetur. Sin verò alienā, simul & eam restituat, & æstimationem eius dependat, ei cui vim fecerit. Porrò qui aliquem de possessione, in qua erat, deiecerit, non solùm dicto interdicto tenetur, sed etiam in crimen legis Iuliæ de vi priuata aut de vi publica incidit. Tunc autem locum habet lex de vi priuata, cùm sine armis vis facta est. Si enim cum armis vi de possessione deiecit, lege Iulia de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione non solùm scuta, & gladii, & galeę intelliguntur, sed etiam fustes, & lapides, & omne instrumentum, quod nocere possit.

a *Hæc interdicta Græcis dicuntur* [illegible] *interdicta.*

b *Proinde interdicta recuperandæ possessionis propemodum sub Rubrica* Vnde vi. *scribit Paul.* in l. 2. §. vlt. vers. recuperādæ. ff. de interdictis. *adde* l. 1. §. hoc interdict. ff. de vi & vi. l. 2. Co. vnde vi. c. redintegranda. 3. quæst.

c *Vide* titul. Co. vnde vi.

d sup. tit. vi bonorum raptorum.

e Vide §. 8. inf. de publicis iudiciis.

f *Armorum appellatione quæ contineantur. vide* l. 41. ff. de verborum significat.

7 ¶ Diximus interdictorum alia esse prohibitoria, alia restitutoria, & alia exhibitoria. Deinde fecimus & alteram diuisioné, cùm dictum est, alia esse adipiscendæ possessionis, alia retinendæ, & alia recuperandæ. Dicatur nunc & tertia diuisio interdictorum, quoniam alia simplicia sunt, & alia duplicia. ¶ Et simplicia quidem sunt, in quibus actor à reo discretus est: qualia sunt omnia restitutoria & exhibitoria. Quoniam actor is est, qui aut restitui sibi vult possessionem, aut personā, quæ celatur in medium adduci. Reus verò est is, qui aut restituere possessionem, aut personā in medium adducere cogitur. ¶ Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, & alia duplicia: & simplicia quidē sunt: Veluti, cùm Prætor prohibet in loco sacro, aut in flumine publico, ripáve eius aliquid fieri. Is enim qui prohibet, actor est: qui verò prohibetur, reus. Duplicia autē sunt, velut, Vti possidetis & Vtrubi. ¶ Porrò ideo dicuntur duplicia, quia par vtriusque litigātium in his conditio est: neque quisquam eorum præcipuè vel actor vel reus videtur: sed vterque eorum & actoris & rei partes sustinet: itaque & Prætor in interdicendo media quadam enumeratione vsus est, neque hunc neque illum ex verbis suis actorem faciens. Nam in interdicto Vti possidetis, in hæc verba loquitur: Vti possidetis, quo minus possideatis, vim fieri veto. Nec dixit, vti possides: ne ad vnū, sermonē suū dirigere videretur. In interdicto quoq. Vtrubi, his verbis vsus est,

a §.1.sup.eo.

b §.2.3.4.5.6.sup.eod.

c *Interdictorū alia ἁπλᾶ: alia διπλᾶ*: v.l. 2. ff. de interdictis.

d *Simplicia interdicta sunt, ea quæ restitutoria & exhibitoria, & in quibus alter actor est, alter reus.*

e *Prohibitoriorum interdictorum alia simplicia, alia duplicia. Paulus tamen simplicibus interdictis adnumerat sine vlla distinctione, prohibitoria interdicta*, l. 2. in princ. ff. de interdictis.

f *Prohibitoria interdicta simplicia quæ.*

g *Prohibitoria interdicta duplicia quæ.*

h *Duplicia interdicta dicuntur in quibus vterque litigantium & actor simul & reus est.*

i *Formula interdicti duplicis.*

7 ¶ Εἰρήκαμεν[a] τῶν ἰντερδίκτων, τὰ μὲν εἶναι προϊβιτόρια, τὰ δὲ ῥεστιτουτόρια, τὰ δὲ ἐξιβιτόρια. ἐποιησάμεθα[b] καὶ δευτέραν διαίρεσιν, εἰπόντες τὰ μὲν εἶναι τῆς ἀδιπισκένδαι ἐνεργείας, τὰ δὲ τῆς ῥετινένδαι, τὰ δὲ τῆς ῥεκουπεράνδαι. λεγέσθω καὶ τρίτη διαίρεσις τῶν ἰντερδίκτων· τὰ[c] μὲν γάρ ἐστιν ἁπλᾶ, τὰ δὲ διπλᾶ. ¶ Ἁπλᾶ[d] μὲν ἐν οἷς ὁ ἄκτωρ διακέκριται τοῦ ῥέου, ὁποῖά ἐστιν ἅπαντα τὰ ῥεστιτουτόρια καὶ τὰ ἐξιβιτόρια. ἄκτωρ μὲν γάρ ἐστιν, ὁ θέλων ἑαυτῷ τὴν νομὴν ἀποκαταστῆναι, ἢ τὸ κρυπτόμενον πρόσωπον ἀχθῆναι εἰς μέσον. ῥέος δὲ ὁ τὴν νομὴν ἀποκαθιστῶν, ἢ τὸ πρόσωπον εἰς μέσον ἄγειν ἀναγκαζόμενος. ¶ Τῶν δὲ προϊβιτορίων ἰντερδίκτων, τὰ[e] μέν ἐστιν ἁπλᾶ, τὰ δὲ διπλᾶ. καὶ ἁπλᾶ[f] μέν ἐστιν, ἡνίκα κωλύει ὁ πραίτωρ τινὰ κτίσαι ἐν σάκρῳ τόπῳ, ἢ ἐν δημοσίῳ ποταμῷ, ἢ ἐν τῇ ὄχθῃ αὐτοῦ κατασκευάσαι τι· καὶ γὰρ ὁ κωλύων ἄκτωρ ἐστίν. ὁ δὲ κωλυόμενος ῥέος. διπλᾶ[g] δέ, οἷον τὸ vti possidetis, καὶ τὸ vtrubi. διὰ τοῦτο δὲ διπλᾶ[h] λέγονται, ἐπειδὴ ἴση τῶν δικαζομένων ἑκατέρων ἐστὶν ἡ αἵρεσις. καὶ οὐδεὶς κατ' ἐξαίρετον ῥέος ἢ ἄκτωρ ἐστὶν ἐν αὐτοῖς. ἀλλ' ἕκαστος αὐτῶν καὶ ῥέου καὶ ἄκτορος τάξιν ἐπέχει. ἀμέλει[i] καὶ ὁ πραίτωρ ἡνίκα ἐδίδου αὐτοῖς τὰ ἰντέρδικτα, μέσῃ ἐκέχρητο ὁμιλίᾳ, οὐδὲ τοῦτον, οὐδὲ ἐκεῖνον ἄκτορα δεικνὺς, ἐκ τῶν οἰκείων ῥημάτων. ἐπὶ γὰρ τοῦ vti possidetis, ἔλεγε ταῦτα ῥήματα, vti possidetis, quò minus possideatis vim fieri veto. τουτέστιν, ὡς νέμεσθε, ὅπως ἔλαττον νέμησθε, βίαν γίνεσθαι κωλύω. καὶ οὐκ εἶπεν vti possides, ἵνα μὴ δόξῃ πρὸς ἕνα ἀποτείνεσθαι. ἐπὶ δὲ τοῦ vtrubi τούτοις κέχρηται τοῖς ῥήμασι

7 ¶ Tertia diuisio interdictorū est, quod aut simplicia sunt: aut duplicia. ¶ Simplicia sūt, veluti in quibus alter actor, alter reus est: qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. Nā actor is est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui, reus autem is est, à quo desideratur, vt restituat, aut exhibeat. ¶ Prohibitoriorū autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cùm Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico ripáve eius aliquid fieri. Nam actor est, qui desiderat, ne quid fiat: reus est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt, veluti *Vti possidetis* interdictum, & *Vtrubi*. ¶ Ideo autem duplicia vocantur, quia par vtriusque litigatoris in his conditio est: nec quisquā præcipuè reus, vel actor intelligitur: sed vnusquisque tam rei, quàm actoris partes sustinet.

Vtrubi [a] vestrûm seruus ille quo de agitur, maiore parte huius anni fuerit, quò minus is eum ducat vim fieri veto. παρ' ὁποτέρῳ ὑμῶν ὁ δεῖνα ὁ οἰκέτης περὶ οὗ γίνεται ἡ ἐναγωγὴ, ἐν τῷ μείζονι μέρει τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ ἦν, ὅπως ἐκεῖνος μὴ λάβῃ αὐτὸν, βίαν γενέσθαι κωλύω. τουτέστιν οὐ βούλομαι αὐτὸν κωλυθῆναι ὥστε λαβεῖν τὸν οἰκέτην, ὃς γέγονεν ἐν νομῇ ἐν τῷ πλείονι μέρει τοῦ ἐνιαυτοῦ. σκόπησον πῶς καὶ ἐνταῦθα εἶπεν vtrubi, [b] τουτέστι, παρ' ὁποτέρῳ· οὐκ εἶπε παρὰ σοί.

Vtrubi vestrûm seruus ille de quo agitur, maiore parte huius anni fuerit, quò minus is eum ducat, vim fieri veto. Vide quomodo & hîc dixerit vtrubi, id est, apud vtrum, neq; dixerit apud te.

a *Formula vtrubi explicata.*

8 ¶ De ordine & vetere exitu interdictorũ superuacuum est hodie dicere. Nã quoties extra ordinem ius dicitur, (qualia sunt hodie omnia iudicia) non est necesse reddi interdictum: sed perinde iudicatur sine interdictis, ac si vtilis actio ex caussa interdicti reddita fuisset.

8 ¶ Τὸ δὲ περὶ τῆς τάξεως, καὶ τοῦ ἀποτελέσματος, περιττόν ἐστι σήμερον λέγειν. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐξτραορδιναρίων δικαστηρίων, ὁποῖα [c] σήμερόν ἐστι πάντα τὰ δικαστήρια, οὐκ [d] ἔστιν ἐπάναγκες ἰντέρδικτα κινεῖσθαι. ἀλλὰ δίχα [e] τούτων ἐγγυμνάζεται τὰ δικαστήρια, οὐτιλίας ἀγωγῆς, ἀντὶ τῶν ἰντερδίκτων ἐγγυμναζομένης. οὐκοῦν οὕτως εἴωθέ τις ὁρίζεσθαι· ὅτι [f] ὁρίζομαι κατὰ σοῦ οὐτιλίαν ἀγωγὴν, ὡς ἀπὸ τοῦ σαλβιανείου ἰντερδίκτου, ἢ ὡς ἀπὸ τοῦ vnde vi ἰντερδίκτου, ἢ ἑτέρου τινός.

8 ¶ Enimuerò de ordine & exitu interdictorum superuacaneum est hodie dicere. Nam quotiens extra ordinẽ ius dicitur, qualia sunt omnia hodie iudicia, non est necesse interdictũ reddi. Sed sine his iudicia exercentur vtili actione loco interdictorum reddita. Sic igitur quisque intendere consueuit: *Constituo aduersus te vtilem actionem, velut ex Interdicto Saluiano, aut ex Interdicto Vnde vi, aut alio quouis.*

b *Vtrubi, pro, apud vtrũ dixi ad titul. ff. vtrubi.*

c *Iudicia hodie extraordinaria.*

d *Interdicta hodie haud necessaria.*

e *Vtilis actio loco interdictorum hodie cõpetit.*

f *Formula vtilis actionis, loco interdicti.*

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

TIT. XVI.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΙΜΩΡΙΑΣ καὶ φόβου τῶν δικαζομένων.

Τίτλος ις.

DE POENA TEMERÈ LITIGANTIUM.

TIT. XVI.

¶ *Agentium temeritas punitur, vel pecunia, 1 vel iureiurando (& quemadmodum iurent Rei, Actores, eorumque aduocati. & quae sit poena inficiãtis rei: & quae olim fuerit poena actoris calumniantis) 2 vel infamia 3. De actore in ius reum vocante, & de eius poena, si eum, quem edicto non debuit, in ius vocauerit.*

NVNC admonendi sumus, magnã curã egisse eos, qui iura sustinebant, ne facilè homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idq; eò maximè fieri potest quod temeritas tam agentium, quàm eorum, cum quib-

ΟἹ πάλαι τοὺς νόμους ἡμῖν καταστήσαντες, καὶ τὴν τάξιν τῶν δικαστηρίων διεόντες, τοὺς δυσχερεῖς καὶ ματαίους ἐπὶ δικαστηρίων δρόμους ἠβουλήθησαν ἐπισχεῖν. ὅπερ καὶ βασιλεῖ τῷ ἡμετέρῳ ἐστὶ καταθύμιον. πολλάκις γάρ τις οὐκ ἔχων κατ' ἐμοῦ ἀγωγήν τινα, ἐκίνει δικαστήριον, ταῦτα ἐνθυμούμενος. εἰ μὲν δυνηθῶ συναρπάσαι, καταδικασθήσεταί μοι ὁ ἀντίδικος. εἰ δὲ μὴ ἰσχύσω, οὐδὲν ἐντεῦθεν βέβλαμμαι.

QVI nobis olim iura constituerunt, & ordinem iudiciorum inuenerunt: petulantiam eorum, qui facilè ac temerè ad litigandum procederent, reprimere voluerũt: id quod & Imperator noster sibi studio esse dicit. Saepe enim fieri posset, vt qui nullam aduersus me actionẽ haberet, iudicium tamen mihi dictaret. haec secum in animo suo reputans. Si contingit, vt iudicii imponam: nempe aduersarius mihi cõdemnabitur:

sin autem succũbo, nihil est in quo læsus videar. Et item alius quispiam cùm deberet, ad negandum tamen linguam suam verteret: ita apud se cogitans, Si impono iudici, absolutionem consequar: sin id non possum, lædi nõ videbor, cùm id soluã quod debeo. Veteres igitur has & alias actorũ calumniationes & reorum fraudationes cùm rescindere cuperẽt, varias pœnas constituerunt, aliàs pecuniariã condemnationem, aliàs iurisiurandi religionẽ, aliàs infamię metũ iniicientes inferẽtésq.

1 ¶ In primis enim omnibus quibuscum agitur, iusiurandũ ex constitutione Imperatoris nostri defertur. Nam nõ aliter suis allegationib. reus vtitur, nisi priùs iurarit, *quòd se putans bona conscientia actori contradicere, ad iudicium venerit*. Est igitur hæc maxima pœna, quòd simul & in periurium cadat, & debitum tamen conuictus exoluat. ¶ Præterea sunt quædam actiones, quæ in duplum, aut in quadruplũ condemnationẽ habeant. In duplũ, veluti si damni ex lege Aquilia, aut legatorum nomine, quæ piis locis relicta sunt, agatur. Admonentur enim qui vna harum actione tenentur, vt cõfiteri velint: quoniam negantes duplum exoluent: alterum simplum præter id quod debetur, pœnæ nomine præstãtes. ¶ Sunt etiam quædam actiones, quæ maiorem simplo condemnationem habeant, quamuis cum confesso agatur. In duplum quidem, vt actio furti nec manifesti: in quadruplum verò, furti manifesti. Et hæc quidem sunt pœnæ aduersus eos inuentæ.

¶ Sunt & pœnæ, quibus actorum calumniæ coerceantur. Nam & actor

a §.1.inf.eo. *id autem constitutum erat in inficiantes, erat & decimalctis.* Nou. 112.c.2.
b l.44.§.4.ff. familiæ.
c §.1.inst.eo.
d *Iusiurandũ reis omnibus defertur : & quid iurare re cogãtur. adde* Nou.90.c.vl. in fi.7.Eclo. 8.c.16.l.2. C. de iureiur.
e *Propter calumniam dando* l.rem non nouam.C.de iudiciis.
f l 2.C.de iureiu. propter calumn.
g *Periurij pœna & accessio.*
h *Dixi* sup.§. 19.ti.de actionibus.
i *Duplum consequimur actione vel ab inficiante, vel ex ipso genere delicti quod ita legibus punitur. vtã furto.*
k *Calumnia actorũ quemadmodum puniatur. adde* 60. Eclo. tit. περὶ συκοφαντῶν.
l *Iurare actores initio litis coguntur : & quid iurent* d. Nouel.90.c. vlt d.c.16.Eclog.

καὶ πάλιν ἕτερός τις ὀφείλων εἰς ἄρνησιν τρέπεται, ἐννοῶν ὅτι ἢ συναρπάζω καὶ ἀβσολουτίονος ἀξιοῦμαι· ἢ μὴ δυνηθεὶς συναρπάσαι, οὐδὲν ζημιοῦμαι τὸ ὀφειλόμενον καταβάλλων. βουλόμενοι τοίνυν οἱ ἀρχαῖοι τὰς τοιαύτας ἐκκόπτειν, τῶν μὲν ἀκτώρων συκοφαντίας, τῶν δὲ ἐναγομένων τὰς ἀγνωμοσύνας, ἐπενόησαν τιμωρίας, ποτὲ μὲν χρηματικάς, [a] ποτὲ δὲ ὅρκου [b] δόσιν, ποτὲ δὲ φόβον ἀτιμίας [c] ἐπισείσαντες.

1 ¶ Τέως μὲν γὰρ ὅρκος [d] ἅπασιν ἐναγομένοις, ἐκ διατάξεως [e] τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἐπιφέρεται. οὐχ ἑτέρως γὰρ ταῖς οἰκείαις κέχρηται δικαιολογίαις, εἰ μὴ πρότερον ὀμόσαι, ὅτι νομίζων ἑαυτὸν ὀρθῷ συνειδότι ἀντιλέγειν τῷ ἄκτορι, ἐπὶ τὸ δικαστήριον παρεγένετο. ἔστιν οὖν μεγίστη [f] τιμωρία, ὅτι καὶ ὑποβάλλεται τῇ ἐπιορκίᾳ, [g] καὶ ἐλεγχθεὶς ἀποδίδωσι τὸ χρέος.

¶ Εἰσὶ δέ τινες ἀγωγαί, αἵτινες εἰς τὸ διπλοῦν, ἤγουν εἰς τὸ τετραπλοῦν ποιοῦνται τὴν καταδίκην· εἰς τὸ διπλοῦν, ἤγουν ὁ ἀκουΐλιος, [h] καὶ τὰ ληγάτα, τὰ καταλειφθέντα τόποις σεβασμίοις. παραινοῦμεν οὖν τοῖς ἐνεχομένοις μιᾷ τούτων τῶν ἀγωγῶν, ὥστε ὁμολογῆσαι. ἀρνούμενοι γὰρ τὸ διπλοῦν καταθήσουσι, τὸ ἕτερον ἁπλοῦν πρὸς τῷ ἐποφειλομένῳ, λόγῳ ποινῆς καταβάλλοντες.

¶ Εἰσὶ δέ τινες ἀγωγαί, αἵτινες εἰς πλεῖον ποιοῦνται τὴν καταδίκην τοῦ ἁπλοῦ, εἰ [i] καὶ κατὰ ὁμολογοῦντος γίνεται ἡ ἐναγωγή. εἰς μὲν τὸ διπλοῦν, ἡ furti nec manifesti· εἰς δὲ τὸ τετραπλοῦν, ἡ furti manifesti. αὗται εἰσὶν αἱ κατὰ τῶν ἐναγομένων τιμωρίαι.

¶ Εἰσὶ δὲ καὶ κατὰ τῶν συκοφαντῶν [k] κολάσεις τινές. τέως μὲν γὰρ ἐν προοιμίοις τῆς δίκης, ὁ ἄκτωρ [l] ἀναγκάζεται ὀμνύειν,

agitur, modò pecuniaria pœna, modò iurisiurandi religione, modò infamiæ metu coerceatur.

1 ¶ Ecce enim iusiurandũ omnibus, qui conueniuntur, ex cõstitutione nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus vtitur, nisi prius iurauerit, quòd putans se bona instantia vti, ad contradicẽdum peruenit. ¶ At aduersus inficiãtes, ex quibusdam caussis dupli vel tripli actio constituitur, veluti si dãni, iniuriæ, aut legatorum locis venerabilib. relictorum nomine agatur. Statim autẽ ab initio pluris, quàm simpli est actio: veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli. Nã ex his & aliis quibusdã caussis siue quis neget, siue fateatur, pluris quàm simpli est actio. ¶ Item actoris quoque calumnia coercetur. Nã etiam actor pro

pro calũnia iurare cogitur ex nostra constitutione quód non calũniandi animo litẽ mouisset, sed existimãdo se bonam caussam habere. ¶ Vtriusq. etiam partis aduocati iusiurãdum subeunt, quod alia nostra constitutione cõprehensum est. ¶ Hæc autẽ omnia pro veteri calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinẽ abiit, quia in partem decimã litis actores multabat, quod nusquam factũ esse inuenimus. sed pro his introductum est & præfatum iusiurandum, & vt improbus litigator & damnũ, & impensas litis inferre aduersario suo cogatur.

2 ¶ Ex quibusdam iudiciis dãnati, ignominiosi fiunt, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus: itẽ

ἐκ διατάξεως [a] τ̃ ἡμετέρου βασιλέως, ὅτι ὀρθῇ συνειδήσει τ̃ παροῦσαν ἐνεςήσατο δίκην. ¶ Καὶ ἑτέρα διάταξις [b] τ̃ αὐτ̃ θειοτάτου ἐςὶ βασιλέως, ἥτις ἑκατέρους τ̃ συνηγόρων [c] ὑποβάλλει τῷ ὅρκῳ. ¶ Τοῦτον δὲ τ̃ ὅρκον ὁ ἡμέτερος ἐπενόησε βασιλεὺς, εἰς τάξιν τ̃ πάλαι κινουμένης καλουμνίας, ἥτις ὑπὸ τ̃ ἀσυνηθείας ἀνῃρέθη. εἰ γὰρ ἐκίνησα ἐγὼ κατά τινος οἵαν δήποτε ἀγωγὴν, εἶτα ἡττήθην καὶ εὑρέθην συκοφάντης, ἠδύνατο ὁ ῥέος ἐπιςραφεὶς κινῆσαι κατ᾽ ἐμοῦ τ̃ περὶ καλουμνίας ἀγωγὴν, ἔχουσαν τ̃ καταδίκην εἰς τὸ δέκατον ὧν ἐπέφερον αὐτῷ ἐγώ. οἷον ἐκίνησα τ̃ κονδικτίτιον λόγου χάριν περὶ ρ νομισμάτων, καὶ ἡττήθην. ἐκινεῖτο κατ᾽ ἐμοῦ ἡ καλουμνίας εἰς ι νομίσματα. ἐπειδὴ οὖν αὕτη ἡ καλουμνίας οὐκ ἦν ἐν πολιτείᾳ, εἰς τάξιν αὐτ̃ ἐπενοήθη ἡ δόσις τοῦ προειρημένου ὅρκου. καὶ τὸ τ̃ αἰσχυντὸν λιτιγάτωρα ἀναγκάζεσθαι καταβάλλειν τῷ ἀντιδίκῳ τὰς δαπάνας, ἃς αὐτὸν περιέβαλε μάτην αὐτῷ δικαζόμενος.

2 ¶ Πρὸς τ̃ εἰρημέναις ἡμῖν ἐν τοῖς περιλαβοῦσι τιμωρίαις κατὰ τ̃ ῥέων, εἰσὶ καὶ ἕτεραι τιμωρίαι. εἰσὶ γὰρ καί τινες ἀγωγαὶ, ἃς οἱ καταδικασθέντες ἄτιμοι [d] γίνονται, ἀπὸ μὲν ἁμαρτημάτων ἡ furti, ἡ vi bonorum raptorum, ἡ iniuriarum, ἡ de dolo. ἀπὸ δὲ συναλλαγμάτων, ἢ ὡσανεὶ ἀπὸ συναλλαγμάτων, ἡ tutelæ, ἡ mandati, ἡ depositi, ἡνίκα διρέκται κινοῦνται, οὐ μὴν αἱ κοντράριαι. αἱ γὰρ κοντράριαι [e] οὐκ εἰσὶν ἀτιμοποιαί. οἷον κοντράρια tutelæ, ἣν ὁ ἐπίτροπος ἔχει κατὰ τ̃ πουπίλλου, ὑπὲρ ὧν ἐδαπάνησεν εἰς αὐτόν. κοντράρια [f]

ex constitutione Imperatoris nostri initio litis iurare cogitur, *se recta conscientia eam litem inferre.*

¶ Est autem & alia eiusdẽ Imperatoris constitutio, quæ vtriusque partis aduocatos iusiurandum subire cogit. ¶ Hoc autem iusiurandum Imperator noster, in locum & pro veteris calumniæ actione introduxit, quæ iam per desuetudinem sublata est. Nam si cum aliquo quauis actione egissem, ac succubuissem, & inuentum fuisset, calumniã reo à me paratam fuisse: habebat is regressum ad me, & de calumnia mecum agere poterat. Quæ actio condemnationem in decimam eorum partem habebat, quę ego in priorem litẽ deduxeram: veluti, condictione (verbi gratia) ad centum aureos egi, & succubui. Agi mecum poterat de calumnia in decem aureos. Quoniã igitur hæc actio de calumnia, in communi vsu nõ erat, in locum eius introducta est dicti iurisiurandi præstatio: & vt improbus litigator impensas & dãna litis aduersario soluere cogatur, in quę temerè litigando illũ coniecit.

2 ¶ Præter iam relatas à nobis reorum pœnas, sunt & aliæ pœnæ. Sunt enim iudicia quædam, quibus damnati ignominiosi fiant. Ex delictis quidem furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, & de dolo, ex cõtractibus vel quasi contractibus, tutelę, mãdati, depositi, cùm scilicet directis actionibus agitur, non item cùm contrariis. Nam contrariæ actiones ignominiam non pariũt: veluti, contraria tutelæ actio est, quam tutor aduersus pupillum habet, pro sumptibus & impẽsis, quę in eum rẽm ve eius fecerit.

[a] d. l. 2. C. de iureiur. propter calum.

[b] l. 14. §. 1. C. de iudiciis.

[c] *Iurare aduocati vtriusque partis cogũtur* adde 7. Eclo. 4. c. 16. Nou. 50. c. vlt. in fin. l. 2. C. de iureiur. propter calum.

[d] Vide l. 1. ff. de his qui notantur infamia.

[e] l. in fi. ff. de his qui notãtur infamia.

[f] *Contraria mandati cui competat.*

Contraria mandati est, veluti cum mihi mandatum est, vt pro te litigem, & impensas litis à te repeto. Contraria depositi est, veluti seruum tuum apud me deposuisti. Is in aduersam valetudinem incidit, sumptus aliquos in valetudinem eius feci: hos ego contraria depositi actione à te repeto. Actio quoque pro socio famosa est. Sed nihil est, cur hîc contrariā actionem dicamus, quoniam ex vtroque latere directa est. Et quilibet ex sociis eo iudicio damnatus, infamia notatur. Est autē hæc inter delicta, & contractus differentia, quod ex furto & quæ talia sunt, non solùm damnatus ignominia notetur, sed etiam extra iudicium pactus. Nam veluti constituendam in sese pœnam redimere pecunia videtur: & de paciscendo, delictum suum fatetur. Ex contractibus verò is tantùm notetur, qui & damnatus est. Nam qui decidit, misericordia dignus iudicandus est.

a Contraria depositi quid contineatur.

b Actio pro socio vtrinque famosa.

c Delictorum & contractuū in paciscendo differentia.

d Vide l. 6. §. pactúsque 3. ff. de his qui notantur.

3 ¶ Omnium autem actionum instituendarum principium ab eo Prætoris titulo proficiscitur, quo de in ius vocando edicit. Qui enim cum aliquo litigare vult, iudicem in primis adire debet, & ita eum in ius vocare. Quod si aut aliquis qui è numero parentum sit, in ius vocatur: aut Patronus à liberto, vel parentes eius aut liberi, venia à Prætore petenda est. Si enim sine venia ac permissu eius vocati fuerint: in factum aduersus vocantem datur actio, & quinquaginta aureorum sequitur condemnatio.

e l. 1. ff. de in ius vocando. l. 13 in fi. ff. de iudiciis.

f Adde 7. Ecl. 8. c. 2. περὶ τῶν δυναμένων καλεῖσθαι εἰς δικαστήριον ἢ μὴ δυναμένων. l. 4 §. 1 ff. de in ius vocando.

mandati ἐστὶν, ὅταν ἐντείλωμαι, ἵνα δικάσωμαι ὑπὲρ σοῦ, καὶ ἀπαιτῶ σε δι᾽ αὐτῆς τὰ περὶ τὴν δίκην δαπανήματα. κοντραρία [a] depositi, οἷον παρέθου μοι οἰκέτην, ἐνόσησε οὗτος, ἐδαπάνησα περὶ τὴν αὐτοῦ νόσον τινὰ δαπανήματα, ἀπαιτῶ ταῦτα διὰ τῆς κοντραρίας depositi ἐστι. [b] καὶ ἡ pro socio ἀτιμοποιός. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν εἰπεῖν κοντραρίαν. ἡ δίρεκτα γάρ ἐστιν ἐξ ἑκατέρου πλευροῦ· καὶ ὅστις δήποτε ἐκ τῶν κοινωνῶν καταδικασθῇ ἀτιμοῦται. διαφορὰ δὲ [c] τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν συναλλαγμάτων αὕτη· ὅτι ἐπὶ τῇ φούρτι καὶ τῶν ὁμοίων οὐ μόνον ὁ καταδικασθεὶς ἀτιμοῦται, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκτὸς δικαστηρίου διαλυσάμενος. δοκεῖ γὰρ ὥσπερ χρήμασιν ἀγοράζειν τὴν καθ᾽ ἑαυτοῦ μέλλουσαν ἐκφέρεσθαι ποινήν. καὶ δι᾽ ὧν πακτεύει, τὸ οἰκεῖον ὁμολογεῖ ἁμάρτημα. ἐπὶ δὲ τῶν συναλλαγμάτων, ὁ καταδικασθεὶς μόνος ἀτιμοῦται. ὁ γὰρ διαλυσάμενος, [d] καὶ ἄξιος ἐλέους κριθήσεται.

3 ¶ Πάντων δὲ κινουμένων δικαστηρίων τὸ προοίμιον ἐκ τοῦ de in ius vocando [e] Τίτλου τοῦ πραίτωρος λαμβάνει τὴν πρόφασιν. ὁ γὰρ βουλόμενος πρός τινα δικάσασθαι, ὀφείλει προσιέναι τῷ ἄρχοντι, καὶ τοῦτον καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. εἰ δὲ τις τῶν αἰδούντων [f] ἐστὶν ὁ καλούμενος, ἢ πάτρων ὑπὸ ἀπελευθέρου, ἢ ἀνιόντες αὐτοῦ, ἢ κατιόντες, δεῖ αἰτῆσαι αὐτὸν συγγνώμην. εἰ γὰρ δίχα αἰτήσεως συγγνώμης κληθῶσι, κινουμένης κατ᾽ αὐτῶν τῆς in factum, εἰς πεντήκοντα καταδικασθήσεται νομίσματα.

pro socio quæ ab vtraque parte directa est: & ob id quilibet ex sociis eo iudicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo non solùm damnati notantur ignominia, sed & pactis & rectè, plurimum enim interest, vtrùm ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.

3 ¶ Omnium autem actionū instituendarum principium, ab ea parte edicti proficiscitur, qua Prætor edicit de in ius vocando. Vtique enim in primis aduersarius in ius vocādus est, id est ad eum vocandus, qui ius dicturus sit. Qua parte Prætor parentibus, & patronis, itē parentibus, liberísque patronorum, & patronarum hunc præstat honorem, vt non aliter liceat liberis libertísque eos in ius vocare, quàm si ab ipso Prætore postulauerint & impetrauerint. Et si quis aliter vocauerit, in eum pœnam solidorum quinquaginta constituit.

DE OFFICIO IVDICIS. TIT. XVII.

ΠΕΡΙ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ δικαστῶν. Τίτλος ιζ.

DE OFFICIO IVDICIS. TIT. XVII.

¶ De iudicis officio (dictum est enim superius de Actoribus & Reis: Procuratoribus, & Aduocatis) Iudicis officium est ex legibus iudicare. 1 Quemadmodum iudicare debeat in iudicio noxali. 2 actione reali. 3 ad exhibendum. 4 familiæ erciscundæ, 5 communi diuidundo, 6 finium regundorum, 7 & de adiudicationibus in illis iudiciis faciendis.

SVperest vt de officio iudicis dispiciamus. ¶ Et quidē in primis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quā legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est.

1 ¶ Ideó(que) si noxali iudicio aditus est: obseruare debet, vt si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, *Publium Mæuium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.*

2 ¶ Et si in rem actum sit coram iudice, siue contra petitorē iudicauerit, absoluere debet possessorem, siue contra possessorem, iubere ei debet, vt rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget in præsenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus restituendi caussa petere, indulgendum est ei, vt tamen de litis æstimatione caueant cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit. ¶ Et si hereditas petita sit,

Υ Πόλοιπόν ἐστι, περὶ τοῦ ὀφφικίου τῶν δικαστῶν σκοπῆσαι. ¶ Καὶ τέως κατὰ πρώτην τάξιν, τοῦτο παραφυλάττειν ὁ δικαστὴς ὀφείλει, ἵνα[a] μὴ δικάζων ἑτέρως ἀποφαίνηται, ἤπερ ταῖς διατάξεσιν, ἢ τοῖς ἐγγράφοις νόμοις, ἢ τῇ τῶν σοφῶν νομοθεσίᾳ δοκεῖ.

1 ¶ Διὸ ἐὰν κινήσω κατὰ σοῦ νοξαλίαν, εἶτα ἀποδείξω τὸ εἰς ἐμὲ γινόμενον ἁμάρτημα, οὕτω δεῖ τὸν δικαστὴν ἀποφαίνεσθαι, Καταδικάζω[b] τὸν πούβλιον μαίβιον λουκίῳ τιτίῳ τῷ ἄκτορι, ὥστε ι νομίσματα παρασχεῖν, ἢ τὸν οἰκέτην εἰς νόξαν δοῦναι.

2 ¶ Εἰ δὲ τὴν in rem κινεῖ τις, εἰ μὲν καταψηφίσηται τοῦ ἄκτορος, ἀβσολυτίονος[c] ἀξιοῦται τὸν ῥέον. εἰ δὲ ἐλάττονα ὁρᾷ τὰ τοῦ ἐναγομένου δίκαια, κελευέτω αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀποκαθιστᾶν μετὰ καὶ τῶν καρπῶν. εἰ δὲ ὁ ἐναγόμενος ἀρνεῖται ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ μὴ δύνασθαι τὸ πρᾶγμα ἀποκαθιστᾶν, καὶ τοῦτο οὐ δι' ὑπέρθεσιν λέγεται παρ' αὐτοῦ, προσήκει τὸν δικαστὴν χρόνον δοῦναι προθεσμίας, οὗ ἐντὸς ὀφείλει τῷ ἄκτορι ἀποκαταστῆσαι τὸ πρᾶγμα, ὁμολογίαν ἐκτιθέμενος μετὰ δόσεως ἐγγυητῶν, περὶ τῆς διατιμήσεως τῆς δίκης. ὡς εἰ μὴ εἴσω τοῦ χρόνου τοῦ ὁρισθέντος ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ ἀποκαταστήσει τὸ πρᾶγμα, τὴν ὁρισθεῖσαν διατίμησιν παρέξει. ¶ Εἰ δὲ hereditatis diuisio κινεῖται,

REliqvvm est, vt de officio iudicis disputemus. ¶ Atque illud quidem in primis obseruare debet iudex, ne in iure dicendo aliter iudicet, quàm constitutionibus, aut legibus scriptis, aut eo iure quod à sapientibus receptum est, caueatur.

1 ¶ Quapropter si noxali actione tecum egero, & quod aduersus me cōmissum esse dico, probauero: ita pronuntiare debebit iudex, P. Mæuium L. Titio actori condemno, decem aureos soluere, aut seruum noxæ dedere.

2 ¶ Sin autem quis in rem egerit, iudex si contra actorem iudicat, reum debet absoluere. Sin minus habere iuris reum perspicit, rem vnà cùm fructibus restitui iubebit. Quòd si reus se neget in præsens rem posse restituere, neque id ab eo frustrationis causa dicatur: conueniens est, vt iudex ei inducias alicuius temporis cōcedat, intra quod rem actori restituat: vt tamen de litis æstimatione caueat cum fideiussoribus: nempe vt si intra tempus à iudice statutum rem non restituerit, constitutam litis æstimationem præstet. ¶ Quod si hereditatis petitione agatur:

a Vide l. 1. C. de pœna iudicis: Nouel. 15. c. 1. Nouel. 82. c. 13. l. 40. ff. de iudiciis. l. 1. §. sed etsi quis. ff. de falsis.

b *Formula iudicij noxalis.*

c *Actore in rem agente nō probāte, Iudex Reum absoluere debet: probante, Rem vna cum fructibus restitui iubebit: aut certe causa cognita, inducias restituendi, fideiussore dato, concedat.*

eadem circa fructus statuit iudex, quæ cùm in rē agitur dicta sunt. Illorum autem fructuum nomine quos culpa sua ex rebus hereditariis possessor non percepit, condēnandus est, si mala fide hæreditatem possidet. Quæ pænè eadē obtinent, & circa specialem siue singularem in rē actionem. Nā & in ea, qui mala fide possessionē rei nactus fuerit, eorum quoque fructuum rationem reddet, quos culpa sua nō percepit. Cur autem dixerim Pęnè, tunc cùm de iudiciis agemus, latius discemus. Sin autem bonę fidei possessor is fuerit, quicū agitur, nomine fructuum eorum, quorū caussa litis contestationem præcedit, neque hi fructus ab eo petentur, quos consumpsit, neque hi quos non percepit. Post litis autem contestationem, tam ad fructus perceptos quàm consumptos iudex eum condemnat. Et hæc in actione in rem, qua res singulares petuntur, dicta sunt. Eadē autē & in hæreditatis petitione dicta credantur.

3 ¶ Cùm verò ad exhibendum agitur, non satis est reo, ad euitandam condemnationem, si rem in medium adducat aut proferat: sed & caussam rei pręstare debet. Id est, ea omnia restituere actori, quæ habiturus esset, si initio constituendæ actionis, res ei fuisset exhibita. Atque ideo, si inter moras & dilationes Iudicii ad exhibendum rem reus vsuceperit, nihilominus condēnandus est, nec dicere poterit dominū se factum esse per vsucapionem, & ita condemnari se non posse, aut ad reddendum quod ipsius factum sit, cogi nō debere. Quoniam eo tempore, quo lis ad exhibēdū

a *Mala fidei possessor fructus etiam eos quos non percepit, percipere tamen potuit, restituere tenetur.*

b Inf. titu. de publicis iudiciis.

c *Bona fidei possessor restituere non cogitur fructus quos ante litē contestatā percepit & consumpsit. sed nec eos quos percipere potuit, non percepit tamen post litem contestatam perceptos & consumptos, sed & quos culpa sua percipere desiit.*

d Adde 15. Eclog. 4. περὶ [illegible]

e *Exhibendi reus non euitat condemnationem nudam rem exhibendo sed cum & caussam rei præstare quoque debeat.* adde l. 22. & l. vlt ff. de verb. signific. & l. 9. §. 5. ff. ad exhibendum.

τὰ αὐτὰ δικαζέτω ἐπὶ τοῖς καρποῖς, ἅπερ ἐπὶ τῆς in rem. ἐκείνων[a] δὲ τῶν καρπῶν προφάσει, οὓς οἰκείᾳ κούλπᾳ ὁ τῆς κληρονομίας οὐκ ἐξελέξατο νομεὺς καταδικαζέσθω, ἐν ᾧ mala fide τῆς κληρονομίας γέγονεν ἐν κατοχῇ τῶν αὐτῶν σχεδὸν κρατούντων, καὶ ἐπὶ τῆς σπεκιαλίας in rem. καὶ ἐπ' αὐτῆς γὰρ ὁ mala fide τοῦ πράγματος ἐν νομῇ γενόμενος, λόγον ὑφέξει καὶ τῶν κατὰ ῥαθυμίαν αὐτοῦ μὴ ληφθέντων καρπῶν. διὰ τί δὲ εἶπον τὸ σχεδὸν, ἐν τοῖς de[b] iudiciis μαθησόμεθα. εἰ δὲ bona[c] fide νομεύς ἐστιν ὁ ἐναγόμενος, οὐκ ἀπαιτηθήσεται, οὔτε οὓς ἐδαπάνησε καρπούς, οὔτε οὓς κατὰ ῥαθυμίαν οὐκ ἔλαβε, προφάσει τῶν ληφθέντων πρὸ τῆς προκατάρξεως καρπῶν. μετὰ γὰρ προκατάρξιν ἕνεκα τῶν ληφθέντων, καὶ δαπανηθέντων καταδικαζέτω αὐτὸν ὁ δικαστής. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς σπεκιαλίας in rem. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς hereditatis petitione εἰρήσθω.

3 ¶ Τῆς δὲ ad exhibendum[d] κινουμένης, οὐκ ἀρκεῖ τῷ ῥέῳ πρὸς τὸ διαφυγεῖν τὴν καταδίκην, ἐὰν εἰς μέσον ἀγάγῃ τὸ πρᾶγμα· ἀλλὰ[e] καὶ τὴν καῦσαν τοῦ πράγματος ὀφείλει παρασχεῖν. τουτέστιν ἀποκαταστῆσαι πάντα ταῦτα τῷ ἐνάγοντι, ἅπερ ἔμελλεν ἔχειν εἰ ἐν προοιμίοις τῆς δίκης ἀποκατέστησεν τὸ πρᾶγμα τῷ ἐνάγοντι. ὅθεν, εἰ μετὰ ἐν τῷ παρέλκυσμῷ τὸ τῆς ad exhibendū δικαστηρίου, οὐσουκαπίευσεν ὁ ἐναγόμενος τὸ πρᾶγμα, οὐδὲν ἧττον καταδικασθήσεται, οὐ δυνάμενος λέγειν ὅτι δεσπότης γέγονα διὰ τῆς οὐσουκαπίονος, καὶ οὐ δεῖ με καταδικασθῆναι, ἢ ἀποδοῦναι τὸ γεγονὸς ἐμόν. ἐπειδὴ ἐν τῷ καιρῷ τῆς προκατάρξεως τῆς ad exhibendum,

eadem circa fructus interueniūt quæ diximus interuenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit siue illorū, quos perceperat, in vtraque actione eadem ratio penè habetur, si prædo fuerit. Si verò bonæ fidei possessor fuerit non habetur ratio, neq; consumptorum, neque non perceptorū. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorū fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti nō sunt, vel percepti consumpti sunt.

3 [e] Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est, sed opus est, vt etiam rei caussam debeat exhibere: id est, vt eam caussam habeat actor, quam habiturus esset, si cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideóque si inter moras exhibendi vsucapta sit res à possessore: nihilominus condemnabitur.

Præterea

Præterea fructuū medii temporis, id est, eius quod post exceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatam intercesserit, rationē habere debet iudex. quod si neget reus, cum quo ad exhibendū actum est, in præsenti se exhibere posse, & tēpus exhibendi caussa petat, idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet, vt tamen caueat se restiturum: quod si neque statim iussu iudicis rē exhibeat, neque postea exhibiturum se caueat: condemnandus sit in id quod actoris intererat, si ab initio res exhibita esset.

οὔπω ἦν πραγματευθεῖσα ἡ οὐσουκαπίων, εἰ καὶ μεταξὺ παρελκῆς γινομένης ὁ χρόνος αὐτῆς παρῆλθε. πλὴν ἐπειδὴ ἀναφερόμεθα εἰς τὴν προκάταρξιν, ὅτε οὔπω ἦν οὐσουκαπιτεῦσεν, εἰκότως ἀποκαθίσταται, ὡς μὴ δόξαι γεγενῆσθαι τοῦ ῥέου, διὰ τὴν οὐσουκαπίωνα, διὰ τὸ καθὰ εἴρηται ἕλκειν ἡμᾶς τὴν καταδίκην πρὸς μίμησιν τῆς προκατάρξεως. καὶ τοὺς καρποὺς δὲ τοῦ μέσου χρόνου, τουτέστι τοὺς μετὰ προκάταρξιν μέχρι καταδίκης ὁ ῥέος διδότω. ἀρνούμενος [a] δὲ οὐ δι' ὑπέρθεσιν, τὸ μὴ δύνασθαι παρεστᾶν τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸν παρόντα χρόνον, διὰ τὸ τυχὸν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ διακεῖσθαι τὸ πρᾶγμα, ἔχει χρόνον πρὸς ἀποκατάστασιν, ἀσφαλιζόμενος τὸν ἄκτορα, ὡς ἀποκαταστήσει τὸ πρᾶγμα. εἰ δὲ μὴ παραχρῆμα κελεύσει πειθόμενος τοῦ δικαστοῦ, παραστήσει τὸ πρᾶγμα, μηδὲ μὴν ἀσφαλίζεται, ὡς ἀποκαταστήσει, εἰς τοσοῦτον καταδικασθήσεται, εἰς ὅσον διέφερε τῷ ἄκτωρι τὸ ἐν καιρῷ προκατάρξεως ἀποκαταστῆναι τὸ πρᾶγμα.

con-testata, & iudicium acceptum est, nondum completa erat vsucapio, quamuis inter moras ac dilationes iudicii, tēpus eius præterierit. Verùm quoniam ad litis contestationem recurri solet, quo tempore nondum vsucapta erat res: non immeritò perinde restituēda est, atq; si reo adquisita esse non videretur per vsucapionē Propterea quòd (vt dictum est) condemnationem retrotrahamus ad hoc, vt similē sibi ac æqualem faciat litis cōtestationem. Sed & fructus medii temporis, id est, eius quod inter litis contestationem & condemnationem est, reddendi sunt à reo. Quod si neget reus, idq; sine frustratione, rem à se restitui in præsens posse, fortè quòd alio in loco sit, tempus ei ad restituendum dabitur. Sic tamen vt eo nomine securum faciat actorē, quòd rem restiturus sit. Sin verò neq; confestim iussu iudicis rē exhibet, neq; se postea restituturum cauet, in id condemnabitur, quod actoris intererat, rem sibi litis cōtestatæ tempore restitui.

a l. 12. §. 1 ff. ad exhibendum.

4 ¶ Si familiæ erciscundæ iudicio actum sit, singulas res singulis heredibus adiudicare debet: & si in alterius persona prægrauare videatur adiudicatio, debet hunc inuicem coheredi certa pecunia (sicut iam dictū est) condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quòd solus

4 ¶ Ἡνίκα κινεῖται τὸ familiæ herciscundæ, ὀφφίκιον ἔστω τοῦ δικαστοῦ τὸ ἓν ἕκαστον ἀκέραιον πρᾶγμα, ἑνὶ ἑκάστῳ προσκυροῦν [b] τῶν κληρονόμων. καὶ εἰ συμβῇ πλείονος εἶναι διατιμήσεως τὸ προσκυρωθὲν ἑνὶ τῶν κληρονόμων, καταδικαζέτω τοῦτον τῷ συγκληρονόμῳ, ὥσπερ εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν, εἰς ῥητὴν χρυσίου ποσότητα. ὅπως ἂν ἑκατέρῳ φυλάξῃ τὸ ἴσον. οἷον πρίμῳ μὲν ἀδιουδικάτευσε πράγματα ᾳ νομισμάτων. σεκούνδῳ δὲ ω. καταδικαζέτω τὸν πρίμον εἰς ρ νομίσματα. ὥς τε ἑκάτερον ἀνὰ ἐννεακόσια ἔχειν νομίσματα. εἰ δὲ καὶ ἕνα τῶν κληρονόμων συνέβη μόνον ἐκ

4 ¶ Porrò cùm agitur familiæ herciscundę, officiū iudicis est, vt singulas res integras singulis heredibus adiudicet. & si contingat, vt id quod vni adiudicatum est, pluris valeat, quàm quod alteri, inuicē hūc debet coheredi certa pecunia (sicut iam dictum est) condemnare: nimirū, vt æquam vterque partem habeat: veluti, Primo adiudicauit res aliquas, quæ mille aureis valeāt: Secundo alias, quæ octingentis. Primum Secundo in centū aureos condēnabit, vt ita vterq; nōgētenos habeat. Quòd si euēnit, vt vnus aliquis heredum solus ex

b Adde §. 20. in fin. sup de act. l. 22. §. 1, l. 52. l. 55. ff. familiæ erciscundæ.

rebus cõmunibus fructus colligeret, aut vt rem hereditariam vel corrumperet, vel consumeret (quid enim si vinum fuerit, & id aliquis ebiberit?) & earum rerũ gratia coheredi condemnandus est. Neque verò hæc tantùm, cùm duo hæredes sunt, sed etiã cùm plures, locum habere debent.

a l. 4. l. 19. C. familiæ.

5 ¶ Eadem dicemus & in communi diuidundo iudicio: cum de multis rebus inter aliquos communibus diuidendis agetur. Nam cùm de vna re veluti fundo agitur: tunc siquidem commodè, & vt id de quo agitur non lædatur, regionibus diuidi fundus possit, quoniam fortè & vineam habet & oliuetũ: poterit iudex vni vineam adiudicare, & alteri oliuetum: sic tamen vt is, qui potiorem partem accepit, alteri dare pecuniam condemnetur. Sin autem res diuisionem commodè nõ admittat: aut etiam seruus sit de quo agitur, aut mulus, qui in iudicium deducitur: vni tota res adiudicanda est: sic tamen vt is alteri certa pecunia condemnetur.

b l. 1. & passim. ff. communi diuidundo.

c l. si familiæ. ff. familiæ.

d *Adiudicatio fieri solet in iudicio communi diuidundo.* adde § 20. in fin. sup. de actionib.

6 ¶ Cùm autem finium regundorum inter aliquos agitur: secum æstimare debebit Iudex an in præsenti specie opus sit adiudicatione: quæ sanè vno casu necessaria erit. Si enim euidentioribus finibus agros distingui melius sit, quàm antea fuerint distincti: officium iudicis est, vt ex vnius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicet, & ita certos in ea parte fines cõstituat. Quo casu consequens est,

e *Adde* §. 20. in fi. sup. de act. l. 2. ff. finium regundorum.

τῶν ἐπικοίνων πραγμάτων καρποὺς ἀναδέξασθαι, ἢ πρᾶγμα ἐρεδιτάριον διαφθεῖραι, [a] ἢ καὶ δαπανῆσαι· τί γὰρ ὅτι οἶνος ἦν, καὶ τοῦτον ἐξέπιε· δικαζέσθω προφάσει τούτων τῷ συγκληρονόμῳ. ταῦτα δὲ οὐ μόνον δύο κληρονόμων ὄντων, ἀλλὰ καὶ πλειόνων, χώραν ἐχέτω.

5 ¶ Τὰ αὐτὰ λέξομεν καὶ ἐπὶ τοῦ communi diuidundo. ἡνίκα [b] περὶ πολλῶν ἐπικοίνων πραγμάτων διαιρετέων μεταξύ τινων κινεῖται. εἰ δὲ ἐπὶ ἑνὶ μόνῳ, οἷον λόγου χάριν, ἀγρῷ, εἰ μὲν δίχα βλάβης τοῦ ὑποκειμένου, εἰς κλίματα δύναται ὁ ἀγρὸς διαιρεθῆναι, ἔχει γὰρ τυχὸν ἐλαιῶνα ἢ ἀμπελῶνα, δύναται ὁ δικαστὴς, τῷ μὲν ἑνὶ προσκυρῶσαι τὸν ἐλαιῶνα, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἀμπελῶνα. οὕτω μέντοι, ὥς τε τὸν λαβόντα τὸ τιμιώτερον μέρος, καταδικασθῆναι τῷ ἑτέρῳ δοῦναι χρυσίον. εἰ [c] δὲ τὸ σύμφωνον εἶναι δοκεῖ, ἢ καὶ ἐὰν ὅτε οἰκέτης ἐστὶν ὁ ὑποκείμενος ἢ ἡμίονος περὶ οὗ τὸ δίκαιον κινεῖται δικαστήριον τῷ ἑνὶ τὸ πᾶν ἀδιουδικατευέσθω [d] πρᾶγμα. οὕτω μέντοι, ὥς τε αὐτὸν εἰς ῥητὰ χρήματα τῷ ἑτέρῳ καταδικασθῆναι.

6 ¶ Ἡνίκα μεταξύ τινῶν κινεῖται τὸ finium regundorum, χρὴ τὸν δικαστὴν σκοπεῖν, εἴγε χρειώδης ἐστὶν, ἐν τῷ παρόντι θέματι ἡ adiudicatio, [e] ἥτις ἐν ἑνὶ θέματι γίνεται κατὰ τὸ ἀναγκαῖον. εἰ γὰρ σαφεῖς ὅροι διαιρεῖνονται τοὺς ἀγροὺς, οὓς ὁ δικαστὴς οὐχ οἷός τε ἐστι μετατίθεσθαι, ὀρφίκιον ἔστω αὐτοῦ, ἐξ ἑνὸς τῶν δύο ἀγρῶν, μέρος τι τῷ ἀγρογείτονι προσκυρῶσαι, ὅπως ἂν σαφεῖς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοὺς ὅρους ἀπόθοιτο. ἐν ᾧ θέματι ἀκόλουθόν ἐστιν

fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariã corruperit, aut consumpserit. Quæ quidẽ similiter inter plures quoque quàm duos coheredes subsequuntur.

5 ¶ Eadẽ interuenerunt, & si communi diuidundo de pluribus actum sit. Quòd si de vna re, veluti de fundo, si quidem iste fundus commodè regionibus diuisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet. & si vnius pars prægrauare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quòd si commodè diuidi non possit, veluti si homo fortè aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus vni adiudicãdus est, & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus est.

6 ¶ Si finium regundorum actũ fuerit, dispicere debet iudex, an necessaria sit adiudicatio, quę sanè vno casu necessaria est, si euidentioribus finibus distingui agros cõmodius sit, quàm olim fuissent distincti. Nã tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari, quo casu conueniens est,

vt is alteri certa pecunia debeat condemnari.
¶ Eo quoq. nomine condemnandus est quisquehoc iudicio, quod fortè circa fines aliquid malitiosè commisit, verbi gratia, quia lapides finales furatus est, vel arbores finales excidit.
¶ Contumaciæ quoquenomine quisque eo iudicio condemnatur, veluti si quis iubente iudice metiri agros passus non fuerit.

7 ¶ Quod autem istis iudiciis alicui adiudicatum fuerit : id statim eius fit, cui adiudicatum est.

ὥς τε τὸ ἕτερον καταδικάζεται αὐτῷ εἰς φανερὰ νομίσματα. ¶ Εἰ δὲ καὶ τῶν ἀγρογειτόνων ἕνα συνέβη κακούργως περὶ τοὺς ὅρους διαγενέσθαι, διὰ τοῦτο τυχὸν, ἐπειδὴ τοὺς λίθους τοὺς δεικνύοντας τοὺς ὅρους [a] ὑφείλετο, ἢ δένδρα τοὺς ὅρους διαχωρίζοντα ἐξέκοψε, καταδικασθήσεται τῷ αὐτῷ προφάσει, βλάβης, τῷ ἀντιδίκῳ. ¶ Ἔστι δὲ ὅτε καὶ προπετῶς, ἤγουν ἀπειθῶς τις περὶ τὰς τοῦ δικαστοῦ κελεύσεις διαγινόμενος δίδωσι δίκας, καὶ τούτου προφάσει καταδικάζεται. οἷον ἐκέλευσεν ὁ δικαστὴς περὶ ὅρων οὔσης φιλονεικίας, ἑκάτερον ἀγρὸν μετρηθῆναι. ὁ ἕτερος οὐκ ἠνέσχετο. ὡς ἀπειθὼν ἐστι τῷ δικαστῇ, καὶ τὰ εἰρημένα καταδικασθήσεται.

7 ¶ Τὸ δὲ ἀδιουδικατευθὲν ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ ἐν ἑνὶ τύπων τῶν δικαστηρίων τουτέστι τῷ familiæ herciscundę τῷ communi diuidundo, τῷ finium regundorum, εὐθέως τὴν δεσποτείαν γίνεται ἐκείνου ᾧ ἀδιουδικατεύθη. δεῖ τοίνυν καὶ ταύτην τὴν κτῆσιν, τῶν ἐν νόμοις ἰδικαῖς πράξεσι συναριθμεῖν, τῶν ἀπὸ τῆς ἀδιουδικατίονος.

vt cū alteri certa pecunia condēnet. ¶ Quòd si quis vicinorū aliquid malitiosè circa fines cōmiserit, quoniā fortè (verbi gratia) lapides, qui fines ostēdūt, furatus est, aut arbores, quæ fines dirimūt, excidit: & eius dāni nomine aduersario cōdemnandus est. ¶ Interdū etiam is, qui contumaciter aut inobedienter iussis iudicis non paret, pœnas dat, & eius rei nomine hoc iudicio condemnatur: veluti, cū de finibus esset inter aliquos quæstio, iussit Iudex vtrūque agrū metiri: id alter litigantiū nō est passus fieri, is vt in iudicem contumax, sicut iam dictum est, condemnabitur. ¶ Porrò quod vno ex his iudiciis, id est, familiæ herciscūdę, communi diuidundo, aut finium regundorū alicui à iudice adiudicatū fuerit, eius is statim dominus fit, cui adiudicatum est. Et hic ergo per adiudicationem adquirendi modus, in numerum eorum actuum, per quos ciuiliter res singulares adquirere solemus, referri debet.

a l. 4. §. si dicantur termini 4 ff. finiū regūdorum. adde §8. Eclo. 9. περὶ ὅρων ἀ... & 6. Harmenop. 1. §. 10.

DE PVBLICIS IVDICIIS. Tit. XVIII.

ΠΕΡΙ [b] ΔΗΜΟΣΙΩΝ δικαστηρίων. Τίτλος ιη.

DE PVBLICIS IVDICIIS. Tit. XVIII.

¶ De iudiciis publicis, vtque à pecuniariis & ordinariis causis & actionibus differant. 1 Publica iudicia cur dicantur. 2 Publicorum iudiciorum quædam esse capitalia: quædam non capitalia. 3 Publica iudicia hæc sunt, Maiestatis. 4 de Adulteriis. 5 de Sicariis. 6 de Parricidiis. 7 de Falsis. 8 de Vi. 9 de Peculatu. 10 de Plagiariis. 11 de Ambitu, Repetundarum, de annona: de Residuis & similibus. 12 quarum plenior conditio ex Pandectis petenda.

Publica iudicia neq. per actiones ordinātur, neq. omnino quicquam simile habēt cū cæteris iudiciis de quib. loquuti sumus, magnáque diuersitas eorum est & in instituendo, & in exercendo.

Πολλὴν [c] ἔθηκαν φροντίδα τῶν πουβλίκων δικαστηρίων οἱ νόμοι. ταῦτα [d] δὲ οὐδὲ διὰ ὀρδιναρίων ἀγωγῶν ἐγγυμνάζεται, οὐδέ τι ὅμοιον ἐν ταῖς ἐξετάσεσιν εὑρίσκομεν τῶν λοιπῶν δικαστηρίων καὶ τούτων. πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ μεταξὺ αὐτῶν διαφορὰ, ἔν τε τῇ περὶ κατάρξει, καὶ ἐν αὐτοῖς μέντοι τοῖς ἀγῶσιν. ὥστε οὐδεὶς κινῶν πούβλικον

In magna cura legibus sunt publica iudicia. Porrò hæc neq; per ordinarias actiones exercentur, neque quicquā simile inuenimus in his iudiciis discutiendis, atque in aliis cæteris. Magna enim inter ea differentia est, tum in instituendo, tum in exercēdo. Nemo igitur, qui publico

b *Adquirendi modus per adiudicationem. Vlp. 19. §. 16. Adiudicatione acquiruntur dominia nanciscimur per formulam familia ercisūda, communi diuidundi, finium regundorum : adde* l. u. in fin. ff. de iurisdict. l. 21. § 3. ff de annuis.

c *Iudicia publica legibus summa cura.*

d *Iudiciorum publicorum à priuatis differentia.*

iudicio quem postulabit, dicere poterit, Hac actione ago, sed dicere debebit, Hac lege postulo. Hic igitur videas & tormenta decerni, seu quæstiones haberi, & aliàs bona publicari, aliàs ciuitatem amitti, aliàs libertatem eripi, aliàs vitam adimi. Quæ omnia à pecuniariis iudiciis abhorrent.

1 ¶ Publica autem dicta sunt, quòd cuiuis ex populo persequutio eorum plerumque detur. Dixi Plerumque, quia quædã personæ sunt, quibus publico aliquem iudicio postulare permissum non est. Quemadmodum in exactiore publicorum iudiciorum doctrina, latiùs & pleniùs tradetur.

2 ¶ Publicorum iudiciorum alia capitalia sunt, quędam non capitalia. Capitalia vocamus, quę vltimo supplicio reos adficiunt, id est, animæ amissione, vel aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera verò quæ publica sunt iudicia, & infamiam cum damno pecuniario irrogant, hęc publica quidem putantur, non tamen capitalia.

3 ¶ Erit autem operęprecium enumerare publica iudicia. Est igitur lex Iulia maiestatis: quę in eos, qui contra Imperatorem, vel Rempub. aliquid moliti sunt, competit. Pœna autem eius, animæ amissionem sustinet: atque exercetur, vt suprà initio libr. 3. diximus etiam post mortem tyranni.

4 ¶ Est & lex Iulia de adulteriis, quæ non eos tãtùm punit & capitali supplicio adficit, qui aliena matrimonia violant, sed etiã eos qui masculis miscentur. Eadem lex & stupri flagitium punit, cùm quis sine vi virginem,

a *Publica iudicia quæ & dicantur publica expositi* ad tit. 4. Digest. de publicis iudiciis.
b *Iudicia capitalia quæ dicantur, exposita d. loco de publicis iudiciis.*
c *Lex Iulia maiestatis in quos lata.* ad. de 60. Eclog. 36. περὶ ἰουλίου.
d *Pœna legis Iuliæ maiestatis*, ψυχῆς ἀπώλεια.
e *Rei maiestatis etiam post mortem tenentur, confiscata eorum substãtia.* 60. Eclog. 36. c. 20. & *ibid.* titu. 36. c. 11. l. vlt. ff. ad leg. Iul. maiestatis.
f Τύραννοι *hic dicuntur læsæ maiestatis rei, qui Ecloga ita loco ἐπίβουλοι ἢ ἁμαρτάνοντες καθωσίωσιν, sed ἐν τῷ τυράννου δι' ἃς χρῶνται.*
g *Vide 60. Eclog. 37. περὶ μοιχείας passim.*
h. *Pœna legis Iuliæ de adulteriis capitalis.*
i *Lege Iulia de adulteriis puniuntur qui alienas uxores, qui puerum, qui virginem aut viduam stuprant.*
k. Vide 60. Eclog. 39. περὶ ἀσελγῶν ἢ ἀρρενοκοιτῶν. & Harmeno. 4. § 5.

δικαστήριον δύναται λέγειν, ὅτι Ὁ εἴζομαι τήνδε τὴν ἀγωγὴν, ἀλλὰ Ὁ εἴζομαι τόνδε τὸν νόμον. καὶ ἐνταῦθα βασάνους ἔστιν εὑρεῖν ἐπαγομένους, καὶ ποτὲ μὲν δημεύσεις, ποτὲ δὲ πολιτείας ἐκπτώσεις, καὶ ποτὲ μὲν ἐλευθερίας, ποτὲ δὲ ψυχῆς ἀπώλειαν ἐπαγομένην. ταῦτα δὲ τῶν χρηματικῶν δικαστηρίων ἐστὶν ἀλλότρια.

1 ¶ Ὠνόμασται[a] δὲ πούβλικα, ἐπειδὴ παντὶ δήμῳ ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον κινεῖν δίδοται παρρησία. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ εἶπον, ἐπειδὴ ἔστι τινὰ πρόσωπα, οἷς οὐκ ἔξεστι κινεῖν πούβλικον δικαστήριον. ταῦτα δὲ ἐν τῇ τελειοτέρᾳ τῶν πουβλίκων δικαστηρίων διδασκαλίᾳ μαθεῖν ἐστιν ἀνελλειπῶς.

2 ¶ Τῶν πουβλίκων τὰ μέν ἐστι κεφαλικὰ, τὰ δὲ οὐ κεφαλικά.[b] κεφαλικὰ δὲ λέγομεν ἅτινα τῇ ἐσχάτῃ ὑποβάλλει τιμωρίᾳ τὸν ἐναγόμενον. τουτέστι τῇ ἀπωλείᾳ τῆς ψυχῆς, ἢ aquæ & ignis interdictioni, ἢ deportationi, ἢ metallo. τὰ δὲ λοιπὰ ἅτινα ἐστὶ πούβλικα δικαστήρια, καὶ ἀτιμίαν μετὰ ζημίας ἐπάγει χρηματικῆς. ταῦτα μὲν πούβλικα λογίζονται, οὐ μὴν κεφαλικά.

3 ¶ Ἀναγκαῖον δὲ τὰ πούβλικα ἐξαριθμήσασθαι. ἔστιν ὁ ἰούλιος ὁ de maiestate εἴ τις ἁρμόζει κατὰ[c] τῶν μηχανησαμένων τι κατὰ βασιλέως, ἢ πολιτείας. ἡ δὲ τούτου τιμωρία,[d] ψυχῆς ἀπώλειαν ἔχει. ἐγυμνάζετο δὲ, ὡς ἐν ἀρχῇ εἰρήκαμεν τοῦ γ' ἰνστιτουτίονος, καὶ μετὰ[e] τελευτὴν τοῦ τυράννου.[f]

4 ¶ Ἔστι καὶ ὁ ἰούλιος ὁ de[g] adulteriis, τιμωρούμενος οὐ μόνον τοὺς ὑβρίζοντας ἀλλοτρίους γάμους, καὶ ὑποβάλλων κεφαλικῇ[h] τιμωρίᾳ, ἀλλὰ[i] καὶ τοὺς ἄρρεσι[k] μιγνυμένους. ὁ δὲ αὐτὸς νόμος, καὶ τὸ ἁμάρτημα τοῦ στούπρου κολάζει, ἡνίκα τις βίας ἐκτὸς παρθένον,

1 ¶ Publica autem dicta sunt, quòd cuiuis ex populo exequutio eorum plerunque datur.

2 ¶ Publicorũ iudiciorum quędã capitalia sunt, quędã nõ capitalia. Capitalia dicimus quæ vltimo supplicio afficiũt homines, vel etiã aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera si quã infamiã irrogant cũ damno pecuniario, hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia.

3 ¶ Publica autẽ iudicia hęc sunt; lex Iulia maiestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorẽ, vel rempublicã aliquid moliti sũt suum vigorem extendit. Cuius pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur.

4 ¶ Item lex Iulia de adulteriis coercendis, quæ non solùm temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed & eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam stupri flagitium punitur, quum quis sine vi vel virginem

vel viduam honestè viuentem stuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationē partis dimidiæ bonorum, si humiles, corporis coercitionem cum relegatione.

§ ¶ Item lex Cornelia de sicariis, quæ homicidas vltore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi caussa cū telo ambulant. Telum autem (vt Caius noster ex interpretatione legum duodecim tabularum scriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur, sed & nunc omne significat quod manu cuiusque iacitur. sequitur ergo, vt lignum, & lapis, & ferrum hoc nomine cōtineantur: dictū ab eo quod in longinquū mittitur, à Græca voce τηλοῦ figuratū. Et sic hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Admonent nos epigrammata in Xenophonte vrbis faustissimæ scripta, καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. ¶ Sicarii autē appellantur à sica, quod significat ferreū cultrum. ¶ Eadē lege & venefici capite damnātur qui artibus odiosis, tā venenis quàm susurris magicis

ἢ χήραν σεμνῶς ζῶσαν διαφθείρῃ, εἰς τὸ ἥμισυ δ' ἡμῶσιν ἐπάγων τῷ τοιαῦτα πλημμελήσαντι τῆς οἰκείας περιουσίας. εἰ δὲ ἔστιν εὐτελὴς ὁ ταῦτα πράξας, μετὰ τὸ βασανίσαι αὐτοῦ τὸ σῶμα, ῥελεγάτον αὐτὸν ποιεῖ.

§ ¶ Τρίτος ἐστὶν ὁ κορνήλιος de sicariis, [a] ὃς τοὺς ἀνδροφόνους ξίφει τιμωρεῖται. ἤγουν ἐκείνους, οἵτινες χάριν τοῦ ἀνελεῖν τινα περιέρχονται μετὰ ἀκοντίου, ὅπερ ἐν τῷ ῥητῷ telum προσαγορεύει, ὁ δὲ γαῖος ἐν τοῖς συντάγμασι αὐτοῦ, ἐν ᾧ τὴν δωδεκάδελτον ἑρμηνεύει, φησὶ τὸ telum [b] σημαίνειν παρὰ τῷ πλήθει, οὐ μόνον τὸ βέλος ὅπερ ἀπὸ τοῦ τόξου ἀφίεται, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅπερ ἀπὸ χειρός τινος ἐκπέμπεται. ὡς τε οὖν καὶ λίθος, καὶ ξύλον, καὶ σίδηρος, τούτῳ περιέχεται τῷ ὀνόματι. ὠνόμασται δὲ telū, ἐπειδὴ ὅτι διάστημα καὶ μῆκος πέμπεται, ἀπὸ ἑλληνικῆς φωνῆς σχηματισθὲν ἀπὸ τοῦ τέλους, telum. καὶ ταύτην τὴν σημασίαν εὑρεῖν δυνατὸν, ἐν τῷ ἑλληνικῷ ὀνόματι. ὅπερ γὰρ ῥωμαῖοι telum προσαγορεύουσι, τοῦτο ἕλληνες βέλος ὀνομάζουσιν, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. τούτου δὲ μάρτυς Ξενοφῶν οὕτω γράφων, καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. καὶ προτάξας τὸ ὄνομα τοῦ βέλους, ἐπήγαγε τὰ ἑξῆς. ¶ Ὁ δὲ νόμος λέγεται κορνήλιος de sicariis. Sicarii [c] δὲ λέγονται οἱ ἀνδροφόνοι, ἐκ τοῦ sica, [d] ὅπερ σημαίνει σιδηρᾶν μάχαιραν. [e] ¶ ὁ δὲ αὐτὸς νόμος, καὶ τούτους [f] κεφαλικῶς τιμωρεῖται, οἳ τέχναις μεμισημέναις καὶ φαρμάκοις, καὶ μαγικοῖς ψιθυρισμοῖς, ἤτοι ἐπαοι-

aut viduā honestè viuentem corrumpit: pœnamq; in eum, qui tale quid admisit, cōstituit talem, vt si honestior sit pars dimidia bonorū eius publicetur: sin humilior, vt post corporis coercitionē relegetur.

§ ¶ Tertiò est lex Cornelia de sicariis: quæ homicidas gladio punit, vel etiā eos, qui hominis occidendi caussa cum telo ambulant. Porrò Gaius in his libris, quibus legem Duodecim Tabularum interpretatus est, ita scriptū reliquit, Telum vulgò non solùm βέλος significare, quod ab arcu mittitur, sed etiam omne, quod manu cuiusquā iacitur. Itaque & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine continetur. Dictum autē ab eo telum videtur, quod ex spatio, & in longinquum mittatur: à Græca videlicet voce cō figuratum, ἀπὸ τοῦ τηλοῦ telum, atque hanc significationē & in Græco nomine inuenire possimus. Quod enim Latini telum appellant, id Græci βέλος nominant, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Eiusce rei vel amplissimus testis est Xenophon hunc in modum scribens, καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Id est, Et tela simul adferebantur, lāceæ, sagittæ, fundæ, ad hæc & plurimi lapides. Nā cùm τὸ βέλος id est, telorum nomen præmisisset, & cætera deinde subiūxit. ¶ Hęc aūt lex dicitur, lex Cornelia de sicariis. Sicarij verò dicūtur homicidæ, à sica, quo nomine ferreus culter significatur. ¶ Eadem lex & veneficos capitaliter punit, qui artibus odio dignis, & venenis, ac magi

[a] Vide l. 1 & passim. ff. ad l. Cornel. de sicariis. 6. Harmenop. 6. περὶ φονέων.

[b] Vide l. 131. §. Telum. ff. de verb. significat.

[c] Sicarii qui. Glossis sicarius ὁ ξιφήρης.

[d] Sica quid. Glossis ὁ μικρὸς ξιφίδιον ... vnde & Suida σίκα ... ῥωμαίων...

[e] Sic Glossis Sica μάχαιρα.

[f] l. 3. ff. ad l. Cornel. de sicariis. 6. Harmen. to. §. 1. 2. & ibidē §. 3. περὶ φονέων.

eis susurris seu carminibus homines occidunt, vel letalia medicamenta publicè vendunt.

6 ¶ Est & lex Pompeia de parricidiis, quæ asperrimum crimen noua persequitur pœna. Cauetur autem ea, vt si quis aut parentum suorum aliquem, aut filium vel aliquē liberorū eiusdem affectionis, & qui nomine parricidii cōprehendatur, siue clā, siue palàm occiderit: necnon is, cuius dolo id factum, aut qui conscius criminis fuerit, quamuis extraneus sit, pœna parricidii puniatur. Neq. tamē lex aut gladiū minatur, aut ignibus tradit, neq. alia vlla solemni pœna eū adficit, sed in bulubum culeum cum iubet immitti, cum cane, & gallinaceo, & vipera, & simia, & ita culeo insui: ac anguste cum eiusmodi feris latentem, secundùm qualitatem regionis in qua punitur, aut in proximū mare, aut si mare longiùs abest, in flumen proiici: vt omniū elementorū vsu, & viuus, & mortuus priuetur. Nam & viuus, cùm culeo insutus sit, ac in aqua iactetur, cœli siue aeris vsu caret: & mortuus, terræ honorem non consequitur, cùm huc atque illuc fluctus vndæque culeum ferant. Prædictæ autē bestiæ, ideò vnà insuuntur, quoniam similes ei mores habere videntur. Nam aliæ ex his parentes occidunt, aliæ nō se continēt, quin & cum illis pugnent. Quòd si quis alios qui cognatione sibi, aut affinitate iungantur, occiderit: is legis Corneliæ de sicariis pœnam sustinebit.

a Vide 36. Eclog. ex libro 60. titul. 40. περὶ παρρικτόνων c. 1. & tit. Digest. de lege Pompeia de parricidiis. & Paul. 5. sent. 24.

b *Imò igni datur*. d. cap. 16. Harmeno. 6. §. 16.

c *Dixi de hac pœna parricidij* ad l. 9. ff. de lege Pompeia de parricidiis.

d *Hoc est neque ascendentes, aut descendentes Sed tamen & sic cognati continери hac lege videntur* l. 1. ff. de lege Pompeia. d c. 1. Eclog. d §. 16. Harmenop.

δαῖς ἀναιροῦσιν ἀνθρώπους, ἢ θανάσιμα φάρμακα δημόσια πιπράσκουσιν.

6 ¶ Ἔστι καὶ ὁ πομπήϊος de parricidiis, [a] τραχύτατον ἁμάρτημα καινοτέραις ὑποβάλλων τιμωρίαις. διηγόρευται δὲ τούτῳ ἵνα ἐάν τις ἀνέλῃ τινὰ τῶν ἀνιόντων, ἢ υἱὸν, ἤγουν τινὰ τῶν κατιόντων τῆς αὐτῆς διαθέσεως, καὶ τῷ ὀνόματι τοῦ parricidii περιεχόμενον, λάθρα, ἢ φανερῶς· κἀκεῖνος δὲ οὗ κατὰ δόλον τοῦτο γέγονεν, ἢ ὃς συνεῖδε τῷ γινομένῳ, εἰ καὶ ἐξωτικός ἐστιν, ὑποβάλληται τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ· οὐ ξίφος ἐπάγων ὁ νόμος, οὐδὲ [b] πυρὶ παραδιδοὺς, οὐδὲ ἄλλῃ τινὶ τῶν συνειθισμένων τιμωριῶν τοῦτον ὑποβάλλων, ἀλλ᾽ ἐν ἀσκῷ βοείῳ [c] τοῦτον ἐμβάλλεσθαι, μετὰ κυνὸς καὶ ἀλεκτρυόνος καὶ ἐχίδνης καὶ πιθήκου, καὶ οὕτως αὐτὸν συρράπτειν τῷ ἀσκῷ. ὥστε μεταξὺ τῶν τοιούτων θηρίων ἐν στενοῖς συνεχόμενον, κατὰ τὴν ποιότητα τοῦ κλίματος, ἐν ᾧ τιμωρεῖται, ἢ εἰς τὴν γειτνιάζουσαν θάλασσαν, ἤγουν εἰς ποταμὸν ἐμβάλλεσθαι τῆς θαλάσσης ἀφεστώσης πολύ. ὥστε παντὸς στοιχείου στερεῖσθαι αὐτὸν καὶ ζῶντα καὶ τελευτῶντα. ζῶν μὲν γὰρ τῷ κεκαλύφθαι ὑπὸ τοῦ ἀσκοῦ καὶ εἶναι ἐν τῷ ὕδατι, τῆς τοῦ ἀέρος, ἤτοι τοῦ οὐρανοῦ στερεῖται χρήσεως. τελευτήσας δὲ τῆς γῆς οὐκ ἀξιοῦται, τοῦ ἀσκοῦ φερομένου κατὰ τῶν ὑδάτων. τὰ δὲ προειρημένα θηρία ἐμβάλλεται διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ὁμοιότροπα αὐτῷ ἐστιν. τὰ μὲν γὰρ ἀναιρεῖ τοὺς γονεῖς. τὰ δὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς οὐκ ἀπέχεται μάχης. εἰ δέ τις ἑτέρους [d] συγγενεῖς, ἢ κατὰ ἀγχιστείαν συναπτομένους ἀνέλῃ, τῷ κορνηλίῳ de sicariis ὑποβάλλεται.

homines occiderint, vel mala medicamēta publicè vendiderint.

6 ¶ Alia deinde lex asperrimum crimē noua pœna persequitur, quæ Pōpeia de parricidiis vocatur, qua cauetur vt si quis parentis, aut filii, aut omnino adfinitatis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparauerit (siue clàm, siue palā id ausus fuerit) necnon is, cuius dolo malo id factū est, vel conscius criminis exstitit, licèt extraneus sit, pœna parricidii puniatur, & neq; gladio, ignibus, neque vlli alii solemni pœnę subiiciatur, sed insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias cōprehensus (secundū quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel amnē proiiciatur, vt omnium elemētorum vsu viuus carere incipiat, & ei cæiū superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione, vel adfinitate personas coniunctas necauerit: pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit. 7 ¶ Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei qui testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserit, signarit, recitauerit, subiecerit: vel signum adulterinū fecerit, sculpserit, expresserit sciēs dolo malo. Eiúsq. legis pœna in seruos: vltimum supplicium est, quod etiam in lege de sicariis & veneficis seruatur: in liberos verò deportatio.

8 ¶ Item lex Iulia de vi publica seu priuata, aduersus eos exoritur, qui vim vel armata, vel sine armis cōmiserint. Sed siquidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur: si verò sine armis, in tertiā partem bonorū suorum publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus, tunc & raptores, & ij qui opē huic flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qua hoc apertius possibile est scire.

9 ¶ Item lex Iulia peculatus eos punit, qui [publicam pecuniam, vel rem sacram,] vel religiosam furati fuerint. Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali animaduersione puniuntur: & nō solùm his, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui sub tractas ab his scientes susceperint. Alij verò qui in hanc legem inciderint: pœnæ deportationis subiugentur. 10 ¶ Est & inter publica iudicia lex Fabia de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam ex sacris Constitutionibus irrogat, interdum

7 ¶ Ἔστι καὶ ὁ κορνήλιος de falsis, ὁ τεσταμεντάριον [a] καλούμενος, τιμωρούμενος [b] τὸν διαθήκην, ἢ ἕτερον συμβόλαιον πλαστὸν γράφοντα, ἢ ἀναγνόντα, ἢ ὑποβαλόντα, ἢ τὸν δῆθεν ἐπιτεθέντα σφραγῖδα πλαστὴν, ἢ ἐκτυπώσαντα κατὰ κακὸν δόλον. ἡ δὲ τῶν οἰκετῶν ἐστὶ κεφαλικὴ, [c] ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ κορνηλίου de sicariis & veneficis. κατὰ ἐλευθέρων δὲ ἐστὶ deportatio. 8 ¶ Εἰσὶ δὲ καὶ δύο ἰούλιοι, ὁ de vi [d] publica, καὶ ὁ de vi priuata. κατὰ τῶν βίαν ἔνοπλον, ἢ καὶ χωρὶς ὅπλων πλημμελησαίντων. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἔνοπλος βία ἐπενεχθῇ, deportatio εἰσάγεται τῷ πλημμελήσαντι· εἰ δὲ δίχα ὅπλων εἰς τὸ τρίτον τῆς περιουσίας ἐπάγεται δήμευσις. εἰ δέ τις κατὰ βίαν παρθένον, ἢ χήραν, ἢ τὴν θεῷ ἀφωσιωμένην, τουτέστιν ἀσκήτριαν, ἤγουν διακόνισσαν ἁρπάσῃ, ἅμα τοῖς αὐτῷ συνεργήσασι, κεφαλικὴν ὑπέχει τιμωρίαν· κατὰ τὰ εἰρημένα τῇ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διατάξει, ὡς ἐξῆς σαφέστερον ἐστὶ γνῶναι.

9 ¶ Προστιθέσθω τούτοις καὶ ὁ νόμος ὁ ἰούλιος ὁ de peculatu. [e] τούτοις τιμωρούμενος, οἵ τινες χρήματα ἢ πράγματα δημόσια, ἢ σάκρα, ἢ ῥελιγιόσα κεκλόφασιν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἄρχοντες εἴησαν ἐν καιρῷ τῆς ἀρχῆς ὑφελόμενοι δημόσιά τινα χρήματα, κεφαλικῶς τιμωροῦνται, ἅμα τοῖς ὑπηρετουμένοις αὐτοῖς. πρὸς τοῦτο δὲ τῶν αὐτῶν ὑφίστανται ποινὴν, καὶ οἱ παρὰ τῶν κεκλοφότων εἰδότες ὑποδεξάμενοι. εἰ δέ τις ἕτερος παρὰ τοὺς εἰρημένους, ὑποπέσῃ τῷ τοιούτῳ ἐγκλήματι δεπορτατίονι σωφρονίζεται. 10 ¶ Συναριθμεῖται τοῖς πουβλίκοις, καὶ ὁ φάβιος, ὁ de plagiariis [f] ὃς ἔσθ᾽ ὅτε κεφαλικὴν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐπάγει διατάξεων τιμωρίαν. ἔσθ᾽ ὅτε δὲ

7 ¶ Est item lex Cornelia de falsis, quam & testamentariam vocamus. Hac punitur qui testamentū, vel aliud instrumentū falsum scripserit, aut recitauerit, aut subiecerit: vel qui signo adulterino signauerit, aut signum adulterinum dolo malo sculpserit. Est autem earum rerum pœna, in seruos quidem vltimum suppliciū, quemadmodum & in lege Cornelia de sicariis ac veneficis: in liberos verò, deportatio.

8 ¶ Sunt ad hæc & duæ leges Iuliæ, vna de vi publica, & altera de vi priuata: aduersus eos, qui vim vel armatam, vel sine armis committunt. Sed enim, si quidem vis cum armis illata fuerit: deportatio ei qui illam commisit, incumbit. Sin verò sine armis, in tertiam partem bonorum publicatio imminet. Quòd si quis per vim virginem, aut viduā, aut Deo dedicatam, id est, asceteriā aut diaconissam rapuerit, vnà cum his qui opem ei dederint, capitalē pœnam subibit: quemadmodum Imperatoris nostri constitutione cauetur, ex qua omnia ea apertius cognosci poterunt.

9 ¶ Addatur his & Lex Iulia de peculatu, quę eos punit, qui res vel pecunias publicas, aut sacras, aut religiosas furati fuerint. Sed si quidem iudices aut magistratus eo tempore quo iudices, aut magistratus erāt, pecunias publicas subtraxerint: capitaliter in eos animaduertitur, vnà cum his qui ministerium iilis ad hoc adhibuerint. Ad hæc eandem pœnam subeunt hi, qui res ab his furto subtractas scientes receperint. Si quis alius præter prædictos in hoc crimen inciderit, is deportationi subiicitur.

10 ¶ Inter publica Iudicia habetur & lex Fabia de plagiariis, quæ interdum ex Principū constitutionib. capitalem pœnam irrogat: Interdū etiā

a *Ita quoque dicitur* Paul. 5 sent. 25. *Lex Cornelia testamentaria. & lex Cornelia de testamentis.* l. 1. ff. de publicis iudiciis.

b *Vide* l. 1. ff. de lege Cornelia de falsis *Paul.* d. loco. § 1. & passim 60. Eclo. 41. περὶ πλαστῶν.

c *Vide* Eclog. d. l. c. 1. in fi. & 35. Eclog. 16. ex lib. 60. tit. 41. c. 2. & ibidem Scholion.

d § 6. sup. de interdictis. *adde tit.* Dig. de vi publica. & de vi priuata. adde 60. Eclo. 18. c. 1. 6. Harmen. 7. § 8. & 10. Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 18. c. 10. 11.

e *Adde titul. Digest. ad legem Iuliā Peculatus.* 60. Eclo. 45. περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων ὑφελομένων, &c.

f *Lex Fabia de plagiariis. adde tit.* Digest. de lege Fabia de plagiariis. 60. Eclog. 48. περὶ ἀνδραποδιστῶν.

leuiorem, vt ex Codice & Constitutionibus cognosci potest.

11 ¶ Sunt & alia publica iudicia: veluti Lex Iulia de ambitu, quæ aduersus eos competit qui pecuniã aliquibus dederint, vt magistratum aliquem velhonorem consequerentur. ¶ Et lex Iulia repetundarum: quæ vigorem suum extendit aduersus magistratus, aut iudices, vel etiã adsessores, qui aliquid ob rem iudicandam acceperint. ¶ Et lex Iulia de annona, quæ punit eos, qui frumentum siue annonã, cùm ad regiam vrbem cõportaretur, in alia loca auerterint. ¶ Et lex Iulia de residuis, qua in eum animaduertitur, qui cùm publicæ pecuniæ administrationem habuerit, reliqua tamen non intulit. ¶ Atque ex leges, & de aliis quibusdam capitulis loquuutur: ac animæ quidem nulla earum amissionem irrogat, sed aliis pœnis subduntur, qui præceptis earum neglectis aliquid contra fecerint.

12 ¶ Sed de publicis iudiciis hactenus dixisse sufficiat. vt iuuenes ea per cõpendiariam traditionem accipere, & summo digito gustare possint. Exactior enim diligentiórque eorum cognitio, ex latiore Digestorum seu Pandectarum doctrina, Deo propitio, legentibus continget.

a Lex Iulia de ambitu. adde tit. Digest. De lege Iulia ambitus 60. Eclo. 46. περὶ ἀρχόντων.

b Lex de repetundis adde tit. Digest. de lege Iulia repetundarũ.

c Lex Iulia de annona adde ti. Digest. De lege Iulia de annona.

d Lex Iulia de residuis. adde l. 2 l. 4. §. 3. ff. ad legẽ Iul. peculatus, & de sacrilegis. & de residuis. 60. Eclo. 45. c. 3.

κουφοτέραν, ὡς ἐκ τοῦ κώδικος, καὶ τῶν διατάξεων ἔστι γνῶναι.

11 ¶ Εἰσὶ καὶ ἕτεροι πούβλικοι νόμοι· ὁ ἰούλιος ὁ de ambitu, [a] ἁρμόζων κατὰ τῶν χρήματα δόντων τισὶν, ἐπὶ τὸ τυχεῖν αὐτοὺς ἀρχῆς, ἤγουν τινὸς τιμῆς. ¶ Καὶ ὁ ἰούλιος ὁ de repetundis, [b] κινούμενος κατὰ ἀρχόντων, ἢ κατὰ δικαστῶν, ἢ καὶ συνέδρων, ἐν δίκῃ κεκλοφότων. ¶ Καὶ ὁ ἰούλιος ὁ de annona, [c] ὅς τις τιμωρεῖται, τοὺς τὸν σῖτον, ἤγουν τὴν εὐθηνίαν τὴν φερομένην ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἀποστρέφοντας εἰς ἑτέρους τόπους. ¶ Καὶ ὁ de residuis, [d] κολάζων τὸν διοικήσαντα πολιτικὰ χρήματα, εἶτα τὰς λοιπάδας οὐκ ἀποδιδόντα. ¶ Οὗτοι δὲ καὶ περὶ ἑτέρων τινῶν κεφαλαίων διαλέγονται. καὶ ψυχῆς μὲν αὐτῶν οὐδεὶς ἀπώλειαν ἐπάγει, ἀλλὰ ἄλλαις ποιναῖς ὑποβάλλει τὸν πλημμελήσαντα, καὶ τὸν ἐναντιωθέντα τοῖς αὐτῶν παραγγέλμασιν.

12 ¶ Ἀλλὰ περὶ τῶν πουβλίκων δικαστηρίων ἀρκεῖ ταῦτα διδάξαι, ὡς δυνατὸν δέξασθαι νέους, καὶ ἄκρῳ γεύσασθαι τῷ δακτύλῳ, διὰ συντόμου παραδόσεως. ἡ γὰρ ἐπιμελεστέρα τούτων γνῶσις, ἐκ τῆς πλατυτέρας τῶν διγέστων, ἤτοι τῶν πανδέκτων διδασκαλίας, θεοῦ προηγουμένης εὐμενείας, τοῖς ἀναγινώσκουσι προσγενήσεται.

leuiorem.

11 ¶ Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarum, & lex Iulia de annona, & lex Iulia de residuis, quæ de certis capitulis loquuntur: & animæ quidẽ amissionem non irrogant, aliis autem pœnis eos subiiciunt, qui præcepta earum neglexerint.

12 ¶ Sed de publicis iudiciis hæc exposuimus, vt vobis possibile sit summo digito, & quasi per indicẽ ea tetigisse, alioqui diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo propitio aduentura est.

FINIS.

ΠΕΡΙ ΡΗΜΑΤΩΝ [a] ΣΗΜΑΣΙΑΣ.
2. Eclog. 2.

a περὶ σημασίας ῥημάτων. 6. Harmenop.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

GRÆCA HVIVS TITVLI FRAGMENTA EX Græcis authoribus hinc & inde collecta.

3 ¶ Εἴκοσι μίλια καθ' ἡμέραν λογίζεται τοὺς ὀφείλουσι προβαδίζειν, ὑπεξῃρημένης τῆς ἡμέρας, καθ' ἣν ὡμολόγησε, καὶ καθ' ἣν αὐτὸν δεῖ προβαδίζειν. 7. Eclog. 8. ex tit. 16. c. 1. 1. Harmenop. 2. §. 54.

4 ¶ Γῷ ὀνόματι τοῦ γραμματείου τὸ κεχρεωστημένον πρᾶγμα σημαίνεται. 2. Eclog. 7. eod. c. 4.

5 ¶ Ἡ τοῦ πράγματος προσηγορία πλατυτέρα ἐστὶ τῆς τῶν χρημάτων· ἐπειδὴ καὶ τὰ ἔξω τῆς ψήφου τῆς οὐσίας ἡμῶν ὄντα περιέχει· ὁπότε τῶν χρημάτων σημασία εἰς ταῦτα τὰ πράγματα ἀναφέρεται. Eclog. eod c 5.

6 ¶ Ἡ τοῦ γραμματείου καὶ τοῦ πράγματος προσηγορία εἰς πᾶν συνάλλαγμα καὶ ἐνοχὴν ὁρᾷ. Eclo. eod. c. 6.

7 ¶ Ἡ συνθήκη πᾶσαν ἐπερώτησιν καὶ ὁμολογίαν δηλοῖ Eclog. eod. c. 7.

Vlpianus libro primo ad Edictum.

VERBVM hoc, Si quis, tam masculos quàm fœminas complectitur.

2. *Paulus libro primo ad Edictum.*

¶ Vrbis appellatio muris: Romæ autem cõtinentibus [b] ædificiis finitur, quod latiùs patet. b *Proinde Roma ædificia fieri dicuntur quæ in cõtinẽtibus Romæ ædificiis fiunt.* l. 129. inf. eod. *& qui in continentibus vrbis nati, Romæ nati.* l. 147. inf. eod. *Romã enim non muro existimamus, sed continentibus ædificiis.* l. 87. inf. eod.
¶ Cuiusque diei maior pars est horarum septem primarum diei, non supremarum.

3. *Vlpianus libro secundo ad Edictum.*

¶ Itinere faciendo viginti millia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt peragenda, vt si post hãc dinumerationem minùs quã viginti millia superfint, integrum diem occupent. veluti viginti vnum millia sunt passus: Biduum eis attribuetur. quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conueniat. ¶ Eius qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest, qui seruus decessit.

4 *Paulus libro primo ad Edictum.*

¶ Nominis appellatione rem significari Proculus ait.

5. *Idem libro secundo ad Edictum.*

¶ Rei appellatio latior est quàm pecuniæ: quia etiam ea quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet: cùm pecuniæ significatio ad ea referatur, quę in patrimonio sunt. ¶ Opere locato, conducto, his verbis Labeo significari ait id opus quod Græci ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑ vocant, (non ΕΡΓΟΝ) id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

6. *Vlpianus libro tertio ad Edictum.*

¶ Nominis & rei appellatio ad omnem cõtractum & obligationem pertinet. ¶ Verbum Ex legibus sic accipiendum est, tam ex legum [c] sententia quàm ex verbis. c *Hæc duo coniunguntur aut potius separantur, legis ῥήματα & βούλησις.* Theoph. §. 10. Inst. de l. Aquil.

7. *Paulus libro secundo ad Edictum.*

¶ Sponsio appellatur non solùm quæ per sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissióque.

8. *Idem libro tertio ad Edictum.*

¶ Verbum Oportebit, tam præsens quàm futurum tempus significat. 1. ¶ Actionis verbo non continetur exceptio.

9 *Vlpianus libro quinto ad Edictum.*

¶ Marcellus apud Iulianum notat, verbo Perisse & scissum & fractum contineri, & vi raptum.

10. *Idem libro sexto ad Edictum.*

¶ Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure ciuili sine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario, siue purè siue in diem, vel sub conditione, quòd si natura debeatur, non sunt loco creditorum. sed si no sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

a *adde omnino 3. Harme. 5. §. 61. 62.*

11. *Gaius libro primo ad Edictum prouinciale.*

¶ Creditorum appellatione non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: sed omnes quibus ex qualibet causa debetur.

12. *Vlpianus libro sexto ad Edictum.*

¶ (Vt) si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo debetur: sed & si ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi. 1 ¶ Quod si ex populari causa, ante litis contestationem rectè dicetur creditoris loco non esse, postea esse. 2 ¶ Minus soluit, qui tardius soluit: nam & tempore minus soluitur.

13. *Idem libro septimo ad Edictum.*

¶ Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur. 1 ¶ Res abesse videntur, vt Sabinus ait, & Pedius probat, etiam hæ quarum corpus manet, forma mutata est: & ideo si corruptæ redditæ sint vel trãsfiguratæ, videri abesse: quoniam plerunque plus est in manus pretio, quàm in re. 2 ¶ Desinere autem abesse res tunc videtur, cùm sic redit in potestatem, ne amittere (eius) possessionem possimus. 3 ¶ Ob hoc quòd furto pridem subtracta est, abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.

b *adde huic loco Theophil. §. 5. in fi. Inst. de fideiussorib. & §. 33. vers. plus autem Inst. de actionibus.*

14. *Paulus libro septimo ad Edictum.*

¶ Labeo & Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura, videri rem abesse: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. item si dominus rem, quæ furto sibi aberat, ignorans emerit: rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.

1 ¶ Rem amisisse videtur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet.

8 ¶ Τὸ ὀπορτέβιτ, καὶ τὸν ἐνεστῶτα, καὶ τὸν μέλλοντα χρόνον δηλοῖ. ¶ Τῆς ἀγωγῆς τὸ ὄνομα, οὐ δηλοῖ τὴν παραγραφήν. Eclog. eod. c. 8.

9 ¶ Τῷ ῥήματι τοῦ ἀπολέσθαι καὶ τὸ σχισθὲν καὶ τὸ κλασθὲν, καὶ τὸ βίᾳ ἁρπαγὲν δηλοῦται. Eclo. 9. c. 9.

10 ¶ Δανεισταὶ[a] εἰσιν, οἷς ἐξ οἱασοῦν αἰτίας χωρὶς διηνεκοῦς παραγραφῆς χρεωστούμενον. Eclog. eod. c. 10. 3. Harmen. 5. §. 61. 62.

11 ¶ Οὐ γὰρ μόνοι οἱ δανείσαντες, δανεισταὶ λέγονται, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἀπὸ συναλλάγματος.

12 ¶ Ἢ ἁμαρτήματος χρεωστούμενοι Eclog. eod. c. 10. Sic adde 3. Harmenop. 5. §. 1. sed maximè, §. 61. 62. ibi vide scholion.

Καὶ ἀπὸ ὀρφανικῆς ἀγωγῆς μετὰ προκατάρξιν, οὐ μὴν πρὶν ἢ προκατάρξεται. ¶ Ἧττον[b] καταβάλλει ὁ βραδύτερον καταβάλλων, καὶ ὁ μηδὲ ὅλως, ὡς ἐν τῷ λδ. κεφαλαίῳ φησί. Eclog. eod. c. 10. in f. & 12.

13 ¶ Τῷ ὀνόματι τῆς γυναικὸς καὶ ἡ ἔφηβος παρθένος δηλοῦται. ¶ Πράγματα ἀπεῖναι δοκεῖ καὶ ταῦτα, ὧν τὸ μὲν σῶμα μένει, ἡ δὲ μορφὴ ἐνήλλακται. διά τι τοῦτο ἐὰν διεφθορότα ἀποδοθῇ, ἢ μεταπλασθέντα, δοκεῖ ἀπεῖναι. Eclo. eod. c. 13. in f. Harmenop. eod. §. 2.

14 ¶ Ἡ

15. *Vlpianus libro decimo ad Edictum.*

¶ Bona ciuitatis abusiuè publica dicta sunt: sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.

15 ¶ Ἡ οὐσία τῆς πόλεως καταχρηστικῶς δημόσια εἴρηται. μόνα γὰρ ταῦτα δημόσιά ἐστι, τὰ τοῦ ῥωμαίου ὄντα δήμου. Eclog.cod.c.15.

16. *Gaius libro tertio ad Edictum (prouinciale.)*

¶ Eum qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus, (nam) publica appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

16 ¶ Καὶ ἐν τῷ δὲ τῷ κεφαλαίῳ, ὁμοίως περὶ δημοσίων φησί. Eclog.co. c.16.

17. *Vlpianus libro decimo ad Edictum.*

¶ Inter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quę publicis vsibus destinata sunt: sed si qua sunt ciuitatium velut bona. sed peculia seruorum ciuitatium proculdubiò publica habentur. ¶ Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, metallorum, & piscatiarum.

18. *Paulus libro nono ad Edictum.*

¶ Munus tribus modis dicitur: vno donum, & inde munera dici dari mittíve, altero onus, quod cùm remittatur, vacationem militiæ munerísque præstat. inde immunitatem appellari. tertiò officium: vnde munera militaria, & quosdam milites munificos vocari. igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

18 ¶ Τὸ μούνους τρία σημαίνει, δωρεάν, καὶ βάρος, καὶ ὀφφίκιον. Eclog.co. c.18.

19. *Vlpianus libro vndecimo (ad Edictum.)*

¶ Labeo lib.1. Prætoris vrbani definit, quòd quædam *a* agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. 1 ¶ Et actum quidem generale verbum esse, siue verbis, siue re quid agatur: vt in stipulatione, vel numeratione. 2 ¶ Contractum autem vltrocitróque obligationem, quod Græci ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ vocant, veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. 3 ¶ Gestũ rem significare sine verbis factam.

a l.58.inf.eo.

2 ¶ Συνάλλαγμα δέ ἐστι δύο ἢ καὶ πλειόνων εἰς τὸ αὐτὸ συνοδός τε καὶ συναίνεσις ἐπὶ τὸ συνίστασθαι ἐνοχὴν, καὶ τὸν ἕτερον τῷ ἑτέρῳ ποιῆσαι ὑπεύθυνον. Theophil. §.2. Inst. de obligat.

20. *Idem libro duodecimo (ad Edictum.)*

¶ Verba, Contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad testandi ius.

21. *Paulus libro vndecimo (ad Edictum.)*

¶ Princeps bona concedendo videtur etiam obligationes concedere.

21 ¶ Ὁ βασιλεὺς παραχωρῶν πράγματα, καὶ τὰς ἀγωγὰς παραχωρεῖ. Eclo.cod.c.21.

22. *Gaius libro quarto (ad Edictum prouinciale.)*

¶ Plus in restitutione, quàm in exhibitione. nam exhibere *b* est præsentiam corporis præbere. restituere est etiam possessorem facere, fructúsque reddere. pleraque præterea restitutionis verbo continentur.

b *Adde* l.vl. inf.eo. Theophil. §. si ad exhibendũ. 5. Instit. de actionibus.

22 ¶ Πλεῖόν ἐστι, τὸ παραστῆσαι τὸ ἐπιζητούμενον πρᾶγμα. Eclog.cod. c.22.

23. *Vlpianus libro quartodecimo (ad Edictum.)*

¶ Rei appellatione & causæ & iura continentur.

24. *Gaius libro sexto ad Edictum prouinciale.*

¶ Nihil est aliud hæreditas, quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuit.

25. *Paulus libro vicensimo primo (ad Edictum.)*

¶ Rectè dicimus eum fundum totum nostrũ a esse, etiam cùm vsusfructus alienus est: quia vsusfructus nõ domini pars, sed seruitutis sit: vt via & iter. nec falsò dici (totum) meũ esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse. hoc & Iulianus, & est verius. 1 ¶ Quintus Mucius ait, partis appellatione rẽ pro indiuiso significari: nam quod pro diuiso nostrum sit, id non partẽ, sed totũ esse. Seruius non ineleganter partis appellatione vtrumque significari.

a *Adde Theophilum* In stit. de hæredibus instituendis, circa finé principij. *Sic Theophil.* inst. de rebus corporalib. κληρονομία, δικαίῳ τι ταύτῃ τρόποις συνιστάμενον τῶν καταλαμβανομένων, ἐ[illegible] μὲ τῆς ἑτέρου περιουσίας, ἀφαιρεθῆναι δοκεῖ τῷ.

26. *Vlpianus libro sextodecimo (ad Edictum.)*

¶ Partum non esse partem rei furtiuæ Scæuola libro vndecimo quæstionum scribit.

27. *Idem libro septimodecimo (ad Edictum.)*

¶ Ager est locus, qui sine villa est. ¶ Stipendium à stipe appellatum est, quòd per stipes, id est modica æra, colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. & sanè appellatur ab intributione tributum: vel ex eo quod militibus tribuatur.

28. *Paulus libro vicensimo primo (ad Edictum.)*

¶ Alienationis verbum etiam vsucapionem continet: vix est enim, vt non videatur alienare qui patitur vsucapi ¶ Eum quoque alienare dicitur, qui non vtendo amisit seruitutes. Qui occasione adquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur. 1 ¶ Oratio quæ neque coniunctionem neque disiunctionem habet, ex mente pronunciantis, vel disiuncta vel coniuncta accipitur.

29. *Idem libro sexagesimo sexto (ad Edictum.)*

¶ Coniunctionem enim nonnunquam pro disiunctione accipi Labeo ait: vt in illa stipulatione, Mihi heredíque meo, te heredémque tuum.

30. *Gaius libro septimo ad Edictum (prouinciale.)*

¶ Sylua cædua est, vt quidam putant, quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam esse, quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur 1 ¶ Stipula illecta est spicæ in messe deiectæ, (nec dum lectæ.) quas rustici cùm vacauerint colligunt.

23 ¶ Τῇ τοῦ πράγματος προσηγορίᾳ καὶ αἰτίαι, καὶ τὰ δίκαια περιέχονται. Eclog.eod.c.23.

24 ¶ Κληρονομία ἐστὶ διαδοχὴ εἰς ὁλόκληρον δίκαιον, ὅπερ ὁ τελευτήσας εἶχεν. Eclog.eod.c.24.

26 ¶ Ὁ τοκετὸς τῆς κλοπιμαίας, οὐκ ἔστι μέρος αὐτῆς. Ecl.eod.c.26.

¶ Ἀγρὸς λέγεται ὁ χωρὶς τῆς κώμης, ἤτοι τῶν οἰκημάτων. Ecl.eo.c.27.

¶ Στιπένδιουμ λέγεται, διὰ τὸ ἀπὸ λεπτῶν ἀργυρίων συνάγεσθαι. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τρίβουτον λέγεται, ἀπὸ τοῦ κλᾶσθαι τοῖς καταβάλλουσιν, ἢ ἐπιμερίζεσθαι τοῖς στρατιώταις. Eclog.eod.ca.27.

Ἐκποιεῖ πρᾶγμα, καὶ ὁ ἀνεχόμενος αὐτὸ τῇ χρήσει ὡς δεσποτεῦσαι, ἢ τῇ ἀχρησίᾳ ἀπόλλων τὰς δουλείας αὐτοῦ. ὁ δὲ μὴ ἐπικτώμενος, οὐ δοκεῖ ἐκποιεῖν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀπαγορευόντων κληρονομίαν, ἢ μὴ χρωμένου τῇ καταλειφθείσῃ αὐτῷ ἐπιλογῇ. Eclog. eod. c. 28. Harmen.eod.§.14.

29 ¶ Ὁ λόγος ὁ μὴ ἔχων συμπλοκὴν ἢ διάζευξιν ἀπὸ τῆς διαθέσεως τοῦ εἰπόντος, ἢ διαζευκτικὸς, ἢ συμπλεκτικὸς νοεῖται. Eclog.eod.c.29. adde l.53. infrà eod.

2. ¶ Νεαπι

2 ¶ Νεατὴ γῆ ἐστιν ἡ πρωθυμηθεῖσα, ἡ ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀργήσασα. ἣν οἱ Γραῖκες νέασιν καλοῦσι. Eclog.eo.c.30.

31 ¶ Λειμών ἐστιν, ἐν ᾧ εἰς τὸ λαβεῖν καρπὸν, δρεπάνου μόνον ἐστὶ χρεία. Ecl. eod.c.31.

35 ¶ Εκεῖνος ἀποκαθιστᾷ, ὁ διδοὺς τῷ ἐνάγοντι, ὡς ἔμελλεν αὐτὸ ἔχειν ἐν καιρῷ προκαταρξεως. Eclog. eo. c.35.Harmenop.eod.§.3.Idem 1. titul. 12.§.vltimo.adde l.vlt.in f. infr.eod.

38 ¶ Τέρας ὁρίζεται ὁ Λαβέων ἅπαν τὸ παρὰ φύσιν ἑκάστου πράγματος γεννηθὲν, ἢ γεγονός. Ecl.eo.c 38.

39 ¶ Υποσημανθὲν λέγεται, τὸ ὑφ' ἑτέρου ὑπογραφόμενον. οἱ γὰρ παλαιοὶ τῷ τῆς ὑποσημειώσεως ὀνόματι, ἀντὶ τῆς ὑπογραφῆς χρῆσθαι εἰώθησαν. Eclog. eod.c.39.

40 ¶ Διαμαρτύρεσθαι ἐστὶ τὸ ἐπὶ μάρτυρσι παραγγεῖλαι. Eclo.eod.c.39.

2 ¶ Noualis est terra præcisa, quæ anno cessauit, quam Græci νέασιν vocant. 3 ¶ Integra autem est, in qua nondum dominus pascendi gratia pecus immisit. 4 ¶ Glans caduca est, quę ex arbore cecidit. 5 ¶ Pascua sylua est, quæ pastui pecudum destinata est.

31. *Vlpianus libro octauo decimo ad Edictum.*

¶ Pratum est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est: ex eo dictũ, quòd paratum sit ad fructum capiendum.

32. *Paulus libro vicensimo quarto (ad Edictum.)*

¶ Minus solutum intelligitur, etiam si nihil esset solutum.

33. *Vlpianus libro vicensimo primo ad Edictum.*

¶ Palam est coram pluribus.

34. *Paulus libro vicensimo quarto (ad Edictum.)*

¶ Actionis verbo etiam persecutio continetur.

35. *Idem libro septimodecimo (ad Edictum.)*

Restituere autem is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicii accepti tempore res ei reddita fuisset, id est & vsucapionis causam, & fructuum.

36. *Vlpianus libro vicensimo tertio (ad Edictum.)*

¶ Litis nomen (omnem) actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.

37. *Paulus libro vicensimo sexto (ad Edictum.)*

¶ Verbum oportere, non ad facultatẽ iudicis pertinet, qui potest vel pluris vel minoris condemnare: sed ad veritatem refertur.

38. *Vlpianus libro vicensimoquinto (ad Edictum.)*

¶ Ostentum Labeo definit omne contra naturam cuiusque rei genitum, factúmque, duo genera (autem) sunt ostentorum: vnum, quotiens quid cõtra naturam nascitur: tribus manibus fortè aut pedibus: aut qua alia parte corporis quæ naturæ contraria est. alterum, cùm quid prodigiosum videtur: quæ Græci φαντάσματα vocant.

39. *Paulus libro quinquagensimo tertio (ad Edictum.)*

¶ Subsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptũ est. nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione vti solebant. 1 ¶ Bona intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno supersunt. 2 ¶ Detestari est absenti denuntiare. 3 ¶ Incertus a possessor est, quem ignoramus.

40. *Vlpianus libro quinquagensimo sexto.*

¶ Detestatio est denuntiatio facta cũ testatione. 1 ¶ Serui appellatio etiã ad ancillã refertur,

a *hæc refer qua apud Theophilũ. §. 25. Inst. de legatis dicuntur περὶ ἀδήλου προσώπου.*

2 ¶ Familiæ appellatione liberi quoque continentur. Vnicus seruus familiæ appellatione non continetur: ne duo quidem familiam faciunt.

41. *Gaius libro vicensimo primo ad Edictum prouinciale.*

¶ Armorum appellatio non vtique scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes, & lapides.

Plenior extat hæc lex apud Theophil. §. 6. Inst. de interdict. τῇ τῶν ὅπλων προσηγορίᾳ οὐ μόνον ἀσπίδες, καὶ ξίφη, καὶ περικεφαλαῖαι σημαίνονται, ἀλλὰ καὶ ξύλα, καὶ λίθοι, καὶ πᾶν ὅπερ βλάπτειν δυνάμενον. Est & ita 10. Eclo. 2. ex lib. 60. tit. 17. c. 9. ὅπλα δὲ εἶναι πάντα τὰ ξύλα, εἴτε ῥόπαλα, λίθοι, ξίφη, ῥομφαῖαι quod sumptum ex l. 3. §. 2. ff. de vi. & vi.

42. *Vlpianus libro quinquagensimo septimo ad Edictum.*

¶ Probrum & opprobriũ, id est probra quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis. vtputà furtum, adulteriũ, natura turpe est. enimuero tutelæ dãnari, hoc non natura probrum est, sed more ciuitatis. nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

43. *Idem libro quinquagensimo octauo (ad Edictum.)*

¶ Verbo Victus continentur quæ esui, potuique, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt. vestem quoque victus habere vicem Labeo ait.

44. *Gaius libro vicensimo secundo (ad Edictum prouinciale.)*

¶ Et cætera quibus tuendi, curandíve corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significantur.

45. *Vlpianus libro (quinquagensimo *octauo* (ad Edictum.)*

¶ In stratum, omne vestimentum contineri, quod iniciatur Labeo ait. neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne palliũ. περίστρωμα. In victu ergo vestem accipiemus, non stragula. in stratu omnẽ stragulam vestẽ.

46. *Idem libro quinquagensimo (ad Edictum.)*

¶ Pronuntiatum & statutum idem potest. promiscuè enim & pronuntiasse & statuisse solemus dicere eos qui ius habent cognoscendi. 1 ¶ Matremfamiliâs accipere debemus eam, quæ non inhonestè vixit, matrem enim familiâs à cęteris fœminis mores discernunt, atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit an vidua, ingenua sit an libertina. nam neque nuptiæ neque natales faciunt matremfamiliâs, sed boni mores.

47. *Paulus libro quinquagensimo sexto ad Edictum.*

¶ Liberationis verbum eandem vim habet quam solutionis.

48. *Gaius libro ad Edictum prætoris vrbani titulo, Qui neque sequantur neque ducantur.*

¶ Solutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico siue vinculis seruatur.

2 ¶ Τῇ φαμιλίᾳ, καὶ οἱ ἐλεύθεροι περιέχονται. εἷς δὲ ἢ δύο δοῦλοι φαμιλίαν οὐ ποιοῦσιν. Eclog. eod. c. 40.

42 ¶ Τῷ ὀνόματι τῶν ὅπλων καὶ τὰ ξύλα, καὶ οἱ λίθοι περιέχονται. Eclo. eo. c. 41.

43 ¶ Τῷ τῆς τροφῆς ὀνόματι καὶ τὰ βρώσιμα, καὶ τὰ πόσιμα περιέχεται· καὶ τὸ ἔνδυμα.

44 ¶ Καὶ τὰ πρὸς ζῆν ἀναγκαῖα, καὶ τὰ πρὸς φυλακὴν ἢ φροντίδα τοῦ σώματος ἐπιτήδεια. Eclog. eod. c. 43.

45 ¶ Τῷ ὀνόματι τῆς στρωμνῆς πᾶσα ἐσθὴς περιέχεται, καὶ τὰ στραγλία, καὶ τὰ παλλία, καὶ πᾶν ὃ περιβαλλόμεθα. τῷ ὀνόματι δὲ τῆς τροφῆς, ἡ ἐσθὴς, οὐ μὴν τὰ στραγλία περιέχεται. Ecl. eo. c. 45.

46 ¶ Τὸ ψηφίσασθαι τῷ διορίσασθαι τὸ αὐτὸ δηλοῖ. Eclog. eod. c. 46.

1 ¶ Σεμνὴν γυναῖκα νοεῖν ὀφείλομεν, τὴν μὴ ἀπρεπῶς ζήσασαν. τὴν γὰρ σεμνὴν γυναῖκα ἐκ τῶν λοιπῶν γυναικῶν οἱ τρόποι διακρίνουσι καὶ χωρίζουσιν. ἀμέλει οὐδὲν διαφέρει πότερον γεγάμηται, ἢ χήρα ἐστίν. εἴτε εὐγενής, εἴτε ἀπελευθέρα ἐστίν. οὔτε γὰρ γάμος, οὔτε γέννησις ποιεῖ τὴν σεμνὴν γυναῖκα, ἀλλὰ τρόποι χρηστοί. Eclog. eod. ca. 46.

47 ¶ Τὸ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα, τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει τῷ τῆς καταβολῆς ὀνόματι. Eclog. eo. c. 47.

49. *Vlpianus libro quinquagensimo nono ad Edictum*

¶ Bonorum appellatio aut naturalis aut ciuilis est: naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est beatos faciunt. beare est prodesse. In bonis autē nostris cōputari sciēdum est non solùm quæ dominii nostri sunt: sed & si à nobis bona fide possideantur, vel superficiaria sint. Æquè bonis adnumerabitur, etiā si quid est, in actionibus, petitionibus, persecutionibus. nam hæc omnia in bonis esse videntur.

50. *Idem libro sexagensimo primo ad Edictum.*

¶ Nurus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda est.

51. *Gaius libro vicensimo tertio ad Edictum prouinciale.*

¶ Appellatione parentis non tantùm pater, sed etiā auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.

52. *Vlpianus libro sexagensimo primo (ad Edictum.)*

¶ Patroni appellatione & patrona cōtinetur.

53. *Paulus libro quinquagensimo (nono) ad Edictum.*

¶ Sæpe ita cōparatum est, vt coniuncta pro disiunctis accipiantur: & disiuncta pro cōiunctis, interdum soluta pro separatis. nam cùm dicitur apud veteres Adgnatorum gentiliúmque, pro separatione accipitur. at cùm dicitur Super pecuniæ tutelæve suæ, tutor separatim sine pecunia dari non potest, & cùm dicimus, Quod dedi aut donaui, vtraque continemus. cùm verò dicimus, Quod eum dare facere oportet, quoduis eorum sufficit probare. cùm [a] verò dicit prætor, Si donum, munus, operas redemerit, si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse. ex re ergo pro coniūctis habentur. si quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur. 1 ¶ Item dubitatum illa *verba* Ope, consilio, quemadmodum accipienda sunt: sententiæ coniungentium, aut separantium. sed verius est, quod & Labeo ait, separatim accipienda: quia aliud factum est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit. sic enim alii condici potest, alii non potest. (&) sanè post veterum auctoritatem cō peruentum est, vt nemo ope videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

[a] Vide l. 9 sup. eod.

54. *Vlpianus libro sexagensimo secundo (ad Edictum.)*

¶ Conditionales creditores dicuntur & hi quibus nondum competit actio, est autem cōpetitura: vel qui spem habent vt competat.

[b] facit ad hāc legem §. 4. in fin. qui apud Theophilum Inst. de verb. oblig.

50 ¶ Τῷ ὀνόματι τῆς νύμφης, καὶ προγύμφη, καὶ ἡ πορρωτέρω δηλοῦται. Eclo. eod. c. 50.

51 ¶ Τῇ τοῦ γονέως προσηγορίᾳ πάντες οἱ ἀνιόντες, ἄρρενες καὶ θήλειαι δηλοῦνται. Eclo. eo. c. 51.

52 ¶ Τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πάτρωνος, ἡ πατρωνίσσα περιέχεται. Eclog. eod. c. 52.

53 ¶ Ὁ συμπλεκτικὸς καὶ διαζευκτικὸς ἰσθ' ὅτι ἀντ' ἀλλήλων παραλαμβάνονται. καὶ παρατίθεται τὰ παραδείγματα, ἐν οἷς φησιν, ὅτι ἐπίτροπος χωρὶς οὐσίας οὐ δίδοται. ὁμοίως καὶ ἐν τῷ κθ. κεφαλαίῳ ἔφη, καὶ ἐρεῖται εἰς τὸ η. Eclo. eod. c. 53.

54 ¶ Ὁμοίως φησὶ περὶ δανειστῶν. Eclog. eod. c. 54. 55. His paucis summam huius & sequentis legis indicat author Eclogæ.

55. *Paulus libro sextodecimo breuis Edicti.*

¶Creditor autem is est, qui exceptione perpetua summoueri non potest. qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

56. *Vlpianus libro sexagensimo secundo (ad Edictum.)*

¶ Cognoscere instrumenta, est relegere & recognoscere. dispungere est conferre accepta & data. ¶Liberorum appellatione continentur non tantùm qui sunt in potestate: sed omnes qui sui iuris sunt, siue virilis, siue fœminini sexus sint, exve fœminino sexu descendentes.

57. *Paulus quinquagensimo nono (ad Edictum.)*

¶Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus quibus præsunt debent, hi magistri appellantur. quinetiam ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur: vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores Magistros appellari à monendo: vel monstrando.

¶ Persequi videtur & qui satis accepit.

58. *Gaius libro vicensimo quarto ad Edictum prouinciale.*

¶ Licet inter [a] gesta & facta videtur quædam esse subtilis differentia, attamen καταχρηστικῶς nihil inter factum & gestum interest.

a 29. sup. eo.

¶ Paternos libertos rectè videmur dicere nostros libertos. liberorum libertos non rectè nostros libertos dicimus.

59. *Vlpianus libro sexagensimo octauo (ad Edictum.)*

¶Portus appellatus est cõclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur; eaque nihilominus statio est conclusa, atque munita. inde angiportum dictum est.

60. *Idem sexagensimo nono (ad Edictum.)*

¶Locus est nõ fundus, sed portio aliqua fundi. fundus autem, integrũm aliquid est. & plerumque sine villa locum accipimus. Cæterum adeò opinio nostra & constitutio locum à fundo separat: vt & modicus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus: non etiam magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio: & quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus, necnon & fundus locus constitui potest: nam si eum alii adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur.

¶ Loci appellationem non solùm ad rustica, verùm ad vrbana quoq; prædia pertinere Labeo scribit. ¶ Sed fundus quidem suos habet fines: locus verò latere potest, quatenus determinetur, & definiatur.

61. *Paulus libro sexagensimo quinto (ad Edictum.)*

¶ Satisdationis appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur.

56 ¶ Γινώσκειν δικαιώματα, ἐστὶν ἀναγινώσκειν καὶ καταγινώσκειν. διαστίζειν δὲ ἐστὶ δικαιώματα, τὸ ἀντεξετάζειν τὰς λήψεις καὶ τὰς δόσεις. Eclog. co. c. 56.

57 ¶ Παῖδες λέγονται καὶ οἱ αὐτεξούσιοι, καὶ οἱ ἐξ ἀρρενογονίας, καὶ οἱ ἐκ θηλυγονίας κατιόντες. τῶν παίδων καὶ ὁ εἷς μόνος περιέχεται. Eclog. cod. c. 56.

58 ¶ Μάγιστροι λέγονται, ἀπὸ μεταφορᾶς ἀρχόντων, οἱ πλέον τῶν ἄλλων προνοεῖν, ὀφείλοντες τῶν ἐπιτεταγμένων αὐτοῖς πραγμάτων. καὶ οἱ διδάσκαλοι οἱασδήποτε ἐπιστήμης. Eclo. cod c. 57.

59 ¶ Λιμήν ἐστι τόπος περικεκλεισμένος, εἰς ὃν εἰσάγονται τὰ φορτία, καὶ ἐξ οὗ ἐξάγονται. τὸ αὐτὸ καὶ στατίων λέγεται. Eclog. cod. c. 59.

60 ¶ Ὁ τόπος μέρος ἀγροῦ ἐστιν, ὁ δὲ ἀγρὸς ὁλόκληρόν ἐστι, καὶ ὡς ἐπίπαν χωρὶς τῶν οἰκημάτων. δύναται δὲ ἀπὸ τῆς διαθέσεως τοῦ κεκτημένου καὶ ὁ τόπος ἀγρὸς εἶναι, ὡς ὅταν αὐτὸν ἀγροῦ παραδῶμεν αὐτόν· καὶ ὁ ἀγρὸς εἶναι τόπος, ὡς ὅταν αὐτὸν ἑτέρῳ προστεθήσομεν ἀγρῷ. ¶ Ὁ δὲ τόπος καὶ ἐπὶ πολιτικῶν καὶ ἀγροικικῶν λέγεται. ¶ Καὶ ὁ ἀγρὸς ἰδίοις ὅροις περικλείεται, ὁ δὲ τόπος δύναται λανθάνειν μέχρι του διήκει. Eclog. cod. c. 60.

61 ¶ Τῇ προσηγορίᾳ τῆς ἱκανοδοσίας ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ὁμολογία περιέχεται Eclo. cod. c. 61.

62 ¶ Τῇ

62 ¶ Τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ξύλου πᾶσα ὕλη πρὸς οἰκοδομὴν ποιοῦσα δηλοῦται. Eclog cod.c.62.

63 ¶ Τὸ παρὰ σοὶ πλέον ἐστὶ τοῦ πρός σε. πρός σε γάρ ἐστι, τὸ ὁπωσοῦν ὑπό σου κρατούμενον· παρὰ σοὶ δέ ἐστι τρόπῳ τινὶ νεμόμενον. Eclog.cod.c.63.

64 ¶ Ἀδιάθετός ἐστιν, οὐ μόνον ὁ μὴ διαθέμενος, ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ κληρονομούμενος ἐκ διαθήκης. Eclog. cod.c. 64.

65 ¶ Κληρονόμος λέγεται, οὐ μόνον ὁ πρῶτος, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ κληρονόμου κληρονόμος, καὶ οἱ ἑξῆς. Eclog.cod.c. 65.

67 ¶ Τὸ πραθὲν καὶ ὂν παρὰ τῷ πράτῃ, οὐ λέγεται ἐκποιηθὲν, ἀλλὰ πραθέν. Eclog.cod.c.67.

70 ¶ Ἡ τοῦ κληρονόμου προσηγορία εἰς τοὺς πορρωτέρω ἐκτείνεται. σπανίως δὲ ὁ πρῶτος δηλοῦται, ὡς ἐπὶ τῆς ἀνήβου ὑποκαταστάσεως. ἐὰν γὰρ εἴπω κληρονόμον εἶναι τοῦ ἀνήβου τὸν γενόμενόν μου κληρονόμον, οὐ περιέχεται ὁ τοῦ κληρονόμου μου κληρονόμος. Ecl.cod.c.70.

62. Gaius libro vicensimo sexto ad Edictum prouinciale.

¶ Tigni appellatione in lege duodecim tabularum omne genus materiæ, qua ædificia constant, significatur.

a Paulo aliter extat apud § Harmeno c. §.13. Paulo aliter extat apud Theophil. §.29. de rerū diuis.

63. Vlpianus libro septuagensimo primo ad Edictum.

¶ Penes te, amplius est, quàm Apud te. nam apud te est, quod qualiter qualiter à te tenetur: penes te est, quod quodam modo possidetur.

64. Paulus libro sexagensimo septimo ad Edictum.

¶ Intestatus est non tantùm qui testamentum non fecit: sed etiam cuius ex testamento hæreditas adita non est.

65. Vlpianus libro septuagensimo secundo ad Edictum.

¶ Heredis appellatio non solùm ad proximum heredem, sed & ad vlteriores fertur. Nā & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

66. Idem libro septuagensimo quarto ad Edictum.

¶ Mercis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet.

67. Idem septuagensimo sexto ad Edictum.

¶ Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet. venditum tamen rectè dicetur. ¶ Donationis verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.

68. Idem septuagensimo septimo ad Edictum.

¶ Illa verba, Arbitratu Lucii Titii fieri, ius significant, & in seruum non cadunt.

69. Idem septuagensimo octauo ad Edictum.

¶ Hæc verba, Cui rei dolus malus (aberit,) Afuerit, generaliter comprehendit omnem dolum, quicumque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

70. Paulus libro septuagensimo (ad Edictum.)

¶ Sciendum est heredem etiam per multas successiones accipi. nam paucis speciebus heredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis. Quisquis mihi heres erit, idem filio heres esto: vbi heredis heres non continetur, quia incertus est. item in lege Ælia Sentia filius heres proximus potest libertum vt ingratum accusare, non etiā si heredi heres extiterit. idem dicitur in operarum exactione, vt filius heres exigere possit, non ex successione effectus. ¶ Verba hæc, Is ad quem ea res pertinet, sic intelliguntur, vt qui in vniuersum dominium vel (iure ciuili) vel iure prætorio succedit, contineatur.

71. *Vlpianus libro septuagensimo nono ad Edictum.*

¶ Aliud est capere, aliud accipere. capere, cum effectu accipitur. accipere, & si quis non accepit vt habeat. ideoque non videtur quis capere quod erit restituturus: sicut peruenisse propriè illud dicitur quod est remansurum. ¶ Hæc verba His rebus recte Præstari, hoc significant, ne quod periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

71 ¶ Ἕτερον λαβεῖν καὶ ἕτερον δέξασθαι. τὸ λαβεῖν, ἐν δυνάμεως νοεῖται. δέξασθαι δὲ κἂν οὐκ ἔχῃ ὅπως τις ἐδέξατο, ἵνα ἔχῃ. διὰ τοῦτο οὐ δοκεῖ τις λαβεῖν, ὅπερ μέλλει ἀποκαταστῆσαι· ὥσπερ ἐληλυθέναι κυρίως ἐκεῖνο λέγεται, τὸ ἀπομένειν μέλλον. Ecl. eo. c. 71.

72. *Paulus libro septuagensimo sexto (ad Edictum.)*

¶ Appellatione rei pars etiam continetur.

73. *Vlpianus libro octogensimo (ad Edictum.)*

¶ Hæc verba in stipulatione posita, Eam rem rectè restitui, fructus continent. Rectè enim verbum pro viri boni arbitrio est.

73 ¶ Τὸ ἐπερωτῆσαι, πρᾶγμα ὀρθῶς ἀποκατασταθῆναι, δηλοῖ μετὰ τῶν καρπῶν. Eclo. eo. c. 73. Harmen. eod. §. 21.

74. *Paulus libro secundo ad Edictum ædilium curulium.*

¶ Signatorius anulus ornamenti appellatione non continetur.

75. *Idem libro quinquagensimo (ad Edictum.)*

¶ Restituere is videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.

75 ¶ Ἀποκαταστῆσαι δοκεῖ, ὁ διδοὺς τῷ ἐνάγοντι, ὅπερ ἤμελλεν ἔχειν μὴ δικασάμενος. Eclog. eo. c. 75.

76. *Idem libro (quinquagensimo primo) ad Edictum.*

¶ Dedisse intelligendus est etiam is qui permutauit, vel compensauit.

77. *Idem (libro quadragensimo nono ad Edictum.)*

¶ Frugem pro reditu appellari, non solùm (quod) frumentis, aut leguminibus: verum & (quod) ex vino, syluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse quibus homo vescatur falsum esse: nō enim carnem, aut aues, ferásve, aut poma fruges dici: frumentum autem id esse, quod arista se teneat, rectè Gallum definisse. lupinum verò & fabam fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur, quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

77 ¶ Τὸν καρπὸν αὐτὶ προσόδου καλεῖσθαι ἤρεσεν, οὐ μόνον τὸν ἀπὸ πυρῶν, ἢ ὀσπρίων, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ οἴνου, ἢ ὑλῶν τεμνομένων. Eclog. eo. c. 77.

78. *Paulus libro tertio ad Plautium.*

¶ Interdum proprietatem quoque verbum possessionis significat, sicut in eo qui possessiones suas legasset, responsum est.

78 ¶ Ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τῷ ὀνόματι τῆς νομῆς ἡ δεσποτεία δηλοῦται. ὡς ἔνθα τις τὰς νομὰς αὐτοῦ ληγατεύει. Eclo. eo. c. 78.

79. *Idem libro sexto ad Plautium.*

¶ Impensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit.

1 ¶ Vtiles impēsas esse Fulcinius ait, quæ meliorē dotē faciant, (non) deteriorē esse non sināt: ex quibus reditus mulieri acquiratur, sicuti arbusti pastinatione vltra quā necesse fuerat:

a Al. ἀναγκαῖα. & ἀναγκαίας δαπανωμένας. dicuntur. 29. Eclo. 1. ex tit. 10. c. 1. 3.

79 ¶ Χρησίμους a δαπάνας ἤρεσεν εἶναι τὰς βελτίω ποιούσας τὴν προῖκα, οὐ μὴν συγχωρούσας εἶναι αὐτὴν χείρω. ἐξ ὧν πρόσοδος τῇ γυναικὶ προσπορίζεται. οἷον ὡς ἐπὶ τῶν τοῦ ἄλσους φιλοκαλίας περὶ οὐ ἐπαναγκὲς ἦν. ὁμοίως

ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς διαδοχῆς (alii διδαχῆς) τῶν παίδων ὧν ἕνεκα βαρυνέσθαι τὴν γυναῖκα ἀγνοοῦσαν ἢ ἄκουσαν οὐ χρὴ, ἵνα μὴ ἀναγκάσθῃ τοῦ ἀγροῦ, ἢ τῶν ἀνδραπόδων στερῆσθαι.

item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel inuitam non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. in his impensis & pistrinum, & horreum insulæ dotali adiectum plerunque dicemus.

2 ¶ Ἐπιτερπεῖς δὲ δαπάναι εἰσίν, αἱ τὸ εἶδος μόνον κοσμοῦσαι, οὐ μὴν καὶ τὸν καρπὸν αὔξουσαι. ὡς ἐπὶ τὰ χλοηφόρα γήδια, καὶ τὰ ἀνάβρυτα ὕδατα καὶ αἱ μαρμαρώσεις, καὶ αἱ λωρικατίωνες, καὶ αἱ ζωγραφίαι. Eclog. eo. c. 79.

2 ¶ Voluptariæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, vt sunt viridia, & aquæ salientes, incrustrationes, loricationes, picturæ.

a Διὰ χλόης & πηγαὶ ἐπιτερπήματα dicuntur ibidem c. 1. & 4.

80 ¶ Τῇ γενικῇ τῶν λεγάτων ἐπαναλήψει, καὶ ἐλευθερίαι περιέχονται. Eclog. eo. c. 80.

80. *Idem libro nono ad Plautium.*

¶ In generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum.

b Διὰ τί ἐλευθερίαι ἐπιτερπήματα etiã dicuntur.

81 ¶ Ὅτι διακαλεῖται ἀποκαταστῆναι κτίσμα καὶ τὴν συμβᾶσαν ζημίαν λαμβάνει ὁ ἐνάγων. τῷ γὰρ ῥήματι τῆς ἀποκαταστάσεως, ἡ χρησιμότης τοῦ ἐνάγοντος περιέχεται. Eclog. eo. c. 81.

81. *Idem libro decimo ad Plautium.*

¶ Cùm prætor dicat, vt opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet: nam verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

82. *Idem libro quarto decimo ad Plautium.*

¶ Verbum Amplius ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur, sicuti ex contrario minus solutum videtur, etiam si nihil esset exactum.

83. *Iauolenus libro quinto, ex Plautio.*

¶ Propriè bona dici non possunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent.

84 ¶ Τῇ τοῦ υἱοῦ προσηγορίᾳ, πάντας τοὺς παῖδας νοοῦμεν. Eclo. eo. c. 83.

84. *Paulus libro secundo ad Vitellium.*

¶ Filii appellatione, omnes liberos intelligimus.

85 ¶ Τρεῖς σύστημα ποιοῦσιν. Eclog. eo. c. 84.

85. *Marcellus libro primo Digestorum.*

¶ Neratius Priscus tres facere existimat collegium. & hoc magis sequendum est.

86 ¶ Τὰ δικαιώματα τῶν ἀγρῶν αὐτοὶ οἱ ἀγροὶ εἰσὶ, τουτέστι ἡ καλλονὴ, ἡ ὑγία καὶ τὸ μέγεθος. Eclo. eod. c. 85.

86. *Celsus libro quinto Digestorum.*

¶ Quid aliud sunt iura prædiorum, quàm prædia æqualiter se habentia, vt bonitas, salubritas, amplitudo?

87. *Marcellus libro duodecimo Digestorum.*

¶ Vt Alfenus ait, vrbs est Roma, quæ muro cingeretur: Roma est etiam, qua continentia ædificia essent. Nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi, cùm diceremus Romam nos ire, etiam si extra vrbem habitaremus.

c Dixi ad l. 2. sup. eod.

88 ¶ Σχεδὸν πάντα ἕκαστος χρήματα καταλιμπάνει, ὅσα ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀθροισθῆναι δύναται. οὕτω λέγομεν ἑκατοντάρχας ἐκατὸν χρυσοῦς ἔχειν τὸν [d] μόνον ἐν κτήμασι, καὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν ἔχοντα οὐσίαν. Ecl. eo. c. 88.

88. *Celsus libro octauodecimo Digestorum.*

¶ Tantum quisque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici potest. sic dicimus, centies aureorum habere, qui tantum in prædiis cæterisque similibus rebus habeat. non idem est in fundo alieno legato, quanquam is hereditaria pecunia parari potest, neque quisquam eum qui pecuniam numeratam habet, habere dicit quidquid ex ea parari potest.

d τὸν μόνον ἐν κτήμασι, &c.

89. Pomponius libro sexto ad Sabinum.

¶Boues magis armentorum quàm iumentorum generis appellantur. 1 ¶Hoc sermone, DVM NVPTA ERIT, primæ nuptiæ significantur. 2 ¶Inter edere & reddi rationes, multum interest: nec is qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur, etiam si quod reliquum sit apud eum non soluat.

90. Vlpianus libro vicensimoseptimo ad Sabinum.

¶Qui, vti optimæ maximæque sunt ædes tradit, non hoc dicit, seruitutem illis deberi: sed illud solùm, ipsas ædes liberas esse, hoc est nulli seruire.

91. Paulus libro secundo fideicommissorum.

¶Meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

92. Idem libro septimo Quæstionum.

¶Proximus est, quem nemo antecedit: supremus est, quem nemo sequitur.

93. Celsus libro nonodecimo Digestorum.

¶Mouentium, item mobilium appellatione idem significamus, si tamen apparet, defunctum animalia duntaxat, quia se ipsa mouerent, mouentia vocasse, quod verum est.

94. Idem libro vicensimo Digestorum.

¶Verbum reddendi quanquam significatũ habet retrodandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

95. Marcellus libro quarto decimo Digestorum.

¶Potest reliquorum appellatio & vniuersos significare.

96. Celsus libro vicesimo quinto Digestorum.

¶Litus est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idque Marcum Tullium aiũt, cùm arbiter esset, primum cõstituisse. 1 ¶Prædia dicimus aliquorum esse, non vtique communiter habentium ea: sed vel alio aliud habente.

97. Idem libro trigensimo secundo Digestorum.

¶Cùm stipulamur, Quãta pecunia ex hereditate Titij ad te peruenerit, res ipsas quæ peruenerunt, nõ pretia earum spectare videmur.

98. Idem libro trigensimo nono Digestorum.

¶Cùm bisextum Kalendis est, nihil refert, vtrum priore, an posteriore die quis natus sit, & deinceps sextum Kalendas eius natalis dies est, nam id biduum pro vno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatum non est, sexto Kalendas natus, cùm bisextum Kalendis est, priorem diem natalem habet.

¶89 Οἱ βόες τῶν βουκολίων εἰσὶ μᾶλλον ἢ τῶν ὑποζυγίων. Eclog. eod. c. 89.

2 ¶Διαφέρει ἀποδεῖξαι λόγους τοῦ ἐκδοῦναι. ὁ γὰρ κελευσθεὶς ἐκδοῦναι, οὐ δίδωσι τὰ λοιπαζόμενα. Eclo. eo. c. 89.

93 ¶Τὸ, κινητὰ καὶ κινούμενα, τὸ αὐτὸ δηλοῖ, εἰ μὴ ἄρα δειχθῇ ὁ διαθέμενος τὸ κινούμενα, νοήσας ἐπὶ τῶν ἐμψύχων. Eclog. eod. c. 93.

94 ¶Ἀναδοῦναι καὶ τὴν δόσιν δηλοῖ. Eclog. eod. c. 94.

95 ¶Τῷ ὀνόματι τῶν λοιπῶν καὶ τὸ πᾶν σημαίνεται. Eclog. eod. c. 95.

96 ¶Αἰγιαλός ἐστι μέχρις οὗ τὸ μέγιστον τῆς θαλάσσης ἐκβρέχει κῦμα. Eclo. eod. c. 112. hoc est 112. §. eod.

97 ¶Ἐὰν ἐπερωτήσω σε, ὅσα χρήματα εἰς σε περιέλθῃ, ἀπὸ τῆς κληρονομίας τοῦδε, αὐτὰ τὰ πράγματα δοκῶ ἐπερωτᾷν, οὐ μὴν τὰ τιμήματα αὐτῶν. Eclog. eod. c 97.

98 ¶Εἴτε ἐν τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ τοῦ βισέξτου, εἴτε ἐν τῇ β. τεχθῇ τις, ἀδιάφορόν ἐστιν. ἐξ ἐκείνου γὰρ τὸ εἰκοσὸν ἕκτον ἔτος ψηφίζεται, ὡς τῶν δύο ἡμερῶν, ἀντὶ μιᾶς παραλαμβανομένων. Harmenop. eod. §. 33.

99 ¶Γνῶσιν

99 ¶ Γνῶσιν νοεῖν δυνάμεθα, καὶ τὴν διάγνωσιν καὶ τὴν δικαιοδοσίαν. Eclog. eo.c.99.

1 ¶ Δικαιώματά ἐστι, ἃ τὰ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς δίκης συμβαλλόμενα πρόσωπα. Eclo.eod.c.99.

100 ¶ Ἐπίσημα πρόσωπα λέγεται, τὰ τῶν λαμπροτάτων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. Eclog.eo.c.100.

101 ¶ Μεταξὺ φθορᾶς καὶ μοιχείας τοῦτο διαφέρειν τινὲς δοξάζουσι, ὅτι ἡ μοιχεία εἰς τὴν γεγαμημένην, ἡ δὲ φθορὰ εἰς τὴν χήραν πλημμελεῖται. ὁ δὲ περὶ μοιχείας λόγος (alii νόμος legunt) ἀδιαφόρως (alii ἀδιαφθόρως) τούτῳ τῷ λόγῳ χρῆται. Eclog.eod.c.101.

1 ¶ Διαζύγιον μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς, γίνεσθαι λέγεται· διαζύγιον δὲ τῇ μνηστῇ πέμπεσθαι δοκεῖ, ὅπερ καὶ εἰς πρόσωπον τῆς γαμετῆς οὐκ ἀήθως (alii σύνηθως) πίπτει. Eclog eod.c.101. Harmenop. eod.§.8.9. 2 ¶ Ἀληθές ἐστι τὸ, νόσον εἶναι τὴν πρόσκαιρον τοῦ σώματος ἀσθένειαν· πάθος δὲ ἐστι διηνεκὲς τοῦ σώματος ἐμπόδιον. Eclog.eod.c.101.

3 ¶ Δούλων λεγατευομένων καὶ δοῦλαι κεχρεώστηνται. Eclo.eod.c.101.

102 ¶ Ἀπομειοῦται νόμου τι ἢ ἀποδαπανᾶται ἀποδαπανᾶται, ὅταν παντελῶς ὁ νόμος ἀναιρεῖται. Eclog.eod.c.102.

103 ¶ Τὰ κεφαλικὰ, θάνατον δηλοῦσι, καὶ πολιτείας ἔκπτωσιν. Harmen. eod. §.19.Eclog.eod.c.103.

¶ Cato putat mensem intercalarem additiciũ esse, omnésque eius dies pro momento temporis obseruat, extremóque diei mensis Februarij adtribuit Quintus Mucius. 1 ¶ Mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo.

99. *Vlpianus libro primo de officio Consulis.*

¶ Notionem accipere possumus, & cognitionem & iurisdictionem. 1 ¶ Continentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiæ iunctæ sunt: vt putà Galliam. sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia diuiditur. 2 ¶ Instrumentorum appellatione quæ comprehendãtur, perquàm difficile erit separare. quæ enim propriè sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscimus, si in præsentiam personæ quæ instruere possit dilatio petatur, putà qui actum gessit, licèt in seruitute, vel qui actor fuit constitutus: putem videri instrumẽtorum causa peti dilationem.

100. *Idem libro secundo de officio Consulis.*

¶ Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas vtriusque sexus, item eorum qui ornamentis senatoris vtuntur.

101. *Modestinus libro nono Differentiarum.*

¶ Inter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur, sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur.

1 ¶ Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur: repudiũ verò sponsæ remitti videtur, quod & in vxoris personã non absurdè cadit. 2 ¶ Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: vitium verò perpetuum corporis impedimentum. veluti si talum excussit. nam & luscus itaque vitiosus est.

3 ¶ Seruis legatis etiam ancillas deberi quidam putant: quasi commune nomen vtrunque sexum contineat.

102. *Idem libro septimo Regularum.*

¶ Derogatur legi, aut abrogatur. derogatur legi, cùm pars detrahitur. abrogatur legi, cùm prorsus tollitur.

103. *Idem libro octauo Regularum.*

¶ Licèt capitalis Latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis, vel amissionis ciuitatis intelligenda est.

104. *Idem libro secundo Excusationum.*

¶ (H) τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. id est. *Natorum appellatio & ad nepotes extenditur.*

105. *Idem libro vndecimo Responsorum.*

¶ Modestinus respondit, his verbis, Libertis libertabúsque meis libertum libertæ testatoris non contineri.

106. *Idem libro singulari de Præscriptionibus.*

¶ Dimissoriæ literæ dicuntur, quæ vulgo apostoli dicuntur, dimissoriæ autē dictæ, quòd causa ad eum qui appellatus est, dimittitur.

107. *Idem libro tertio Pandectarum.*

¶ Assignare libertum, hoc est, testificari cuius ex liberis libertum eum esse voluit.

108. *Idem libro quarto Pandectarum.*

¶ Debitor intelligatur is, à quo inuito exigi pecunia potest.

109. *Idem libro quinto Pandectarum.*

¶ Bonæ fidei emptor esse videtur, qui ignorauit eam rem alienam esse: aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere, putà procuratorem aut tutorem esse.

110. *Idem libro sexto Pandectarum.*

¶ Sequester dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerūt: dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur.

111. *Iauolenus libro sexto ex Cassio.*

¶ Censeri est constituere, & præcipere. vnde etiam dicere solemus, censeo hoc facias: & semel aliquid censuisse. inde censoris nomen videtur esse tractum.

112. *Idem libro vndecimo ex Cassio.*

¶ Litus publicum est eatenus, qua maximè fluctus exæstuat. idémque iuris est in lacu, nisi is totus priuatus est.

113. *Idem libro quartodecimo ex Cassio.*

¶ Morbus sonticus est, qui cuique rei nocet.

114. *Idem libro quintodecimo (ex Cassio.)*

¶ Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

115. *Idem libro quarto Epistularum.*

¶ Quæstio est fundus à possessione vel agro, vel prædio quid distet. Fundus omne quidquid solo tenetur. Ager est (si) species fundi ad vsum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris proprietate distat. quidquid enim apprehendimus cuius proprietas ad nos nō pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. possessio ergo vsus, ager proprietas loci est. Prædium vtriusque supra-

a Ἐξεῖναι τῷ πάτρωνι πολλοὺς ἔχοντι παῖδας ἑνὶ τούτων ἀδιστάκτως ἢ προσκυρῶσαι τὸν ἀπελεύθερον. *Theophil.* περὶ προσκυρώσεως ἀπελευθέρων.

b Χειμέριον κῦμα ἐξ ἑνὸς, &c. *Duobus locis ita legit Harmenop.* li. 2. ti. 1. §. 37. & ti. 4. §. 147. & *Theophil.* §. 1. Inst. de rerum diuis. *addit* χειμέριον μέγιστον ἐξιὸν κῦμα.

104 ¶ Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ εἰς τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. Eclog. eod. c. 104.

105 ¶ Τὸ εἰπεῖν, τοὺς ἀπελευθέρους μου, οὐ δηλοῖ καὶ τὴν ἀπελευθέραν τοὺς ἀπελευθέρους. Eclog. eod. c. 105.

107 ¶ Ἔχων τις δύο υἱοὺς ἢ πλείους ἀπὸ νομίμων γάμων, δύναται τῶν ἐν αὐτῶν ἐν ζωῇ ἢ κατὰ διαθήκας προσκυρῶσαι [a] τὸν ἴδιον ἀπελεύθερον. κἀκεῖνος εὑρίσκεται μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς, μόνος πάτρων. 49. Eclog. 5.

109 ¶ Καλῇ πίστει ἀγοραστὴς εἶναι δοκεῖ, ὁ ἀγνοήσας τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἀλλότριον εἶναι ἢ νομίσας τὸν πωλήσαντα δίκαιον ἔχειν τοῦ πωλεῖν. οἷον, φροντιστὴν ἢ ἐπίτροπον εἶναι. Eclo. eo. c. 109.

110 ¶ Μεσεγγυητής ἐστι, παρ᾽ ᾧ πολλοὶ ἐπίδικον παρατίθενται πρᾶγμα. Eclo. eod. c. 110. & 13. tit. 2. περὶ μεσεγγυητῶν.

111 ¶ Κενσεύειν ἐστὶ τὸ διατάττειν ποιῆσαι, καὶ τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν τί ποτε κεκεικέναι. ἐκεῖθεν τὸ τοῦ κένσωρος ὄνομα δοκεῖ εἱλκύσθαι. Eclog. eod. c. 111.

112 ¶ Αἰγιαλός ἐστι, μέχρις οὗ τὸ μέγιστον τῆς θαλάσσης [b] ἐκβράσσει κῦμα. Eclog. cod. c. 112. quæ sanè species est infr. 96. §. eod.

113 ¶ Νόσος ὀλεθρία ἐστὶν, ἡ ἑκάστῳ πράγματι λυμαινομένη. Eclog. 113.

115 ¶ Φοῦνδος ἐστὶ πᾶν ὅτι δήποτε ὑπὸ τοῦ ἐδάφους κρατεῖται. Eclog. eod. c. 115.

116 ¶ Τῇ

116 ¶ Τῇ τοῦ υἱοῦ προσηγορίᾳ, καὶ ἡ θυγάτηρ περιέχεται. Eclog. eod. c. 116.

118 ¶ Πολέμιοι εἰσὶν, οἱ πρὸς ἡμᾶς, ἢ πρὸς οὓς ἡμεῖς δημόσιον ψηφιζόμεθα πόλεμον. οἱ δὲ ἄλλοι λῃσταὶ ἢ κλέπται εἰσίν. Eclog. eod. c. 118.

120 ¶ Ὁ παλαιότατος ἡμῖν τῶν νόμων καὶ πρῶτος σχεδὸν τὴν πολιτείαν Ῥωμαίων διάταξις φησὶ (φαμὲν δὲ τὴν δωδεκάδελτον, κατὰ τὴν ἀρχαίαν καὶ πάτριον γλῶτταν οὑτωσί πω λέγων, Vti legassit quisque de re sua, ita ius esto; οὐδενὸς δυναμένου παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην, οὐδ' ἂν εἰ θεῖον πράττοι τύπον. Nouell. 22. c. 2.

121 ¶ Ὁ τόκος τῶν ἀργυρείων οὐκ ἔστι καρπός. Eclog. eod. c. 120.

123 ¶ Τὸ ῥῆμα τὸ, εἴη, ἐνίοτε καὶ τὸ παρῳχηκότα δηλοῖ· ὅπερ ἀναγκαῖον ἐστιν ἡμῖν εἰδέναι· καὶ ὅταν κωδίκελλοι ὑπὸ βεβαιωθῶσιν ἐν διαθήκῃ, ὅπερ ἐν τοῖς κωδικέλλοις γραφὲν εἴη,

scriptæ generale nomen est. nam & ager & possessio huius appellationis species sunt.

116. *Idem libro primo Epistularum.*

¶ Quisquis mihi alius filij filiúsve heres sit, Labeo non videri filiam contineri: Proculus contra. mihi Labeo videtur verborum figuram sequi. Proculus mentem testantis. respondit, non dubito quin Labeonis sententia vera non sit.

117. *Idem libro nono Epistularum.*

¶ Non potest videri minus soluisse is, in quem amplioris summæ actio non competit.

118. *Pomponius libro secundo ad Quintum Mucium.*

¶ Hostes hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus. cæteri latrones, aut prædones sunt.

119. *Idem libro tertio (ad Quintum Mucium.)*

¶ Hereditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem: iuris enim nomen est, sicut bonorum possessio.

120. *Idem libro quinto (ad Quintum Mucium.)*

¶ Verbis legis duodecim tabularum his, vti legassit suæ rei, ita ius esto, latissima potestas tributa videtur, & heredis instituendi, & legata & libertates dandi: tutelas quoque constituendi: sed id interpretatione coangustatū est vel legum, vel auctoritate iura constituentiū.

121. *Idem libro sexto (ad Quintum Mucium.)*

¶ Vsura pecuniæ, quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est noua obligatione.

122. *Idem libro octauo ad Quintum Mucium.*

¶ Seruius ait, si ita scriptum sit, Filio, filiisque meis hosce tutores do, masculis duntaxat tutores datos, quoniam singulari casu hoc, filio, ad pluralem videtur transisse, continētem eundem sexum quem singularis prior positus habuisset. sed hoc facti, non iuris habet quæstionem: potest enim fieri, vt singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit. quod magis rationabile esse videtur.

123. *Idem libro vicensimo sexto ad Quintum Mucium.*

¶ Verbum erit interdum etiam præteritū, nec solùm futurū tēpus demōstrat. quod est nobis necessariū scire, & cum codicilli ita cōfirmati testamento fuerint, Quod in codicillis scriptū

erit, Vtrúmne futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat. quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est. Quemadmodum autem hoc verbum Est non solùm præsens, sed & præteritum tempus significat: ita & hoc verbum Erit non solùm futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat. Nam cùm dicimus, Lucius Titius Solutus est (ab) obligatione: & præteritum, & præsens significamus: sicut hoc, Lucius Titius alligatus est. & idem fit cùm ita loquimur, Troia capta est. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum.

πότερον τ̃ μέλλοντος χρόνου δήλωσις ἐσται, ἢ καὶ τ̃ παρελθόντος, εἰγε προγραφέντας κωδικέλλους τις καταλίποι; ἅπερ ἐκ τ̃ βουλήσεως τοῦ γράψαντος ἑρμηνευτέον ἐστίν. Eclog. eod. c. 122. Τὸ ἐστι, καὶ τ̃ ἐνεστῶτα καὶ τ̃ παρεληλυθότα σημαίνει, ὥσπερ καὶ τὸ, ἔσται.

124. *Proculus libro secundo Epistularum.*

¶ Hæc verba, Ille aut ille, non solùm disiunctiuæ, sed etiam subdisiunctiuæ orationis sunt. disiunctiuum est, veluti cum dicimus, Aut dies aut nox est, quorum posito altero, necesse est tolli alterum. item sublato altero, poni alterum. ita simili figuratione verbum potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiui autem genera sunt duo: vnum, cùm ex propositis finibus ita non potest vterque esse, vt possit neuter esse: veluti cùm dicimus, Aut sedet, aut ambulat. nam vt nemo potest vtrumque simul facere, ita aliquis potest neutrum, veluti is qui accûbit. Alterius generis est, cùm ex propositis finibus ita non potest neuter esse, vt possit vtrumque esse: veluti cùm dicimus, Omne animal aut facit aut patitur. nullũ est enim quod nec faciat, nec patiatur. at potest simul & facere & pati.

124 ¶ Τὸ εἰπεῖν, τὸ δεῖνα ἢ τὸ δεῖνα γένηται ἢ δοθῇ, οὐ πάντως διαζευκτικόν ἐστι, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ ὑποζευκτικὸν, καὶ δεῖ τὰ δύο γενέσθαι ἢ δοθῆναι. Eclog. eod. c. 124.

125. *Idem libro quinto Epistularum.*

¶ Nepos Proculo suo salutem. ab eo qui ita dotem promisit, Cùm commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum, putásne protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid si ita promisisset, Cùm potuero, doti erunt? quòd si aliquam vim habeat posterior obligatio, Possit verbum quomodo interpretaris? vtrum ære alieno deducto, an extante? Proculus: cum dotẽ qui (ita) promisit, Cùm potuero, doti tibi erunt centum: existimo ad idquod actum est, interpretationem redigendam esse. nam qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex his quæ significantur, sensit. propius est tamen: vt hoc eum sensisse existimem: deducto ære alieno potero. potest etiam illa accipi significatio, cùm salua dignitate mea potero. quæ interpretatio ex ea magis accipienda est, si ita promissum est, Cùm commodum erit, hoc est, cùm sine incommodo meo potero.

126. *Idem libro sexto Epistularum.*

¶ Si cum fundum tibi darem, legem ita dixi, Vti optimus maximúsque esset, & adieci, ius fundi deterius factum non esse per dominum: præstabitur. amplius eo præstabitur

128 ¶ Εὐνοῦχος ὄνομά ἐστι γενικόν. τέμνεται δὲ εἰς γ΄. τῶν γὰρ δυστυχούντων οἱ μὲν εἰσὶ σπάδωνες, οἱ δὲ καστράτοι, οἱ δὲ θλιβίαι. 3. Eclo. 1. 52. 2. Harmenop. 8. §. 2. Theophil. §. 9. Inst. de adopt. vbi fusiùs explicatur qui illi sint.

129 ¶ Ὁ τεχθεὶς νεκρὸς, οὔτε γεννᾶσθαι δοκεῖ, οὔτε παῖς λέγεται. Eclog. cod. c. 128. Harmenop. cod. §. 22. & 23. Vbi vide Scholion.

131 ¶ Ἕτερόν ἐστι βλάβος, καὶ ἕτερον ποινή· βλάβος μὲν γὰρ, δίχα ποινῆς δύναται εἶναι· ποινὴ δὲ δίχα βλάβους, οὐ δύναται· ποινή ἐστι ἁμαρτήματος ἐκδίκησις· βλάβος δὲ καὶ τὸ ἁμάρτημα λέγεται, καὶ ὡσανεὶ ποινῆς προπαρασκευή τις. Eclo. cod. c. 131.

1 ¶ Μεταξὺ δὲ τοῦ προστίμου καὶ τῆς ποινῆς, πολὺ διαφέρει. ἐπειδὴ ἡ ποινὴ γενικόν ἐστιν ὄνομα, ἡ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων κόλασις. τὸ δὲ πρόστιμον, ἰδικοῦ ἁμαρτήματος δίκαια οὗτινος ἡ ἐπιγραφὴ σήμερον χρηματική ἐστίν. ἡ δὲ ποινὴ οὐ μόνον χρηματικὴ ἐπάγεσθαι εἴωθεν. ἀλλὰ καὶ ἐγκληματική, καὶ τὸ μὲν πρόστιμον, ἐκ δοκιμασίας ἔρχεται τοῦ λέγοντος τὸ πρόστιμον. ποινὴ δὲ οὐκ ἐπάγεται, εἰ μὴ ἐξ ἑκάστου νόμου, ἢ ἰδικοῦ νομίμου, ἰδικῶς τῷ ἐγκλήματι ἐπιτεθεῖσα Harmenop. co. §. 42. 43. Vbi vide Scholion amplissimum. adde l. 244. infr. co.

nihil: etiam si prior pars, qua scriptum est, Vti optimus maximúsque sit, liberum esse significat, eóque si posterior pars adiecta non esset, liberũ præstare deberẽ tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præstare debeam, quàm ius fundi per dominum deterius factum non esse.

127. *Callistratus libro quarto de Cognationibus.*

¶ Vestis appellatione tam virilis quàm muliebris, & scenica, etiam si tragica, aut citharœdica sit, continetur.

128. *Vlpianus (libro) primo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Spadonum generalis appellatio est. quo nomine tam hi qui natura spadones sunt, item thlibiæ, thlasiæ: sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur.

129. *Paulus libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

130. *Vlpianus libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Lege obuenire hereditatem non impropriè quis dixerit, & eam quæ ex testamento defertur: quia lege duodecim tabularum testamentariæ hereditates confirmantur.

131. *Idem libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Aliud fraus est, aliud pœna. fraus enim sine pœna esse potest, pœna sine fraude esse nõ potest. pœna est noxę vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam pręparatio.

1 ¶ Inter multam autem & pœnam multum interest: cùm pœna generale sit nomen, omnium delictorũ coercitio: multa specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & existimationis irrogari solet. & multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. quinimo multa ibi dicitur, vbi specialis pœna non est imposita. Item multam is dicere potest, cui iudicatio data est: magistratus solos, & præsides prouinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est: pœnam autem vnusquisque inrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio com-

petit.

132. *Paulus libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi id ita esse declarat. Ante diem decimum Kalendarum, Post diem decimum Kalendarum. neque vtro enim sermone vndecim dies significantur.

1 ¶ Falsum est eam peperisse cui mortuæ filius ex sectus est.

133. *Vlpianus libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Si quis sic dixerit, vt intra diem mortis eius aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

134. *Paulus libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Anniculus non statim vt natus est, sed trecentesimo sexagensimo quinto die dicitur. incipiente plane, non exacto die. quia annum ciuiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

135. *Vlpianus libro quarto ad legẽ Iuliam & Papiã.*

¶ Quæret aliquis, si portentosum, vel monstrosum, vel debile mulier ediderit, vel qualem visu vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quàm hominis partum: an quia enixa est, prodesse ei debeat, & magis est, vt hæc quoque parentibus prosint. nec enim est quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtemperauerunt, neque id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet.

136. *Idem libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Generi appellatione & neptis & proneptis, tam ex filio, quàm ex filia editorum, cæterarúmque maritos contineri, manifestum est.

137. *Paulus libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Ter & enixa videtur etiam, quæ trigeminos pepererit.

138. *Idem libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur.

139. *Vlpianus libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in [a] continentibus Romæ ædificiis fiant.

a *Diui* ad l. 2. sup. cod.

¶ Perfecisse ædificium is videtur qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

140. *Paulus libro sexto ad legem Iuliã & Papiam.*

¶ Cepisse quis intelligitur quãuis alii adquisiit.

141. *Vlpianus libro octauo ad legẽ Iuliam & Papiã.*

¶ Etiam ea mulier cùm moreretur creditur filium habere, quę exciso vtero edere possit. necnon etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit: vt putà eum, qui ab hostibus remeauit.

b *Adde* 5. Harmeno. 5. §. 26.

132 ¶ Ἐνιαυσιαῖος δοκεῖ τελευτᾶν, ὁ ἐν τῇ ὑστέρᾳ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέρᾳ τελευτῶν. καὶ ὅτε γὰρ λέγομεν πρὸ δεκάτης καλανδῶν ἢ μετὰ δεκάτην τῶν καλανδῶν, οὐ δηλοῦμεν τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν. Eclog.eo.c.132.

133 ¶ Οὐ λέγεται γεννῆσαι ἀνατμηθεῖσα. Eclog.cod.c.133.

134 ¶ Καὶ κεφάλαιον ρλε ὁμοίως φησί. Eclog.cod.c.132.

138 ¶ Καὶ ἡ διακατοχὴ κληρονομία λέγεται. Harmenop. cod. §.1 & Eclog.cod.c.135.

141 ¶ Δοκεῖ γυνὴ υἱὸν ἔχειν ἐν τῷ τελευτᾶν, ἧς ἀνατμηθείσης [b] ἐξῆλθε τὸ βρέφος. Harmen. cod. §. 1. Eclo.cod.c.141.

143 ¶E

143 ¶ Ἔχειν δοκῶ τὸ πρᾶγμα, ἐφ' ᾧ ἁρμόζει μοι ἀγωγή. Eclog. eod. c. 143.

144 ¶ Παλλακή ἐστιν, ἡ συζῶσα τινὶ, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ νομίμως χωρὶς γάμου. Eclog. eod. c. 144.

145 ¶ Τῇ τοῦ ἀναλογοῦντος μέρους προσηγορίᾳ, ἔσθ' ὅτε καὶ ἡ κληρονομία δηλοῦται. Eclo. eod. c. 145.

146 ¶ Ἡ τοῦ πενθερᾶ προσηγορία καὶ τὸν προπένθερον δηλοῖ. Eclo. eod. c. 146.

142. *Paulus libro sexto ad legem Iuliā & Papiā.*

¶ Triplici modo coniunctio, intellegitur: aut enim re per se coniunctio contingit, aut re & verbis, aut verbis tantùm, nec dubium est, quin coniuncti sint, quos & nominum & rei complexus iungit: veluti, *Titius & Mæuius ex parte dimidia heredes sunto*: vel (ita) *Titius Mæuiúsque heredes sunto*: vel, *Titius cū Mæuio ex parte dimidia heredes sunto.* videamus autem ne etiam si hos articulos detrahas *&, que, cum,* interdum tamē coniunctos accipi oporteat. veluti, *Lucius Titius, Publius Mæuius, ex parte dimidia heredes sunto*: vel ita, *Publius Mæuius, Lucius Titius heredes sunto. Sempronius ex parte dimidia heres esto,* vt Titius & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. *Lucius Titius ex parte dimidia heres esto. Seius ex parte, qua Lucium Titium heredem institui, heres esto. Sempronius ex parte dimidia heres esto.* Iulianus dubitari posse ait, tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Gaio Seio institutus sit. sed eo quòd Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse in eundem semissem duos coactos, & coniunctim heredes scriptos esse.

143. *Vlpianus libro nono (ad legem Iuliam & Papiam.)*

¶ Id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem. habetur enim quod peti potest.

144. *Vlpianus libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Libro memorialium Massurius scribit, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non esset, cum aliquo tamen vivebat: quam nunc vero nomine amicam, paulò honestiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de iure Papiriano scribit, pellicem nunc vulgo vocari quæ cum eo, cui vxor sit, corpus misceat, quosdam eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam ΠΑΛΛΑΚΗΝ Græci vocant.

145. *Vlpianus libro decimo (ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Virilis appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

146. *Terentius Clemens libro secundo (ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Soceri, socrus appellatione auum quoque & auiā vxoris vel mariti cōtineri respōdetur.

147. *Idem libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Qui in [a] continentibus vrbis nati sunt, Romæ nati intellegantur.

[a] *Vide quæ scripsi* ad l. 2. sup. eod.

148. *Gaius libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Nō est sine liberis, cui vel vnus filius vnáve filia est. Hęc enim enūtiatio, habet liberos, (non habet liberos,) semper pluratiuo numero profertur: sicut & pugillares & codicilli.

149. *Idem libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Nam quem sine liberis esse, dicere non possumus : hunc necesse est dicamus liberos habere.

150. *Idem libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Si ita à te stipulatus fuero, Quanto minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes? non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

151. *Terentius Clemens libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Delata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi.

152. *Caius libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Hominis appellatione tam fœminam, quàm masculum contineri, non dubitatur.

153. *Terentius Clemens libro vndecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

¶ Intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est.

154. *Macer libro primo ad legem vicensimam.*

¶ Mille passus non à miliario vrbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt.

155. *Licinius Rufinus libro septimo Regularum.*

¶ Proximi appellatione etiam ille continetur, qui solus est.

156. *Idem libro decimo Regularum.*

¶ Maiore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, si modò aduersarius eius aut paucioribus (diebus) aut nullis possederit.

157. *Aelius Gallus libro primo de verborum quæ ad ius pertinent significatione.*

¶ Paries est, siue murus, siue maceria est.

¶ Item via est siue semita, siue iter est.

158. *Celsus libro vicensimo quinto Digestorum.*

¶ In vsu iuris frequenter vti nos Cascellius ait singulari appellatione, cùm plura generis eiusdem significare vellemus : nam multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse dicimus. Itē in stipulando satis habemus de herede cauere. *si ea res secundum me heredemve meum iudicata erit.* & rursus. *quod ob eam rem te heredémve tuum,* nempe æquè si plures heredes sint, continentur stipulatione.

159. *Vlpianus libro primo ad Sabinum.*

¶ Etiam aureos nummos æs dicimus.

160. *Idem libro secundo ad Sabinum.*

¶ Ceterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit circa eum, cui optio serui legata est, ceteri Sempronio, nam temptat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

152 ¶ Τῇ τῶν ἀνθρώπου προσηγορίᾳ, καὶ ἀνὴρ καὶ γυνὴ δηλοῦται. Eclog. cod. c. 146.

153 ¶ Καὶ ὁ ἐν γαστρὶ ὤν, δοκεῖ καταλιπεῖσθαι ἐν καιρῷ τελευτῆς. Eclo. cod. c. 153.

155 ¶ Ἐγγύτερος λέγεται καὶ ὁ μόνος ὤν. Eclog. cod. c. 155.

157 ¶ Τοῖχός ἐστιν, εἴτε περίβολος, εἴτε θριγκός. Eclog. cod. c. 157.

158 ¶ Τὰ τῶν αὐτῶν γένους ὄντα, δυνατὸν καὶ πολλὰ ὄντα ἑνικῶς ἐκφωνεῖσθαι, ὡς ὅταν λέγωμεν, πολὺς ἄνθρωπος, πολὺς ἰχθύς. ἢ ὅτι ἐμοὶ καὶ τῷ κληρονόμῳ μου ἐπερωτήσω. καὶ οἱ πολλοὶ γὰρ περιέχονται. Eclog. cod. c. 158.

159 ¶ Καὶ τὰ νομίσματα νόμος λέγεται. Eclog. cod. c. 159.

161 ¶ Οὐ

161 ¶ Οὐ λέγεται αὐτὸς, ὁ ἐν γαστρὶ ὤν. Harmenop. cod. §. 12. Eclo. eod. c. 160.

162 ¶ Καὶ ἑνὸς μόνου ὑπόντος, καλῶς ὑποκαθιστῶμεν λέγοντες, τῷ τελευταίῳ ἀποθνήσκοντι. καὶ ὁ μόνος γὰρ συγγενὴς, πλησιάζων λέγεται. Eclog. eod. c. 62.

1 ¶ Τὸ εἰπεῖν ἐὰν συμβῇ[a] τῷ υἱῷ μου τί ποτε θάνατον δηλοῖ. Eclog. eod. c. 162. Harmeno. cod. §. 24. & 25. vbi vide Scholion.

164 ¶ Τῇ τῆς θυγατέρων προσηγορίᾳ, καὶ αἱ κυοφορούμεναι δηλοῦνται. Eclog. eod. c. 164.

1 ¶ Ὁ λέγων μέρος καὶ μὴ προσθεὶς ποῖον, τὸ ἥμισυ δηλοῖ. Harmenop. eod. §. 20. Eclog. eod. c. 165.

165 ¶ Οὐ δοκεῖ προελθεῖν εἰς τὸν κληρονόμον, εἰ μὴ τὸ μετὰ τὰ χρέα. Ecl. eod. c. 166.

167 ¶ Περὶ ἐργασίμης ὕλης. Ecl. eod. c. 167.

161 *Idem libro septimo ad Sabinum*

¶ Non est pupillus, qui in vtero est.

162. *Pomponius libro secundo ad Sabinum.*

¶ In vulgari substitutione, qua ei, qui supremus morietur, hæres substituitur, rectè substitutus etiam vnico intellegitur: exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximus adgnatus & solus habetur.

1 ¶ Si quis ita in testamento scripserit, *Si quid filio meo acciderit, Damas meus seruus liber esto.* mortuo filio Damas liber erit. licet enim accidant & viuis, sed vulgi sermone etiã mors significatur.

a addit Theophilum. §. 1. Inst. de donationib.

163. *Paulus libro secundo ad Sabinum.*

¶ Illa verba, Optimus maximusque, vel in eum cadere possunt, qui solus est. sic & circa edictum prætoris supremæ tabulę habentur & solæ. ¶ Pueri appellatione etiam puella significatur. nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu, & Græcè Παιδίον communiter appellatur.

164. *Vlpianus libro quintodecimo ad Sabinum.*

¶ Nomen filiarum & in posthumam cadere, quæstionis non est: quamuis posthumæ nõ cadere in eam, quæ iam in rebus humanis sit, certum sit. 1 ¶ Partitionis nomen semper dimidium significat, sed prout est adiectum. potest enim iuberi aliquis & maximam partiri posse, & vicensimam, & tertiam, & prout liberuerit. sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. 2 ¶ Habere, sicut peruenire, cum effectu accipiendum est.

165. *Pomponius libro quinto (ad Sabinum.)*

¶ Venisse ad heredem nihil intelligitur nisi deducto ære alieno.

166. *Idem libro sexto ad Sabinum.*

¶ Vrbana familia, & rustica non loco, sed genere distinguitur: potest enim aliquis dispẽsator non esse seruorum vrbanorum numero, velut is, qui rusticarum rerum rationes dispẽset, ibique habitet, nõ multum abest à villico. Insularius autem vrbanorum numero est. videndum tamen est, ipse dominus, quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiæ, & vicariis apparebit. 1 ¶ Pernoctare extra vrbem intelligẽdus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. Per enim totam noctem significat.

167. *Vlpianus libro vicensimoquinto ad Sabinum.*

¶ Carbonum appellatione materiam non contineri. sed an lignorum: & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia habuit. Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, vtrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? & magis est, vt propriũ genus habeatur. sulphurata quoque

de ligno æquè eandem habebunt definitionẽ ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuit volũtas. idem & de nucleis oliuarum, sed & de balanis est, vel si qui alii nuclei. de pinu autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.

168. *Paulus libro quarto ad Sabinum.*

¶ Pali & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

169. *Idem libro quinto ad Sabinum.*

¶ Non tantùm in traditionibus, sed & in emptionibus, & stipulationibus, & testamentis adiectio hæc, *vti optimus maximúsque est*, hoc significat: vt liberum præstetur prædium, non vt etiam seruitutes ei debeantur.

170. *Vlpianus libro tricensimo tertio ad Sabinum.*

¶ Heredis appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi.

171. *Pomponius libro sextodecimo ad Sabinum.*

¶ Peruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit. vt in hæreditate à liberto per patronum filiumfamiliâs patri eius adoptiuo adquisita responsum est.

171 ¶ Περιέρχεσθαι δοκεῖ καὶ τὸ διὰ προσαποιεισμοῦ κτώμενον. Eclog. eo. c. 171.

172. *Vlpianus libro trigensimo octauo ad Sabinum.*

¶ Liberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

172 ¶ Τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ἀπελευθέρου, καὶ ἡ ἀπελευθέρα δηλοῦται. Harmenop. eod. §. 6. Eclo. eod. c. 173.

173. *Idem libro trigensimo (nono) ad Sabinum.*

¶ Collegarum appellatione hi continentur, qui sunt eiusdem potestatis. 1 ¶ Qui extra continentia vrbis est, abest: cæterum vsque ad continentia, non abesse videbitur.

174. *Idem libro quadragensimo (secundo ad Sabinum.)*

¶ Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxáque solutum. qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur. qui furtis noxáque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

175. *Pomponius libro vicensimo secundo (ad Sabinum.)*

¶ Faciendi verbo, reddendi etiam causa continetur.

175 ¶ Τῷ ῥήματι τοῦ ποιῆσαι, καὶ ἡ τοῦ ἀποδοῦναι αἰτία περιέχεται. Eclog. eo. c. 175.

176. *Vlpianus libro quadragensimo quinto ad Sabinum.*

¶ Solutionis verbo, satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. soluere dicimus eum, qui fecit quod facere promisit.

177. *Idem libro quadragensimo septimo ad Sabinum.*

¶ Natura caBillationis, quam Græci *σωρίτην* appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.

177 ¶ Σωρίτης λέγεται, ὁ παραλογισμὸς ἤτοι ἡ εἰρωνεία. Eclog. eod. c. 177.

178 ¶ Οὐ

178 ¶Οὐ μόνον τὰ ἀργυρᾶ περιλαμβάνεται τῇ τῶν χρημάτων προσηγορίᾳ· ἀλλὰ πάντα τὰ σώματα. Eclo. eod.c.178.

1 ¶Vide l.2 4.6.eod.

180 ¶Καλύβη[a] καλεῖται, πᾶν ἀγροικικὸν οἰκοδόμημα. Eclog. eod. c. 180.

181 ¶ Διαφέρειν δηλοῖ καὶ τὰ ὄντα τῆς δεσποτείας ἡμῶν, καὶ ἅτινα νεμόμεθα, ἢ ἐλπίζομεν κτᾶσθαι ἢ νέμεσθαι. Harmenop.eo.§.11.Eclog.eo.c. 182.

183 ¶ Σκηνὴ λέγεται πᾶσα οἴκησις. Eclog.eod.c.183.

185 ¶Εὐτρεπισμένον ἐργαστήριον, τὸ ἐν πράγμασι καὶ ἀνθρώποις, πρὸς πραγματείαν ἕτοιμον. Eclo.eo. c. 184.

178. *Idem libro quadragensimo nono ad Sabinum.*

¶ Pecuniæ, verbum, nō solùm numeratā pecuniam cōplectitur: verum omnē omnino pecuniam, hoc est omnia corpora. nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ambiget. 1 ¶ Hereditas iuris nomē est, quod & accessionē & decessionem in se recipit. hereditas autem vel maximè fructib. augetur.

2 ¶Actionis, verbū & speciale est & generale. nā omnis actio dicitur, siue in personā, siue in rem sit petitio. sed plerunq. actiones personales solemus dicere, petitionis autem verbo, in rem actiones significari videtur. persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto cōtineri: vt putà fideicōmissorū, & siquę aliç sunt, quę non habent iuris ordinarii executionem.

3 ¶Hoc verbū, Debuit, omnē omnino actionē cōprehendere intellegitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissi fuit persecutio.

179. *Idem libro quinquagensimo primo ad Sabinū.*

¶Inter hæc verba, *quanti ea res erit*, vel *quanti eam rem esse paret*, nihil interest: in vtraq. enim clausula placet veram rei æstimationem fieri.

180. *Pomponius libro trigensimo ad Sabinum.*

¶ Tugurii appellatione omne ædificium, quod rusticæ magis custodiæ conuenit, quàm vrbanis ædibus, significatur. 1 ¶ Ofilius ait tugurium à tecto, tanquam tegularium, esse dictum, vt toga, quòd ea tegamur.

a *Καλύβη pro tugurio. apud Theophilum* §.5. Inst. de rerum diuisione procasa.

181. *Idem libro trigensimo quinto (ad Sabinum.)*

¶ Verbum illud Pertinere, latissimè patet. nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sint & eis quas iure aliquo possideamus, quamuis non sint nostri dominii. pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nullæ eorum causa sint, sed esse possint.

182. *Vlpianus libro vicensimo septimo ad Edictum.*

(¶Paterfamiliâs) liber peculium non potest habere, quemadmodum nec seruus bona.

183. *Idem libro vicensimo octauo ad Edictum.*

¶ Tabernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ędificium, non ex eo, quod tabulis cluditur.

184. *Paulus libro trigensimo (ad Edictum.)*

¶ Inde tabernacula & contubernales dicti sunt.

185. *Vlpianus libro vicensimo octauo ad Edictum.*

¶ Instructam autem tabernam sic accipiemus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.

186. *Idem (libro trigensimo ad Edictum.)*

¶Commendare nihil aliud est, quàm deponere.

187. *Idem libro trigensimo secundo (ad Edictum.)*

¶ Verbum, *exacta pecuniæ*, non solùm ad solutionem referendum est: verumetiam ad delegationem.

188. *Paulus libro trigensimotertio ad Edictum.*

¶Habere, duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero obtinere sine interpellatione, id, quod quis emerit. ¶Cautum intelligitur, siue personis siue rebus cautum sit.

189. *Idem libro trigensimoquarto (ad Edictum.)*

¶Facere oportere & hanc significationem habet, vt abstineat quis ab eo facto quod contra conuentionem fieret: & curaret ne fiat.

190. *Vlpianus libro trigensimoquarto ad Edictum.*

¶Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium (habent:) non eos, qui ex prouincia oriundi sunt.

190 ¶Ἐπαρχιῶταί εἰσιν οἱ τὴν οἴκησιν ἐν τῇ ἐπαρχίαις ἔχοντες, οὐ μὴν οἱ ἐν αὐτῇ τεχθέντες. Eclog. eod. c. 188.

191. *Paulus libro trigensimo quinto (ad Edictum.)*

a vide l. 101. sup. eod.

¶Inter [a]diuortium & repudium hoc interest, quòd repudiari etiam futurum patrimonium potest: non rectè autem sponsa diuortisse dicitur. quòd diuortium ex eo dictum est, quòd in diuersas eunt, qui discedunt.

192. *Vlpianus libro trigensimo septimo ad Edictum*

¶Hæc adiectio, Plurísve, non infinitam pecuniam continet, sed modicam: vt taxatio hæc Solidos decem plurísve, ad minutulam summam referatur.

192 ¶Τὸ προστεθειμένον ἐν τοῖς συμβολαίοις δέκα ἢ πλέον, οὐκ εἰς ἄμετρον, ἀλλ' εἰς ἐλαχίστην ἀναφέρεται ποσότητα. Eclog. eod. c. 189.

193. *Idem libro trigensimo octauo ad Edictum.*

¶Hæc verba, Quanti eam rem paret esse, non ad quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.

193 ¶Τὸ εἰπεῖν, ὅσου φανῇ τὸ πρᾶγμα, οὐ πρὸς τὸ διαφέρον, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ πράγματος διατίμησιν φέρεται. Eclog. eod. c. 190.

194. *Vlpianus libro quadragensimo tertio ad Edictum.*

¶Inter donum & munus hoc interest quod inter genus & speciem. nam genus esse donum Labeo à donando dictũ. munus speciem. nam munus esse donum cum causa, vtpută natalicium, nuptalicium.

195. *Idem libro quadragensimo sexto ad Edictum.*

¶Pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad vtrunque sexum plerumque porrigitur.

195 ¶Τὰ λεγόμενα περὶ ἄρρενος, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ περὶ θηλείας λέγεται. Eclog. eod. c. 193. Harmen. eod. §. 7.

1 ¶Familiæ appellatio qualiter accipiatur, videamus. & quidem variè accepta est: nam & in res, & in personas diducitur. in res, vtputà in lege duodecim tabularum his verbis. Adgnatus proximus familiam habeto. Ad personas autem refertur familię significatio ita, cùm de patrono & liberto loquitur lex: Ex ea familia, inquit, In eam familiam. & hîc de singularibus personis legem loqui constat. 2 ¶Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur. 3 ¶Iure proprio familiã dicimus, plures personas quę sunt sub vnius potestate,

1 ¶Ἡ φαμιλία καὶ πρᾶγμα δηλοῖ. ὡς ὅταν ὁ νόμος λέγῃ, ἐγγύτερος συγγενὴς τὴν φαμιλίαν ἐχέτω, δηλοῖ καὶ τὰ πρόσωπα, ὡς ὅταν λέγομεν περὶ τοῦ πάτρωνος καὶ τῶν ἀπελευθέρων.

aut natura, aut iure subiectę, vtputà patremfamiliâs, matrēfamiliâs, filiamfamiliâs, quique deinceps vicem eorum sequuntur, vtputà nepotes, & neptes, & deinceps. Pater autem familiâs appellatur, qui in domo dominium habet, rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat, non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. denique & pupillum patremfamiliâs appellamus: & cùm paterfamiliâs moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere. singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt. idémque eueniet & in eo qui emancipatus est: nam & hic sui iuris effectus propriam familiam habet. 4 ¶ Communi iure familiam dicimus omnium adgnatorum: nam etsi patrefamiliâs mortuo singuli singulas familias habent: tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, rectè eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gēte proditi sunt. 5. ¶ Seruitutium quoque solemus appellare familiâs, vt in edicto prætoris ostendimus sub titulo de furtis, vbi prætor loquitur de familia publicanorum[a]. sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorum demonstratur huius rei causa paratum, hoc est, vectigalis causa: alia autem parte edicti omnes serui continentur, vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum. item redhibitoria, si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius. & interdicto vnde vi familiæ appellatio omnes seruos comprehendit. sed & filii continentur. 6 ¶ Item appellatur familia plurium personarum quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ. mulier autem familiæ suæ & caput & finis est.

[a] Vide §. 5. Eclog. i. cap. 3.

196. *Gaius libro sextodecimo ad Edictum prouinciale.*

Familiæ appellatione & ipse princeps familiæ continetur. 1 ¶ Fœminarum liberos in familia earum non esse palam est: quia qui nascuntur, patris (non matris) familiā sequūtur.

197. *Vlpianus libro quinquagensimo ad Edictum.*

¶ Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse.

198. *Idem libro secundo de omnibus tribunalibus.*

¶ Vrbanā prædia omnia ædificia accipimus, non solùm ea quæ sunt in oppidis, sed & si fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel si prætoria voluptati tantùm deseruientia. quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia. proinde hortos quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum sit vrbanorum appellatione contineri.

[b] Alias ουνελέγξαι.

4 ¶ Λέγεται ἡ φαμιλία κοινῶς ἐπὶ παντὸς γένους. λέγεται καὶ περὶ τῶν ὑπεξουσίων τοῦ ἑνὸς προσώπου. Eclo. cod. c. 194.

5 ¶ Φαμιλία τῶν τελωνῶν νοεῖται, οὐ μόνον οἱ δοῦλοι αὐτῶν.

197 ¶ Μεμηνυκέναι ἐστὶ τὸ προσηγγελκέναι, τὸ ἐλέγξαι, τὸ κατηγορῆσαι, καὶ τὸ συνελέγξαι[b]. Eclog. cod. c. 196.

198 ¶ Ἀστικὰ κτήματα τὰ οἰκήματα δεχόμεθα. οὐ μόνον τὰ ἐν πόλεσιν ὄντα, ἀλλὰ καὶ εἰ τυχὸν σταθμοὶ εἶεν, ἢ ἄλλα ἐργαστήρια ἐν ταῖς χώραις καὶ ἐν ταῖς κώμαις. ἢ ἐὰν ἐπαύλια τέρψεως μόνον δουλεύοντα. ἐπειδὴ τὸ ἀστικὸν κτῆμα, οὐχ ὁ τόπος ποιεῖ, ἀλλ' ἡ ὕλη. ἀμέλει καὶ τοὺς κήπους, οἵτινες εἰσὶν ἐν οἰκήμασι καταστάντες, λεκτέον τῇ τῶν ἀστικῶν προσηγορίᾳ περιέχεσθαι.

planè si plurimùm horti in reditu sunt, vinearii fortè, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt vrbana.

199. *Idem libro octauo de omnibus tribunalibus.*

¶ Absentem accipere debemus eum qui non est eò loci, in quo loco petitur. non enim trãs mare absentem desideramus. & si fortè extra continentia vrbis sit, abest. ceterum vsque ad continentia, non abesse videbitur, si non latitet. 1 ¶ Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est: sed qui à latronibus detinetur.

200. *Iulianus libro secundo Digestorum.*

¶ Hæc stipulatio, Noxis solutum præstari, non existimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem, & coercitionem capitalem habent.

201. *Idem libro octogensimo (primo) Digestorum.*

¶ Ista interpretatione recipiendum est, vt appellatione filii, sicuti filiam familiâs contineri sæpe respondimus, ita & nepos videatur comprehendi. 1 ¶ Et patris nomine auus quoque demonstrari intelligatur.

202. *Alfenus Varus libro secundo Digestorum.*

¶ Cùm in testamento scriptum esset, vt heres in funere aut in monumento dũtaxat aureos centum consumeret: non licet minus cõsumere. si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

203. *Idem libro septimo Digestorum.*

¶ In lege censoria portus Siciliæ ita scriptũ erat, *Seruos quos domo quis ducet suo vsu, pro his portorium ne dato*, quærebatur, si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruẽdi causa: vtrum pro his hominis portorium dare deberet, necne. respondit duas esse in hac scriptura quæstiones: primam, quid esset Domum ducere: alteram, quid esset Suo vsu ducere. Igitur quæri soleret, vtrum vbi quisque habitaret, siue in prouincia, siue in Italia, an dumtaxat in sua cuiusque patria domus esse rectè dicitur? sed de ea re constitutum esse eam domum vnicuique nostrum debere existimari, vbi quisque sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum constitutionem fecisset. Quid autẽ esset Vsu suo, magnam habuisse dubitationem. & magis placet, quod victus cui causa paratum est, tantum contineri. Itémque de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent: vtrum dispensatores, insularii, villici, atrienses, textores, operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus (agris) paterfamiliâs fructus caperet, quibus se toleraret: omnes denique seruos quos quisque emisset vt ipse haberet, (atque

δηλαδὴ δὲ καὶ εἰ τὸ πλέον οἱ κῆποι ἐν προσόδῳ εἰσὶν, ἀμπελικοὶ τυχὸν, ἢ λαχανικοὶ ὄντες, μᾶλλον οὐκ εἰσὶν ἀστυκά. Eclog.eod.c.197.

199 ¶ Ἄπεστιν, ὁ μὴ παρὼν ἔνθα ἀπαιτεῖται, καὶ ὁ μὴ περιὼν ἐν τῇ περιοικίδι. Eclog.eod.c.198.

201 ¶ Τῇ προσηγορίᾳ τοῦ υἱοῦ, καὶ οἱ ἔγγονοι περιέχονται. Eclo.eod.c.200. hoc amplius additur ab Harmenop.cod.§.5. ἐπὶ δὲ ἐπιτροπῆς οὐδαμῶς. 1 ¶ Καὶ τῇ τοῦ πατρὸς, προσηγορίᾳ καὶ ὁ πάππος περιέχεται. Eclog. cod.c.201.

204 ¶ Ἡ τοῦ παιδὸς προσηγορεία τρεῖς ἔχει σημασίας, μίαν, ὅταν πάντας δούλους παῖδας προσαγορεύομεν, ἑτέραν, ἐπειδὰν παῖδα τῷ ὀνόματι ἐναντίῳ τῆς κόρης λέγομεν, τρίτην, ἣν ἑκάστην παιδικὴν ἡλικίαν δηλοῦμεν. Eclo.eod.c.204.

207 ¶ Τῇ τοῦ φορτίου προσηγορείᾳ οὐ περιέχονται οἱ ἄνθρωποι. ὅθεν οἱ σωματέμποροι οὐ λέγονται ἔμποροι, ἀλλὰ σωματέμποροι. Eclog. eod.c. 207.

211 ¶ Φοῦνδος καλεῖται καὶ τὸ οἴκημα, καὶ ὁ ἀγρός. αἱ δὲ οἰκοδομίαι ἐν μὲν τῇ πόλει οἰκίαι λέγονται. ἐν δὲ τοῖς χωρίοις, βίλλαι. ὁ δὲ χωρὶς οἰκοδομῆς τόπος ἐν πόλει μὲν ἔδαφος λέγεται· ἐν χωρίῳ δὲ ἀγρὸς προσαγορεύεται. Eclo. eod.c.211.

eis ad aliquam rem vteretur,) neque ideo emisset, vt venderet. Et sibi videri eos demum vsus sui causa patremfamiliâs habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi destinatique essent. quo in genere iunctores, cubicularii, coci, ministratores, atque alii qui ad eiusmodi vsum parati essent, numerarentur.

204. *Paulus libro secundo Epitomarum (Alfeni.)*

¶ Pueri appellatio tres significationes habet: vnam cùm omnes seruos pueros appellaremus: alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam cùm ætatem puerilem demonstraremus.

205. *Idem libro quarto Epitomarum.*

¶ Qui fundum vendidit, pomum recepit: nuces, & ficos, & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius generis essent, quas nō vini causa haberemus, quas Græci ΤΡΩΞΙΜΟΥΣ appellarent, recepta videri.

206. *Iulianus libro sexto ex Minicio.*

¶ Vinaria vasa propriè vasa torcularia esse placet: dolia autem & serias tandiu in ea causa esse, quandiu vinum haberent. cùm sine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniam ad alium vsum transferri possent. veluti si frumentum in his addatur. eandem causam amphorarum esse: vt cùm vinum habeant, tum in vasis vinariis: cùm inanes sint, tum extra numerum vinariorum sint: quia aliud in his addi possit.

207. *Africanus libro tertio Quæstionum.*

¶ Mercis appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eā rem mangones nō mercatores, sed venaliciarios appellari ait, & rectè.

208. *Idem libro quarto Quæstionum.*

¶ Bonorum appellatio, sicut hereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis & non singulares demonstrat.

209. *Florentinus libro decimo Institutionum.*

¶ Coram Titio aliquid facere iussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat: itaque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse. Scire autem, nō etiam velle is debet: nam & inuito eo rectè fit quod iussum est.

210. *Marcianus libro septimo Institutionum.*

¶ Is qui natus est ex mancipiis vrbanis, & missus est in villam nutriendus, in vrbanis seruis constituetur.

211. *Florentinus libro octauo Institutionum.*

¶ Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur. sed in vsu vrbana ædificia, ædes: rustica, villæ dicuntur. Locus verò sine ædificio, in vrbe area: rure aūt ager appellatur, idémq ager cum ędificio fundus dicitur.

212. *Vlpianus libro primo de adulteriis.*

¶ Præuaricatores eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & ex parte

actoris in partem, rei concedunt. à varicando enim præuaricatores dicti sunt.

213. *Idem libro primo Regularum.*

¶ Cedere diem significat incipere deberi pecuniam. Venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies: vbi in diem, cessit dies, sed nondum venit: vbi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione. 1 ¶ Æs alienum est, quod nos aliis debemus. æs suum est, quod alii nobis debent.

2 ¶ Lata culpa est nimia negligentia id est, non intelligere quod omnes intelligunt.

1 ¶ Πλατεῖα ῥαθυμία ἐστὶν ἡ σφοδρὰ ἀμέλεια, τουτέστι, τὸ μὴ νοεῖν πάντες νοοῦσιν. Eclog.eo.c.214.

214. *Marcianus libro primo Publicorum iudiciorum.*

¶ Munus propriè est, quod necessariè obimus, lege, more, imperióve eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris, officii, sed sponte præstantur, quę si non præstentur, nulla reprehensio est. & si præstentur, plerunque laus inest. sed in summa in hoc ventum est, vt non quodcunque munus, id & donum accipiatur. at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

214 ¶ Μουνους κυρίως μὲν, τὸ δὲ ἀνάγκης νόμου ἢ ἔθους, ἢ ἄρχοντος κελεύσαντος ... λέγεται. Eclog.eo.c.212.

215. *Paulus lib. sing. ad legem Fusiam Caniniam.*

¶ Potestatis verbo plura significantur. in persona magistratuum, imperium. in persona liberorum, patria potestas. in persona serui, dominium. at cùm agimus de noxę deditione cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam facultatémque significamus. In lege Atinia in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, & si eius vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt.

216. *Vlpianus libro primo ad legem AElium Sentiam.*

¶ Verum est eum qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

216 ¶ Ὁ ψιλῶς ὢν ἐν φυλακῇ, οὐ δοκεῖ δεδέσθαι. Eclog.eo.c.226.

217. *Iauolenus libro primo ex Posterioribus Labeonis.*

¶ Inter illam conditionem, *Cùm fari potuerit*, & *Postquam fari potuerit*, multum interest. (nam) posteriorem scripturam vberiorem esse constat: at *cum fari potuerit*, arctiorem: & id tantummodò tempus significari, quo primùm fari possit.

217 ¶ Διαφέρει τὸ, ὅτε δυνηθῇ λαλῆσαι, τοῦ μετὰ ὃ δυνηθῇ λαλῆσαι. ἐπὶ γὰρ τοῦ προτέρου ἐκβαίνει ἡ αἵρεσις, ὅτε πρῶτον λαλῆσαι δυνηθῇ. Eclo. eo. c.217.

1 ¶ Item ita data conditione, *Illud facito in diebus*, si nihil præterea fuisset adiectum: in biduo conditionem impleri oportet.

1 ¶ Ἐὰν αἵρεσις ἐπιτεθῇ καὶ μὴ ὁρισθῇ, ἡμέρας δύο ἔχει εἰς τὸ πληρῶσαι τὴν αἵρεσιν. Harmenop.cod.§.35.

Aliter paulò exprimitur hæc regula à Græcis. 2 ¶ Ὁ λέγων ποιῆσαι εἴσω ἡμερῶν, καὶ μὴ προσθεὶς πόσων, εἴσω δύο δοκεῖ λέγειν. Eclo.cod. c.127. in fi. Harmenop.cod.§.13. sed & ita. Ἐὰν αἵρεσις τοιαύτη δοθῇ, ὁ δεῖνα τάδε ποιήσει ἐν ἡμέραις, ἐν δύο ἢ δέκα ἡμέραις χρὴ αὐτὸν ποιῆσαι τὴν αἵρεσιν. Harmenop.cod.§.35.

219 ¶ Τα

218 ¶Τῷ ῥήματι τοῦ ποιῆσαι πάντα τὰ ποιητὰ περιέχεται, δοῦναι, καταβαλεῖν, ἀριθμῆσαι, δικάσαι, πορευθῆναι. Eclo.co c 218.

219 ¶Ἐν τοῖς συναλλάγμασιν οὐ τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ τῶν συναλλασσόντων προσέχομεν. ὅθεν ἐὰν παρὰ πόλεως μισθώσωμαι, ἐφ᾽ ᾧ διαβῆναι τὴν μίσθωσιν εἰς κληρονόμους, διαβαίνει καὶ εἰς λεγαταρίους. Eclo.cod. c.219.

220 ¶Τῇ τῶν παίδων [a] προσηγορίᾳ, καὶ τῇ τῶν ὑπεξουσίων, ἔκγονοι καὶ ἀπέκγονοι, καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτῶν δηλοῦνται. Eclog.cod. c.220.

221 ¶Πλαστὸς ἐπίτροπός ἐστιν ὁ μὴ ὢν ἐπίτροπος, καὶ πλαστὴ διαθήκη, ἡ μὴ οὖσα διαθήκη, καὶ πλαστὸς μόδιος, ὁ μὴ ὢν μόδιος. Eclog.cod.c.221.

222 ¶Τῷ ὀνόματι τῶν χρημάτων οὐ μόνα τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ κινητὰ, καὶ τὰ ἀκίνητα, καὶ τὰ σωματικὰ, καὶ τὰ δίκαια δηλοῦνται. Eclo.cod.c.222.

218. *Papinianus libro vicesimo (septimo) Quæstionum.*

¶Verbum facere omnem omnino faciendi causam complectitur: dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

219. *Idem libro secundo Responsorum.*

¶In conuentionibus contrahentium voluntatem potiùs quàm verba spectari placuit. Cùm igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad hæredem eius qui suscepit pertineret: ius heredũ ad legatarium quoque transferri potuit.

220. *Callistratus libro secundo Quæstionum.*

¶Libertorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique qui ex his descendunt, continentur hos enim omnes suorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. totiês enim leges necessarium ducunt cognationum singulorum nominibus vti, veluti filii, nepotes, pronepotes, cęterorúmque qui ex his descendunt, quotiens non omnibus qui post eos sunt, præstitum voluerint: sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnib. qui ex eodem genere orti sunt, liberorum appellatione comprehenduntur.

[a] *Hic locus ostendit satis liberorum legendum esse, non libertorum.*

1 ¶Sed & Papirius Fronto libro tertio Responsorum ait, prædio cum villico & contubernali eius & filiis legato, nepotem quoque ex filiis contineri: nisi voluntas testatoris aliter habeat. filii enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere. 2 ¶Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit. 3 ¶Præter hæc omnia natura nos quoque docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt: filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt, contineri. nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quàm filii, appellare. etenim idcirco filios filiásve concepimus, atque edimus, vt ex prole eorum eárumve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

221. *Paulus libro dicimo Responsorum.*

¶ Paulus respondit, falsum tutorem eum verè dici, qui tutor non est, siue habenti tutor datus est, siue non: sicut falsum testamentum, quod testamentum non est: & modius iniquus, qui modius non est.

222. *Hermogenianus libro secundo Iuris epitomarum.*

¶Pecuniæ nomine non solùm numerata pecunia: sed omnes res tam soli quàm mobiles: & tam corpora quàm iura continentur.

V j

223. *Paulus libro secundo Sententiarum.*

a l. 213. in fi. eod. ¶ Latæ [a] culpæ finis est, non intelligere id quod omnes intelligunt. 1 ¶ Amicos appellare debemus, non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamiliâs, honestis familiaritatis quæsita rationibus.

224. *Venuleius libro septimo Stipulationum.*

¶ Vinculorum appellatione vel priuata vel publica vincula significat. custodiæ verò tantùm publicam custodiam.

225. *Tryphoninus libro primo Disputationum.*

¶ Fugitiuus est, non is qui solùm consilium fugiendi à domino susceperit, licet id se facturum iactauerit: sed qui ipso facto fugæ initium mente deduxerit. 1 ¶ Nam & furem, adulterum, aleatorem, quamquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset, vt etiam is qui nũquam alienam rem inuito domino subtraxerit, nũquam alienam matremfamilias corruperit, si modò eius mentis sit, vt occasione data id cõmissurus sit: tamen oportere eadem hæc crimina adsumptio actu intelligi. & ideo fugitiuum quoque, & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

226. *Paulus libro primo Manualium.*

¶ Magna negligentia culpa est. magna culpa dolus est.

227. *Idem libro secundo Manualium.*

¶ Ex illa parte edicti, *Tum quem ei heredem esse oportet*, heredis heredibus bonorum possessio non defertur. 1 ¶ Item in substitutione in his verbis, Quisquis mihi heres erit, proximus heres tantùm significatur: imò non tantùm proximus heres: sed etiam scriptus.

228. *Idem libro singulari de Cognitionibus.*

¶ Municipes intelligendi sunt & qui in eodem municipio nati sunt.

229. *Idem libro singulari de Tacitis Fideicommissis.*

¶ Transacta finitáve intelligere debemus non solùm quibus controuersia fuit, sed etiam quæ sine controuersia sint possessa.

230. *Idem libro singulari ad Senatusconsultum Orficianum.*

¶ Vt sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

231. *Idem libro singulari ad Senatusconsultum Tertyllianum.*

¶ Quod dicimus eum qui nasci speratur, pro

224 ¶ Δεσμὰ λέγεται καὶ τὰ ἰδιωτικά, καὶ τὰ δημόσια. φυλακὴ δὲ μόνη ἡ δημοσία. Eclog co.c.224.

225 ¶ Ῥεμβός ἐστιν ὁ μικρὸς φυγάς· καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ φυγὰς μέγας ῥεμβός ἐστι. κυρίως δὲ ῥεμβός ἐστιν, ὁ συνεχῶς ἀναιτίως πλανώμενος, καὶ τοὺς καιροὺς εἰς ἀνόητα δαπανῶν, καὶ βραδέως εἰς τὸν οἶκον ἀναστρέφων. Harme. cod.§.16.19 Eclo.10.c.12.adde l 17 § 14 D.de ædilitio.

1 ¶ Κλέπτην δὲ φυγάδα, καὶ ῥέμβον, καὶ μοιχὸν καὶ κυβευτὴν, οὐκ ἀπὸ τῆς προθέσεως αὐτῶν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πρᾶξαι λέγομεν. Eclo.cod.c.225.

226 ¶ Κοῦλπα ἐστὶν, ἡ μεγάλη ἀμέλεια, ἡ δὲ μεγάλη κοῦλπα, δόλος ἐστίν. Eclog.cod.c.226.

2 ¶ Ἀκόντιον λέγεται, οὐ μόνον τὸ ἀπὸ τόξου, ἀλλὰ καὶ τὸ ὁπωσοῦν βαλλόμενον. Eclo.eod.c.233.adde 6.Harmenop. 5.§.5. Theophilus ita §. 5.Inst.de publ.iudiciis. ὁ γαΐος φησί, Telum σημαίνεσθαι παρὰ τῷ πλήθει, οὐ μόνον τὸ βέλος, ὅπερ ἀπὸ τόξου ἀφίεται, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅπερ ἀπὸ χειρός τινος ἐκπέμπεται. ὥστε οὖν καὶ λίθον καὶ ξύλον, καὶ σίδηρος τούτῳ περιέχεται τῷ ὀνόματι. ὠνόμασται δὲ Telum, ἐπειδὴ ἐπὶ διάστημα καὶ μῆκος πέμπεται, ἀπὸ Ἑλληνικῆς φωνῆς σχηματισθὲν, ἀπὸ τοῦ βέλους Telum. καὶ ταύτην τὴν σημασίαν εὑρεῖν δυνατὸν, ἐν τῷ Ἑλληνικῷ ὀνόματι. ὅπερ γὰρ ῥωμαῖοι Telum, προσαγορεύουσι, τοῦτο Ἕλληνες βέλος ὀνομάζουσιν, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. τούτου δὲ μάρτυς Ξενοφῶν οὕτω γράφων. καὶ τὰ βέλη, ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι· καὶ προστάξας τὸ ὄνομα τοῦ βέλους, ἐπήγαγε τὰ ἑξῆς.

235 ¶ Κυρίως φέρεσθαι λέγομεν τὰ τῷ σώματι ἡμῶν βασταζόμενα. κομίζεσθαι δὲ, διὰ τῶν ὑποζυγίων. ἄγεσθαι δὲ, τὰ ἔμψυχα ὄντα. Eclo.eod.c.234.

1 ¶ Τέκτονας ξύλων λέγομεν, οὐ μόνον τοὺς τὰ ξύλα πελεκοῦντας, ἀλλὰ πάντας τοὺς οἰκοδομοῦντας. Eclog. eod.c.235.

236 ¶ Τῶν μέσων ἐστὶ τὸ ὄνομα τοῦ φαρμάκου, καὶ δεῖ προστίθεσθαι καλὸν ἢ κακόν. Eclog.eod.236.

superstite esse, tunc verum est, cùm de ipsius iure quæritur. aliis autẽ non prodest nisi natus

232. *Gaius libro primo de verborum obligationibus.*

5 Hæc enunciatio, *Quæ sunt pluris aureorum triginta*, simul & quantitatis & æstimationis significatiua est.

233. *Idem libro primo ad legem duodecim tabularum.*

¶ Si caluitur & moretur, & frustretur. inde & calumniatores appellati sunt, quia per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus. inde & cauillatio dicta est. 1 ¶ Post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur. 2 ¶ Telum volgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrũ hoc nomine contineatur. Dictúmque ab eo quòd in longinquum mittitur. Græca voce (figuratũ) ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. & hãc significationem inuenire possumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. eóque nomine volgo quidẽ id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur, quod (cũ mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Admonet nos Ξενοφῶν, nam ita scribit, καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι) & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

234. *Idem libro secundo ad legem duodecim tabularum.*

¶ Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes cum quibus bellum esset. 1 ¶ Locuples est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei quam actor restituendam esse petit. 2 ¶ Verbum a viuere, quidam putant ad cibum pertinere, sed Ofilius ad Atticũ ait, his verbis & vestimenta & stramenta contineri. sine his enim viuere neminem posse. a *Vide l.45. sup.eod.*

235. *Idem libro tertio ad legem duodecim tabularum.*

¶ Ferri propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiolat. portari ea quæ quis iumento secum ducit. agi ea quæ animalia sunt. 1 ¶ Fabros lignarios dicimus non eos duntaxat qui tigna dolarent: sed omnes qui ædificarent.

236. *Idem libro quarto ad legem duodecim tabularum.*

¶ Qui venenum dicit, adiicere debet vtrùm malum, an bonum. nam & medicamenta

venena sunt: quia eo nomine omne cōtinetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitū esset, mutat. cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocēt, hoc nomine continentur, vnde adiectione alterius nominis distinctio fit. admonet nos summus apud eos poetarum Homerus. nam sic ait:

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Venena multa quidem bona mixta, multa autem noxia.

a apud Harme. βαλανίου.
b _ καλοῦνται. Harmen.

¶ Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait exemplo Græci sermonis; apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur.

237. *Idem libro quinto ad legem duodecim tabularum.*

¶ Duobus negatiuis verbis quasi permittit lex magis quàm prohibuit. idque etiam Seruius animaduertit.

238. *Idem libro sexto ad Legem duodecim tabularum.*

¶ Plebs est ceteri ciues sine senatoribus.
1 ¶ Detestatum est testatione denunciatum.

c Theoph. de iure naturali. §. 4. in fin. τῇ τοῦ πλήθους ὀνομασίᾳ δίχα πατρικίων τε καὶ συγκλητικῶν οἱ λοιποὶ πολῖται δηλοῦνται.
d Idem penè Theophil. §. 7. in fi. Insti. de actionibus.
e Adde 3. Harmen. §. 5. 7. sed magis. §. 27. 28. vbi dicitur ἐνίχυρον, τὸ ἐν χερσὶ διδόμενον τῷ δανειστῇ, κοινῶς δὲ ὑπόθεσις, καὶ τὸ διδόμενον καὶ τὸ ὑποτιθέμενον ἐνέχυρον λέγεται.
f adde Theophil Instit. de noxalib. act. §. ult.

2 ¶ Pignus appellatum à pugno: quia res quę pignori dantur, manu traduntur: vnde etiā videri potest verum esse, quidam putant, pignus propriè rei mobilis constitui. 3 ¶ Noxiæ appellatione omne delictum continetur.

239. *Pomponius libro singulari Enchiridij.*

¶ Pupillus est, qui cùm impubes est, desiit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione. 1 ¶ Seruorum appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores (nostri) captiuos vendere ac per hoc seruare, nec occidere solent. 2 ¶ Incola est, qui aliqua regione domicilium suum contulit, quem Græci πάροικον appellant. nec tantùm hi qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed etiam qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum se quasi in aliquam sedem recipiant. 3 ¶ Munus publicum est officiū priuati hominis, ex quo commodū ad singulos, vniuersosq; ciues, remq; eorum imperio magistratus extraordinarium peruenit. 4 ¶ Aduena, quem Græci ἄποικον appellant. 5 ¶ Decuriones quidā dictos aiunt ex eo, quòd initio cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit. 6 ¶ Vrbs ab vrbo appellata est. vrbare est aratro definire: & Varus ait, vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet. 7 ¶ Oppidum ab ope dicitur, quòd eius rei causa mœnia sint constituta. 8 ¶ Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo quidam dictum aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrēdi, id est summouendi ius habet. 9 ¶ Verbum *summ* ambiguum

1 ¶ Τῷ ὀνόματι τῆς βαλάνου[a], πάντες οἱ καρποὶ δηλοῦνται[b]. Eclog. eod. c. 236. Harm. eod. §. 18.

¶ Τῷ ὀνόματι τῶν ἀκροδρύων ὁμοίως πάντες οἱ καρποὶ δηλοῦνται. Eclo. eo. c. 236.

238 ¶ Πλῆθός ἐστιν, οἱ λοιποὶ πολῖται, χωρὶς τῶν ἀξιωματικῶν. Eclog. eod. c. 238. 1 ¶ Κυρίως[c] ἐνέχυρον τὸ κινητὸν λέγεται, διὰ τὸ ἐν χειρὶ δίδοσθαι. Ecl. cod. c. 238. 2 ¶ Τῷ ὀνόματι τῆς νόξης[d] πᾶν ἁμάρτημα περιέχεται. Eclo. cod. c. 238.

239 ¶ Πουπιλλός ἐστιν, ὁ ἄνηβος αὐτεξούσιος. Eclo. eod. c. 239. 1 ¶ Σέρβοι ἀπὸ τοῦ φυλάττεσθαι καὶ μὴ φονεύεσθαι ἐκλήθησαν. Eclog. ibid.[f] ¶ Ἰνκόλα ἐστὶν, ὁ λεγόμενος πάροικος, ὁς ἀλλαχοῦ ἐν πόλει ἢ χωρίῳ τὴν οἴκησιν ἐκτήσατο. Eclog. ibid.

6 ¶ Οὔρβς ἡ πόλις λέγεται, ἀπὸ τοῦ ἰρβάρε τουτέστιν ἀρότρῳ περιχαράξαι τὸν μέλλοντα πολίζεσθαι τόπον. Eclog. eod. ca. 240. 7 ¶ Ὄππιδουμ, ἀπὸ τοῦ ἔργου τῶν τειχῶν κατασκευῆς. Ecl. ibid. 9 ¶ Τερριτόριον, πάντες οἱ ὑπὸ τὴν πόλιν ἀγροί. Eclog. eod. c. 240. in f.

est, vtrùm de toto, an de parte significet, & ideo qui iuret suum non esse, adiicere debet, neque ibi communem esse.

240. *Paulus ex libris sex libro primo Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum.*

¶ Cùm quærebatur, an verbum *soluto matrimonio dotem reddi*: non tantùm diuortium, sed & mortem contineret: hoc est, an de hoc quoque casu contrahentes sentiant: & multi putabant hoc sensisse, & quibusdam aliis contrà videbatur: secundum hoc motus Imperator pronuntiauit, id actum eo pacto, vt nullo casu remaneret dos apud maritum.

241. *Quintus Mucius Scæuola libro singulari* ΟΡΩΝ.

¶ In rutis cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili, tectorióve non continentur.

242. *Iauolenus libro secundo ex posterioribus.*

¶ Malum nauis esse partem, artemonem autem non esse, Labeo ait: quia pleræque naues sine malo inutiles essent, ideóq. pars nauis habetur artemo autẽ magis adiectamento, quàm pars nauis est. 1 ¶ Inter proiectũ & immissum hoc interesse ait Labeo, quòd proiectum esset id quod ita proueheretur, vt nusquam requiesceret: qualia mæniana & suggrundia essent. ¶ Immissum aũt, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret: veluti tigna, trabes quę immitterentur. 2 ¶ Plumbum quod tegulis poneretur, ædificii esse ait Labeo. sed id quod hypethri tegendi causa poneretur, cõtrà esse. 3 ¶ Viduã non solùm eam quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem quæ virum nõ habuisset, appellari ait Labeo. Quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset. similiter viduã dictam esse sine duitate. 4 ¶ Straturam loci alicuius ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetui vsus paratæ essent, neque ad rem pertinere, quòd interim tollerentur.

243. *Scæuola libro octauodecimo Digestorum.*

¶ Scæuola respondit: Semper acceptum est, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifestè is, à quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

244. *Labeo libro quarto pithanωn à Paulo epitomatorum.*

¶ Si qua pœna est, multa est. si qua multa est, pœna est. Paulus: vtrumque eorum falsum est. nãque harum rerũ dissimilitudo ex hoc quoq. apparet. 1 ¶ Quòd de pœna prouocatio nõ est,

1 ¶ Περιεκτούμ ἐστι, τὸ ἐξέχον, ὥστε ἐπιτήδειος αὐτοῦ ἐξώσιν. Eclog. eod. c. 241. Ιμμίσσουμ λέγεται, ἡ ἐμβαλλομένη τῷ τοίχῳ δοκός. Eclog. ibid.

3 ¶ Χήρα λέγεται οὐ μόνον, διαζευχθεῖσα, ἀλλὰ ἡ μηδ' ὅλως ἄνδρα ἐσχηκυῖα. Eclog. eod. c. 242. Harmenop. eod. §. 26. ¶ Ἀκάρδιος καὶ ἀνυγιής (ita legendum non ἀιύσσος) λέγεται, ὁ μὴ ἔχων καρδίαν ἢ ὑγείαν. Eclog. eod. c. 242.

1 ¶ Ἐπὶ τῆς ποινῆς οὐκ ἔστιν ἔκκλητος,

simul atque enim victus quis est eius maleficij, cuius pœna est statuta, statim ea debetur. At multæ prouocatio est: nec antè debetur qui aut non est prouocatum, aut prouocator victus est: nec aliter quàm si is dixit, cui dicere liceret. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, qui pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt multæ contrà, quia eius iudicis potestas est, quantum dicat.* nisi cum lege est constitutum, quantam dicat.*

245. *Pomponius libro decimo Epistularum.*

¶ Statuæ adfixæ basibus structilibus, aut tabulæ relegatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut si similiter cohærent lychni, non sunt ædium: ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur. Idem Labeo ait prothyrum quod in ædibus (iterum qui) fieri solet ædium est.

246. *Idem libro sextodecimo Epistularum.*


¶ Apud Labeonem pithanon ita scriptum est: Exhibet [a], qui præstat eius de quo agitur præsentiam: nam etiam qui sistit, præstat eius de quo agitur præsentiam, nec tamen (eum) exhibet (&) qui mutum, aut furiosum, aut infantem exhibet, non potest videri eius præstare præsentiam: nemo enim ex eo genere præsens satis aptè appellari potest.

a v.l.22.sup. eod.

1 ¶ Restituit non tantùm qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionémque reddita causa præstet. & tota restitutio iuris est interpretatio.

ἀλλ' ἐπειδὰν τις καταδικασθῇ, ἀπαρχεῖται τῇ ἀπὸ τῶν νόμων ποινῇ. ὥρισται δὲ ἡ ποινὴ ἀπὸ τοῦ νόμου ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτήματι. ἔστι δὲ τοῦ προθέσιμου καὶ ἐκκαλεῖσθαι δυνατόν, καὶ οὐκ ἐρρῶσθαι· εἰ μὴ ὁ προσφερὸς ψηφισθῇ καὶ ἐφησυχάσῃ τις, ἢ ἐκκαλεσάμενος ἡττηθῇ, κατ' οἰκείαν δὲ γνῶσιν ὁ δικαστὴς ἐπιφέρει τὸ πρόστιμον, εἰ μὴ ἰδικῶς ὑπὸ τοῦ νόμου ὥρισται. Harmenop.eod. §.44.45. vbi vide amplissimum Scholion. Extat & huius legis portio apud authorem Eclogæ, eod.c. 243. vsque ad versiculum ἔστι δὲ τοῦ. adde l.131. suprà eod.

1 ¶ Ἀποκαθιστᾶν δοκεῖ ὁ μὴ μόνον τὸ σῶμα τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ καὶ ὅλην τὴν τοῦ σώματος αἰτίαν, καὶ τύχην διδούς. πᾶσα γὰρ ἀποκατάστασις, οὐ μόνον τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ τοῦ δικαίου ἐστίν. Harmen. eod. §.4. adde l.35. suprà eod. Eclog. eod. c. vltimo.





ΠΕΡΙ ΚΑΝΟΝΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ νομίμων. 2. Eclog. 3. 6. Harmen. eod.

DE REGVLIS IVRIS.

ΚΑΝΩΝ ἐστι σύντομος τοῦ πράγματος ἀφήγησις καὶ συνδεσμὸς, ὅστις ἅμα τῷ περί τι πταῖσαι, οὐ σημαίνει τὸ ὑποκείμενον. ὁ δὲ κανὼν ἐκ τῶν νόμων, οὐ μὴν ὁ νόμος ἐκ τοῦ κανόνος λαμβάνεται. Eclog. eod. c. 1. Harmenop. eod. c. 1.

2 ¶ Αἱ γυναῖκες πάντων τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν δημοσίων ὀφφικίων κωλύονται. καὶ οὐ δικάζουσιν, οὐκ ἄρχουσιν, οὐ συνηγοροῦσιν, οὐ παρεμβάλλουσιν ὑπὲρ ἄλλων καὶ γίνονται φροντισταί. 1. Harmen. 13. §. 1. 2. adde eundem 1. titul. 1. §. 27.

3 ¶ Ὁ δυνάμενος θέλειν, δύναται καὶ μὴ θέλειν. Eclog. c. 3. Harmeno. eo. §. 56. 57. vbi v. Scholion.

4 ¶ Οὐ δοκεῖ θέλειν, ὁ πειθαρχῶν πατρὶ καὶ δεσπότῃ. Eclo. eod. c. 4. Harmenop. eod. §. 58.

1 ¶ Ὁ μαινόμενος οὐδὲ ἓν συνάλλαγμα ποιεῖν δύναται. Theophil. 8. Inst. de Inutil. stipul. 2 ¶ Ὁ ἄνηβος, πᾶν συνάλλαγμα ἰσχυρῶς συναλλάσσεται, ἵνα μόνον τοι χρεία τῆς τοῦ ἐπιτρόπου γένηται αὐθεντίας, &c. Theophil. §. 9. Inst. de Inutil. stipulat.

Paulus (libro sextodecimo ad Plautium.)

REGVLA est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat. non ex regula ius sumatur: sed ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & vt ait Sabinus, quasi causæ coniectio est, quæ simul cùm in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

2. *Vlpianus (libro primo ad Sabinum.)*

¶ Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ sunt: & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere. ¶ Item impubes ab omnibus officiis ciuilibus debet abstinere.

3. *Idem (libro tertio ad Sabinum.)*

¶ Eius est (non) nolle, qui potest velle.

4. *Idem (libro sexto ad Sabinum.)*

¶ Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.

5. *Paulus (libro secundo ad Sabinum.)*

¶ In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, quamuis actũ rei non intelligerent. 1 ¶ Nam furiosus nullum negotiũ contrahere potest: pupillus omnia tutore auctore agere potest.

6. *Vlpianus (libro septimo ad Sabinum.)*

¶ Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

7. *Pomponius libro tertio ad Sabinum.*

¶ Ius nostrum non patitur eundem in paganis & testato & intestato decessisse. earúmque rerum naturaliter inter se pugna est, (Testatus, & intestatus.)

8. *Idem (libro quarto ad Sabinum.)*

¶ Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

9. *Vlpianus (libro quintodecimo ad Sabinum.)*

¶ Semper in obscuris quod minimum est sequimur.

10. *Paulus (libro tertio ad Sabinum.)*

¶ Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequentur incommoda.

11. *Pomponius (libro quinto ad Sabinum.)*

¶ Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

12. *Paulus (libro tertio ad Sabinum.)*

¶ In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur.

13. *Vlpianus (libro nonodecimo ad Sabinum.)*

¶ Non videtur cepisse, qui per exceptionem (à petitione) remouetur.

14. *Pomponius (libro quinto ad Sabinum.)*

¶ In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur.

15. *Paulus (libro quarto ad Sabinum.)*

¶ (Is) qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

16. *Vlpianus (libro vicensimo primo ad Sabinum.)*

¶ Imaginaria venditio non est pretio accedente.

17. *Idem (libro vicensimo tertio ad Sabinum.)*

¶ Cum tempus in testamento adiicitur, credendum est pro herede adiectũ, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promissoris gratia tempus adiicitur.

18. *Pomponius (libro sexto ad Sabinum.)*

¶ Quæ legata mortuis nobis ad heredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus, aliter atque quod stipulati sumus. nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiam si liberatis nobis potestate domini, conditio existat.

19. *Vlpianus (libro vicensimo quarto ad Sabinum.)*

¶ Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius. heredi autem hoc imputari non potest, cùm non spontè cum legatariis contrahit. 1 ¶ Non solet exceptio doli nocere his quibus voluntas testatoris non refragatur.

20. *Pomponius (libro septimo ad Sabinum.)*

¶ Quotiens dubia interpretatio libertatis

9 ¶ Επὶ τῶν ἀσαφῶν, τὸ ἧττον ἐπιλεγόμεθα. Eclog. eod. c. 9.

10 ¶ Ο τὴν ὠφέλειαν ἔχων τοῦ πράγματος, καὶ τὴν βλάβην αὐτοῦ ἔχει. Eclo. eod, c. 11. Harmenop. eod. §. 16.

15 ¶ Ο περὶ πράγματος ἀγωγὴν ἔχων εἰς ἀπαίτησιν, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ ἔχειν. Eclog. eod. c. 15. Harmenop. eod. §. 20.

16 ¶ Οὐκ ἔστιν εἰκονικὴ πρᾶσις, καταβαλλομένου τιμήματος. Eclog. eo. c. 16. Harmenop. 3. titul. 3. 42. vbi etiam vide §. 40. & 41. 43.

22 ¶ Δοῦ-

22 ¶ Δοῦλος οὐκ ἐνέχεται, οὔτε ἐνοχοποιεῖται. Eclog.eod.c.19.1. Harmenop.§.1.

23 ¶ Οἱ γεγονότες ἡμῖν ἔνοχοι ἔκ τινος συναλλάγματος ἐποφείλουσιν ἐπ' αὐτοῖς οἷς ἐνέχονται, ἔσθ' ὅτε δόλον μόνον, ἔσθ' ὅτε diligentiam τουτέστι σπουδὴν & pòst, Εἰ μηδὲν κερδαίνουσιν, ἀπὸ δόλου μόνου κατέχονται· εἰ δέ τι πρόσεστιν αὐτοῖς κέρδος, τότε καὶ ἀπὸ ῥαθυμίας ὑπεύθυνοι γίνονται. Theophil. §.13.Inst.de obligat.quæ ex delicto. τὰ τυχηρὰ τῶν ἀλόγων, καὶ τὸν χωρὶς ῥαθυμίας θάνατον, ἢ τὴν φυγὴν τῶν μὴ φυλάττεσθαι εἰωθότων δούλων καὶ τὴν ἁρπαγὴν, ἢ τὸν θόρυβον, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν, καὶ τὰ πλήθη τῶν ὑδάτων, καὶ τὴν ἐπέλευσιν τῶν λῃστῶν, οὐδεὶς ἐπιγινώσκει. Ecl. eod.c.20. Harmen.eod. 54.55. vbi vide Scholion amplissimum ad hanc legem.

27 ¶ Ἀπὸ ἰδιωτικοῦ συμφώνου τὸ κοινὸν νόμιμον οὐκ ἐναλλάσσεται, εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατ' ἀρχὰς αἱ ἀγωγαὶ ἀπὸ συμφώνου ἐναλλάσσονται τοῦ αὐτοῦ δικαίου, ἢ διὰ παραγραφῆς. 1. Harmen. 9.§.20.21. vbi v. Scholion satis amplum ad hanc legem. Eclog. eod.c.27.add.l.45.in f.infr.eod.

est, secundum libertatem respondendum est.

21. *Vlpianus(libro vicensimo septimo ad Sabinum.)*

¶ Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.

22. *Idem(libro vicensimo octauo ad Sabinum.)*

¶ In personam seruilem nulla cadit obligatio. ¶ Generaliter probandum est, vbicunque in bonę fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

23. *Idem libro vicensimo nono ad Sabinum.*

¶ Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum & culpam. dolum tantùm, depositum *a* & precarium: dolum & culpam, mandatum, commodatum, vēditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ negotia gesta: in his quidem & diligentiam. societas & rerum communio & dolum & culpam recipit. sed hęc ita, nisi si quid nominatim conuenit, vel plus vel minus, in singulis contractibus: nam hoc seruabitur, quod initio conuenit. legem enim contractus dedit: excepto eo quod Celsus putat, non valere si conuenerit ne dolus præstetur: hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est. & ita vtimur. Animalium verò casus, mortes, quæque sine culpa accedunt, fugę seruorum qui custodiri non solent, rapinę, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo pręstantur.

a v.Theophil. §.17. Inst.de obligat.quæ ex delicto.

24. *Paulus(libro quinto ad Sabinum.)*

¶ Quatenus cuius interest, in facto, non in iure consistit.

25. *Pomponius(libro vndecimo ad Sabinum.)*

¶ Plus cautionis in re est, quàm in persona.

26. *Vlpianus(libro tricensimo ad Sabinum.)*

¶ Qui potest inuitis alienare, multò magis & ignorantibus & absentibus potest.

27. *Pomponius (libro sextodecimo ad Sabinum.)*

¶ Nec ex prætorio nec ex solenni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationum causę pactione possint immutari & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus vel lege vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.

28. *Vlpianus(libro trigensimo sexto ad Sabinum.)*

¶ Diuus Pius rescripsit, eos qui ex libera-

litate cōueniuntur, in id quod facere possunt, condemnandos.

29. *Paulus libro octauo ad Sabinum.*

¶ Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere.

29 ¶ [a] Τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀνυπόστατον, οὐ βεβαιοῦται τῇ χρονίᾳ παραδρομῇ. Eclo. eod. 29. Harmenop. eo. §. 21.

a *Theophilus* Inst. de exheredat. liberorum *hanc regulam ita expressit* τὰ ἐξ ἀρχῆς ἀνυπόστατα ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα ἐπισυμβαίνουσιν ἰσχὺν λαμβάνειν οὐ δύναται. *Paulo etiam aliter eandem regulam refert* in §. 2. in fi. Inst. de inut. stipul. τὰ ἐξ ἀρχῆς ἀνυπόστατα ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα γενομένοις οὐ βεβαιοῦται.

30. *Vlpianus libro trigensimo sexto ad Sabinum.*

¶ Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

30 ¶ Τὸν γάμον οὐ τὸ συγκαθευδῆσαι, ἀλλ' ἡ συναίνεσις ἀποτελεῖ. Eclo. eod. c. 30.

31. *Idem (libro quadragensimo secundo ad Sabinum.)*

¶ Verum est neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere. quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, vt vtilem actionem aut factum efficere possit.

32. *Item (libro quadragensimo tertio ad Sabinum.)*

¶ Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur, non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

